This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

WIDENER LIBRARY
HX G94H A

Gc 14.12

VE RI TAS

HARVARD
COLLEGE
LIBRARY

Gc 14.12

VERITAS

HARVARD
COLLEGE
LIBRARY

ΧΑΡΙΤΩΝΟΣ

Ἀφροδισιέως

τῶν περὶ

ΧΑΙΡΕΑΝ καὶ ΚΑΛΛΙΡΡΟΗΝ

ΕΡΩΤΙΚΩΝ ΔΙΗΓΗΜΑΤΩΝ

ΛΟΓΟΙ Η̄.

JACOBUS PHILIPPUS D'ORVILLE

Publicavit,

ANIMADVERSIONESQUE

Adjecit.

HARVARD UNIVERSITY

AMSTELODAMI,

Apud PETRUM MORTIER

MDCCL.

Ge14.12

HARVARD
UNIVERSITY
LIBRARY

SERENISSIMO

GULIELMO CAROLO HENRICO FRISONI,

ARAUSIONENSI & NASSAVIO

PRINCIPI,

FOEDERATAE BELGARUM

REIPUBLICAE

GUBERNATORI HEREDITARIO

ET

ARMORUM TERRA MARIQUE

PRAEFECTO SUPREMO

&c. &c. &c.

FELICITATIS PERPETUITATEM

VOVET

JACOBUS PHILIPPUS D'ORVILLE.

PRINCEPS CELSISSIME,

Quando ante complures menses mihi contingebat primum Te coram venerari, memini ipsa mei

Quae sermonis initio fuisse votum, ut Te, quamvis tot titulis illustribus merito condecoratus fulgeres, liceret alloqui isto potissimum nomine, quo summus quis & praecellentissimus Eruditorum hominum MAECENAS *ab omnibus undique celebrareris ore. Hujus voti me hodiernus dies facit compotem.*

Eam temporis me mearum rerum conditio eo adegerat, ut Tu mihi in alio plane, nec tamen minus illustri, collocatus fastigio venires contemplandus atque implorandus. nimirum ceu supremus ac pollentissimus quietis & tranquillitatis auctor, custos ac vindex, sine quo neque universae Rei salus atque incolumitas consistere & perennare, aut singulis civibus vitae ratio imperturbata atque inconcussa manere possit.

Atque tum quidem praesentissimum auxilium in nota Tua aequitate & magnanimitate statim expertus fui: & gratus agnovi, porroque per omne aevum agniturus & commemoraturus sum.

Majus tamen aliquod eadem illa hora in me contulit donum, & cujus caussa, majoribus quoque implicitum fuisse difficultatibus pene optabile foret, quoniam, nisi iste casus, utut injucundior,

dior, incidisset, illo bono vel cariturus omnino vel saltem serius fruiturus fuissem.

Ea enim sensa animi Tui coram me, in conspectum tuum adducto, promere haud dedignatus fuisti, quae civem patriae amantem, de ejusque salute sollicitum, non modo recreare & confirmare possent, sed certo & vicino rerum in melius conversionis prospectu extra se abripere plane deberent.

Profitebaris enim, PRINCEPS RELIGIOSISSIME, *& tantum non obtestabaris, Te eo nomine praecipuas Deo Optimo Maximo gratias indesinenter persolvere, qui Te in Majorum Tuorum fastigium eduxerat, quod jam isto loco positus tam efficaciter posses, quam ardenter semper optasses, Septem Populorum salutem ac libertatem curare, tutari, amplificare atque in inconcussa collocare basi & fundamento. Tibi nihil quidquam esse vel futurum antiquius, quam, uti universae Rei optimam & florentissimam formam imponere, sic singulorum civium jura tueri & confirmare, commoda augere, & felicitatem ipsorum in summum evehere culmen.*

De qua Tua prolixissima voluntate licet nemo tantillum dubitare quiverit, qui Tuam animi aequitatem & magnitudinem, Tuam indolis bonitatem,

Tuum Justitiae constantem & perpetuum cultum, atque a Majoribus traducem illum in Batavorum Commune amorem perspecta & explorata haberet; tamen quantum erat certam tantarum beatitudinum fiduciam ex sacro ore ipso illius haurire, a quo quantum necessitas, tantum & longinquius abesset aliter loquendi atque sentiendi voluntas! Quantum erat tam aurea dicta non tantum avidis imbibere auribus, sed in intimas pectoris demanantia medullas persentiscere! Cithara enim quavis sonorior lingua, diserta & fida candidissimae mentis internuntia & interpres, vi blandissima & incantatrice in ultimos praecordiorum recessus penetrare atque pervadere consuevit omnium, quibus Te, PRINCEPS FACUNDISSIME, *verba facientem audire contingat.*

Qua autem benignitate, qua comitate porro sermonem ab his conflexisti ad res me peculiarius spectantes!

Cum enim forte Tibi non latuisset, & quid lateret tam perspicaci, tam diligenti PRINCIPI, *me propensiore in literarum studia ferri animo, statim pro Tuo, quo bonas artes complecteris, favore, peramanter de meis cum maxime hoc genus conatibus*

scisci-

sciscitari non afuisti. Ipse vero, quamvis meae tenuitatis conscius, in praesentia me occupari indicavi in publicando Graeco quodam Auctore, Charitone Aphrodisiensi, *qui diu quidem desideratus ab hujus literaturae studiosis fuisset, sed in hunc usque diem in Bibliothecarum pulvere, ipsis invitis, delituisset. Quo eodem temporis momento, totum enim me Tuae benignitatis aura adflaverat, praecipuam me hujus diei faustitatem reputaturum fassus sum, si tanti* PRINCIPIS *nomine frontem hujus mei operis insignire fas fieret.*

At quae facilitas, quae humanitas in hac mihi venia concedenda denuo enituit! quam blandis calcaribus industriae nostrae cursum incitasti! Quid enim homini, in literato otio & umbra degenti, jucundius aut honorificentius accidere queat, quam suae institutorum vitae benignum comprobatorem posse ciere PRINCIPEM VIRUM, *ad cujus exemplar universae civitatis studia & de rebus aestimatio exigi & conformari adsueverunt.*

Proloquarne, an tacito potius sinu premam? Ast non vereor, dum sermones hos ex adytis sacrarii Tui proferam, ne Tantali poenas cuiquam mereri censear. ipsa enim oracula divina, non formidoloso

&

& ingrato, mysteriorum instar, silentio celari, sed coram omnibus laeto linguae favore spargi & celebrari conveniebat.

Tene, PRINCEPS MAGNANIME, *aliquo numero habendam esse censuisse privati hominis amicitiam! Tene, principalis personae, dicamne, pene oblitum, an potius ingenuae humanitatis exuberantia & blando impulsu huc prolapsum, Tene in communitatem istius juris vocasse hominem nullis in Te vel exstantibus vel sperandis, nullis suis meritis, conspicuum!*

Verum enim vero tam insigni & incomparabili in omnes liberales artes & humaniores disciplinas amore & benevolentia teneris, ut, cum divinitati horum institutorum, quibus generis humani felicitas & perfectio continetur, insignitum cultum esse deferendum sapientiores mortales statuerint, non a Te impetrare possis, quin tenues virtutum harum imagines, & evanidas caelestis istius, ingenia animantis & foventis, ignis scintillas in hominibus, doctrinarum custodibus & diribitoribus, promicantes atque elucentes, suspicias atque cohonestes.

Non fieri proinde poterit, quin sub Tuo fotu &

tutela, ceu exsuperantissimi MAECENATIS, *Tuisque sub auspiciis, ceu propitii* MUSAGETAE, *omnes disciplinae politiores, omnesque artes, novum brevi in patria nostra vigorem nanciscantur, in amoenissimos flores luxurientur, & maturrimorum copiam producant fructuum, vitae humanae vel utilitate & necessitate, vel etiam jucunditate commendabilium.*

Hinc temporum beatitudo: hinc praestantia publicae auctoritatis certissimo argumento colligenda dabitur. Ubi enim liberalia studia & ingenuae artes laetius & uberius efflorescere comperiantur, quin ibi & bonae vigeant leges, & ad eas temperatum imperium omnes ordines aequabili lenique vinculo conjungat & moderetur, ne ambigendum quidem. in libera enim pectora tantum haec coeli munera cadunt. omnis vis & necessitas, omnis impotentia diviniorem animorum impetum reprimit & retundit. Ubi suis praemiis non destituta omne genus industria singulorum vitam promerita sensim opulentia bearit, & cunctae civitatis ita nervos corroborarit, hic demum scientiae & doctrinae alas explicant, & ultra ingenii humani aërem sese tollunt & subvolant. Optimi proinde & prudentissimi Principes tum apicem

gloriae se consecutos fuisse crediderunt, quando, se gubernacula moderante, insigniora cepissent bonae disciplinae incrementa.

Nihil tibi ad hunc laudis gradum conscendendum deesse potest, PRINCEPS PRUDENTISSIME. *Nam quae spes statim illuxit omnibus, simul ac vagantis & vacillantis Reipublicae habenae tibi fuerunt commissae, ab ipsoque Numine quasi in manus traditae, ut publica securitas & rectus universae civitatis ordo constabilirentur, eam exspectationem intra non ita magnum temporis spatium, divina Majestate indefessas Tuas curas & vigiles labores respiciente & adjutante, jam tantum non adimpletam videmus & sentimus: gratique cives tanta beneficia Tibi accepta referunt, & profusissimo animo agnoscunt, & praedicare non lassantur.*

Quod si etiamnum, ut post foedam tempestatem mare non statim detumescit, licet procellae jam posuerint; sed sensim & ita majore longioris cum tranquillitatis fiducia, plena fero & commoto elemento malacia reducitur, si sic etiamnum quaedam deesse videantur solidae publicarum rerum felicitati & tranquillitati, quis ita ignarus, ut non ultra huma-

ma-

manae sortis & prudentiae facultatem positum esse confiteatur, simul & semel tantam tamque variae struis molem in perfectum & absolutum redigere & extollere aedificium! Quis non aequior & rerum intelligentior aestimator, cum tam firmiter jacta jam fundamenta animadvertat: tot robusta advecta & erecta jam columina spectet: tot & tam insignia domus membra jam consummata admiretur, quis non confidat, quin idem dexterrimus & sapientissimus Archbitecta dignum & conveniens toti operi sit impositurus fastigium!

Divina benignitas faxit, ut pulcerrimo huic Palatio summam brevi addas manum. Quo voluptatis sensu optimus eventus Tuam optimorum consiliorum conscientiam demulcebit & sustentabit semper? Quantus quam solidae gloriae cumulus ad Tuas eximias jam laudes adjicietur! Qui omnium consensus ordinum in Te pietatis, & obsequii pignora & documenta quotidie exhibentium! Quae amicarum gentium congratulatio! Quae minus faventium nationum inde in Rempublicam, a Te instauratam & auctam, reverentia! Quam ardentia, quam multiplicata nuncupabuntur. Deo Optimo Maximo vota pro salute, incolumitate, diurna vita & prosperi-

tate PRINCIPIS, *cui cuncta Civitas sese salvam & sospitem debere fateatur! Quis non immensum publicae & privatae felicitati acervum accessisse sibi firmiter persuadeat, & efficacissimos gaudii motus animo sentiat, quandoquidem hujus fortunae perennitatem adoranda Dei in gentem nostram providentia spospondisse videatur, qui Te, qui Regiam Conjugem Tuam, Domumque regiam duplice & florentissima stirpe donarit, auxerit, firmarit: cui laete in Vestras virtutes exsurgenti, & in tot heroum & patriae vindicum decora adolescenti, sero aureum illud Batavae Libertatis vellus, sed tuto, committatur! Hoc omine accepto, voluntatem illam Tuam, quam mihi*, PRINCEPS PRINCIPUM CIVILISSIME, *tam luculenter ostendisti, porro perpetues atque confirmes, rogo quaesoque.*

LEC-

LECTORI Φιλέλληνι S.

JAC. PHIL. D'ORVILLE.

CHARITONIS *Aphrodisiensis Amatorias Narrationes de Chaerea & Callirrhoe* tandem e Bibliothecarum tenebris in lucem productas accipis, Lector Erudite.

Non semel literaturae Graecae amantiores Viri hujus Erotici scriptoris exoptaverunt fieri editionem. nec defuerunt, qui hac in parte publicis votis satisfacere fuerint meditati. Rationem enim habendam esse quarumcumque tabularum, quas e tanto veterum monumentorum naufragio lapsus seculorum reliquas fecerit, numquam dubitaverunt ii, quibus datum antiquae eruditioni pretium suum posse ponere.

Memini coram me, ante hos fere triginta annos Lutetiae Parisiorum versante, saepe hujus *Charitonis Aphrodisiensis* & *Xenophontis Ephesii* mentionem fuisse injectam a doctissimo *Bernardo Montefalconio:* utpote qui e literarum utilitate fore putaret, ut omnium Eroticorum corpus, qui Graece scripsissent, conficeretur, nec huic instituto promovendo opem suam negaturus videretur. Circa eadem tempora *Antonius Maria Salvinius*, qui priscarum elegantiarum decus in paucis per Italiam sustinebat, *Charitonem* sua manu exscripsit consilio per otium ejus prodendi. Deinde *Cl. V. Antonius Cocchius*, *Florentinus*, *pridem in Pisano Athenaeo Medicinae, nunc in patrio Naturalis Philosophiae publicus Professor*, laborem hujus *Codicis* describendi suscepit. Postquam enim *Xenophontem Ephesium* ab interitu, adplaudente orbe erudito, vindicasset, decreverat hunc *Charitonem* simili cura dignari: quos argumenti similitudo & eadem fortunae benignitas, in Codice unico ambos complexa, & ab aevi dentibus tutata, adhucdum consociaverant.

Interea etiam in patria nostra consilia coepta fuerunt de *Xenophonte* hoc non modo typis iterando, verum ipsi quoque *Charitone* adjiciendo. *Henricus* enim *Brencmannus*, Vir longiore vita & faustiore exitu dignissimus, spem excitaverat ab *Antonio Maria Salvinio*, cujus eximiam humanitatem toties &

 tam

tam conſtanter expertus fuerat, dum *Florentino Pandectarum* exemplari conferendo vacaret, ſe facile impetraturum *Charitonis* quidem in ſcriptis adhuc latentis apographum, *Xenophontis* autem exemplar iterum ad *Codicem* exactum. *Petrus* vero *Burmannus*, pro ſua indefeſſa in literarum omnium incrementa propenſione, *Abrahamum Torrenium*, Graece Latineque bene doctum hominem, cuique debetur *Valerii Maximi* editio luculenta, incitare non deſinebat, atque jam evicerat, uti hanc ſpartam ornandam ſuſciperet. Verum exitum res ſortita non eſt.

Cum vero ipſe, a Francica & Anglica peregrinatione redux, poſt aliquot menſium in patria moram, in Italiam iter & Siciliam ſuſcipere decreviſſem, *Petrus* idem *Burmannus*, cujus auctoritas apud me plurimum valebat, cujusque manes haud umquam venerari deſinam, adhortari amanter per ſe jam ſatis cupidum, ut quavis machina adhibita haec κειμήλια mecum in patriam reportare contenderem.

Ad amoeniſſimum itaque illud Muſarum domicilium, urbem Florentiae, delatus, nihil antiquius habui, quam ut *Ant. Mariam Salvinium* deſiderii mei explicandi cauſſa adirem. At vacillans ſenis valetudo, literarias tamen Veneres in provecta admodum aetate adhuc reſpirantis, opportunitatem negotii perficiendi non praebuit.

Intellecto autem Virum Clariſſimum *Antonium Cocchium*, non modo *Xenophontem Ephesium* publicaſſe, ſed idem conſilium circa *Charitonem* cum maxime agitare, ejus in amicitiam me inſinuare non dubitavi. ad quam patentiſſimum aditum mihi fecit ipſa Viri praedicata humanitas, quamque diligentius excolere ejus ſingularis virtus & eruditio perſuadebant. efficax coagulum acceſſit *Antonius Franciscus Gorius*, ſumma comitate in exteros notus, & praecellenti antiquitatis cognitione, in eamque doctrinarum partem ampliſſimis meritis Vir famigeratiſſimus.

Fructum autem uberrimum & exoptatum hujus eruditae conſuetudinis & amicitiae tuli. doctiſſimus enim *Cocchius*, cum horas, quas ipſi vacuas relinquebat felix & frequens clinicae artis cura, impendere decreviſſet *Graecis* quibusdam *Chirurgiae Scriptoribus*, quorum ſingularem *Codicem* & luce adhuc carentem ſervabat

vabat *Laurentianae Bibliothecae* ditiſſimus theſaurus, non modo *Xenophontem* emendatum, & multis in lacunis ſuppletum, conceſſit, verum etiam ſua manu & ſumma fide expreſſum ex *Charitonea Bombyce* exemplar meo arbitrio publicandum permiſit. Non abs re fuerit, priusquam ſermonem pertexam, *Codicis* ipſius & *Apographi* notitiam Lectori praebere, qualem ſuae operae praemiſit *ipſe* Vir laudatiſſimus.

„ *Florentiae* in monaſterio Caſſinenſium, quod vulgo Abatia „ *Florentina* vocatur, multi codices manu ſcripti ſervantur, a „ Montfauconio recenſiti in Diario Italico, quos inter inſignis „ eſt, qui Octavi forma fere quadrata, foliisque conſtans CXL, „ literis minutiſſimis paulumque obſoleti coloris, bombyci- „ nus, nitide & *perquam* emendate ſcriptus, ſaeculo, ut vide- „ tur, *XIII.* opuſcula continet XXIII. variorum auctorum, quo- „ rum pleraque Chriſtianam Theologiam aut Hiſtoriam By- „ zantinam ſpectant, jam, ni fallor, vulgata. Cetera ſunt Lon- „ gi Paſtoralia, Achillis Alexandrini Tatii Amatoria, Chari- „ tonis Aphrodiſienſis item Amatoria, Xénophontis Epheſii „ Epheſiaca, Aeſopi vita antiquior & fabulae ordine literarum, „ verſusque aliquot τοῦ Ζέ[illegible]α. Charitonis Amatoria, nondum „ *edita*, foliis XXI[illegible] id eſt paginis XLII[illegible] continentur, qua- „ rum prima, ut & Achillis Tatii poſtrema, ita eſt carbone „ obſcurata atque interlita, ut plurima verba nullo modo legi „ potuerint. Neque aliunde ea ſupplere licuit, cum Charito- „ *nis* hujusce Codicem, quem Fabricius indicare videtur in Bi- „ bliotheca Vaticana, ſaepius fruſtra quaeſiverim, Charitonis „ cujusdam, ſi bene memini, martyris Chriſtiani Vita ibi ſo- „ lummodo occurrente.

„ Haec Charitonis Amatoria maxima qua potui fide & dili- „ gentia ex ipſo codice in Bibliotheca Monaſterii exſcripſi a „ XVIII. Novembris MDCCXXVII. ad XXIX. Aprilis „ MDCCXXVIII. Exſcripſerat olim & Ant. Mar. Salvinius, vir „ doctiſſimus, qui, ut a me audivit ea me habere, deque iis „ edendis cogitare, exemplar ſuum mihi tradidit, ut adnota- „ tiones ſuas & varias lectiones, ſi quae eſſent, excerperem. „ Quod quidem feci, erant vero perpaucae, exemplarque a-

pud

„ pud me ſervo heredi ejus redditurus, cum liber fuerit excuſus. „ Hanc enim ipſe mihi poteſtatem fecit, atque ego viciſſim „ pollicitus ſum humanitatem ejus cum eximia eruditione con„ junctam in praefatione operis me laudaturum ". Hactenus *Cl. Cocchius.*

Mihi in patriam autem reduci aliis negotiis occupari contigit. ut vix hunc *Charitonem* reſpicere licuerit, niſi quatenus inter legendum jam olim obvias maxime ſcribarum hallucinationes correxerim. tandem tamen ante hos quinque annos, laxius paullo otium nactus, ſerio cogitare coepi de publicando hujus *Erotici* contextu Graeco, & maxime adfectis locis obiter reſtituendis. nec multi menſes elapſi fuerunt, cum Batavis typis auctor deſcriptus fuerit. Sed quoniam ex collatione iterata in *Xenophonte* tot lectiones reſtitutas, tot lacunas ſuppletas animadvertiſſem, ſimilem operam *Charitoni* poſſe prodeſſe autumabam, quantumvis fidum videretur apographum duorum Graece peritiſſimorum Virorum labore diverſis temporibus confectum.

Me iterum converti itaque ad ſpectatam *Cl. Cocchii* humanitatem, ab eoque petii, ut ad contextum jam typis deſcriptum exigeret, vel per ſe vel alium Graece doctum, rurſus authenticas chartas: in eumque finem exemplar Florentiam miſi. Accidit autem per longinquitatem & difficultatem itineris maritimi, bellicae enim naves hinc inde commercia infeſta habebant, ut & ſerius liber perferretur, & perlatus Virum laudatiſſimum occupatiorem offenderet. qui tamen laborem, adjutante Filio ejus, tum undecim annos nato, ſed ſupra aetatem cognitione utriusque ſermonis imbuto, in meam gratiam ſuſcepit ipſe, & Variationes in libro primo occurrentes tranſmiſit; in reliquis recognoſcendis perrecturus, niſi fructum inde redundaturum haudquaquam reſponſurum percepiſſet operae tam taedioſae. Nam in primo quidem libro quaedam aberrationes deprehenſae fuerant: tamen vix ullae alicujus momenti. ut merito etiam minus in reliquis deſcribendis aberraſſe vel ſe vel *Salvinium* conjecerit, quando & ipſi eſſent lectioni magis aſſueti. & ipſius contextus expeditior eſſet ſcriptura. Quibus aequis rationibus adquieſcendum fuit.

Dum

Dum haec geruntur, per annum & ultra editio remittenda fuit: mihique, hanc vacationem nacto, sensim annotationes, quas paucas & strictiores proposueram, augeri coeperunt, &, aliis quoque moris injectis, in hanc, quam vides, molem excreverunt.

Cum autem Auctoris ipsius nec stylus singularis, vel eruditio reconditior, vel τῦ κειμένυ corruptio intricatior diductiorem commentarium postularent, evagatus fui in alios scriptores, eorumque loca vel ope Criticae conjecturalis, vel auxilio *Codicum* restituere conatus fui. & ex posteriore fonte in plurimas partes *Heliodori*, *Alciphronis*, *Eunapii*, *Nemesii*, *Xenophontis Ephesii*, *Epigrammatum & Inscriptionum*, praecipue *Graecarum*, aliquid commodi defluxerit. conjectura vero res in aliis gerenda fuit: praecipue in *Manethonis libris Apotelesmaticis*. in quibus emendandis penuria membranarum potiorem certioremque viam ingredi non concedebatur. libentius autem mihi indulsi in hoc *Astrologo* recensendo, quod parva admodum spes adfulgeret novae meliorisque editionis; & tamen minime pessimus pro materia foret hic poëta, adeoque emendatius legi & penitius intelligi mereretur. nec me deterruit argumentum, *quod* quibusdam forte posset nugax & vanum videri, omnique adeo cura indignum. Nam horum opinioni apud cordatos homines longe praevaluerit auctoritas principum in literis Virorum *Scaligeri*, *Salmasii*, *Bentleji* & tot aliorum, qui alios *Astrologos* multis vigiliis dignos habuerunt. toties autem ad Aegyptii poëtae emendationem vel dilucidationem divertenti, necessario mihi passim abeundum fuit & a contextu & ab explicatione unici primique ejus editoris *Jacobi Gronovii*. a quo ita tamen dissensi, ut plerumque non redarguerim praestantissimi Viri sententiam, verum modo meam opinionem, quatenus veritati proximior videbatur, proposuerim. nec secus fieri ingentia Viri doctissimi in literas merita a quoquam postularint, nec mea erga ejus memoriam veneratio permiserit. non enim modo mihi prima literaturae Graecanicae fundamenta sub ejus ductu jacere contigit, verum etiam semper propensissimum candidi senis in profectus meos expertus fui animum.

* * * Ce-

Ceterum ipsius *Charitonis* contextum paucis, ubi opus videbatur, illustrandum, at in primis muniendum duxi contra leves novaturientium insultus: ideoque saepe etiam non adeo devias locutiones similibus ῥήσεσιν apud alios occurrentibus praestruxi. eamdem viam crebro ingressus fui in aliis auctoribus a supervacua crisi vindicandis. hoc enim malo nullum frequentius aut damnosius in bonas literas hoc saeculo grassatur. ut melius hodie mereri posse haudquaquam videantur Viri eruditi & cordati de antiquis scriptoribus, quam si pro virili sese opponant licentiae, qua nunc periti, imperiti, juvenes, senes in sollicitandis saepe etiam sanissimis locis abutantur. Cujus κακοηθείας perniciosos effectus licet hodie & olim modestioris Minervae cultores evidentissimis argumentis commonstrarint, tamen quasi conspiratione facta id unice multi satagunt, ut audacissimas, supervacuas, immo saepe in linguae genium, & cujusque peculiarem stylum, & prima soluti ligatique eloquii fundamenta arietantes in vulgus protrudant, si diis placet, emendationes. Qui si secum reputarent, ut longe turpius medico vel chirurgo est, integro & sano corpori certe nociturum adplicare remedium vel cultrum, quam desperato cuidam morbo vel vulneri opem ferre non posse, sic Critici nomen adfectanti non tantum decedere, si aperte etiam corruptam in auctore sedem perpurgare nequeat, quam si sinceram & sanam sententiam & genuina verba scriptoris inscite & temerarie sollicitet atque adeo depravet: quod ipsius ἀκρισίας certissimum est κριτήριον: hoc si secum reputarent, ac sanioris posteritatis vererentur judicia, consideranttius modestiusque ad nobilissimae artis laudem adspirare coniterentur.

Pauca de Auctore nostro attingenda restant: nam quae ad ejus nomen, patriam, aetatem, stylum spectant, in Animadversionibus sparsim tractandi opportunitas praebita fuit. Nulli veterum commemoratus est. pauci quoque post renatas literas & vagum in modum ejus mentionem fecerunt, adeo ut *Conr. Gesnerus*, in *Bibliotheca*, *Charitonem* non Auctorem *Fabulae* hujus *Amatoriae*, sed praecipuam dramatis Personam fuisse conjiciat. *Bern.* vero *Mallencrotius* & *Petr. Dan. Huetius*, ab aliis & *Gesnero* in-

inducti, tradiderunt hujus *Charitonis Codicem*, etiam in *Vaticano* exstare. quos hallucinatos esse Cl. *Cocchii* diligens *Vaticanorum* pluteorum perscrutatio evinceret: nam & Amici nostri, qui, me petente, iterato hunc librum ibidem investigarunt, quoque frustra fuerunt: nisi fieri tamen posset, ut libellus tantillus in tam immenso Manuscriptorum numero delitesceret; praecipue si aliis scriptis, ut in *Florentino Codice* usu venit, permixtus fuerit. Nuperrime ejus mentionem fecerunt Viri egregii, quos intra brevissimum annorum spatium sibi ereptos dolet R. P. literaria, *J. Christoph. Wolfius*, *Petrus Burmannus*, *Arn. Drakenborchius* in Epistolis ad *Maturin. Veysierium La Crozium* datis, quas Cl. *Jo. Lud. Uhlius* insigni literariae historiae emolumento publicavit.

Patriam ejus fuisse *Aphrodisiada*, *Cariae* urbem, probabiliter ostendimus: si quidem frustra conjecerimus tam scriptoris, quam ejus patriae & aliorum huc spectantium nomina ad argumentum fuisse accommodata & plane conficta. quam suspicionem in limine Commentarii proposuimus.

Aetatem hactenus definire posse videmur, ut saltem post *Heliodorum*, *Achillem Tatium*, & *Longum* aevum egisse tuto statuamus: immo post ipsum *Ephesium Xenophontem*. hi enim omnes *tersiore* & puriore dictione usi fuerunt. quamvis paucissimae locutiones in Nostro deprehendantur, quas non meliorum auctorum vindicet exemplum. passim hanc in finem advocavimus ipsi, qua fieri potuerit, patronos. horum quoque longe floridior & ornatior est oratio, & argumentorum tractatio artificiosior. *Chariton*, historici more, modo probabilitate narratorum lectorem detinere magis, quam delectare & movere fategisse videtur. nihil ab eo fictum, quod ad miraculum accedat. quo in genere *Heliodorus* ipse & *Achilles Tatius* sibi indulserunt aliquando. episodias nullas inseruit, & circa alia ornamenta, quae tamen fabula, ad animos deliniendos unice composita, non tam admittere quam etiam postulare videtur, nimis quoque parcus ac sobrius. Et vere dicere licet, *Charitonem* potius insignibus vitiis carere, quam magnis virtutibus esse commendabilem. Dignus tamen mihi videtur, qui post *Heliodoros*, *Achilles Tatios*, *Longos* & *Xenophontes* proximum occupet locum. In eo certe laudandus est,

Ceterum ipsius *Charitonis* contextum paucis, ubi opus videbatur, illustrandum, at in primis muniendum duxi contra leves novaturientium insultus: ideoque saepe etiam non adeo devias locutiones similibus ῥήσεσιν apud alios occurrentibus praestruxi. eamdem viam crebro ingressus fui in aliis auctoribus a supervacua crisi vindicandis. hoc enim malo nullum frequentius aut damnosius in bonas literas hoc saeculo grassatur. ut melius hodie mereri posse haudquaquam videantur Viri eruditi & cordati de antiquis scriptoribus, quam si pro virili sese opponant licentiae, qua nunc periti, imperiti, juvenes, senes in sollicitandis saepe etiam sanissimis locis abutantur. Cujus κακοηθείας perniciosos effectus licet hodie & olim modestioris Minervae cultores evidentissimis argumentis commonstrarint, tamen quasi conspiratione facta id unice multi satagunt, ut audacissimas, supervacuas, immo saepe in linguae genium, & cujusque peculiarem stylum, & prima soluti ligatique eloquii fundamenta arietantes in vulgus protrudant, si diis placet, emendationes. Qui si secum reputarent, ut longe turpius medico vel chirurgo est, integro & sano corpori certe nociturum adplicare remedium vel cultrum, quam desperato cuidam morbo vel vulneri opem ferre non posse, sic Critici nomen adfectanti non tantum decedere, si aperte etiam corruptam in auctore sedem perpurgare nequeat, quam si sinceram & sanam sententiam & genuina verba scriptoris inscite & temerarie sollicitet atque adeo depravet: quod ipsius ἀκρισίας certissimum est κριτήριον: hoc si secum reputarent, ac sanioris posteritatis vererentur judicia, considerantius modestiusque ad nobilissimae artis laudem adspirare conniterentur.

Pauca de Auctore nostro attingenda restant: nam quae ad ejus nomen, patriam, aetatem, stylum spectant, in Animadversionibus sparsim tractandi opportunitas praebita fuit. Nulli veterum commemoratus est. pauci quoque post renatas literas & vagum in modum ejus mentionem fecerunt, adeo ut *Conr. Gesnerus*, in *Bibliotheca*, *Charitonem* non Auctorem *Fabulae* hujus *Amatoriae*, sed praecipuam dramatis Personam fuisse conjiciat. *Bern.* vero *Mallencrotius* & *Petr. Dan. Huetius*, ab aliis & *Gesnero* in-

inducti, tradiderunt hujus *Charitonis Codicem*, etiam in *Vaticano* exstare. quos hallucinatos esse Cl. *Cocchii* diligens *Vaticanorum* pluteorum perscrutatio evinceret: nam & Amici nostri, qui, me petente, iterato hunc librum ibidem investigarunt, quoque frustra fuerunt: nisi fieri tamen posset, ut libellus tantillus in tam immenso Manuscriptorum numero delitesceret; praecipue si aliis scriptis, ut in *Florentino Codice* usu venit, permixtus fuerit. Nuperrime ejus mentionem fecerunt Viri egregii, quos intra brevissimum annorum spatium sibi ereptos dolet R. P. literaria, *J. Christoph. Wolfius*, *Petrus Burmannus*, *Arn. Drakenborchius* in Epistolis ad *Maturin. Veyssierium La Crozium* datis, quas Cl. *Jo. Lud. Uhlius* insigni literariae historiae emolumento publicavit.

Patriam ejus fuisse *Aphrodisiada*, *Cariae* urbem, probabiliter ostendimus: si quidem frustra conjecerimus tam scriptoris, quam ejus patriae & aliorum huc spectantium nomina ad argumentum fuisse accommodata & plane conficta. quam suspicionem in limine Commentarii proposuimus.

Aetatem hactenus definire posse videmur, ut saltem post *Heliodorum*, *Achillem Tatium*, & *Longum* aevum egisse tuto statuamus: immo post ipsum *Ephesium Xenophontem*. hi enim omnes tersiore & puriore dictione usi fuerunt. quamvis paucissimae locutiones in Nostro deprehendantur, quas non meliorum auctorum vindicet exemplum. passim hanc in finem advocavimus ipsi, qua fieri potuerit, patronos. horum quoque longe floridior & ornatior est oratio, & argumentorum tractatio artificiosior. *Chariton*, historici more, modo probabilitate narratorum lectorem detinere magis, quam delectare & movere fategisse videtur. nihil ab eo fictum, quod ad miraculum accedat. quo in genere *Heliodorus* ipse & *Achilles Tatius* sibi indulserunt aliquando. episodias nullas inseruit, & circa alia ornamenta, quae tamen fabula, ad animos deliniendos unice composita, non tam admittere quam etiam postulare videtur, nimis quoque parcus ac sobrius. Et vere dicere licet, *Charitonem* potius insignibus vitiis carere, quam magnis virtutibus esse commendabilem. Dignus tamen mihi videtur, qui post *Heliodoros*, *Achilles Tatios*, *Longos* & *Xenophontes* proximum occupet locum. In eo certe laudandus est,

quod nec verbum nec sententia ulla in eo inveniatur, ad quam vel severissimus lector frontem corruget, longum post se eo in genere relinquens *Achillem* & *Xenophontem*: sed quorum tamen seculo, uti priori sic etiam licentiori, forte pravitas ista imputanda venit.

Etiamsi autem extra omne dubium vixit sub Imperatoribus Christiana Sacra jam amplexis, incertum tamen, utrum huic persuasioni ipse accesserit. Occurrunt profecto non nulla loca, quae digito quoque indicavi, unde eum appareret non fuisse alienum a lectione Sacrarum Literarum: sed talia deprehendere quoque licet in scriptoribus, quos veteri superstitioni addictos fuisse constet. Neque contrarium tamen argumentum duxeris, quod secundum Graecorum & Romanorum religiosos ritus passim de Diis, sacrificiis & aliis rebus mentionem faciat. id fabulae oeconomia postulabat: nec similibus in casibus haec evitarunt scriptores, qui certo puriores cerimonias secuti fuerunt. Haec sunt, quae mihi disserere in promtu fuerunt de *Charitone Aphrodisiensi*.

Dum autem liber hic, tantum non ad umbilicum perductus, diutius in typothetarum officinis moratur, quaedam egregiorum Virorum *Criticae Lucubrationes* lucem adspexere: quales in primis *Lectiones Cl. Frederici Ludovici Abreschii* & *Cl. Adriani Heringa, Medici literatissimi, Observationes*. In quibus sane justa & modesta regnat Crisis. at quas ante alias hic memoro, quia, dum serius illas dedita opera inspexerim, quaedam a me loca fuisse eadem attentata, & diverso modo vel explicata vel emendata nunc demum animadverti. quod casu evenisse Viri praestantissimi sibi persuadeant. quamvis alioquin nulli religioni fuerit a doctissimis Viris & maximi merito a me factis in diversum abire. Vale, Erudite Lector, & fave.

Amstelodami Kalendis Martiis Anni MDCCL.

ΧΑΡΙΤΩΝΟΣ
ΑΦΡΟΔΙΣΙΕΩΣ
τῶν περὶ
ΧΑΙΡΕΑΝ καὶ ΚΑΛΛΙΡΡΟΗΝ
ΕΡΩΤΙΚΩΝ ΔΙΗΓΗΜΑΤΩΝ
ΛΟΓΟΣ Α.

α. ΧΑΡΙΤΩΝ Ἀφροδισιεύς, Ἀθηναγόρου τοῦ ῥήτορος ὑπογραφεύς, πάθος ἐρωτικὸν ἐν Συρακούσαις γενόμενον διηγήσομαι. Ἑρμοκράτης, ὁ Συρακουσίων στρατηγός, οὗτος ὁ νικήσας Ἀθηναίους, εἶχε θυγατέρα Καλλιρρόην τοὔνομα, θαυμαστόν τι χρῆμα παρθένου, καὶ ἄγαλμα τῆς ὅλης Σικελίας. ἦν γὰρ τὸ κάλλος οὐκ ἀνθρώπινον, ἀλλὰ θεῖον· οὐδὲ Νηρεΐδος ἢ νύμφης τῶν ὀρειῶν, ἀλλ' αὐτῆς Ἀφροδίτης παρθένου. φήμη δὲ τοῦ παραδόξου θεάματος πανταχοῦ διέτρεχε, καὶ μνηστῆρες κατέρρεον εἰς Συρακούσας, ἰδιῶταί τε καὶ παῖδες τυράννων, οὐκ ἐκ Σικελίας μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐξ Ἰταλίας καὶ Ἠπείρου....... ον ἐν Ἠπείρῳ... ὁ δὲ Ἔρως κράτος ἴδιον.. εας συλλέξας.. Χαιρέας γάρ τις ἦν μειρα........φων πάντων ὑπερέχων, οἷον Ἀχιλλεὺς ...... ρου κάλλιστος λέγεται καὶ Ἀλκιβιάδης . . . κνύουσι πατρὸς Ἀρίστωνος, τὰ πρῶτα ἐν Συρακούσαις μετὰ Ἑρμοκράτην φερομένου .... ἐν αὐτοῖς πολιτικὸς φθόνος..... ἐν πᾶσιν ἢ ἀλλήλοις . ε . . . ανο .... ἔστιν ὁ Ἔρως,

καὶ χαίρει τοῖς παραδόξοις κατορθώμασιν. ἐζήτηυ δὲ τοιόνδυσι κα.......... ..καὶ πᾶσα ....αι......ος ἀστη..... εἰς τὸν νεὼν. τε......... προσήγαγον .... κελεύσαντος προσκυνῆσαι ...... Χαιρέας ... γυμνάσιον ἐβάδιζε .... δε στίλβων ὥσπερ ἀστήρ. ἐπήνθει γὰρ αὐτοῦ τὸ ...... τῆς παλαίστρας .... ὥσπερ ἄργυρος ἢ χρυσὸς ἐκ τύχης ο .... τῶ ... συνέπεσον ἀλλήλοις τοῦ θεοῦ πολιτευσαμένου τὴν δε .... μαχ ...... θείσης .. τικὸν ἀντέδωκαν ἀλλήλοις ...... νι ...... Χαιρέας οἴκαδε μετὰ τοῦ τραύματος ἀπῄει ... . αν .... ειαν καὶ καταπεσεῖν μὲν αἰδούμενος ...... παρθένος τῆς Ἀφροδίτης τοῖς ποσὶ προσέπεσε, καὶ καταφιλοῦσα· τί μοι, εἶπεν, κ ... ἄνδρα .... νον ... ον ἔδειξας. νὺξ ἐπῆλθεν ἀμφοτέροις δεινή. τὸ γὰρ πῦρ ἐξεκαίετο ...... ἡ παρθένος .. δι ... τῆς αὐτῆς αἰδουμένη καλάφωρος γενέσθαι. χαι .. εια δε .... ἤδη τοῦ τραύματος αὐτὸν φθίνοντος, ἀπετόλμησεν εἰπεῖν πρὸς τοὺς γονεῖς, ὅτι ἐρᾷ, καὶ οὐ βιώσεται τοῦ Καλλιρρόης γάμου μὴ τυχών. ἐστέναξεν ὁ πατὴρ .... οἴχῃ δή μοι, τέκνον. δῆλον γάρ ἐστιν, ὅτι Ἑρμοκράτης οὐκ ἂν δοίη σοι τὴν αὐτοῦ θυγατέρα ..... μνηστῆρσι γὰρ ..... οὐκ οὖν οὐδὲ πειράσασθαι δεῖ, μὴ φανερῶς ...... ὁ μὲν πατὴρ παρεμυθεῖτο τὸν παῖδα· τῷ δὲ ηὔξετο τὸ κακὸν, ὥστε μηδὲ ἐπὶ τὰς συνήθεις ... ον .. αναι διατριβάς. ἐπόθει δὲ τὸ γυμνάσιον Χαιρέαν, καὶ ὥσπερ ἐρήμιον ..... ην η ... ἐφίλει γὰρ αὐτὸν ἡ νεο .... πολυπραγμονοῦντες γὰρ τὴν αἰτίαν ἔμαθον τῆς νόσου, καὶ ἔλεος πάντας εἰσῄει μειρακίου καλοῦ κινδυνεύοντος ἀπολέσθαι διὰ πάθος ψυχῆς εὐφυοῦς. ἐνέστ .. νόμιμος ἐκκλησία. συγκαθεσθεὶς οὖν ὁ δῆμος τοῦτο πρῶτον καὶ .... ἐβόα. καλὸς Ἑρμοκράτης, μέγας στρατηγὸς, σῶζε Χαιρέαν. τοῦτο πρῶτον τῶν τροπαίων. ἡ πόλις μνηστεύεται τοὺς γάμους σήμερον ἀλλήλων ἀξίως τίς ἂν ἦρ μηνύσειε τὴν ἐκκλησίαν ἐκείνην, ἧς ὁ Ἔρως ἦν ὁ δημαγωγός. ἀνὴρ δὲ φιλόπα-

τρὶς Ἑρμοκράτης ἀνθρώπων οὐκ ἠδυνήθη τῇ πόλει δεομένῃ. κατανεύσαντος δὲ αὐτοῦ πᾶς ὁ δῆμος ἐξεπήδησε τοῦ θεάτρου, καὶ οἱ μὲν νέοι ἀπῄεσαν ἐπὶ τὸν Χαιρέαν, ἡ βουλὴ δὲ καὶ οἱ ἄρχοντες ἠκολούθουν Ἑρμοκράτει. παρῆσαν δὲ καὶ αἱ γυναῖκες αἱ Συρρακουσίων ἐπὶ τὴν οἰκίαν νυμφαγωγοῦσαι. ὑμέναιος ᾔδετο κατὰ πᾶσαν τὴν πόλιν· μεσταὶ δὲ αἱ ῥῦμαι στεφάνων, λαμπάδων· ἐρραίνετο τὰ πρόθυρα οἴνῳ καὶ μύροις. ἥδιον ταύτην τὴν ἡμέραν ἤγαγον οἱ Συρρακούσιοι τῆς τῶν ἐπινικίων. ἡ δὲ παρθένος, οὐδὲν εἰδυῖα τούτων, ἔρριπτο ἐπὶ τῆς κοίτης ἐγκεκαλυμμένη, καὶ κλαίουσα, καὶ σιωπῶσα. προσελθοῦσα δὲ ἡ τροφὸς τῇ κλίνῃ, Τέκνον, εἶπε, διανίστασο· πάρεστι γὰρ ἡ εὐκταιοτάτη πᾶσιν ἡμῖν ἡμέρα. ἡ πόλις σε νυμφαγωγεῖ.

Τῆς δ' αὐτοῦ λύτο γούνατα καὶ φίλον ἦτορ.

οὐ γὰρ ᾔδει τίνι γαμεῖται. ἄφωνος εὐθὺς ἦν, καὶ σκότος αὐτῆς τῶν ὀφθαλμῶν κατεχύθη, καὶ ὀλίγου δεῖν δὲ ἐξέπνευσεν. ἐδόκει δὲ τοῦτο τοῖς ὁρῶσιν αἰδώς. ἐπεὶ δὲ ταχέως ἐκόσμησαν αὐτὴν αἱ θεραπαινίδες, τὸ πλῆθος ἐπὶ τῶν θυρῶν ἀπέλιπον· οἱ δὲ γονεῖς τὸν νυμφίον εἰσήγαγον πρὸς τὴν παρθένον. ὁ μὲν οὖν Χαιρέας προσδραμὼν αὐτὴν κατεφίλει. Καλλιρρόη δὲ γνωρίσασα τὸν ἐρώμενον, ὥσπερ τι λύχνου φῶς ἤδη σβεννύμενον ἐπιχυθέντος ἐλαίου, πάλιν ἀνέλαμψε, καὶ μείζων ἐγένετο καὶ κρείττων. ἐπεὶ δὲ προῆλθεν εἰς τὸ δημόσιον, θάμβος ὅλον τὸ πλῆθος κατέλαβεν, ὥσπερ Ἀρτέμιδος ἐν ἐρημίᾳ κυνηγέταις ἐπιστάσης. πολλοὶ δὲ τῶν παρόντων καὶ προσεκύνησαν· πάντες δὲ Χαιρέαν μὲν ἐθαύμαζον, Καλλιρρόην δὲ ἐμακάριζον. τοιοῦτον ὑμνοῦσι ποιηταὶ τὸν Θέτιδος γάμον ἐν Πηλίῳ γεγονέναι· πλὴν καὶ ἐνταῦθά τις εὑρέθη βάσκανος δαίμων, ὥσπερ ἐκεῖ φασι τὴν Ἔριν.

β. Οἱ γὰρ μνηστῆρες ἀποτυχόντες τοῦ γάμου λύπην ἐλάμβανον μετ' ὀρ-

γῆς. τέως μὲν μαχόμενοι πρὸς ἀλλήλους, ὡμονόησαν τότε. διὰ δὲ τὴν ὁμόνοιαν, ὑβρίσθαι δοκοῦντες, συνῆλθον εἰς βουλευτήριον κοινόν. ἐστρατολόγει δὲ αὐτοὺς ἐπὶ τὸν κατὰ Χαιρέου πόλεμον ὁ φθόνος. καὶ πρῶτος ἀναστὰς νεανίας τις Ἰταλιώτης, υἱὸς τοῦ Ῥηγίνων τυράννου, τοιαῦτα ἔλεγεν· Εἰ μέν τις ἐξ ἡμῶν ἔγημεν, οὐκ ἂν ὠργίσθην· ὥσπερ ἐν τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσιν ἕνα δεῖ νικῆσαι τῶν ἀγωνισαμένων. ἐπεὶ δὲ παρευδοκίμησεν ἡμᾶς ὁ μηδὲν ὑπὲρ γάμου πονήσας, οὐ φέρω τὴν ὕβριν. ἡμεῖς δὲ ἐτάκημεν αὐλείοις θύραις προσαγρυπνοῦντες, καὶ κολακεύοντες τίτθας καὶ θεραπαινίδας, καὶ δῶρα πέμποντες τροφοῖς. πόσον χρόνον δεδουλεύκαμεν, καί, τὸ πάντων χαλεπώτατον, ὡς ἀντεραστὰς ἀλλήλους ἐμισήσαμεν. ὁ δὲ πόρνος καὶ πένης, καὶ μηδενὸς κρείττων βασιλέων ἀγωνισαμένων αὐτὸς ἀκονιτεὶ τὸν στέφανον ἤρατο. ἀλλὰ ἀνόητον αὐτῷ γενέσθω τὸ ἆθλον, καὶ τὸν γάμον θάνατον τῷ νυμφίῳ ποιήσωμεν. Πάντες μὲν ἐπῄνεσαν, μόνος δὲ ὁ Ἀκραγαντίνων τύραννος ἀντεῖπεν. οὐκ εὐνοίᾳ δὲ εἶπε τῇ πρὸς Χαιρέαν Κωλύω τὴν ἐπιβουλήν, ἀλλὰ ἀσφαλεστέρῳ τῷ λογισμῷ· μέμνησθε γάρ, ὅτι Ἑρμοκράτης οὐκ ἔστιν εὐκαταφρόνητος· ὥστε ἀδύνατος ἡμῖν πρὸς αὐτὸν ἡ ἐκ τοῦ φανεροῦ μάχη. κρείττων δὲ ἡ μετὰ τέχνης. καὶ γὰρ τὰς τυραννίδας πανουργίᾳ μᾶλλον ἢ βίᾳ κτώμεθα. χειροτονήσατέ με τοῦ πρὸς Χαιρέαν πολέμου στρατηγόν. ἐπαγγέλλομαι διαλῦσαι τὸν γάμον. ἐφοπλιῶ γὰρ αὐτῷ ζηλοτυπίαν, ἥτις σύμμαχον λαβοῦσα τὸν ἔρωτα μέγα τὸ κακὸν ἀναπράξεται. Καλλιρρόη μὲν οὖν εὐσταθὴς καὶ ἄπειρος κακοήθους ὑποψίας· ὁ δὲ Χαιρέας, οἷα δὴ γυμνασίοις ἐντραφεὶς, καὶ νεωτερικῶν ἁμαρτημάτων οὐκ ἄπειρος, δύναται ῥᾳδίως ὑποπτεύσας ἐμπεσεῖν εἰς νεωτερικὴν ζηλοτυπίαν. ἔστι δὲ καὶ προσελθεῖν ἐκείνῳ ῥᾷον καὶ λαλῆσαι. Πάντες ἔτι λέγοντος αὐτοῦ τὴν γνώμην ἐπεψηφίσαντο, καὶ τὸ ἔργον ἐνεχείρισαν, ὡς ἀνδρὶ πᾶν ἱκανῷ μηχανήσασθαι. τοιαύτης μὲν ἐπινοίας ἐκεῖνος ἤρξατο.

γ. Ἑσπέρα μὲν ἦν, ἧκε δὲ ἀγγέλλων τις, ὅτι Ἀρίστων, ὁ πατὴρ Χαιρέου, πεσὼν ἀπὸ κλίμακος ἐν ἀγρῷ, πάνυ ὀλίγας ἔχει τοῦ ζῆν τὰς ἐλπίδας. ὁ δὲ Χαιρέας ἀκούσας, καίτοι φιλοπάτωρ ὤν, ὅμως ἐλυπήθη πλέον . . . ἔμελλεν ἀπελεύσεσθαι μόνος. οὐ γὰρ οἷόν τε ἦν ἐξάγειν ἤδη τὴν κόρην. ἐν δὲ τῇ νυκτὶ ταύτῃ φανερῶς μὲν οὐδεὶς ἐτόλμησεν ἐπικωμάσαι· κρύφα δὲ καὶ ἀδήλως ἐπελθόντες σημεῖα κώμου ἧσαν καὶ κατέλιπον· ἐστεφάνωσαν τὰ πρόθυρα, μύροις ἔρραναν, οἴνου πηλὸν ἐποίησαν, δᾷδας ἔρριψαν ἡμικαύστους. διέλαμψεν ἡμέρα, καὶ πᾶς ὁ παριὼν. το. ἐστήκει, κοινῷ τινι πολυπραγμοσύνης πάθει. Χαιρέας δὲ, τοῦ πατρὸς αὐτῷ ῥᾷον ἐσχηκότος, ἔσπευδε πρὸς τὴν γυναῖκα. ἰδὼν δὲ τὸν ὄχλον πρὸ τῶν θυρῶν, τὸ μὲν πρῶτον ἐθα.... ἐπεὶ δὲ ἔμαθε τὴν αἰτίαν, ἐνθουσιῶν εἰστρέχει. καταλαβὼν δὲ τὸν θάλαμον ἔτι κεκλεισμένον, ἤρασσε μετὰ σπουδῆς. ἐπεὶ δὲ ἀνέῳγεν ἡ θεράπαινα, ἐπιπεσὼν τῇ Καλλιρρόῃ, ὀργὴν μετέβαλεν εἰς λύπην, καὶ περιρρηξάμενος ἔκλαιε. πυνθανόμενος δὲ τί συ . . . ἦν, οὔτε ἀπιστεῖν οἷς εἶδεν, οὔτε πιστεύειν οἷς οὐκ ἤθελε, δυνάμενος. ἀπορουμένου αὐτοῦ καὶ τρέμοντος ἡ γυνὴ, μηδὲν ἐπινοοῦσα τῶν γεγονότων, ἱκέτευεν εἰπεῖν τὴν.... ὁ δὲ ὑφαίμοις τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ παχεῖ τῷ φθέγματι κατε.. Κλαίω, φησὶ, τὴν ἐμοῦ δυστυχίαν, ὅτι μου ταχέως ἐπελάθου. καὶ τὸν κῶμον ὠνείδισεν. ἡ δὲ, οἷα θυγάτηρ στρατηγοῦ καὶ φρονήματος πλήρης, πρὸς τὴν ἄδικον διαβολὴν παρωξύνθη. Καὶ, οὐδεὶς ἐπὶ τὴν πατρῴαν οἰκίαν ἐκώμασεν, εἶπε. τὰ δὲ τὰ πρόθυρα συνήθη τυχὸν ἐστὶ τοῖς κώμοις. καὶ τὸ γεγαμηκέναι σε λυπεῖ τοὺς ἐραστάς. Ταῦτα εἰποῦσα ἀπεστράφη καὶ συγκαλυψαμένη δακρύων ἀφῆκε πηγάς. εὔκολοι δὲ τοῖς ἐρῶσιν αἱ διαλλαγαὶ, καὶ πᾶσαν ἀπολογίαν ἡδέως ἀλλήλων προσδέχονται. μεταβαλλόμενος οὖν ὁ Χαιρέας ἤρξατο κολακεύειν, καὶ ἡ γυνὴ ταχέως αὐτοῦ τὴν μετάνοιαν ἠσπάζετο. ταῦ-

τα μᾶλλον ἐξέκαυσε τὸν ἔρωτα, καὶ οἱ ἀμφοτέρων αὐτῶν γονεῖς μακαρίους αὐτοὺς ὑπελάμβανον τὴν τῶν τέκνων ὁρῶντες ὁμόνοιαν.

δ. Ὁ δὲ Ἀκραγαντῖνος, διαπεπτωκυίας αὐτῷ τῆς πρώτης τέχνης, ἥπτετο λοιπὸν ἐνεργεστέρας κατασκευῆς τι τοιοῦτον. ἦν αὐτῷ παράσιτος στωμύλος, καὶ πάσης χάριτος ὁμιλητικῆς ἔμπλεως. τοῦτον ἐκέλευσεν ὑποκριτὴν ἔρωτος γενέσθαι. τὴν ἅβραν γὰρ τῆς Καλλιρρόης καὶ τιμιωτάτην τῶν θεραπαινίδων προσπίπτων φιλεῖν ἐποίει. μόλις οὖν ἔκειτο, πλὴν ὑπηγάγετο τὴν μείρακα μεγάλαις δωρεαῖς, ποῖτε λέγων ἀπάγξεσθαι μὴ τυχὼν τῆς ἐπιθυμίας. γυνὴ δὲ εὐάλωτόν ἐστιν, ὅταν ἐρᾶσθαι δοκῇ. ταῦτα οὖν προκατασκευασάμενος ὁ δημιουργὸς τοῦ δράματος, ὑποκριτὴν ἕτερον ἐξηῦρεν, οὐκέτι ὁμοίως εὔχαριν, ἀλλὰ πανοῦργον, καὶ ἀξιόπιστον λαλῆσαι. τοῦτον προδιδάξας ἃ χρὴ πράττειν καὶ λέγειν, ὑπέπεμψεν ἀγνῶτα τῷ Χαιρέᾳ. προσελθὼν δὲ ἐκεῖνος αὐτῷ περὶ τὰς παλαίστρας ἀλύοντι, καὶ μοί, φησιν, υἱὸς ἦν, ὦ Χαιρέα, σὸς ἡλικιώτης, πάνυ σε θαυμάζων καὶ φιλῶν, ὅτε ἔζη. τελευτήσαντος δὲ αὐτοῦ, σὲ υἱὸν ἐμαυτοῦ νομίζω· καὶ γὰρ εἶ κοινὸν ἀγαθὸν πάσης Σικελίας εὐτυχῶν. δὸς οὖν μοι σχολάζοντα σεαυτὸν, καὶ ἀκούσῃ μεγάλα πράγματα ὅλῳ τῷ βίῳ σου διαφέροντα. Τοιούτοις ῥήμασιν ὁ μιαρὸς ἐκεῖνος ἄνθρωπος τοῦ μειρακίου τὴν ψυχὴν ἀνακουφίσας, καὶ μεστὸν ποιήσας ἐλπίδος, καὶ φόβου, καὶ πολυπραγμοσύνης, δεομένου λέγειν ὤκνει, καὶ προεφασίζετο μὴ εἶναι τὸν καιρὸν ἐπιτήδειον τὸν παρόντα. δεῖν δὲ ἀναβολῆς καὶ σχολῆς μακροτέρας. ἐνέκειτο μᾶλλον ὁ Χαιρέας, ἤδη τι προσδοκῶν βαρύτερον. ὁ δὲ, ἐμβαλὼν αὐτοῦ τὴν δεξιὰν, ἀπῆγεν εἴς τι χωρίον ἠρεμαῖον. εἶτα συναγαγὼν τὰς ὀφρῦς, καὶ ὅμοιος γενόμενος λυπουμένῳ, μικρὸν δέ τι καὶ δακρύσας· Ἀηδῶς μὲν, εἶπεν, ὦ Χαιρέα, σκυθρωπόν σοι πρᾶγμα μηνύω, καὶ πάλαι βουλόμενος εἰπεῖν ὤκνουν. ἐπεὶ δὲ ἤδη φανερῶς ὑβρίζῃ, καὶ θρυλλεῖται πανταχοῦ τὸ

δει-

δίκαιον, οὐχ ὑπομένω σιωπᾶν· φύσει τε γὰρ μισοπόνηρός εἰμι, καὶ σοὶ μάλιστα εὔνους. γίνωσκε τοίνυν μοιχευομένην σου τὴν γυναῖκα, καὶ ἵνα τούτῳ πιστεύσῃς, ἕτοιμος ἐπ᾽ αὐτοφώρῳ τὸν μοιχὸν δεικνύειν.

Ὣς φάτο. τὸν δ᾽ ἄχεος νεφέλη ἐκάλυψε μέλαινα,
Ἀμφοτέρῃσι δὲ χερσὶν ἑλὼν κόνιν αἰθαλόεσσαν
Χεύατο κακκεφαλῆς, χαρίεν δ᾽ ᾔσχυνε πρόσωπον.

Ἐπὶ πολὺ μὲν οὖν ἀχανὴς ἔκειτο, μήτε τὸ στόμα, μήτε τοὺς ὀφθαλμοὺς, ἐπᾶραι δυνάμενος. ἐπεὶ δὲ φωνὴν, οὐχ ὁμοίαν μὲν, ὀλίγην δὲ, συνελέξατο· Δυστυχῆ μὲν, εἶπεν, αἰτῶ παρὰ σοῦ χάριν, αὐτόπτης γενέσθαι τῶν ἐμῶν κακῶν. ὃ μὲν δὲ δεῖξαι, ὅπως εὐλογώτερον ἐμαυτὸν ἀνέλω. Καλλιῤῥόης γὰρ καὶ ἀδικούσης φείσομαι. Προσποίησαι, φησιν, ὡς εἰς ἀγρὸν ἀπιέναι· βαθείας δὲ ἑσπέρας παραφύλαττε τὴν οἰκίαν. ὄψει γὰρ εἰσιόντα τὸν μοιχόν. Συνέθετο ταῦτα, καὶ ὁ μὲν Χαιρέας πέμψας· οὐ γὰρ αὐτὸς ὑπέμεινεν οὐδὲ ἀπελθεῖν· Ἄπειμί, φησιν, εἰς ἀγρόν. Ὁ δὲ κακοήθης ἐκεῖνος καὶ διάβολος συνέταττε τὴν σκηνήν. ἑσπέρας οὖν ἐπιστάσης ὁ μὲν ἐπὶ τὴν κατασκοπὴν ἦλθεν· ὁ δὲ τὴν ἅβραν τῆς Καλλιῤῥόης διαφθείρας ἐνέβαλεν εἰς τὸν στενωπὸν, ὑποκρινόμενος μὲν τὸ λαθραίοις ἔργοις ἐπιχειρεῖν προαιρούμενος· πάντα δὲ μηχανώμενος, ἵνα μὴ λάθοι. κόμην εἶχε λιπαρὰν, καὶ βοστρύχους μύρων ἀποπνέοντας, ὀφθαλμοὺς ὑπογεγραμμένους, ἱμάτιον μαλακὸν, ὑπόδημα λεπτόν. δακτύλιοι βαθεῖς ὑπέστιλβον. εἶτα πολὺ περιβλεψάμενος τῇ θύρᾳ προσῆλθε, κρούσας δὲ ἐλαφρῶς τὸ εἰωθὸς ἔδωκε σημεῖον. ἡ δὲ θεράπαινα, καὶ αὐτὴ περίφοβος, ἠρέμα παρανοίξασα, καὶ λαβομένη τῆς χειρὸς, εἰσήγαγε. τοῦτο θεασάμενος Χαιρέας οὐκέτι κατέ-

χεν,

χω, ἀλλὰ εἰσιδέσθαι ἐπ' αὐτοφώρῳ τὸν μοιχὸν ἀναιρήσων. ὁ δὲ ἐλθὼν παρὰ τὴν αὔλειον θύραν ἀποστὰς, εὐθὺς ἐξῆλθεν. ἡ δὲ Καλλιρρόη ἐκάθητο ἐπὶ τῆς κλίνης . . ῦσα Χαιρέαν, καὶ μηδὲ λύχνον ἅψασα διὰ τὴν λύπην· ψόφου δὲ ποδῶν γενομένου πρώτη τοῦ ἀνδρὸς ᾔσθετο τὴν ἀναπνοὴν, καὶ χαίρουσα αὐτῷ προσέδραμεν. ὁ δὲ φωνὴν μὲν οὐκ ἔσχεν ὥστε λοιδορήσασθαι· κρατούμενος δὲ ὑπὸ τῆς ὀργῆς ἐλάκτισε προσιοῦσαν. εὐστόχως οὖν ὁ ποὺς κατὰ τοῦ διαφράγματος ἀναχθεὶς ἐπέσχε τῆς παιδὸς τὴν ἀναπνοήν. ἐρριμμένην δὲ αὐτὴν αἱ θεραπαινίδες βαστάσασαι κατέκλιναν ἐπὶ τὴν κοίτην. Καλλιρρόη μὲν οὖν ἄφωνος καὶ ἄπνους ἐπέκειτο νεκρᾶς εἰκόνα πᾶσι παρέχουσα.

ε. Φήμη δὲ, ἄγγελος τοῦ πάθους, καθ' ὅλην τὴν πόλιν διέτρεχεν, οἰμωγὴν ἐγείρουσα διὰ τῶν στενωπῶν ἄχρι τῆς θαλάττης, καὶ πανταχόθεν ὁ θρῆνος ἠκούετο, καὶ τὸ πρᾶγμα ἐῴκει πόλεως ἁλώσει. Χαιρέας δὲ, ἔτι τῷ θυμῷ ζέων, δι' ὅλης νυκτὸς ἀποκλείσας ἑαυτὸν, ἐβασάνιζε τὰς θεραπαινίδας, πρώτην δὲ καὶ τελευταίαν τὴν ἅβραν. ἔτι δὲ καιομένων καὶ τεμνομένων αὐτῶν ἔμαθε τὴν ἀλήθειαν. τότε ἔλεος αὐτὸν εἰσῆλθε τῆς ἀποθανούσης, καὶ ἀποκτεῖναι μὲν ἑαυτὸν ἐπεθύμει. Πολύχαρμος δὲ ἐκώλυε, φίλος ἐξαίρετος τοιοῦτος, οἷον Ὅμηρος ἐποίησε Πάτροκλον Ἀχιλλέως. ἡμέρας δὲ γενομένης οἱ ἄρχοντες ἐκλήρουν δικαστήριον τῷ φονεῖ, διὰ τὴν πρὸς Ἑρμοκράτην τιμὴν ἐπισπεύδοντες τὴν κρίσιν. ἀλλὰ καὶ ὁ δῆμος ἅπας εἰς τὴν ἀγορὰν συνέτρεχεν, ἄλλων ἄλλα κεκραγότων. ἐδημοκόπουν δὲ οἱ τῆς μνηστείας ἀποτυχόντες, καὶ ὁ Ἀκραγαντῖνος ὑπὲρ ἅπαντας, λαμπρός τε καὶ σοβαρὸς, οἷον διαπραξάμενος ἔργον, ὃ μηδεὶς ἂν προσεδόκησε. συνέβη δὲ πρᾶγμα καινὸν, καὶ ἐν δικαστηρίῳ μὴ δὲ πώποτε πραχθέν. ῥηθείσης γὰρ τῆς κατηγορίας ὁ φονεὺς, μετρηθέντος αὐτῷ τοῦ ὕδατος, ἀντὶ τῆς ἀπολογίας αὐτοῦ κατη-

γόρησε

γόρησε πικρότερον, καὶ πρῶτος τὴν καταδικάζουσαν ψῆφον ἤνεγκεν, οὐδὲν εἰπὼν τῶν πρὸς τὴν ἀπολογίαν δικαίων, οὐ τὴν διαβολὴν, οὐ τὴν ζηλοτυπίαν, οὐ τὸ ἀκούσιον, ἀλλὰ ᾐτεῖτο πάντων· Δημοσίᾳ με καταλεύσατε. ἀπεστεφάνωσα τὸν δῆμον. Φιλάνθρωπόν ἐστιν, ἂν παραδῶτέ με δημίῳ. τοῦτο ὤφειλον παθεῖν, εἰ καὶ θεραπαινίδα Ἑρμοκράτους ἀπέκτεινα. τρόπον ζητήσατε κολάσεως ἀπόρρητον. χείρονα δέδρακα ἱεροσύλων καὶ πατροκτόνων. μὴ θάψητέ με. μὴ μιάνητε τὴν γῆν. ἀλλὰ τὸ ἀσεβὲς καταποντώσατε σῶμα. Ταῦτα λέγοντος θρῆνος ἐξερράγη, καὶ πάντες ἀφέντες τὴν νεκρὰν τὸν ζῶντα ἐπένθουν. Ἑρμοκράτης συνηγόρησε Χαιρέᾳ πρῶτος. Ἐγὼ, φησὶν, ἐπίσταμαι τὸ συμβὰν ἀκούσιον. βλέπω τοὺς ἐπιβουλεύοντας ἡμῖν. οὐκ ἐφησθήσονται δυσὶ νεκροῖς, οὐδὲ λυπήσω τεθνεῶσαν τὴν θυγατέρα. ἤκουσα λεγούσης αὐτῆς πολλάκις, ὅτι αὐτῆς μᾶλλον θέλει Χαιρέαν ζῆν. παύσαντες οὖν τὸ περισσὸν δικαστήριον ἐπὶ τὸν ἀναγκαῖον ἀπίωμεν τάφον. μὴ παραδῶμεν χρόνῳ τὴν νεκρὰν, μηδὲ ἄμορφον τῇ παρολκῇ ποιήσωμεν τὸ σῶμα. Θάψωμεν Καλλιρρόην ἔτι καλήν. οἱ μὲν οὖν ~~δικασταὶ τὴν ἀπολύουσαν ψῆφον ἀνέθεσαν~~.

ϛ. Χαιρέας δὲ οὐκ ἀπέλυεν ἑαυτὸν, ἀλλ' ἐπεθύμει θανάτου, καὶ πάσας ὁδοὺς ἐμηχανᾶτο τῆς τελευτῆς. Πολύχαρμος δὲ ὁρῶν ἄλλως ἀδύνατον ἑαυτῷ τὴν σωτηρίαν· Προδότα, φησὶ, τῆς νεκρᾶς, οὐδὲ θάψαι Καλλιρρόην περιμένεις; ἀλλοτρίαις χερσὶ τὸ σῶμα πιστεύεις; καιρός ἐστί σοι νῦν ἐνταφίων ἐπιμελεῖσθαι πολυτελείας, καὶ τὴν ἐκκομιδὴν κατασκευάσαι βασιλικήν. Ἔπεισεν οὗτος ὁ λόγος. ἐνέβαλε γὰρ φιλοτιμίαν καὶ φροντίδα. τίς ἂν οὖν ἀπαγγεῖλαι δύναιτο κατ' ἀξίαν τὴν ἐκκομιδὴν ἐκείνην. κατέκειτο μὲν Καλλιρρόη νυμφικὴν ἐσθῆτα περικειμένη, καὶ ἐπὶ χρυσηλάτου κλίνης μείζων τε καὶ κρείττων, ὥστε πάντες εἴκαζον αὐτὴν Ἀριάδνῃ καθευδούσῃ. προῄεσαν δὲ τῆς κλίνης, πρῶτοι μὲν οἱ

Συρρακουσίων ἱππεῖς, αὐτοῖς ἵπποις κεκοσμημένοι· μετὰ τούτους ὁπλῖται, φέροντες σημεῖα τῶν Ἑρμοκράτους τροπαίων. εἶτα ἡ βουλὴ, καὶ ἐν μέσῳ τῷ δήμῳ πάντες Ἑρμοκράτην δορυφοροῦντες. ἐφέρετο δὲ καὶ Ἀρίστων, ἔτι νοσῶν, θυγατέρα καὶ κυρίαν Καλλιρρόην ἀποκαλῶν. ἐπὶ τούτοις αἱ γυναῖκες τῶν πολιτῶν μελανείμονες. εἶτα πλοῦτος ἐνταφίων βασιλικός. πρῶτος μὲν ὁ τῆς φερνῆς χρυσός τε καὶ ἄργυρος. ἐσθήτων κάλλος καὶ κόσμος· συνέπεμψε δὲ ὁ Ἑρμοκράτης πολλὰ ἐκ τῶν λαφύρων· συγγενῶν τε δωρεαὶ καὶ φίλων. τελευταῖος δ' ἐπηκολούθει ὁ Χαιρέου πλοῦτος. ἐπεθύμει γὰρ, εἰ δυνατὸν ἦν, πᾶσαν τὴν οὐσίαν συγκαταφλέξαι τῇ γυναικί. ἔφερον δὲ τὴν κλίνην οἱ Συρρακουσίων ἔφηβοι, καὶ ἐπηκολούθει τὸ πλῆθος. τούτων δὲ θρηνούντων μάλιστα Χαιρέας ἠκούετο. ἦν δὲ τάφος μεγαλοπρεπὴς Ἑρμοκράτους πλησίον τῆς θαλάσσης, ὥστε καὶ τοῖς πόρρωθεν πλέουσι περίβλεπτος εἶναι. τοῦτον, ὥσπερ θησαυρὸν, ἐπλήρωσεν ἡ τῶν ἐνταφίων πολυτέλεια. τὸ δὲ δοκοῦν εἰς τιμὴν τῆς νεκρᾶς γεγονέναι, μειζόνων πραγμάτων ἐκίνησεν ἀρχήν.

reliquerant. Limina coronaverant, unxerant; vino fecerant lutum, jactaverant semusta funalia. Altero mane transiens quisque consistebat, vitio generis humani, de rebus alienis nimisquam solliciti. Chaereas in melius restituto patre ad uxorem rursus properabat. Videns vero obsessas tanta turba fores stupet primum; dein cognita caussa furibundus irrumpit, & cubiculum, adhuc clausum offendens, pulsat magno studio, & postquam ancilla aperuerat, incidens in Callirrhoën, iram convertit in tristitiam, vestibusque dilaniatis, sciscitatus quid actum, plorat, neque diffidere habens quae videbat, neque credere, quae nolebat. Uxor, eorum quae acciderant penitus ignara, trepidantem & perplexum supplex rogat, velit dicere, quid sibi offecerit. Ille vero sanguine plenis oculis & hesterno adhuc saucius casu, sortem deploro meam, ait, & quod tam cito mei oblita sis. Simulque de comessatione exprobrat. Illa, ut filia Praetoris, & spiritus gerens haud parvos, ad tam iniquam exacerbata invidiam: Nemo, ait, ad domum patris mei adiit comessator: haec vero limina forsan assueta jam comessationibus. Nuptiae nostrae urunt amatores. His dictis aversa operto capite lacrymarum remisit scaturigines. Facile autem est amantibus in gratiam redire secum, omnemque libenter accipiunt vicissim excusationem. Mutata igitur mente Chaereas illi blandiri; illa sine mora poenitentiam ejus admittere. Sic acrius exarsit amor, & beatos se reputabant utriusque parentes perspecta liberorum suorum concordia.

4. Agri-

4. Agrigentinus autem, dilapſa ſibi prima iſta machinatione, quod ſupererat, efficaciores *alias inſtruebat*. Erat *illi* paraſitus, facetus homo, omniumque gratiarum plenus, quae *faciunt* & continent conſuetudinem. Hic amantis mimum facere juſſus, pediſſequam Callirrhoës & inter ancillas ejus primam loco adortus, in amorem *ſui* pertrahit; vix quidem perſuaſit & difficulter, multis tamen muneribus puellam ſuperat, & eo quod vitam reſti finire velle diceret, niſi votis potiretur. Foemina vero, ubi putat amari, facile expugnatur. His praeparatis alterum ſibi comparabat hiſtrionem editor hujus *ludi*, non aeque atque iſte venuſtulum, ſed vafrae *hominem malitiae*, qui ficto candore fidem & confidentiam *tibi diſſerens* extorſerit. Hunc quae facere quaeque dicere oporteret edoctum ſubmittit ignotum Chaereae; quem adortus *ille circa* palaeſtras otio obambulantem: Et mihi erat filius, inquit, aequalis ille tuus, tui ille tantus admirator & amicus quamdiu *vixit. mortuo* autem illo filium te meum reputo. Es enim, dum tibi bene ſit, commune Siciliae bonum. Vacuum ergo te mihi da, & audies magnas res, quas omnis tuae vitae intereſt non ignoraſſe. Sic dejectam de conſtantia ſua juvenis mentem quum levem feciſſet & ventoſam, & ſpe & timore atque intempeſtiva ſedulitate repleſſet iſtud ſcelus, noſtro rogante dicere tergiverſabatur, tempus praeſens minus opportunum cauſſatus. opus eſſe potioris otii & morae majoris. Quo Chaereas inſtare magis, jam exſpectans aliquid gravius. Dextra igitur ſua prehenſum ſeducit illum in locum

ſoli-

solitarium & *caperata fronte*. simulans afflictum, quin & sublacrymans: *Invitus ego* quidem tibi, ait, indico triste negotium, *& quamvis* dudum promere voluerim, adhuc id facere *refugi*. Quando vero nunc palam illuderis, & malum per omnium increbuit ora, tacere porro non sustineo. Nam & mali cujusvis osorem natura me finxit, & tui maximopere studiosum. Scito igitur uxorem tuam moechari. Quod quo credas, en paratus sum adulterum tibi sub ipso flagitii momento sistere.

Dixit. at is, nigra quasi nube doloris amictus,
Ambabus furvam circum accumulare favillam
In caput, & vultus olim foedare venustos.

Diu jacebat intercepto sermone, neque os attollere neque oculos valens. Ut tandem ipsi non quidem solita, aliqua tamen, rediit vox: Gratiam te rogo, ait Chaereas, miseram quidem illam, ut efficias me meorum malorum spectatorem. Sed, utcumque res cadat, ostende modo: quo me meliore jure jam de medio tollere queam. Nam Callirrhoae quidem vel in me injuriae parcam. Finge, ait alter, rus abire. profunda autem vespera observa domum. videbis enim intrantem moechum. His condictis Chaereas quidem misso nuncio rus abire significat; ipse enim ut domum rediret a se non poterat impetrare. Nebulo autem iste & concordiae turbator scenam interim instruebat; vesperaque facta contendebat ad perficiendum drama,

drama, quando simul corruptor ancillae istius Callirrhoës in angiportum se conjicit, simulans quidem hominem cui clandestina moliri & tenebris digna sedet; omnia tamen eo comparaverat, ut ne lateret. illi coma nitida, cincinni unguento fragrantes, oculi picti, vestitus mollis, calceatus tenuis. annuli ponderosi per tenebras micabant. Sic multum & sollicite quaquaversum circumspectans ad fores accedit, & suspensa manu pro more pulsatis consuetum edit signum. ipsa quoque ancilla perquam timida sine crepitu & adaperta modo janua prehensum manu intromittit. Quo viso Chaereas se non amplius continere, sed intro currere, ut in ipso opere corruptorem trucidaturus. Alter vero, cum substitisset ad vestibuli januam, statim exivit. Callirrhoë interim toro residebat, Chaeream desiderans, & prae moerore ne lucernam quidem accendi passa; strepituque pedum facto prima sentiebat animam viri sui, & occurrebat illi laeta. Ille autem, voce, qua eam increparet, defectus, irarum impotens prope accedentem calce ferit. Pes directe contra diaphragma puellae impactus spiritum illi intercludebat. Prostratam tollunt, lectoque reponunt ancillae. sic sine voce, sine vita jacebat porrecta Callirrhoë, mortuae speciem omnibus exhibens.

5. Fama casus nuntia totam urbem pervagata gemitus excitabat & ejulationes per angiportus ad mare usque, haud secus ac si urbs ipsa capta foret. Chaereas interim ira fervidus adhuc, clausa domo, tormentis in ergastulo per totam

ſolitarium & caperata fronte. ſimulans afflictum, quin & ſublacrymans: Invitus ego quidem tibi, ait, indico triſte negotium, & quamvis dudum promere voluerim, adhuc id facere refugi. Quando vero nunc palam illuderis, & malum per omnium increbuit ora, tacere porro non ſuſtineo. Nam & mali cujusvis oſorem natura me finxit, & tui maximopere ſtudioſum. Scito igitur uxorem tuam moechari. Quod quo credas, en paratus ſum adulterum tibi ſub ipſo flagitii momento ſiſtere.

Dixit. at is, nigra quaſi nube doloris amictus,
Ambabus furvam circum accumulare favillam
In caput, & vultus olim foedare venuſtos.

Diu jacebat intercepto ſermone, neque os attollere neque oculos valens. Ut tandem ipſi non quidem ſolita, aliqua tamen, rediit vox: Gratiam te rogo, ait Chaereas, miſeram quidem illam, ut efficias me meorum malorum ſpectatorem. Sed, utcumque res cadat, oſtende modo: quo me meliore jure jam de medio tollere queam. Nam Callirrhoae quidem vel in me injuriae parcam. Finge, ait alter, rus abire. profunda autem veſpera obſerva domum. videbis enim intrantem moechum. His condictis Chaereas quidem miſſo nuncio rus abire ſignificat; ipſe enim ut domum rediret a ſe non poterat impetrare. Nebulo autem iſte & concordiae turbator ſcenam interim inſtruebat; veſperaque facta contendebat ad perficiendum drama,

drama, quando simul corruptor ancillae istius Callirrhoës in angiportum se conjicit, simulans quidem hominem cui clandestina moliri & tenebris digna sedet; omnia tamen eo comparaverat, ut ne lateret. illi coma nitida, cincinni unguento fragrantes, oculi picti, vestitus mollis, calceatus tenuis. annuli ponderosi per tenebras micabant. Sic multum & sollicite quaquaversum circumspectans ad fores accedit, & suspensa manu pro more pulsatis consuetum edit signum. ipsa quoque ancilla perquam timida sine crepitu & adaperta modo janua prehensum manu intromittit. Quo viso Chaereas se non amplius continere, sed intro currere, *ut in ipso* opere corruptorem trucidaturus. Alter vero, cum substitisset ad vestibuli januam, statim exivit. Callirrhoë interim toro residebat, Chaeream desiderans, & prae moerore ne lucernam quidem accendi passa; strepituque pedum facto prima sentiebat animam viri sui, & occurrebat illi laeta. Ille autem, voce, qua eam increparet, defectus, irarum impotens prope accedentem calce ferit. Pes directe contra diaphragma puellae impactus spiritum illi intercludebat. Prostratam tollunt, lectoque reponunt ancillae. sic sine voce, sine vita jacebat porrecta Callirrhoë, mortuae speciem omnibus exhibens.

5. Fama casus nuntia totam urbem pervagata gemitus excitabat & ejulationes per angiportus ad mare usque, haud secus ac si urbs ipsa capta foret. Chaereas interim ira fervidus adhuc, clausa domo, tormentis in ergastulo per totam

noctem in ancillas inquirebat, & earum quidem primam pariter atque ultimam istam pedissequam, quae dum uruntur adhuc & secantur, comperta veritate, misericordia mortuae ductus ipse semet occidere ruebat; nisi Polycharmus intercessisset, singularis amicus nostri, qualem Homerus Achillis Patroclum cecinit. Altero mane Archontes quaestionem suscipiebant in homicidam, & urgebant negotium Hermocratis reverentia. Omnis populus in forum concurrebat, alius alia clamantes. Maxime assentabantur populo elusi proci, & prae caeteris Agrigentinus ille, splendidus incedens & superbus, ut qui confecerit quod nemo exspectasset. Accidebat autem novum quid & in foro nunquam antea visum. Accusatione nempe dicta, & admensa reo aqua ipse in se, omissa omni defensione, acerbe invectus condemnantem primus tulit calculum, & missis justis excusationis titulis, quod calumnia delusus, quod aemulus, quod invitus fecerit, omnes hoc modo supplicabat: Communi me suffragio manuque lapidate, obsecro. Populo huic coronam abstuli. Nimis benigne mecum agetis, si carnifici tradideritis. Id vel ancilla Hermocratis peremta meruissem. Novum exquirite supplicium. Scelestiora sacrilegis & parricidis perpetravi. Ne me sepelite, velim, ne polluite terram, sed aequore impium corpus mergite. Ejulatum haec audientibus excutiebant, luctusque transferebatur omnis a mortua in vivum. Primus Hermocrates patrocinari reo. Novi, ait, praeter voluntatem quidquid id est accidisse. Coram video nobis insidiatos. At non

non illaetabuntur duobus funeribus, neque mortuam ego filiam contriſtabo, quam ſaepius audivi dicere, vitam Chaereae ſua ſibi cariorem eſſe. Abjecto itaque ſupervacaneo judicio ad neceſſarias accingamur exſequias. Ne tempori mortuam tradamus, neque faciamus mora corpus minus formoſum. Pulchram adhuc ſepeliamus Callirrhoën. Judices itaque calculum ferebant abſolventem.

6. Chaereas ſibi non item, ſed mortis avidus, fati omnes vias tentabat. Polycharmus ergo videns ſe non poſſe vivum illum ſervare: Non differs ſaltem mori, ait, dum Callirrhoën ſepelias, o mortuae proditor? Alienis manibus cadaver accredis? Jam tempus erat ſplendida tymbi ornamenta & exſequias curare regias. Approbavit hanc illi ſententiam, eoque ambitionem & curam indidit. Quis jam digne funus illud enunciet? Callirrhoë ſtola, qua ſponſa fuerat induta, recumbebat ſuper lecto ſolidi auri, viva major & pulchrior, adeo ut omnes Ariadnae dormienti compararent. Lectum praeibant primi quidem equites Syracuſani, ipſis cum ſuis equis ornati. Sequebatur gravis armatura victoriarum Hermocratis monumenta praeferens. Succedebat Senatus, & in medio populo omnes Hermocratem ſtipantes. Ariſton quoque aeger adhuc portabatur, Callirrhoën itentidem filiam atque dominam compellans. Ibant porro civium uxores pullatae; tum divitiae ſepulcrales plane regiae: primo quidem loco aurum & argentum dotale, dein veſtes pulcherrimae & mundus; dein quas commiſerat Hermocrates multas manubias; amicorum hinc & affinium mune-

nera; ultimo denique Chaereae opulentia, cupidi, si posset, vel omnem suam uxori concremare substantiam. Tum lectum portabant Syracusanorum puberes. Claudebat agmen caetera promiscua multitudo, in qua Chaereas maxime lugens audiebatur. Habebat autem Hermocrates magnificum ad mare sepulchrum, quod vel procul navigantium feriret oculos. Replevit hoc, ceu aerarium, quam diximus, feralis opulentia. Quod vero tum videbatur in honorem mortuae factum, majoris id momenti res concitavit.

7. Nam Theron erat aliquis, homo nefandus, injusti lucri cupiditate mare navigans, & piratas habens portubus subsidentes, nomine collegii vectorii piraticum cogens. Is cum interesset funeri, conjecerat oculos in aurum; noctuque pervigil decumbens ita se compellat. Ego vero tot cum periculis mari conflictor, & vivos occido, parvi lucelli gratia; qui semel ab una mortua possim ditescere. Jacta sit alea. Neutiquam dimisero praedam. Quos autem mihi facinoris hujus adscisco satellites? Dispice Theron, quis eorum, quos nosti, idoneus? Zenophanes Thurius, sagax quidem, sed timidus. Meno Messenius audax, sed proditor. Ita secum singulos percensens, ut argenti explorator, multos quum improbasset, aliquos tamen aptos judicabat. Mane ergo de navi in portum transcurrens, eorum unumquemque indagabat & inveniebat partim in lupanari, partim in popinis; dignum istoc imperatore exercitum. Quos ad communem de re necessaria deliberationem excitatos & se-

du-

ductos post portum sic alloquitur. Prae aliis omnibus ego vos inventi thesauri participes elegi. Neque enim unius hominis est lucrum, neque multo labore indiget; sed una nox omnes ditare nos poterit. Etiam imperiti non sumus talium facinorum, quae apud stultos quidem audiunt male, prudentibus autem ferunt compendia. Continuo illi intelligentes aut latrocinium denunciare, aut violationem sepulchri, aut sacrilegium. Noli suadere, inquiunt, quibus jam persuasisti. Modo negotium indica. Tempori parcamus. Vidistis, inde Theron occipit, vidistis aurum & argentum mortuae. Ea vivis nobis justiore titulo cesserint. Hinc suadeo de nocte sepulchrum aperire; impositamque scaphae mercem quo nos cunque terrarum ventus detulerit, peregre distrahere. Placuit. Vos interim, pergebat, ad consueta deversoria & negotia redite. Profunda vero vespera ad scapham quisque instrumento fabrili armatus deveniat. Haec illi moliri.

8. Callirrhoë interim iterato quasi partu post sepultos manes in lucem eniti, &, accedente superstitibus adhuc animabus per inediam aliquo sensu, vix & pedetentim respirare; dein movere singula per membra corpus; palpebris denique diductis sensum sui somno evigilantis percipere; Chaeream vocare quasi accubantem. Quum vero neque maritus neque ancillae audirent, omniaque deserta essent & tenebricosa, inhorrescere puella & contremiscere, quid de se factum exputare plane impotens. Erecto vix tandem corpore corol-

 las

las & taenias contrectans, & crepitum attracti auri & argenti percipiens, & accumulatum multo aromate torum ſentiens; ſic demum recordari calcem inflictam, & caſum inde ſuum coepit. Vix tandem ſibi reddita ex animi ſummo angore agnoſcere ſepulchrum; rumpere protinus vocem quam potuit maximam. Viva defoſſa ſum. Succurrite. Saepius autem clamanti quum nihilo plus fieret, deſperare porro de ſalute ſua coepit, & dejecto intra genua capite ſic lamentari. Heu mihi malorum! viva defoſſa ſum, innoxia. Morior morte longa. Valentem me lugent. Quem quis nuncium miſerit! inique Chaerea, incuſo te, non quod occidiſti, ſed quod ejicere domo tam properaſti. Non debueras Callirrhoën confeſtim tumulare, ne quidem vere mortuam. Sed forte jamdudum cogitas de novis nuptiis.

9. Interea dum illa varia lamentatur, Theron mediam ſervans noctem, ſine ſtrepitu accedit ad conditorium, ſummum remis radens mare; & miniſteria in terram egreſſus ſic ordinat. Quatuor emiſſi ſpeculatum, juſſique occidere quisquis illuc accederet; ſi nequirent, ſigno ſaltem conſtituto edito accedentes prodere. Ipſe cum quatuor aliis aggrediebatur tumulum. Caeteris mandatum, erant autem omnes omnino ſedecim, in celoce manere, remis erectis & in navigationem aptatis, quo ad ſubitum quemvis caſum ex continente ſe corripientes actutum aufugerent. Callirrhoën vero vectes admotos ſentientem, & ictus validiores revellendo conditorio impactos, ſimul omnia invadunt; timor, gaudium, triſtitia, admira-

tio,

tio, spes, diffidentia. Unde iste strepitus! Daemonumne quisquam inferorum, communi defunctorum lege, ad me tendit, miseram? Atqui strepitus non est, sed clara vox inferorum in suam ditionem me evocantium. Quin sepulchrorum perfossores rectius videntur esse. Nam & hoc additum meis calamitatibus, opes cadaveri inutiles. Haec illa volutare adhuc, quum latro unus projectum per foramen caput sensim inserebat; quem adorta Callirrhoë, volens obsecrare. Ille vero territus resilire & sodales pavore tremens hortari. Fugiamus hinc, amici. Genius aliquis intus posita servat, neque permittit nobis introitum. Irrisum hominem Theron imbellem objurgat, & ipsa mortua magis exanimem; aliumque jubet penetrare. Sed quum negarent omnes, ipse projecto gladio irrepit. Micante autem ferro verita, ne periret, Callirrhoë in angulum extendebat se, vocemque mittebat inde supplex exilem. Miserere, quisquis es, cujus neque maritus neque parentes miserti sunt. Ne perimas quam servasti magis. Theroni sic animus rediit, qui, ut sagax homo sibique semper praesens, confestim intellecta re cogitabundus haesitabat; & primum quidem volebat occidere mulierem, ratus illam totius molitionis impedimentum fore. Mox tamen ob lucrum mutato consilio, ipse sic ad se: Sit & ipsa mundi feralis accessio, ait. Abunde argenti, abunde auri. Sed pretiosior tamen his omnibus forma mulieris. Manu itaque prehensam extrahit, vocatoque sodali: En tibi genium, ait, quem verebaris. Egregium illum mihi latronem, qui vel mulierem pavet.

pavet. Servate hanc vos quidem. volo enim parentibus reddere. Nos autem efferamus intus ſita, quae vel ipſa mortua non amplius cuſtodit.

10. Onerato ſic lembo Theron parum ſecedere cum muliere cuſtodem jubet, de qua proponit conſultationem. Alii alia ſentire & adverſa ſibi. Primus enim quis: Ob aliud quidem venimus, ait, commilitones: Fortuna vero ſpe quid melius inſtituit. Quo utamur velim. Sic enim quidquid fecimus, feciſſe indemnes & ſine periculo poterimus. Inferias loco ſuo ſinamus, ſic mihi videtur; reddamus marito patrique Callirrhoën, praefati, appuliſſe ad conditorium pro more piſcatorum, & audita voce inſtinctu humanitatis admonitos aperuiſſe, ad ſervandam intus concluſam. Sacramento mulierem obſtringamus omnia nobis conteſtari. Libenter autem faciet hanc gratiam, quibus & ipſa tantum debet, benefactoribus, quorum ope faucibus Orci erepta eſt. Quanto putatis gaudio totam Siciliam replebimus? Quot & quae feremus munera? Etiam eadem opera & jus adverſum homines & fas adverſum Deos ſervaverimus. Intempeſtive & ſtolide, ſic increpat alter adhuc diſſerentem, philoſophari nunc nos jubes? Itane nos violatio ſepulchrorum ſanctos probosque effecerit? Miſerebimur ſcilicet cujus neque ipſe maritus; imo quam peremit. At nunquam nos laeſit? Laedet nimirum, ſed ſic ut peſſumdet. Primum quidem ſi gentilibus illam reſtituerimus, obſcurum quid illi hoc de facinore ſentient. Fieri ſane nequit, ut in cauſſae ſuſpicionem non incurra-

curramus, quapropter ſepulchrum attentaverimus. dein, etiamſi illi de poena nobis gratificentur, gentiles puta; atqui Archontes & populus non dimittent ſepulchrorum perfoſſores, qui ſarcinam hanc ipſorum oculis audacter ingerant. forte quis dicet expedire mulierem vendi. inveniet enim pretium ob formam. ſic dicet. atqui etiam hoc periculo non caret. aurum quidem mutum eſt, neque argentum crepabit, unde & qui ad nos devenerit. licet hanc in rem fabulas confingere quaslibet. at ſarcinam & oculis & auribus & lingua inſtructam, quis amabo abſcondat? neque enim humana eſt forma, ut quaſi ſervam venditantes queamus fallere. quis id credat ſpectator! hoc ergo ipſo in loco confodiamus, neque noſtrum ipſi nobiſcum circumvectemus indicem & accuſatorem. Multi huic adſtipulabantur ſententiae, Theron autem neutri. Tu enim, ajebat, diſcrimen arceſſis, tu vero lucrum abjicis & perdis. Ego mulierem vendidero potius quam perdidero. interea enim dum venditur, tacebit metu. vendita vero deferat abſentes licet. neque enim plane periculis immunem vitam ducimus. ſed inſcendite navim; abeamus in mare. jam dies appropinquat.

11. Sic ſolutus celox ibat ſplendide. nam, cum certam ſuae navigationi plagam non deſtinaſſent, neque adverſum ventos, neque adverſum fluctus luctabantur, ſed ventus illis ſecundus & a puppi urguens quicunque tandem habebatur. Callirrhoën autem mulcebat Theron, variis dolis tentans decipere. illa vero, licet intelligens fraudes in caput ſuum

ſtructas aliisque ſe ſervatam, fingebat tamen nihil mali ſuſpicari, ſed omnia credere, verita ne ſic tollerent ut iratam. operto autem capite, quaſi ferre nequiret mare, & lacrymans: O pater, ait, Athenienſium tu quidem trecentas naves in hoc eodem mari confligens deſtruxiſti: filiae vero tuae non ſuccurris, quam vilis myoparo rapit. peregre abducor. ſervire me oportebit, nobilem; forte & Athenienſium aliquis emet herus filiam Hermocratis. quanto mihi expediverat mortuae in ſepulcro jacere. ſane Chaereas aliquando lateri meo fuiſſet adjunctus. nunc & vivi & mortui ſeparati ſumus. In his talibus illa planctibus erat, latrones autem praetermiſſis multis parvis inſulis, merces enim hae pauperum non erant, ſed divites quaerebant emtores, e regione Atticae ſub aliquam crepidinem, ſaevienti pelago objectam, ſe cum nave ſubducebant; ubi ſcaturigo limpidi rivi uberrima & luxuriantes erant campi. ibi productam Callirrhoën ſordes abluere & a jactatione maris, etiamſi paullum modo, requieſcere jubebant, volentes ipſi pulchritudinem conſervare. tum ſoli ſecum deliberabant, quo dirigere & appellere curſum oporteret. Athenis, dicit aliquis, non multum abſumus. urbs eſt magna & beata. ibi mercatorum abunde, abunde divitum. ut alibi viros in foris confluere, ſic integras ibi Graeciae urbes ſimul videre eſt. Viſum ſic fuit omnibus Athenas pergere. Theroni autem diſplicebat urbis nimia rimandi & ſciendi omnia ſedulitas. Vos ſoli ſcilicet non audiviſtis neque noſtis gentem circumſpectatricem, inepte & moleſte de

de rebus omnibus ſollicitam. populus eſt garrulus & rixoſus, & in portu ſycophantarum nubes. ſciſcitabuntur qui ſimus & unde haec onera afferamus. mala malignos invadet ſuſpicio. ſtatim aderit Areopagus, & Archontes tyrannis ipſis ſaeviores. vel noſtris Syracuſanis magis extimeſcamus Athenienſes. Ionia noſtra eſt regio. nam & ibi ſunt opes regiae, de magna Aſia defluentes, hominesque lauti & incurii, & litium oſores. notos ibi quoque, quod ſpero, quosdam offendemus. Hauſtis igitur in navigationem aquis & victu a praeſentibus onerariis comparato, recta Miletum tendebant, tertioque die poſt in ſtationem ſubibant octoginta ſtadiis ab urbe diſtantem, a natura recipiendis unice navibus editam. ibi Theron ſubduci remos jubet & Callirrhoae manſionem fieri & ſuppeditari omnia vel ad luxum usque. humanitas ea non erat, ſed lucri cupido, ut mercatoris magis quam latronis.

12. Ipſe autem cum duobus amicorum diſcurrit in urbem. ubi palam quidem nolebat emtorem quaerere, aut rem divulgare, clam vero & ſub manu urguebat venditionem. ſed difficilius, quam vellet, extrudebat mercem ſuam venalem. neque enim pro plebe neque obvio quovis erat, ſed beati negotium, aut regis cujusdam. tales autem adire metuebat. ergo nimis protracta commoratione ferre ampliorem moram, & nocte ſuperveniente dormire impotens, ſic ipſe ad ſe: Stultus es, Theron, ait, tamdiu jam reliquiſti in ſolitudine ſine praeſidio aurum & argentum tuum, tamquam ſolus eſſes pirata. ignoras alios quoque mare pervagari tui ſi-

miles. imo noſtros quoque timeo, ne nobis relictis cum nave abeant. neque enim profecto viros conſcripſiſti ſummae probitatis & juſtitiae, qui fidem tibi ſervent integram, ſed bipedum, quos noſti, nequiſſimos. nunc ergo quidem dormi neceſſario. illuceſcente vero die, hinc in navem facto diſcurſu, abjice mari mulierem intempeſtivam & ſupervacaneam, neque tecum amplius circumvectita mercem difficulter collocandam. Sic ſopitus in ſomnio videt domus fores ſibi occluſas. ſtatuit igitur illam adhuc diem ſe cohibere. moeſtus itaque ſedens ad officinam, mente mire jactata, tranſire videt magnam hominum & ingenuorum & ſervorum turbam, medium ſtipantes virum, aetatis conſiſtentis, pullatum, triſtem; ſuaque levatus ſede, quae hominum indoles eſt aliena ſcire avida, rogat aſſeclarum quendam. Quis iſte? Hoſpes mihi videris, reſpondet rogatus, aut ex longinquo venire, qui Dionyſium ignoras, omnibus Ionibus genere, divitiis & ſapientiae cultura antepollentem, magni regis amicum. Quid ergo pullatus? Mortua enim ipſi eſt uxor eximie amata. Eo magis Theron aſſectari colloquium, invento homine opulento & mulieroſo? neque dimittere porro hominem, ſed rogare: Quem tu apud eum locum tenes? Diſpenſator ſum cunctarum opum & alumnus filiae ejus, puellae infantis, quam miſera mater ante tempus deſeruit. Qui vocaris? Theron. qui tu? Leonas. Tempore igitur in te incidi, Leona. venio ex Italia mercator; quo factum, ut Ionicarum rerum nihil norim. Ancillam vero pulcherrimam, quam mulier Sybaritis, omnium ibi beatiſſima maximi faciebat,

at vendidit ob aemulationem, illam ego emi; & cedet tibi compendio, ſive tu ipſe tibi ſervare velis nutriculam puellae, & ſane literis & artibus ingenuis ſatis inſtructa eſt: ſive illam cenſes hero gratificari. ut herus autem aliquam habeat pretio redemtam tibi magis expedit; ne forte alumnae tuae novercam ſuperinducat. Non ingrata haec audienti accidebant Leonati; &, Deus aliquis beneficus, ait, te huc demiſit. quae enim ſomnium mihi portendebat, ea tu mihi clara luce exhibes. domum ergo veni, & amicus atque hoſpes eſto nobis. de muliere vero quid optandum ſit, herilis illa ſupellex, an nobis digna ſit, aſpectus decernet.

13. *Theronem*, ut intraverat, admirantem domus magnitudinem & ſplendorem, erat enim recipiendo Perſarum regi parata, *Leonas* primum exſpectare ſe in heri miniſterio occupatum jubet; dein prehenſum in ſuum ducit contubernium vel ingenuo homini maxime decorum. afferri juſſa menſa, Theron, ut vafer omnisque loci atque temporis homo, poſitorum non abſtemius neque parcus, Leonati frequentioribus calicibus amicitiam approbat, partim oſtentatione ſimplicitatis, partim, idque magis, fidei conſuetudinis parandae. Multum interea de muliere ſermonis, cujus indolem Theron magis quam formam laudabat, bene gnarus, rem non viſam opus habere patrocinio, ſed coram conſpectam ſe ipſam commendare. Quin abimus ergo, quin videmus, ait Leonas. Verum illa non hic eſt, alter ait, nam propter vectigalium redemtores circa urbem procul ſubſtitimus, & navis abhinc octoginta

ſtadiis quieſcit. ſimulque deſcribit locum. Vos in agris noſtris conſtitiſtis. Tanto melius; ipſa fortuna nos ad Dionyſium ducente. Abeamus igitur rus, ut vos e mari recipiatis. nam villa ibi prope ſtructa eſt magnifice. Eo magis gaudere Theron, in ſolitudine faciliorem reputans venditionem, quam in foro; &, Craſtino mane ibimus, ait, tu in villam, ego ad navem, &, inde mulierem adducam ad te. Haec ſtipulati dextris junctis diſcedunt. utrique ſecuta nox longa viſa eſt, iſti quidem emere, huic autem vendere properanti. Leonas altero die navicula littus legens villam petit; argento ſimul inſtructus, quo mercatorem occuparet. Theron ſuos in litore opprimit miniſtros & ſatellites, multum deſideratus, expoſitaque iis ſua negotiatione Callirrhoën palpare coepit; &, Ego te, filia, ſtatim volui ad tuos reducere, ait, ſed oborto adverſo vento mare prohibuit. ipſa vero noſti quantam tui curam fecerim. quod rei caput eſt, incontaminatam te ſervavimus. Chaereas expertem injuriae te recipiet, ex ſepulchro per nos ſervatam, ut ex toro geniali. nunc igitur neceſſe quidem nobis eſt Lyciam usque tranſire, non item tibi aerumnis fruſtra affligi, & id quidem graviter nauſeanti. deponam te hic apud amicos fideles & redux adſumam, multaque porro cum cura ducam Syracuſas. ſume tuorum quidquid velis. reliqua enim tibi ſervabimus nos. Irridebat apud ſe Callirrhoë dictis, licet gravi dolore ſaucia, & plane dementem exiſtimabat hominem, qui talia perſuadere vellet illi, quae bene ſciebat vendi. cupida tamen evadere

latro-

latrones, venditionem libertate priſtina & claritate natalium reputabat feliciorem, &, Gratiam tibi novi, pater, ait, bene volenti. reddant vobis omnibus dii dignas vices. uti quidem ſepulchralibus, ominoſum eſt. omnia modo mihi bene ſervate. unus mihi ſufficit anellus parvus, quem & moriens geſtabam. Sic obvoluto capite duc me, Theron, ait, quorſum lubet. omnis enim locus mari & ſepulcro potior.

14. Ut vero prope a villa aberant, talem Theron aſtutiam comminiſcitur. velum aufert Callirrhoae, ſolvitque comam, & priorem jubet illam per apertas ſua manu fores introire. ſic Leonas & qui intus erant omnes apparitione ſubita perculſi, pars etiam putantes deam eſſe. erat enim in iſto tractu multus rumor, Venerem interdum apparere. ſecutus a tergo Theron perplexos adit, & ad Leonatem converſus, Surge, ait, & accinge te accipiendae mulieri. haec enim eſt quam emere cupis. gaudium & admiratio omnium dicta ſequitur, & Callirrhoën quidem in pulcherrimo cubiculo ſinunt compoſitam requieſcere: nec parva ſane opus habebat requie & refectione ex triſtitia, laſſitudine, & metu. Theron autem dextra prehenſo Leonati: Meas quidem, ait, partes fideliter exſecutus ſum; tu vero habeto tibi mulierem jam. amicus enim certe es. veni autem in urbem & accipe tabulas, & tunc mihi da pretium quod velis. Nequaquam, ait Leonas, par pari referre ambitioſus; ſed & ego jam ante tabulas ſignatas accredo tibi pecuniam. Simul autem volebat hominem occupare, ne retractaret forte veri-

tus.

ſtadiis quieſcit. ſimulque deſcribit locum. Vos in agris noſtris conſtitiſtis. Tanto melius; ipſa fortuna nos ad Dionyſium ducente. Abeamus igitur rus, ut vos e mari recipiatis. nam villa ibi prope ſtructa eſt magnifice. Eo magis gaudere Theron, in ſolitudine faciliorem reputans venditionem, quam in foro; &, Craſtino mane ibimus, ait, tu in villam, ego ad navem, &, inde mulierem adducam ad te. Haec ſtipulati dextris junctis diſcedunt. utrique ſecuta nox longa viſa eſt, iſti quidem emere, huic autem vendere properanti. Leonas altero die navicula littus legens villam petit; argento ſimul inſtructus, quo mercatorem occuparet. Theron ſuos in litore opprimit miniſtros & ſatellites, multum deſideratus, expoſitaque iis ſua negotiatione Callirrhoën palpare coepit; &, Ego te, filia, ſtatim volui ad tuos reducere, ait, ſed oborto adverſo vento mare prohibuit. ipſa vero noſti quantam tui curam fecerim. quod rei caput eſt, incontaminatam te ſervavimus. Chaereas expertem injuriae te recipiet, ex ſepulchro per nos ſervatam, ut ex toro geniali. nunc igitur neceſſe quidem nobis eſt Lyciam usque tranſire, non item tibi aerumnis fruſtra affligi, & id quidem graviter nauſeanti. deponam te hic apud amicos fideles & redux adſumam, multaque porro cum cura ducam Syracuſas. ſume tuorum quidquid velis. reliqua enim tibi ſervabimus nos. Irridebat apud ſe Callirrhoë dictis, licet gravi dolore ſaucia, & plane dementem exiſtimabat hominem, qui talia perſuadere vellet illi, quae bene ſciebat vendi. cupida tamen evadere latro-

latrones, venditionem libertate pristina & claritate natalium reputabat feliciorem, &, Gratiam tibi novi, pater, ait, bene volenti. reddant vobis omnibus dii dignas vices. uti quidem sepulchralibus, ominosum est. omnia modo mihi bene servate. unus mihi sufficit anellus parvus, quem & moriens gestabam. Sic obvoluto capite duc me, Theron, ait, quorsum lubet. omnis enim locus mari & sepulcro potior.

14. Ut vero prope a villa aberant, talem Theron astutiam comminiscitur. velum aufert Callirrhoae, solvitque comam, & priorem jubet illam per apertas sua manu fores introire. sic Leonas & qui intus erant omnes apparitione subita perculsi, pars etiam putantes deam esse. erat enim in isto tractu multus rumor, Venerem interdum apparere. secutus a tergo Theron perplexos adit, & ad Leonatem conversus, Surge, ait, & accinge te accipiendae mulieri. haec enim est quam emere cupis. gaudium & admiratio omnium dicta sequitur, & Callirrhoën quidem in pulcherrimo cubiculo sinunt compositam requiescere: nec parva sane opus habebat requie & refectione ex tristitia, lassitudine, & metu. Theron autem dextra prehenso Leonati: Meas quidem, ait, partes fideliter exsecutus sum; tu vero habeto tibi mulierem jam. amicus enim certe es. veni autem in urbem & accipe tabulas, & tunc mihi da pretium quod velis. Nequaquam, ait Leonas, par pari referre ambitiosus; sed & ego jam ante tabulas signatas accredo tibi pecuniam. Simul autem volebat hominem occupare, ne retractaret forte veri-

tus. ſciebat enim in urbe multos emturientes. Talentum igitur argenti in medium prolatum obtrudit, quod Theron, ſpecie recuſantis quod flagrantiſſime cupiebat, poſt longam altercationem, invitus nempe & coactus, accipit, & retinere volenti ad coenam Leonati, ſerum enim diei erat, Hac ipſa veſpera, ait, urbi adnavigare volo. cras in portu contractum perficiemus. Hac conditione diremti ſunt. Theron autem ut venit ad navem, altum petere quam celerrime revulſis anchoris jubet, antequam agnoſceretur. Et ſic illi quidem quo ferebat ventus aufugere. Callirrhoë vero libere jam & ſine arbitro fortunam deplorare ſuam. En alius, ait, tumulus, quo me Theron concluſit, illo priore multo deſertior. illuc enim mater acceſſiſſet & pater & Chaereas lacrymas libaſſet. ſenſiſſem id quamvis mortua. hic vero quemnam invocabo? Noſti tu, Fortuna invida, malis terra marique nondum expleta meis; ſed primo quidem amatorem meum homicidam feciſti. Chaereas, qui neque ſervum cecidit unquam, calce letali me feriit amantem. tum perfoſſoribus ſepulchrorum in manus me tradidiſti, & ex conditorio produxiſti in mare, & piratas impoſuiſti cervici meae fluctibus ipſis terribiliores. pulchritudinem vero tam celebratam ideo nacta ſum, ut Theron pirata magnum pro me pretium acciperet. procul arbitris vendita, neque in urbem adducta ſum, ut alia venalis. metuebas enim, Fortuna! ne quis conſpicatus ingenuam atque nobilem me putaret. ideoque, ut ſupellex muta & coeca & ignara ſui, neſcio quibus ceſſi,

Grae-

Graecis an Barbaris, an rurſus piratis. Planctibus interim dum pertundit pectus, videt in annulo Chaereae imaginem, & deoſculata, Vere, ait, periiſti, Chaerea, tanto caſu a me ſejunctus. & tu quidem luges & reſipiſcis, dum, vacuo tamen, ſepulchro aſſides, poſt mortem mihi pudicitiam conteſtans. ego vero Hermocratis filia, & tua uxor hodie hero ſum vendita. Sic lamentanti vix ſomnus obrepit.

CHARITONIS
Aphrodisiensis
AMATORIARUM NARRATIONUM DE CHAEREA ET CALLIRRHOE
LIBER SECUNDUS.

1. MUliere vero curis Phocae villici multum commendata, Leonas ipse illa eadem de nocte Miletum festino gradu tendit, grata hero de recens emta nuntiaturus, magnamque, ut rebatur, allaturus ejus luctui medicinam. sed decumbentem adhuc offendit. jactatus enim & in diversa tractus moerore Dionysius, patria quamvis illum desiderante, raro prodibat, haerens in conclavi, ceu praesente adhuc uxore. Leonati tandem, ut vidit, Hanc ego solam noctem, ait, post fata miserae cum voluptate dormivi. clare enim illam vidi & majorem factam, & pulchriorem, &, ut vigili, mihi consuescebat. videbar mihi primam celebrare nuptiarum diem, eamque sponsam ducere

ducere domum, e maritimo meo praedio adductam, te hymenaeum mihi praecinente. Leonas adhuc illo differente: Et somnians, here, felix es, & vigil, exclamat. audies quae vidisti. & inde ortus illi exponit: Mercator ad me venit mulierem vendens pulcherrimam. sed propter publicanos extra urbem apud praedium tuum navem stabiliverat. condicto ego die & tempore rus abeo, ubi vicissim pacti, re ipsa confecimus emtionem & venditionem; nam ego quidem illi talentum dedi. superest, ut hic tabulae secundum leges consignentur. Libenter quidem Dionysius audiebat mulieris pulchritudinem; erat enim sane mulierum amantior; at aegre servitutem. vir enim regii spiritus, & totius Ioniae cum dignitate tum animi cultura primus, ancillae torum aspernabatur; &, Fieri nequit, o Leona, ait, pulchrum esse corpus non ingenuum natum. nonne didicisti a poetis pulchros esse Deorum liberos, quidni multo certius sint ingenuorum hominum? tibi ista placuit in solitudine; comparasti namque rusticis illis. sed quandoquidem emisti, abi in forum. Adrastus legum consultissimus tabularum consignationem administrabit. Gaudebat Leonas fidem sibi non haberi. insperatum enim eo magis percussurum. sed, omnes pervadens Milesiorum portus & trapezitarum mensas, & totam urbem, nusquam inveniebat Theronem. mercatorum vectorumque nemo, quos explorabat diligenter, hominem noverat. haesitabundus igitur quid faceret, correpta actuaria terram legens ad litus, inde ad praedium vehitur. sed nusquam homo, medio jam mari ob-

oberrans. vix tandem & tarde redit ad herum. herus, ut moeſtum vidit, quae paſſus foret, rogat. ille: Perdidi tibi, here, ait, talentum. Hic te caſus in poſterum reddet cautiorem. nihilominus eloquere quid contigit. nonne recens emta ſe fuga ſubtraxit? Non illa, ſed venditor. Plagiarius itaque fuit, ideoque remotis arbitris ſervam tibi vendidit alienam. unde autem illam dixit eſſe? Sybaritidem dixit eſſe, ex Italia, venditam a domina, aemulationis cauſſa. Interroga igitur, ſi qui adſunt, Sybaritas. interim ibi linque mulierem. Sic triſtis tum quidem abibat Leonas, inauſpicata ſibi negotiatione facta. ſervabat tamen oportunum tempus, quo rus exire perſuaderet hero, reliquam habens unam ſpem, mulieris adſpectum.

2. Interea frequentare ruſticae Callirrhoën, & ſtatim ut dominam ambire & blandiri. uxor autem villici, Plangon, animal non hebes, neque rebus gerendis inidoneum: Sine dubio quidem requiris tuos, filia, ait illi. ſed & recte hic tuos reputaveris. Dionyſius enim dominus noſter eſt bonus & humanus vir. in bonam domum bene te feliciterque deduxit Deus, ubi, ut in patria, degas. ablue ergo tibi ſordes longa contractas navigatione. Vix tandem & reluctantem protrahit tamen in balneum. ubi ingreſſae diligenter illam & unguunt & tergent, magisque ſtupent ſpoliatam veſtibus, adeo ut cujus amictae vultum fuerant admiratae, eum divinum appellarent, poſtquam nudam conſpexerant. cutis enim candida ſplendebat, ruborem fulgori cuidam ſimilem repercu-

tiens;

tiens; & caro tam delicata, ut vel digitorum attactu magnum fore vulnus metuerent. & submissa voce inter se ajebant: Domina nostra quidem pulchra erat, eaque pollebat laude, sed huic tamen ancillata fuisset. augebant praeconia Callirrhoën futura facile praesagientem. ut igitur visum fuit, & comas religaverunt & nitidas vestes attulerunt, quas illa nimis decoras recens emtae caussata, Quin mihi tunicam rusticam datis, ait. vel vos estis me potiores. Inditae sic aliquid tum forte occurrens, & bene sedebat, & dives atque splendidum videbatur, ut a pulchritudine irradiatum. confecto tandem mulieribus prandio, hortatur nostram Plangon, Venerem adeat faciatque pro se vota. esse ibi deae praesentissimum numen. cui non vicinia tantum, sed & confluentes illuc urbani sacrificent. favere praecipue Dionysio, ut qui nunquam insalutatam transeat. totus denique coetus praedicare deae apparitiones, & una inter caeteras simplicior rustica: Tu, dea conspecta, ait, tuam reputato videre imaginem. Inundant dicta Callirrhoën lacrymis, eaque ad se: Heu mihi calamitatis, ait. etiam hic dea Venus est, omnium mihi malorum caussa: adibo tamen. incusabo enim & expostulabo de multis. Erat autem fanum prope villam, ad ipsam publicam viam. venerata itaque deam & amplexata pedes Callirrhoë, Tu mihi prima Chaerean ostendisti, ait, sed quod composueras pulchrum par, diremisti eadem, quamvis studioso te cultu demeruimus. quandoquidem vero sic tibi placuit, hanc a te unicam rogo gratiam,

fac poſt illum nemini me placere. Dea renuit. mater enim eſt Cupidinis. alterumque denuo meditabatur conjugium, neque hoc conſtanter ſervatura. interim Callirrhoë mari & piratis erepta ſuam reſumere ſpeciem, ut indies pulchriorem factam homines ruſtici mirarentur.

3. Leonas autem tempus commodum nactus, his Dionyſium verbis aggreditur. Jam dudum in campis tuis maritimis, here, non fuiſti. atqui tuum illi deſiderant oculum. greges oportet cum cultis ſatisque inſpicere. urguet frugum comportatio. utere tandem & ſplendore domuum, quas tuo tibi juſſu nos exſtruximus. multo levius ibi luctum, ab agrorum oblectamentis & adminiſtratione diſtractus, feres. ubi quem laudes aut bubulcum aut opilionem, recens emtam ei contubernalem dabis. Placuit, & indicta dies profectioni; qua circum nunciata currus parare aurigae, equos agaſones, nautae vectorias naviculas, amici evocari ad comitandum, & libertorum omnis grex. Dionyſius enim ex indole ſua ſplendidus erat. concinnatisque omnibus apparatum quidem caeterum turbamque advehi per mare jubet, vehicula autem ſe prius egreſſum ſequi. lugentem nempe non decere ſplendidam proceſſionem. ſic mane, antequam vulgus & comitum turba ſentiret, equo conſcenſo, quatuor ſtipatus amicis, quorum Leonas erat unus, rus abit. eadem illa nocte Callirrhoë Venerem viderat. decreverat igitur deam venerari. dum itaque illa ſtabat in templo precans, equo deſcendens Dionyſius primus intrat fanum: percepto autem pedum ſtrepitu,

ſeſe

sese convertit ad ipsam Callirrhoë; eamque videt Dionysius, visaque proclamat: Propitia quaeso sis *mihi* Venus, & in bonum appareris. Iam prolapsurum subjecta manu continuit Leonas. Ne conturbesis, ait, here. haec est illa recens emta. Quin tu, mulier, ad dominum accedis? Ad domini vocabulum lacrymarum laticem effudit Callirrhoë dejecto vultu, sero libertatem dediscens. Dionysius autem objurgato excussa palma Leonati, Propudium, ait, tune diis, ut hominibus, colloqueris? tune hanc pretio ais emtam, ejusque venditorem nusquam reperisse? nonne vel ab Homero didicisti nos docente, quod

Divi se hospitibus peregrinis assimilantes
Quae pia, quae faciant mortales impia, spectant.

At inposterum? . . . . . Desine quaeso, ait Callirrhoë, mihi illudere, & deam reputare, quae neque felix homo sim. Sic loquentis vox divina videbatur Dionysio. musicum enim quid sonabat, & reddebat quasi citharae sonum. turbatus igitur & pudore prohibitus mulieri colloqui diutius, abit in villam, amore jam flagrans. non multo post adveniebat ex urbe reliquus apparatus & multitudo, inter quos cito facti fama dilabitur. ergo omnes properant mulierem videre, per caussam tamen omnes adorandae Veneris. reverita turbam Callirrhoë quid ageret non habebat, utpote cui peregrina erant omnia, Plangone etiam familiare non comparente,

ut

ut circa herum excipiendum occupata. jamque procedente ultra quam par erat tempore quum nemo in praedium adesset, sed omnes in fano aut starent, aut procumberent, intelligit rem Leonas, & accurrens inde Callirrhoën educit. videre tum erat nasci reges, ut in apum examine. sequebantur enim omnes ut dominam a pulchritudine datam & nuncupatam. sic illa quidem assolitum abit in contubernium.

4. Vulneratus autem Dionysius celare plagam tentabat, & ut vir literis bonisque moribus imbutus, & virtutis sectator egregiae, tota illa vespera perdurabat, & servis sui facere contemtum, & amicis opinionem juvenilis & lascivi, sic declinans. fallere tamen, quamvis sibi videretur, nequibat, ut quem silentium proderet. coenae quoque partem sumebat, &: Hanc quis, ait, hospitae nostrae ferat; ne autem dicatis velim ab hero, sed a Dionysio. Compotationem quoque diu protrahebat; certus enim dormire non posse, saltem pervigilare cum amicis volebat. sera jam nocte soluto tandem convivio ut surrexerat, somnum quidem non capiebat, totus autem erat in fano Veneris, omniumque reminiscebatur, vultus, comae, conversionis, adspectus, vocis, habitus, sermonum. accendebant autem lacrymae. tum videre erat rationis & affectus luctam. fortis enim vir, quamvis a libidine mersitatus, contra tamen tenere nitebatur, &, ut e fluctibus emergens, ipse sic ad se: Nonne te pudet, Dionysie, Ioniae primum gloria & virtute, quem satrapae mirantur, & reges, & urbes, pueruli instar te gerere? semel

semel contemplatus amas, & id quidem lugens; nondum justis apud miserae manes persolutis. ideo nempe rus venisti, ut pullatus nuptialia sacra celebres, sed cum serva, sed cum aliena, si contingat, uxore. neque enim ejus habes tabulas. Cupido tamen cum bene consulente contendere, suamque reputare injuriam istius temperantiam; eo violentius torrere animam in amore philosophantem. ille igitur soliloquii porro impatiens Leonam arcessit, qui vocationis intelligit quidem caussam, dissimulat tamen, & ut turbatus: Quid vigilas, ait, here? num te quis iterum dolor invadit mulieris defunctae? *Mulieris* quidem, sed non defunctae illius. apud te, cui faveo & confido nihil tacitum mihi est. periisti, Leona; tu mihi malorum caussa. ignem in domum meam intulisti, imo vero in *pectus*. turbat me quoque mulieris *ignorantia*. fabulam mihi narras, volucrem mercatorem, quem non nosti, unde venerit, neque quo rursus abierit. talem vero mihi quis pulchritudinem dominus in deserto vendat, & id talento, quae Persarum regis opes valet. atqui te deorum aliquis decepit. fige modo mentem, actorumque renova memoriam. quosnam vidisti? cui locutus es? dic mihi, sed verum. navem certe non vidisti. Non vidi, here, sed audivi. Idipsum est quod suspicor & praedixi. ascendit una Nympharum aut Nereïdum de mari. sed & daemonas occupant stata fati tempora, necessitatem illis humanae consuetudinis imponentia, ut nobis ligatae solutaeque orationis scriptores narrant. Libenter persuasisset homini Dionysius, magnifi-

care foeminam, & depraedicare, ut sanctioris, quam quae mortali generi congrueret, societatis. Leonas autem hero gratificari cupiens: Quae quidem illa sit, here, ait, ne multum & anxie quaeramus. ego vero illam huc, nisi nolis, adducam. neque doleas, quasi excidas amoribus, quos in potestate habes. Non fecerim, ait Dionysius, antequam mulierem quaenam sit & unde intellexero. cras verum ex ea sciscitemur. huc autem non arcessam, ne violentioris cujusdam conatus ipsi suspicionem moveamus. sed, ubi primo illam vidi, sub oculis & arbitrio Veneris fiat nobis colloquium.

5. Sic visum, posteroque die Dionysius, assumtis amicis & libertis, servorumque fidissimis, quo testes etiam haberet, adibat templum, habitu corporis non neglectim concinnato, sed & adornato non nihil in speciem, ut qui vellet amatae confabulari, & de coetero natura pulcher esset, & procerus & omnium maxime venerabilis adspectu. Leonas autem cum Plangone & reliquis familiaribus Callirrhoae ancillabus hanc adit & tali sermone invadit. Dionysius est vir, aequi, si quis alius, legumque rigidus custos. huic ergo, mulier, in fano dices, sed verum, quaenam tandem sis. nullo enim merito carebis auxilio. tantum cum illo age simpliciter, & veri nihil occulta. id enim magis provocabit ejus in te benevolentiam. Ut intellexerat hominem Callirrhoë abit, sed confisa simul, quoniam in templo conveniendum erat. advenientem omnes magis admirantur quam ante, perculsusque Dionysius, diu praeclusa voce, sic tandem aliquando & vix rupto

rupto diuturno silentio effatur. Mea quidem omnia tibi pa-
tent, mulier. Dionysius ego sum, Milesiorum primus,
quin totius paene dixerim Ioniae, cultu deorum & in homi-
nes pietate celeberrimus. jam te quoque fas & aequum est
vera nobis de te promere. nam qui te vendidere, Sybari-
tidem perhibuerunt, ab domina aemula venditam. Suffusa
rubore dejecto vultu sic respondet Callirrhoë. Hac ego pri-
ma vice venii. Sybarin vero nunquam vidi. Dionysius ad
Leonatium respiciens: Dixi tibi, ait, servam non esse. au-
guror vero etiam quod nobilis. dic mihi, mulier, omnia, 16
& principio quidem nomen tuum. Callirrhoë, ait. Placet
nomen Dionysio. reliqua tacebat, at isto urguente, atque
cum precibus & contentione sciscitante: Id unum te rogo,
domine, ait, & obsecro patere me meam premere fortu-
nam. praeterita ista somnium fuerunt & fabulae. nunc au-
tem sum quae evasi serva & exsul. Sic illa quidem fallere
tentabat, & lacrymis per genas manantibus Dionysium omnem-
que circumstantium coronam invitabat ad fletus communio-
nem. putaverit quis & ipsam Venerem vultum induisse tri-
stiorem. Dionysius contra instare eo acrius singula rimans, 20
&, Hanc te primam rogo gratiam, ait, narra mihi fata tua,
Callirrhoë. non narrabis plane alieno. morum enim ali-
qua nobis intercedit affinitas. ne timeto, etiam si exsecrabile
quid feceris. Aegerrime ferens improbam istanc suspicionem
Callirrhoë: Ne me inique habeas & proterve, quaeso, ait;
sceleris conscia mihi sum nullius. sed quoniam fortunae bo-

na & nascendi mea sors hac praesente sunt illustriora, nolo jactabunda videri, aut narrationes proferre, quarum fidem ignaris tamen non fecero. Admiratus foeminae spiritus, Etiam tacente te intelligo, ait Dionysius. dic tamen. dices enim de te tale nihil, quale nunc videmus. omnis de te relatio, quantumvis magnifica, te minor est. Sic illa tandem res suas exponit invita. Hermocratis filia sum, Syracusani praetoris, subito casu nuper vocis usum omnem amisi, meque tum parentes extulerunt excellente impendio, quo illecti piratae conditorium effregerunt, & huc abstulerunt me spirare adhuc deprehensam, & huic Leonati tradidit in solitudine Theron. Caeteris omnibus enunciatis solum Chaeream tacebat. Jam obsecro te, Dionysie, Graecus enim es, & urbis humanitate percultae, & literarum studiis imbutus, ne sepulchrorum violatoribus istis fias similis, neque me patria prives atque consanguineis. diviti tibi mancipiis parum est corpus unum dimittere. nam pretium quidem non perdes, ubi me patri reddas. Hermocrates ingratus non est. exosculamur sane & amamus omnes Alcinoum ideo, quod in patriam remisit supplicem Ulixem. at ego tibi quoque supplicor. serva captam ab hoste, orbam. ingenuae vivere ni liceat, opto mortem liberam. Flet ad haec Dionysius, specie quidem Callirrhoën, re vera se ipsum. intelligebat enim votis se excidisse. At tu confide modo Callirrhoë, ait, bonoque sis animo. non enim carebis quae rogas. testor Venerem, quam vides. interim apud nos cultum habebis herae magis

quam

quam servae. Sic abit illa certa spe freta, quod citra voluntatem pati quidquam non possit.

6. Dionysius autem, afflictus aegritudine, solumque sevocans Leonatem, Omnino infelix ego sum, & Cupidini exosus, ait: condidi uxorem. jam recens emta me aspernatur, quam ego donum Veneris habere sperabam, vitam mihi jam effingens beatiorem illa Menelai, Lacaenae mariti. nego namque Helenam fuisse tam formosam, atque Callirrhoë. Suada etiam ejus ore loquitur. actum est de vita mea. eodem die, quo Callirrhoë nos, ego vitam deseram. Non tu certe, here, ait Leonas. ne tibi vim ipse inferas. ego enim dominus ejus sum, & velit nolit illa, faciet tamen quod tibi videbitur. talento enim illam emi. Emistine tu nobilem & ingenuam, miser! ignoras Hermocratem Siciliae pene totius praetorem, quem rex Persarum magni facit & amat, magnificenter inter de imperio bene meritos relatum, quem missis in annos ornat muneribus, eo quod Athenienses suos hostes mari contudit. egone saeviam tyrannus in liberum corpus, & Dionysius ille de continentia celebratus, insultabo improbus & contumeliosus cui ne Thero quidem pirata? Haec ille quidem ad Leonatem, non desperabat tamen exorare mulierem. amor enim ex indole sua bene sperat. confidebat cultura & officiis cupita conficere. vocat itaque Plangonem, eique: Dedisti mihi jam, ait, curae tuae documentum, sed sufficiens. nunc commendo tradoque tibi in manus quod opum mearum facio maximi; habeoque carissimum, extraneam istam, quam nulla indige-

 re

re re, sed vel ad luxum usque procedere, volo. herum reputato; cole, & ambi, & orna, & fac nobis amicam; lauda me saepius apud illam, & depinge qualem nosti. vide ne dominum nomines. Assequebatur statim mandata Plangon, acris & velox ingenio mulier: & sine exteriore specie, ubi mente concepisset aliquod negotium, illi porro peragendo intenta erat. itaque Callirrhoën beneficiis & officiis omne genus accumulat, id herili de mandato se facere minime prae se ferens, sed quasi de sua comitatis penu promeret, ut si quando quid suaderet, candoris & benevolentiae fidem, simul & obsequium, inveniret.

7. Accidit interim tale quid. Dionysius ruri haerebat, alia caussatus ex aliis, vere tamen uniceque ideo, quod neque posset abstrahi a Callirrhoë, neque tamen illam secum vellet in urbem educere. ibi enim conspecta non poterat non inclarescere, totamque mancipare sua pulchritudine Ioniam. quin rumor ad magnum usque regem pervasurus erat. itaque cessans manensque Dionysius dum possessionum suarum singulas rimatur diligentius, forte etiam in Phoca villico quidquam reprehendit. sed illa quidem objurgatio ultra verba non processerat. Plango tamen, arrepta inde occasione, accurrit ad Callirrhoën trepida, rumpens & evellens sibi crines, amplexaque ejus genua: Obsecro te, domina, ait, serva nos. nam viro meo succenset Dionysius. est autem ex indole sua non minus irarum gravis, quam humanitatis dives. discrimini nos, nisi tu sola, nemo eripiat. primam enim

tibi

tibi gratiam libenter praestet Dionysius roganti. Adire cessabat & verebatur Callirrhoë; instanti tamen & obsecranti modis omnibus negare non audebat, supplici collatis in se beneficiis obstricta; & ut ingratae declinaret invidiam, sic ait: Et ego aeque sum serva, & omni defecta profandi audacia. quod si tamen etiam me valere non nihil putas, parata sum preces quoque meas supplici commodare. modo dii votis nos beare velint. ut accesserant, jubet Plangon janitorem Callirrhoës praesentiam intro nuntiare ad herum, qui tum forte moerore prostratus jacebat tabidus & enectus corpore. audito ille Callirrhoës adventu plane obmutuit, & ad insperatum nuncium caligine quadam fuit involutus. vix tandem intervallo revalescente spiritu refectus, Intret, ait. Callirrhoë primo quidem, ut adstitit propius, dejecit oculos & toto vultu erubuit: dein, sed aegre, sic profatur: Ego Plangoni huic gratiam novi. amat enim me ut filiam. rogo itaque te, here, ne viro ejus irascaris, sed dona potius salutem. ulterius proloqui volentem vox deserit. Dionysius statim Plangonis artes intelligebat, &, Stomachor equidem, ait, Phocamque & Plangonem talia ausos mortalium nemo servaverit ab exitio. tibi vero lubenter illos dono. at vos sciatis velim quod per Callirrhoën servemini. Procidit ad heri genua Plango, cui Dionysius: Quin ad Callirrhoës genua potius procumbitis. haec enim vos servavit. Plangon laetantem conspicata Callirrhoën eoque munere vehementer delectatam: Gratias ergo pro nobis Dionysio refer, ait, simulque impellit Callirrhoën,

quae

quae quodammodo prolapſa amplexabunda ad manum Dionyſii accidit. ille vero quaſi manum dare dedignatus admotam propius Callirrhoën oſculatur, & mox remittit, ne fieret artis hujus aliqua ſuſpicio.

8. Sic diſcedebant mulieres. oſculum autem illud in Dionyſii viſcera velut venenum irrepebat, ut neque videret amplius, neque audiret, undecumque obſeſſus & expugnatus ab amore, cujus remedium quaerenti nullum occurrebat. nam neque muneribus proficiebat, viſo magno mulieris animo; neque minis; mortem enim citius, quam vim, admiſſuram illam cognoverat. ſolam itaque reputans opem ſupereſſe Plagonem, arceſſit, &; Prima quidem illa pulchrâ calliditate perfeciſti, Plangon, ait, & habeo tibi gratiam oſculi, quod aut beavit me, aut perdidit. vide ergo, qui mulier mulierem circumvenias & debelles. in ſocietatem certaminis me quoque aſſumto. praemium tibi propoſitum ſcito libertatem eſſe, & quam cariorem tibi libertate novi, vitam Dionyſii. Juſſa ſic Plangon omnes Callirrhoae dolos machinaſque admovet. at illa vinci & expugnari nulla ex parte poterat. tam manebat ſoli Chaereae fida. ſuccubuit tamen, ſed Fortunae artibus illuſa, contra quam nulla valet humana ratio. eſt enim illa dea perquam contentioſa. nihil ab illa non exſpectes. hinc mirum non eſt, ſi & tunc rem confecerit poſitam ultra omnem exſpectationem; imo ultra omnem fidem. dignum vero eſt accipere, qua id ratione. inſidiabatur Fortuna mulieris pudicitiae. nam quum in nu-

ptiis

ptiis prima vice convenirent Chaereas & Callirrhoë amore fervidi, prope parem utrinque attulerant impetum ad mutuam ſui fruitionem, feceratque cupido aequalis commercium non *inefficax*. mulier igitur paulo ante fatalem iſtum caſum utero conceperat. verum propter diſcrimina ſecutasque poſt aerumnas non ſtatim ſenſit ſe gravidam. ſed tertio ineunte menſe adoleſcebat venter, idque Plangon, utpote rerum harum haud inexperta, in lavatione animadvertit, tum quidem ſe comprimens ob ancillarum turbam, facta vero ſub veſperam ſolitudine & otio aſſidens ſuper torum: Scito, inquit, mea *filia*, quod utero geras. Proclamare ad haec *Callirrhoë*, ejulare, crines evellere. Etiam hoc caeteris meis *malis* appoſuiſti, Fortuna, ut ſervum pariam; percuſſoque ventre: Foetus, *ait*, *vel ante* partum miſelle. fuiſti in ſepulchro; ceſſiſti piratarum manibus. in quam nunc vitam pro*dis*? quas ego te in ſpes geſtabo? orbe patre, & patria exſul, & ſerve. antequam naſcaris, i mortem experire. Sed cohibuit ſaevientes manus Plangon, altero die faciliorem expedire velle foetus excuſſionem pollicita.

9. Seorſim factae mulieres propria ſibi & diverſa quaeque ſecum volutare animis. Plango quidem, opportunum ſe ſibi nunc dare tempus hero amorem conficiendi, ut quae ventris illam conditionem nacta ſibi patrocinantem, inveniſſet certam perſuadendi viam atque rationem. evincet nimirum matris in *foetum* affectus conjugalem caſtimoniam. ſic illa *negotium* mente confingebat, ſpecioſe her-

cle. Callirrhoë vero principio de necando foetu deliberabat his se verbis compellans : Ego vero domino pariam Hermocratis nepotem, & luci exponam infantem, cujus nemo patrem novit! imo dicet forte quis invidus: Concepit inter piratas Callirrhoë. sufficit me solam infelicem esse. non expedit tibi, parvule, in vitam prodire miseram, quam fugere vel natum oportebat. abi liber, inexpertus malorum. relationum de matre nihil quidquam audias. Rursus autem commiseratio latentis inter viscera oneris subibat mutatam mentem, Deliberas infantem tuum occidere, scelestissima omnium, & Medeae capis consilia. quinimo vel illa Scythide merito videaris truculentior. nam illa virum habebat inimicum. tu vero Chaereae opus vis occidere, & omne monumentum decantati conjugii exscindere. quid si masculum parias? quid si patri similem? quid si felicior me fuerit? mater occidat servatum ex sepulchro & piratis! quot novimus deorum regumque filios, in servitute natos, patrum postea dignitatem recuperasse? Amphionem & Zethum; item Cyrum. etiam tu mihi, fili, olim navi Siciliam repetes, exquires patrem & avum, iisque matris expones casus. inde opitulatum mihi solvet expeditio nautica. tu, fili, parentes sibi in vicem restitues. Haec volventi per totam noctem somnus tandem sensim obrepit.

Ast illi in somnis adstare videtur imago,
Quae pulchris oculis, habitu quae corporis omni,
Voce quoque & nota referebat veste maritum.

&,

&, Pignus, ait, apud te filium depono uxor. adjicere plura pergente Chaerea subsiliit ex somno Callirrhoë, in amplexus ejus ruens. Decrevit ergo foetum servare & alere, sic rata maritum consulere.

10. Mane autem facto adeunti Plangoni hanc suam sententiam exponit. illa vero intempestivum non admisit consilium, sed: Ut apud nos parvulum alas, mulier, ait, id fieri nequit. nam herus amator tui non quidem coget invitam, prae verecundia & moderatione; non tamen permittet item nutrire parvulum prae aemulatione, ratus affici contumelia. quippe absentem omni studio & reverentia dignum putas; hic autem praesentem aspernaris. censeo itaque foetum nondum natum melius, quam editum, elidi. hac enim ratione partus dolores frustraneos & inutilem gestationem compendifacies. ego tui amans vera & recta suadeo. Aegre haec audit Callirrhoë, genubusque Plangonis advoluta obtestatur, secum junctis invenire studiis rationem velit, qua servet alatque foetum. Haec, ut etiam atque etiam negaverat, rejectoque post duos vel tres dies responso magis ad preces nostram accenderat, jam majorem nacta confidentiam & auctoritatem, primum jurejurando obstringit, ut nollet apud quemquam hanc manifestare fallaciam. dein adducto supercilio, manibusque, ut anxii & lugentes solent, contritis: Magnae rerum, ait, o mea, magnis ausibus perficiuntur. ego, quae mea est in te propensio, etiam herum prodo. oportebit itaque alterutrum, ne nescias velim; aut per-

ire infantem, aut Ionum nasci ditissimum, splendidissimae domus heredem, teque matrem facere beatam. elige jam quod velis. &, Quis tandem adeo foret amens, ait Callirrhoë, ut infanticida malit, quam beatus esse. videris autem mihi dicere quod neque fieri potest, neque credi. quapropter clarius expone. Quantum igitur putas elapsum esse temporis a conceptu in hunc diem, interrogat Plango. Duos menses, ait. Hoc nobis tempus favet. videri enim poteris ex Dionysio septimestrem partum edere. Imo pereat potius, exclamat ad haec Callirrhoë. Plango ad illam dissimulatione usa, ait: Sapis nempe, mulier, quandoquidem mavis elidere. hoc agamus. minus enim periculosum est quam herum decipere. undecunque praecide tibi nobilitatis notas & memoriam. nulla supersit patriae spes. accommoda te praesenti fortunae, & bona fide servam fac. Callirrhoë, bene nata juvenis, & servilis imperita nequitiae, Plangonem sic hortantem non suspicatur cavillari. sed quanto illa corrumpendum urguebat foetum, tanto haec miserari magis. Da mihi tempus ad deliberandum, ait. est enim optio maximorum, aut pudicitiae, aut infantis. Et hoc laudabat Plango, quod neutrum praecipiti consilio eligeret. speciosa enim esse in utramque partem momenta. Illud, ait, uxoris habet fidem, hoc maternum amorem. attamen longae morae tempus non est; sed postero ad summum die oportet alterutri concedere, antequam de graviditate tua emanet. Constitutis his secessum est.

12. Et

12. Et Callirrhoë quidem in coenaculum digreſſa ſuperius, obſeratis foribus, ventri ſuo Chaereae imaginem adponit, &, En tres ſumus, ait, maritus, uxor & infans. deliberemus de communi bono. ego meam primo loco ſententiam enuntiabo. Volo itaque mori Chaereae ſolius uxor. hoc & parentibus & patria & foetu gratius eſt mihi, alterum virum non experiri. tu vero, infans, quid eligis tibi? Perire veneno, nec ſolem vidiſſe, & cum matre abjectus jacere, forte etiam ſepulchro non dignandus. an vivere & duos habere patres, unum Siciliae principem, alterum Ioniae? factusque vir agnoſceris facile a conſanguineis. nam, ut certe mihi perſuaſum *eſt*, ſimilem te patri enitar. ſplendideque ſuper triremi *Mileſia* deveheris in patriam. Hermocrates quoque cum gaudio recipiet nepotem *imperatoriis* jam artibus idoneum. E*n* calculum adverſum meo tuliſti infans, neque permittis nobis mori. Audiamus nunc & rogemus patrem quoque tuum. atqui jam dixit. nam in ſomnio mihi adſtans, Puerum, ajebat, apud te, mea uxor, in pignus depono. Tuam fidem, Chaerea. tu me Dionyſio ſponſam adducis. Illam itaque diem & noctem in his erat ratiociniis, & non ſui, ſed foetus cauſſa perſuaderi ſibi patiebatur ut viveret. altero autem die adit Plangon, & primum quidem moeſta ſedebat habitumque praeferebat condolentis. at rupto tandem poſt longum intervallum ſilentio. Quae tibi mens ſedet, interrogat. quid agimus? locus enim morae amplius non eſt. Promte reſpondere non poterat Callirrhoë prae lacrymis & animi anxieta-

te. vix tandem tamen: Infans me prodit invitam, ait. fac tu, quod conducit. vereor interim, ne, etiamſi contumeliam ſuſtinuero, fortunam meam Dionyſius aſpernetur, &, magis pellicem ratus, quam uxorem, nolit ex altero ſatum alere, adeoque ego, ut vacuam rem impendero pudicitiam. Jam ego in longius quam tu ipſa, ait interrumpens Plangon, his de rebus cogitavi proſpexique. magis enim te quam herum amo. crede modo Dionyſii indoli. bonus eſt & probus. nihilominus tamen ſacramento illum obligabo, etiamſi dominus eſt. oportet omnia tuto peragere. tu modo in vicem mihi fidem habeto. ego vero nunc legationem perlatum diſcedo.

CHARITONIS

Aphrodiſienſis

AMATORIARUM NARRATIONUM DE CHAEREA ET CALLIRRHOE

LIBER TERTIUS.

INterim Dionyſius impatientia latae, ut rebatur, ab amata Callirrhoë repulſae, mortem decreverat inedia perſequi, ſcriptisque jam tabulis & de ſui funeris mandaverat exſequiis, & Callirrhoën fuerat hortatus, ut ad ſe vel mortuum adiret. jam ſervus, neminem juſſus admittere, Plangonem quoque repellebat, quum aditum ad herum rogaret. rixantium itaque ante fores percepto ſtrepitu Dionyſius auctorem requirit, & a janitore doctus Plangonem eſſe: Intempeſtive quidem adeſt, inquit, nam cupidinis ſui ne monumentum quidem videre porro cupiebat: Voca tamen. Plangon, ut aperuerat fores, Here, ait, quid maceras te lancinasque triſtitia, quaſi repulſus. quum Callirrhoë te ad ſuas

nuptias

nuptias invitet. *vestes indue splendidas.* sacra fac atque epulas. quam *amas, excipe sponsam.* Exsternari ad insperatum nuncium *Dionysius*, & ut offusa nube oculis animoque caligare. jamque macer jejunio & debilis speciem mortui exhibere. acutis autem Plango clamoribus totam concitabat familiam, trepidam & discurrentem. jam tota domo herus quasi defunctus plorabatur. ne Callirrhoë quidem id sine lacrymis audiebat. tanta vis erat luctus, ut & haec, ceu maritum futurum, defleret Dionysium. vix tandem & tarde sibi redditus: Quis me deorum, ait exili voce, volens a proposita via deducere, decipit? vigil audivi, an somnians? vultne mihi Callirrhoë nubere, quae ne oculos quidem meos subire vult. Desine tandem, here, ait adstans Plango, desine te affligere ipse, tuisque diffidere bonis. herum meum non decipio. sed misit me Callirrhoë de nuptiis internuntiam. Officio tuo itaque, ait Dionysius, fungere legata, & ipsa ejus verba exhibe, neque mutila, neque auctiora, sed exacte & bona fide redde. Callirrhoë ait, sic Plango narrabat, Ego sum primo loco in Sicilia nata, quamvis adversam fortunam experta, fastigio tamen isto animus non descendit. parentes illa mihi patriamque abstulit. solum non potuit auferre natalium splendorem. quod si ergo Dionysius loco pellicis habere destinat, suamque modo satiare libidinem, resti potius quam servili contumeliae corpus tradam. si vero legitimam poscit conjugem, & ego quoque volo mater fieri, ut Hermocratis stirps habeat propaginem. secum ille hac de re deliberet, imo non

non secum modo, neque praecipitanter, sed & cum amicis & consanguineis, ne quis illi postea suscepisse de venalitia liberos exprobret, domumque dedecorasse. nisi vult pater esse, neque vir esto. Verba haec Dionysium magis incendebant, levemque suggerebant aliquam spem, fore ut amans ipse redametur; manibusque in coelum sublatis: Utinam, ait, o Jupiter & Sol, de Callirrhoë infantem aliquando viderem. viderer mihi tum vel ipso magno rege beatior. abeamus ad eam. duc me, Plangonium, heri amans mancipium.

2. Ut escenderat festino gradu in coenaculum, primo quidem Callirrhoës allabi genubus ruebat; continebat tamen se, dignaque cum gravitate considens; Veni, ait, o mea, tibi gratiam de mea salute habiturus. nam te quidem invitam non violassem; at ipse decreveram, si frustratus fuissem, vita decedere. jam revixi per te. non tamen deest, quod in te improbem, utut maxima tibi debeam. diffidisti, num secundum leges Graecorum uxorem liberis quaerendis ducere velim. atqui non optassem tale mihi conjugium contingere, nisi amarem. tu vero me insanire suspicaris, ac si pro serva haberem ingenuam atque nobilem, filiumque me indignum nepotem Hermocratis. deliberare jubes. jam deliberavi. extimescis amicos meos, omnium tu mihi amicissima. ausitne quis ex me natum me indignum appellare, cui contigerit avus patre potior! Dum loquitur ista lacrymis mixta, propiusque invadit Callirrhoën, haec pudibunda labiis illum suspensis tacitisque deosculatur; &, Credo tibi quidem,

nuptias invitet. veſtes indue ſplendidas. ſacra fac atque epulas. quam amas, excipe ſponſam. Exſternari ad inſperatum nuncium Dionyſius, & ut offuſa nube oculis animoque caligare. jamque macer jejunio & debilis ſpeciem mortui exhibere. acutis autem Plango clamoribus totam concitabat familiam, trepidam & discurrentem. jam tota domo herus quaſi defunctus plorabatur. ne Callirrhoë quidem id ſine lacrymis audiebat. tanta vis erat luctus, ut & haec, ceu maritum futurum, defleret Dionyſium. vix tandem & tarde ſibi redditus: Quis me deorum, ait exili voce, volens a propoſita via deducere, decipit? vigil audivi, an ſomnians? vultne mihi Callirrhoë nubere, quae ne oculos quidem meos ſubire vult. Deſine tandem, here, ait adſtans Plango, deſine te affligere ipſe, tuisque diffidere bonis. herum meum non decipio. ſed miſit me Callirrhoë de nuptiis internuntiam. Officio tuo itaque, ait Dionyſius, fungere legata, & ipſa ejus verba exhibe, neque mutila, neque auctiora, ſed exacte & bona fide redde. Callirrhoë ait, ſic Plango narrabat, Ego ſum primo loco in Sicilia nata, quamvis adverſam fortunam experta, faſtigio tamen iſto animus non deſcendit. parentes illa mihi patriamque abſtulit. ſolum non potuit auferre natalium ſplendorem. quod ſi ergo Dionyſius loco pellicis habere deſtinat, ſuamque modo ſatiare libidinem, reſti potius quam ſervili contumeliae corpus tradam. ſi vero legitimam poſcit conjugem, & ego quoque volo mater fieri, ut Hermocratis ſtirps habeat propaginem. ſecum ille hac de re deliberet, imo

non

non secum modo, neque praecipitanter, sed & cum amicis & consanguineis, ne quis illi postea suscepisse de venalitia liberos exprobret, domumque dedecorasse. nisi vult pater esse, neque vir esto. Verba haec Dionysium magis incendebant, levemque suggerebant aliquam spem, fore ut amans ipse redametur; manibusque in coelum sublatis: Utinam, ait. o Jupiter & Sol, de Callirrhoë infantem aliquando viderem. viderer mihi tum vel ipso magno rege beatior. abeamus ad eam. duc me, Plangonium, heri amans mancipium.

2. Ut escenderat festino gradu in coenaculum, primo quidem Callirrhoës allabi genubus ruebat; continebat tamen se, dignaque cum gravitate considens; Veni, ait, o mea, tibi gratiam de mea salute habiturus. nam te quidem invitam non violassem; at ipse decreveram, si frustratus fuissem, vita decedere. jam revixi per te. non tamen deest, quod in te improbem, utut maxima tibi debeam. diffidisti, num secundum leges Graecorum uxorem liberis quaerendis ducere velim. atqui non optassem tale mihi conjugium contingere, nisi amarem. tu vero me insanire suspicaris, ac si pro serva haberem ingenuam atque nobilem, filiumque me indignum nepotem Hermocratis. deliberare jubes. jam deliberavi. extimescis amicos meos, omnium tu mihi amicissima. ausitne quis ex me natum me indignum appellare, cui contigerit avus patre potior! Dum loquitur ista lacrymis mixta, propiusque invadit Callirrhoën, haec pudibunda labiis illum suspensis tacitisque deosculatur; &, Credo tibi qui-

dem, ait, Dionysie. at meae fortunae diffido, quae super etiam bonis me majoribus dejecit. vereor ut bona fide cum illa adhucdum in gratiam redierim. fac itaque deos testes, utut bonus sis probusque vir & justus, non tui sed civium, sed affinium caussa, ne quis porro malignius quid in caput meum moliri queat, sacramenti tui gnarus. viduata praesidiis mulier eaque peregre facile contemnitur. Quosnam tibi vis jurandos deos? paratus enim ego sum, si pote, vel in coelum enisus ibique Jovis amplexus genua jurare. Jura itaque mihi per mare, quod huc me attulit, & per Venerem quae me tibi ostendit, & per Cupidinem, qui me sponsam tibi adducit. Placuit & sine mora praestitum. jam amor suos numeros habere gestiebat. Dionysius proinde urguebat & nolebat nuptias protrahi. difficile enim est facultatem cupiditatis explendae in futurum recondere. ille tamen, ut probe studiis doctrinarum excultus, quamvis gravi procella occupatus & mersitatus animo, nihilominus emergere ex isto affectu, ceu decumana undarum mole, nitebatur qua poterat omnibus viribus, talibusque ratiociniis alligabat & figebat properantem animum. Sine arbitro, ut vere venalitiam, paro ducere. non sum tam inficetus & rusticus, ut Callirrhoës nuptias festivitate sollemni non concelebrem. in eo primum honorem foeminae decet exhibere. fert etiam mihi securitatem in futura. fama rerum omnium citissima est & penetrantissima. aërem pervadit, viis quaqua patentibus. per eam nihil potest fallere paulo insolentius. jam currit in Siciliam perlatum hanc fabulam. Vivit

Cal-

Callirrhoë, sepulchro effracto praedones illam furati, Mileti vendiderunt. jam adveniunt Syracusanae triremes, & imperator ipse Hermocrates filiam repetitum. Quid tum dicam? Thero mihi vendidit. at Thero ubi terrarum? Finge, etiam accredi mihi quod res est, sum tamen praedonis receptator. meditare jam Dionysie tuam caussam. forte illa tibi etiam apud magnum regem erit peroranda. tunc itaque dicere optimum erit. Ego, ut audivi mulierem ingenuam nescio quo casu huc delatam, secundum leges uxorem duxi sua se sponte nuptui elocantem. hac etiam ratione socero magis persuasero gener indignus non esse. obdura, meum cor, terminum perexiguum, quo diuturnius certam tutamque voluptatem percipias. ad litem firmior ero, mariti non heri legibus usus. Sic visum. vocatur Leonas. Abi in urbem, & magnifice, quidquid nuptiae requirunt, instrue. compelluntor armenta. convehitor terra marique frumentum & vinum. totam urbem publice decrevi epulis excipere. Rebus omnibus ordinatis ipse postero die urbem petiit curru. Callirrhoën vero, nondum enim censebat in vulgus ostentare, Plangonis curae commissam, circa vesperam lembo subvehi jubet usque ad domum suam, quae portum, cui nomen Docimos, proxime tangebat. sic itaque rure discessura Callirrhoë prius vota Veneri facit, & ingressa fanum, proturbatis qui aderant omnibus, deam sic alloquitur. Succenseamne tibi, domina Venus, an grates habeam? tu me Chaereae virginem conjugasti. nunc alteri post eum sponsam concilias. non eo

equidem compulsa fuissem, per te tuumque filium juro, nisi foetus hic, simulque monstrabat ventrem, me prodidisset. pro hoc tibi supplicor, non pro me. fac artes meas fallere: fac, quandoquidem verum patrem non habet, Dionysii opus videatur. nam istum quidem adultus inveniet. Digressam sane mare versus nautae conspicati defixis oculis haerebant animoque & corpore stupentes, quasi Venus ipsa veniret inscensum, factoque agmine adoraturi ruebant. remigum autem diligentia lembus in portum dicto citius devenit. ut inalbescebat altera dies, tota urbs erat in coronis. non in templis tantum quisque, sed & ante fores domuum victimas jugulare. variae per plebem de sponsa fabulae discursitare. vulgi faex pulchritudine & ignorantia mulieris, Nereidem ascendisse pelago, aut ipsam adesse deam e Dionysii campis rebatur. sic enim inter se jactabant nautae. invisendi studio conspirabant omnes, & ad templum Concordiae confluxerant, ubi patrio Milesiis more sponsas accipiebant ducturi. tum primo, post sepulturam, sese ornavit Callirrhoë. quippe ubi decreverat nupsisse semel, patriae & generis claritudinem loco omnis pulchritudinis habuerat. stola Milesia, & corona, sollemni sponsis, induta ut oculos convertit ad turbam; Venus nubit, conclamatur. purpurei substrati panni, rosaeque & violae, & sparsa unguenta qua procedit. nemo domi residere, non parvulus, non senex, non in ipsis quidem portubus. in arctum compulsi tectorum in ipsas tegulas evaserant. verum & illam ipsam diem deus aliquis invidus ocu-

lis

sis adspiciebat non aequis. qui vero id, paulo post dicam, ubi prius quae in Sicilia circa idem tempus contigerunt, exposuero.

3. Effractum nempe conditorium praedones, ut per tenebras & festini, neglectim obturaverant. Chaereas itaque, ut illuc ipso servato diluculo venit, corollas in speciem & inferias afferens, ea vero mente, ut ibi se confoderet, invalidus Callirrhoës desiderium ferre, & unam luctus medelam mortem reputans, motos lapides patulumque videt introitum. cohorret ad spectaculum, rerumque gestarum fixus & perplexus haeret imperitia. veloci fama motae statim Syracusae, omnesque ad sepulchrum conciti. sed ante jussum Hermocratis intrare nemo audet. immissus quis tandem singula exacte refert. fidem modo non inveniebat, ipsam mortuam abesse. tunc itaque Chaereas ipse censet subire, visendae iterum suae, etiamsi mortuae, desiderio. rimatus autem totum sepulchrum invenire nusquam poterat. eum increduli multi sequuntur. sed ignari rerum omnium & consiliorum inopes pendebant. adstans inter caeteros aliquis: Funebris mundus raptus est, ait, violatoribus sepulchrorum imputate facinus. At ubi mortua? multi & varii sermones ferebantur a plebe. Chaereas autem palmis ad coelum sublatis: Quis mihi tandem deorum, ait, rivalis factus Callirrhoën abstulit, & solus nunc tenet. sed invitam & coactam vi majore. ideoque ne sentiret, subito vivis excessit. sic Theseo quoque Bacchus Ariadnen ademit, & Jupiter Semelen. atqui ignorabam deam me habere in matrimonio,

& nobiliorem toris mortalium. attamen tam repente non oportebat, neque per talem caussam, ex hominibus abire. Thetis etiam erat dea, Peleo tamen constanter adhaesit, & filium quoque dedit. ego vero in ipso amoris flore & vigore desertus sum. quid agam? quid me fiet misero? ipse me tollam. at quicum jacebo? illa adhuc superstite sola hac spe solabar meam calamitatem, fore ut, quando communem torum non servassem, olim tamen commune conditorium essem inventurus. innocentis animae meae, domina, rationem tibi reddo. tu me vivere cogis. quaeram te per mare, per terras, etiam, si possem, in coelum irem. id unum, uxor, rogo te, fugere me nolis. Erupit ad haec in fletus omnis corona, & ut modo mortuam Callirrhoën lugebant. statim deducuntur triremes, multique partiuntur quaerendi labores. Hermocrates ipse Siciliam scrutatur. Libyam Chaereas. alii in Italiam missi. alii Ionium jussi trajicere. humanae hae opes, sed debiles illae. Fortuna vero, sine qua perfectum nihil est, ut ex decursu rerum quis discat, rem in clara luce collocavit. post venditam nimirum suam mercem difficulter collocandam, mulierem puta, missa Mileto, Cretam vela dabant impii, qua in insula, magna & beata, ut cognoverant, facilem sperabant reliquarum mercium fore distractionem. at depulsos a proposito cursu ventus vehemens in desertum illud pelagus Ionium deturbavit, quo desolati porro oberrabant scelerati, fulminibus obruti, atque tonitrubus, & nocte longa, per id commonstrante providentia, quod ob Callirrhoën olim secundum

dum cursum habuissent. redactos licet ad Orci confinia Deus tamen metu isto non liberavit subito; lentum enim ipsis naufragium intentabat. terra respuebat impios, diuque jactatos salo, tandem necessariorum penuria oppugnat, praecipue potus; neque juvabant opes scelestae, sed inter aurum siti deficiebant, resipiscentes, sed sero, ab impiis ausis, quae sibi, quum non prodesset amplius, in vicem exprobrabant. omnes enim siti periere. solus Thero vel in tali tempestate non exuebat vetus illud & versutum ingenium nequam. suffuratus enim aquas praedones collegas ipse praedabatur, sibique placebat tam elegantibus strophis. at tu mihi vide Fortunae iram, quae tormentis & cruci hominem servabat. nam quae Chaeream vehebat triremis temere circumvaga incidit in celocem, quem primo, ceu piraticum, devitat. ut autem apparuit ex undarum arbitrio pelli & jactari gubernatore carentem, exclamat aliquis e triremi: Vectores non habet. ne metuamus. sed accedamus propius, quid hic monstri lateat exploraturi. Placuit gubernatori consilium. nam Chaereas quidem sub constrato navis operto capite recumbebat. ut prope ventum, & vectores evocati non responderunt, transscendit aliquis, qui, praeter aurum & mortuos quum nihil videret, nautis indicat. hi quum laetantes, & ob inventum scilicet in mari thesaurum felices sibi visi, tumultuarentur, caussam sciscitatur Chaereas, & edoctus ipse quoque novum videre casum avebat. sed agnitis confestim Libitinae spoliis lacerat vestes, magnumque & acutum! Heu mihi, clamat, Callirrhoe;

haec

haec tua sunt. haec corona, quam ego tibi imposui, hoc pater dedit, hoc mater. haec stola genialis. sepulchrum tibi navis evasit. at tua quidem video, tu vero ubi es? funeralibus sola mortua deficit. Thero tam inexspectato ictus sermone sanguinem amiserat, mortuisque sodalibus jacebat similis, & quamvis post maturam deliberationem destinasset plane vocem non mittere, motum non prodere; futurum enim illi obscurum esse non poterat; attamen, ut est homo vitae amantissimus, & ne in ultimis quidem miseriis desperat rerum in melius conversionem, idque sapientissimo opificis Dei consilio, qui id omnibus, ne vitam fugerent aerumnosam, indidit: exustus siti primam hanc rumpit vocem. Potum. Affertur potus, caeteramque omnem curam nanciscitur homo. refectum rogat assidens Chaereas. Quinam estis? & quo navigatis? & unde haec? & quid de domina eorum fecistis? Theron ad haec astutus nequam & ingenii sui non oblitus: Cretensis ego sum, ait. sed in Ioniam navigans, ut ibi fratrem meum militantem requirerem, a vectoribus repente portu Cephaloniae solventibus desertus fui. inde in hunc celocem inscendi, qui tum commodum praeternavigabat. saevis autem procellis in hoc mare sumus excussi, quas secuta diuturna maris ventorumque tranquillitas omnes peremit. mea me solum servavit pietas. auditis his alligari celocem triremi Chaereas jubet, donec in Syracusanos portus devenisset.

4. Fama vero, natura velox, tunc solito diligentius annunciare multa mira & nova festinaverat, omnesque ad mare, affe-

affectuum omne genus pleni, confluxerant plorantes, admirantes, sciscitabundi, diffidentes. percusserat enim rei novitas omnium animos. mater autem Callirrhoës ad mundi funebris conspectum, singula integra & illibata agnoscens atque percensens, flebili voce exclamat; Tu sola dees filia, o novi moris atque ingenii latrones! solam meam furati filiam, vestem & aurum servarunt. Litora & portus referebant planctus mulierum, terraque & mare ejulationibus implebantur. Hermocrates autem, vir summo quondam functus imperio, rerumque multarum subactus usu: Non hic oportet inquisitionem facere tumultuariam, ait, sed legitime magis & ordine. quis dixerit an non judicibus quoque hac in re opus habituri simus. dum loquitur adhuc, jam refertum erat concione theatrum, cui affluentes quoque mulieres interfuere. sedebat populus exspectatione sublimis. primus intrat Chaereas, pullatus, pallidus, squalidus, ut funus uxoris fuerat prosecutus, & suggestum conscendere recusans humi consistit, diuque plorat, interceptam vocem prorumpere gestiens. jussus tandem a multitudine adscendere & loqui, oculis humo aegre sublatis: Hoc quidem non perorandi tempus, ait, sed lugendi erat. ego vero vivo & peroro ex eadem necessitate, donec invenero, quis quare Callirrhoën abstulerit. nescio proinde auspicatum habuerim, an minus, cursum, quem nuper hinc digressus cum triremi mea institui. navem enim vidi puro coelo errantem & tranquillo mari procellis, sed suis, obrutam & colluctantem. mirati propius accedimus, visusque mihi sum miserae

meae uxoris aspicere sepulchrum omnia habens nisi eam. mortuorum erat abunde, sed qui nos non tangunt. solus inter eos hic nescio quis inventus est extremos ducere spiritus. quem ego omni cura recuperatum vobis servavi. Interim lictores Theronem vinctum in theatrum perducebant. decorus hominem comitatus excipiebat, rota, & catapulta, & ignis, & flagra. ita providentia ipsi praemia laborum scilicet tributura erat. coram Archontibus autem deductum unus interrogat, Quis es? Demetrius. Unde? Cretensis. Quid nosti? Ad meum fratrem mari contendens in Joniam a navi desertus sum. celocem igitur praeternavigantem inscendi, tum quidem mercatores opinatus, nunc autem sepulchrorum violatores. mari diu vagati caeteri omnes perierunt, ego solus supero, ideo quod plane nullius mihi perpetrati mali sum conscius. vos ergo, viri Syracusani, ob humanitatem celeberrimi, ne, quaeso, sitis pontoque & siti mihi saeviores. Flebili voce prolata haec tantum non omnes fregerant in misericordiam, aberatque parum, quin suada sua imposuisset, imo & viatico abiisset instructus. verum deus aliquis ultor Callirrhoës, improbam facundiam successum habere stomachatus, intervenit, ne rerum omnium accideret indignissima, id est, ne persuaderetur Syracusanis, hominem evasisse solum ob pietatem, qui solus nescio quo fortunae favore ideo evaserat, ut gravius quam caeteri puniretur. sedens igitur in turba piscator aliquis agnoscit hominem & submissis ad proximos prodit susurris: Hunc ego circa portum nostrum dudum vidi & novi

cir-

circulantem. sermo hic rapide diditur inter plures, & Mentitur, exclamat nonus. conversus omnis ad clamorem populus, & qui primus hominem nosse dixerat, is surgere sede sua & in medium prodire jussus. negare tum Thero. piscator eo asseverare acrius. archontes vocare tortores. afferri flagra piaculo. ustus ille & sectus diu contra tenere. parum quoque aberat quin tormenta evicisset pervicacia. verum conscientia apud unumquemque multum valet, & veritas omnia vincit. nam, licet aegre & tarde, confessus tamen est Thero, sic tandem orsus eloqui: Conspectis opibus in tumulum congestis coëgi latrones. effregimus sepulchrum. invenimus mortuam viventem. omnia praedati imposuimus celoci. Miletum perreximus, ibique solam vendidimus mulierem. reliqua volebamus in Cretam transportare. sed a ventis in Ionium mare proturbati, quae passi fuerimus & vos vidistis. Exponebat omnia praeter solum nomen emtoris. nuntiata ea omnes laetitia & dolore affecerunt. laetitia, quod Callirrhoë viveret, dolore quod esset vendita. Theron interim morti adjudicatus, ne statim plecteretur, Chaereas deprecabatur, Ut mihi jam, sic praetendebat, emtores indicet. videte quo redactus sim necessitatis. uxoris meae mangoni patrocinor. Sed Hermocrates intercedebat: Vel molestior fiat & impeditior inquisitio. praestat id, quam leges solvi. vos autem, viri Syracusani, rogo, memores imperii mei atque tropaeorum, debitas mihi grates in filiam meam impendite. mittite quaeso pro ea legationem. ingenuam recuperemus. Adhuc loquente

quente populus exclamat: Omnes, si opus, iverimus. plurimique senatorii ordinis sua sponte in se suscipiebant. quibus Hermocrates: Honoris equidem gratiam novi vobis omnibus. sed sufficiunt legati duo de populo, totidemque de senatu. quintus navigabit cum his Chaereas. Sententia placuit & rata habetur, & dimissa super his pactis concione, abductus inter magnam comitantium catervam Thero suffigitur palo coram tumulo Callirrhoës, prospiciens de cruce mare illud, per quod captivam duxerat Hermocratis filiam, quam neque Athenienses ceperant.

5. Caeteris autem omnibus sedebat exspectare reseratum pelagus, & vere demum adventante navim in fluctus dare. perstabat enim tunc bruma, nullaque humana vi pervadi posse videbatur Ionium mare. Chaereas autem paratus & accinctus properabat, amore stimulante, instructa modo tumultuaria rati solus in pontum se ventis ferendum permittere. tum ergo neque ipsi legati ultra cessare, verecundia & ejus, & Hermocratis maxime; sed parare abitum, Syracusanis, quo plus accederet legationi dignitatis, illam publico nomine & sumtu expedientibus, deducta triremi illa praetoria, victoriae insignibus adhuc superba. jam venerat stata dies discessui. jam in portum omnis multitudo non viri tantum, sed & feminae & pueri confluxerant. simul inveniebantur vota, lacrymae, gemitus, consolatio, metus, confidentia, desperatio, spes. Ariston aderat, Chaereae pater, ob decrepitum senium & aegritudinem non suis illuc pedibus allatus, filiique collo inhaerens

haerens & suspensus: Cui me relinquis, ait lacrymans, mi fili, senem jam enectum? palam enim est me rursus oculos tuos non visurum. mane adhuc vel pauculos dies, ut inter manus tuas exspirem. tum sepeli me, & abi tandem. mater etiam prehensis filii genubus: Ne me quaeso, fili, ait, hic desertam relinquas, sed impone triremi, levem sarcinam. si gravis atque impedimento fuero, abjicite me in mare, quod tu navigas. Lacerato quoque inter verba sinu, & protensis uberibus,

Haec tibi si quondam lacrymas inhibentia parvo
Porrexi, revereare velim, misereareque nostrum.

Infractus ad has parentum supplicationes praecipitem se de navi in mare dat, ne scilicet aut Callirrhoës requisitionem hinc omitteret, aut illinc tristitia parentes maceraret. sed subito se in mare praecipitantes nautae extractum vix sublevabant. tum discussa plebe Hermocrates gubernatorem sine mora navem in altum dare jubet. eodem tempore facinus amicitiae non degeneris editum. Polycharmus, amicus Chaereae, dum haec aguntur & parantur, in publicum non prodierat; imo suis parentibus quoque dixerat: Amicus, non nego, amicus est Chaereas; verum non eo usque, ut extrema quoque cum illo discrimina subire par sit. devitabo igitur ejus oculos, dum a terra solvit. At ille ipse Polycharmus, quum jam aestus navim a continente subduceret, procul a

puppi suos valere jubebat, ne retinere ipsum hoc modo possent. sic egressus portu Chaereas & in pelagus prospiciens: Duc me, o mare, ait, qua Callirrhoën via. te autem, Neptune, precor, aut illam huc nobiscum, aut neque me referto. nam si non potero meam uxorem recuperare, vel cum ea servire malim.

6. Excepit vero triremem ventus secundus, ut vestigia celocis piratici quasi relegeret, parique dierum numero in Ioniam perveniret, atque illo ipso litore appelleret in campis Dionysii. caeteri exscendunt in terram, laboribus fractum & fessum corpus compactis tabernaculis epulisque instructis reficere properantes. at Chaereas omnia cum Polycharmo perlustrans: Qui jam poterimus invenire Callirrhoën? ait. primo enim & praecipuo loco vereor, ne nos Thero mendaciis circumvenerit, & misera illa non exstet amplius. si vero revera vendita est, quis novit ubi & quo? vasta enim est Asia. sic vagantes incidunt in fanum Veneris, visoque deam adorare, Chaereas ad ejus genua provolutus: Tu mihi prima Callirrhoën ostendisti, ait, domina, in tuo festo. tu nunc quoque redde donum, quod sponte obtulisti. Finitas post preces ut surgit, caputque tollit & oculos, videt ad deae latus auream Callirrhoës imaginem, Dionysii donarium. tum illi

Pectoris & genuum lapsare, liquescere, solvi
Robur.

Concidit igitur caliginosa correptus vertigine. videt id

anus

anus aeditua, frigidaque adspersa hominem ad se revocat, &, Bono sis animo, fili, ait. etiam alios multos perculit dea. est enim illustris signisque claris se monstrat. sed id quidem indicium magni boni est. vides imaginem hanc auream. foemina haec serva quidem erat, sed Venus eam nostrum omnium fecit dominam. Quaenam igitur est? Est horum agrorum domina, Dionysii uxor, primi inter Iones. Plura dicere Chaeream his auditis non sinebat Polycharmus, ut vir sapiens & temperans, cautusque futurorum, sed implicitis sublatum brachiis inde extrahit, ignorari volens omnino res suas, donec pulchre deliberassent, & ordinassent omnia. Chaereas itaque nihil ultra dixerat Veneris sacerdote praesente, sed virili se continentia compresserat, nisi quod lacrymae sua sponte genis exciderant. verum ubi longius discesserat, loco omnibus aliis praeter Polycharmum vacuo se prosternit humi, &, O humanum nimis mare, ait, cur servasti me? an ut secundum emensus curriculum Callirrhoën in alterius conjugis amplexu viderem? hoc non speraveram unquam fore, ne post Chaereae quidem fata. quid agam, miser? ab hero te sperabam ferre, pretioque redemtionis confidebam posse emtorem in rem meam pellicere. nunc autem inveni te divitem, & forte reginam. o quanto ego eram felicior, si te vel adulteram deprehendissem. siccine Dionysium aggrediar? Redde mihi uxorem. sed ne occurrens quidem in via potero ad te accedere. imo, quod cuivis alii, mihi non licebit, civi civem salutare. quid? quod

quod periclitabor forte ceu adulter meae uxoris perire. sic lamentantem Polycharmus tamen consolatur.

7. Interim Phocas, villicus Dionysii conspecta non sine pavore triremi bellica, discit a nauta, quem blanditiis illectum sibi conciliaverat, & qui sint, & unde, & quid designent, intelligitque triremem istam hero suo magnum malum importare, ut qui vitam a Callirrhoë separem tolerare posse censendus non esset. occupare itaque studens calamitatem, & exstinguere bellum, non quidem magnum, neque commune urbi, sed herili domui proprium, utpote amans heri mancipium, propere ad castrum aliquod, a barbaris custoditum adequitat, nunciatque latere sub aggeribus mari objectis triremem hostilem, fors caussa speculandi, fors & praedandi. regis interesse illam diripi & dissipari. Ut facile decepit barbaros, ipse conglobatos in agmen ducit eo loci, ubi media de nocte securos adorti & navim injecto comburunt igne, & vinctos abducunt in castellum, quotquot vivos ceperant. ibi Chaereas & Polycharmus non distrahi, sed uni hero vendi, facta captivorum partitione, supplices orant. obtemperans igitur qui tulerat eos de praeda vendit in Cariam, ubi ponderosas post se trahentes miseri pedicas, Mithridatis agros colebant. hoc se Chaereas habitu per quietem Callirrhoae sistit, accedere quidem cupiens, sed prohibitus. exclamat illa in somnis magna & acuta voce: Chaerea, huc veni. Tum primum audito Chaereae nomine Dionysius consternatam rogat uxorem, Quis esset, quem vocaverit? pro-

de-

debant illam lacrymae, neque moeſtitiam premere poterat, ſed conceſſa affectui audacia: Homo miſer, ait, meus virgineus. ne quidem in ſomnis felix. vidi enim illum catenis oneratum. at tu quidem miſer obiiſti me quaerens. nam haec vincula mortem ſignificant. ego vero & vivo, & luxor, & in aurea ſponda cum alio marito decumbo. at non multo poſt ad te veniam. etiamſi uſu noſtrum vivi caruimus, tenebimus tamen nos mortui. His auditis variae cogitationes mentem Dionyſii ſubiere. pungebat namque aemulum, quod vel mortuum illa Chaeream diligeret; angebat & metus, ne ſuis illa ſe *manibus* perimeret. interim bene ſperabat, quandoquidem prior maritus uxori ipſi videbatur deceſſiſſe. non *enim illam* Dionyſium deſerturam, Chaerea non ſuperſtite porro. conſolabatur *ergo quibus* maxime poterat modis uxorem, multosque in dies, ne ſibi forte manus ipſa truculentas inferret, oculis curioſis ſervabat. luctum quoque mulieri diſtrahebat ſpes, forte vivere Chaeream, falſaque ſpecie per ſomnum objecta ſe fuiſſe deluſam. magis autem venter. ſeptimo namque poſt nuptias menſe puerum edidit, opinione quidem Dionyſio ſatum; verus autem pater Chaereas erat. maxima feſtivitate celebrare hos natales tota urbs, & undecunque confluere legati Mileſiis incrementum domus Dionyſii gratulantium. ipſe ille prae gaudio uxori cedebat omnibus, eamque matrem familias nuncupabat. templa donariis implebat, ſacris factis totam urbem & viritim quosque lautis epulis excipiebat.

8. Callirrhoë vero, ne quando secretum suum proderetur incerta & verita, rogat censetque Plangonem libertate donari. erat enim illa sola conscia gravidam fuisse, quum Dionysio primum conjungeretur; ut non tantum ex animi benevolentia, sed & ex conditionis melioris beneficio gratam obligatamque sibi haberet. Libenter illam, ait Dionysius, pro ministerio amatorio remunerabor. inique autem facimus, si honorata serva Veneri debitas grates non rependamus, apud quam nos primum vidimus. Atqui ego te magis volo. majorem illi ego gratiam debeo, quam tu. nunc autem puerpera adhuc sum. post paucos dies tutius in agrum abeamus. Brevi se Callirrhoë ex partus doloribus & noxiis recipiebat, & pulchrior evaserat atque fortior; jam non amplius puella, sed mulieris maturum robur nacta. ut rus itaque venerant, magnificas iis epulas, multo quippe comitatu stipatis, apparaverat Phocas. Dionysius ibi, libatione facta immolationem hecatombes auspicatur: &, Domina Venus, ait, omnia mea bona tibi debeo. abs te Callirrhoën habeo, abs te filium; per te & vir sum, & pater. mihi quidem suffecisset Callirrhoë patriaque & parentibus dulcior, amo tamen puerulum, quod matrem mihi certiorem fecit. obsidem habeo affectus ejus erga me. supplicor itaque, domina, serva mihi quidem Callirrhoën, huic vero filium. Preces bonis verbis, faustisque prosequitur acclamationibus adstans corona, & hi rosis, illi violis, alii sertis integris obruunt conjuges, ut totum fanum floribus scateret. Dionysius vota clare dixerat, & ut omni-

omnibus possent exaudiri. Callirrhoë vero sola Venerem alloqui volebat. primum ergo suum filium deae ulnis imponebat, spectaculum pulcherrimum, neque fictum usquam, neque pictum, neque scriptum in poëmate; nullus enim horum artificum Dianam aut Minervam fecit, quae ulnis infantem gestaret. Dionysio lacrymas excutiebat spectaculi voluptas, ut tacite Nemesin deprecaretur, caeterisque in villam praemissis solam Plangonem Callirrhoae praesto manere jubet. ut jam omnes discessissent, nostra propius aggressa Venerem, manibusque protendens infantulum: Pro hoc tibi gratiam novi, Dea Venus, ait. nam pro me novi nullam. tum sane novissem, si mihi Chaeream servasses. interim dedisti imaginem viri amicissimi, neque totum abstulisti Chaeream. da vero mihi filium aliquando fieri parentibus quidem feliciorem, avo autem similem. & hic naviget, atque nautica praelia edente dicat quis, avo Hermocrate nepotem fortiorem esse & potiorem. sic & pater meus laetabitur, virtutis heredem nactus, & nos parentes vel mortui gaudebimus. in posterum, obsecro, domina, mecum in gratiam redi. abunde jam malorum perpessa sum. obii, revixi, latronibus cessi, patria excidi, vendita fui, servii, &, quod omnibus illis reputo mihi luctuosius, alteri marito juncta sum. hanc unam pro illis omnibus a te rogo gratiam, & per te a reliquis diis, servare mihi hunc orbum velis. Ultra nitentem proloqui intercipiunt lacrymae.

9. Nec post longam tamen moram vocat sacerdotem, quae

intrans, ait: Quid ploras in tantis bonis, filia? nam vel advenae ceu deam te venerantur. nuper ingressi fuerant huc duo pulchri juvenes praeternavigantes, quorum unus visa tua imagine parum aberat quin exspiraret. tam te Venus illustrem fecit. Territa per hos sermones, & tamquam lymphata, fixis oculis acre tuens, exclamavit. Quinam erant illi advenae? unde navigabant? quid narrabant tibi? Haerebat pavida sacerdos, hiscere non ausa, & voce defecta, vix tandem, Nihil audivi, ait, tantum eos vidi. Ex habitu, quem vidisti, unde gentium esse colligis eos? revoca tibi in mentem vultus & lineamenta juvenum. Exponebat anus, non exacte quidem; Callirrhoë tamen inde quod res erat suspicabatur. nam quod quisque vult, illud opinatur. & ad Plangonem conversa: Quid si miser Chaereas hic adesset errabundus! quaeramus agedum, quid de eo factum, sed sine tumultu. Ut itaque redierat ad Dionysium Callirrhoë, id solum effert, quod a sacerdote audiverat. amorem enim sciebat ex indole sua nimis esse curiosum, & Dionysium per se suique gratia hujus eventi examen sollicitum instituturum. id quod & accidit. nam Dionysius, simulatque intelligebat, turgere aemulatione, & quamvis a Chaereae suspicione longe abesset, ne qua tamen se falleret in agris adulteri molitio, maxime verebatur. pulchritudo mulieris ipsum pavere & suspecta habere omnia cogebat. neque solas hominum extimescebat insidias, sed & ex ipso coelo descensurum forte aliquem sibi rivalem exspectabat. arcessitum itaque Phocan di-

ligen-

ligenter interrogat. Quinam ergo fuerunt juvenes? & unde? an divites & pulchri? & quare meam Venerem adorarunt? & quis illam illis ibi eſſe indicavit? quis permiſit? at Phocas occultabat veritatem, & Dionyſium veritus & paratum ſibi ſciens totique ſuo generi interitum a Callirrhoë, ſi quid illa rerum geſtarum reſciſceret. quum itaque pervicaci conſtantia negaret peregrinos huc appulſos, Dionyſius cauſſam coepit habere ſuſpectam, quaſi graviores in caput ſuum ſtruerentur inſidiae; & ira candens rotam & flagra poſtulat in Phocam, neque in hunc ſolum, ſed & omnes agri operae convocatae. ut qui certo crederet ſe in adulterium inquirere. intelligens ergo Phocas, *ubi* verſetur discriminis, ſive eloqueretur, ſive premeret rem; Soli tibi, ait, here, verum dicam. Dimiſſis omnibus, En, ait, ſoli ſumus. cave mihi porro mendacii quidquam. dic verum, etiam ſi malum ſit. Malum quidem, here nullum eſt. imo bona ingentia tibi commemoraturus ſum. quandoquidem vero illa narrationis initia tetrica ſunt, non propterea commovearis, quaeſo. neque moerorem concipias, ſed exſpecta donec totum negotium ceperis. habet enim bonum finem. Sublimis ad haec promiſſa Dionyſius auribus ab ore narraturi pendebat. Ne ceſſa, inquit, ſed actutum expone. Occepit igitur Phocas: Triremis huc appulit ex Sicilia, & Syracuſanorum legati, Callirrhoën a te repetituri. Emori ad haec Dionyſius & oculis nocte ſuffuſis caligare. imaginabatur enim ſibi jam praeſentem inſtare Chaerean, & abſtractam Callirrhoën rapere: mortuoque plane non diſpar &

habitu & colore jacebat. id quod Phocan in magnam conjecit perturbationem & consilii inopiam. nam advocare quemquam non audebat, ne quis ipsi testis & arbiter secretorum fieret. ut aegre tandem & per gradus heri jam fugientes revocaverat spiritus: Confide modo, ait, here. Chaereas mortuus est. periit navis. nullus hic timori locus. Haec verba Dionysio rursus indiderunt animam, ut sibi redditus diligenter porro singula requireret. Phocas illi nautam memorat, cujus indicio didicerat, unde & qui essent advenae, & qua venissent destinatione; item artes, quibus imposuisset praesidio barbaro; noctem, ignem, naufragium, caedem, vincula. sic Dionysius ab animo suo ceu nubem aut tenebras discussit, & amplexatus Phocam: Tu benefactor es meus, ait, tu verus tutor & fidissimus in rebus, quas vulgari fas non est. per te Callirrhoën habeo, & filium. non ego equidem te Chaeream caede aggredi jussissem; at quum feceris tamen, non reprehendo. iniquitas enim haec amoris in herum opus fuit. hoc solum negligenter fecisti, quod, sitne mortuos inter an captivos Chaereas, anxia cura non indagasti. etiam, si certo noveras esse mortuum, oportuerat tamen cadaver tollere. tum enim & illi supremus honos contigisset, & mihi firmiore nisa talo confidentia. nunc autem plene frui meis bonis & sine sollicitudine propter captivos nequeo. ignoramus enim quo eorum quisque venditus sit.

10. Postquam itaque Phocan jusserat reliqua omnia palam narrare praeter haec duo, dolum suum, & quod vivi supersint

ſint aliqui de trireme, ipſe fronte auſtera triſtique Callirrhoën adit; tum ruſticos rerum gnaros advocat, quo ipſa, interrogando & audiendo totum edocta caſum, pleniorem porro de Chaerea deſperationem animo indueret. ut advenerunt, omnes ceu rem notiſſimam narrant: Barbari unde unde latrones noctu facto incurſu, triremem pridie ad iſtud litus appulſam accenderunt. poſtero mane vidimus inquinatum ſanguine mare, & jactata fluctibus cadavera. Ad haec Callirrhoë ſaevis manibus lacerare veſtes, oculosque & genas plangere, & aſcendere in conclave, quo primum poſt venditionem deducta fuerat. affectui curſum liberum dabat Dionyſius, importunus fieri veritus, ſi intempeſtive adeſſet, jubetque omnes abire, ſolam aſſidere Plangonem, ne quod ſibi forte malum inferret Callirrhoë. quae nacta ſeceſſum, humi deſidens, aggeſto in caput pulvere, paſſosque laniata capillos, inſtaurat tales querimonias: Ego equidem optabam tua ptaecedere fata, Chaerea, vel ea comitari. nunc autem mortuus, quandoquidem aliter fieri nequit, morte aſſectandus es. nam quae amabo ſpes ſuperat, in vita me retinens? hucuſque reputabam in miſeriis meis: Videbo tandem aliquando Chaeream, & narrabo, quot & quanta propter eum paſſa fuerim. illa me cariorem ipſi facient. quanto plenus gaudio exſultabit ad filii conſpectum? omnes hae meae cogitationes in vanum abierunt. jam puer ſupervacaneus & moleſtus eſt. orbus enim reliquis meis malis adjectus eſt. iniqua Venus. tu ſola, tu ſola Chaeream vidiſti, mihi vero non monſtraſti praeſentem & tantam viam emen-

emenſum. latronum manibus tradidiſti pulchrum corpus, ejus non miſerta, qui ſe tui cauſſa mari credidit. tali quis deae vota fecerit! quae ipſa tuum ſupplicem occidiſti. non tuliſti ſuppetias in horribili nocte, quum jam videres prope te obtruncandum pulcherrimum juvenem amoris plenum? abſtuliſti mihi aequalem, civem, amantem, redamatum, ſponſum. redde mihi nunc vel mortui corpus. conceſſero, nos omnium fuiſſe natos infeliciſſimos. quid offecit tibi triremis? ut barbari eam concremarent; quam ne Athenienſes quidem in ſuam poteſtatem redegerunt. nunc utriusque noſtrum parentes mari aſſident, adventum noſtrum operientes, & quaecunque navis procul compareat, dicunt: Chaereas Callirrhoën adducens venit. torum nobis parant genialem; thalamus ornatur, quibus jacere in ſuis ſepulchris non contigit. ſceleſtum mare, tu & Chaerean Miletum duxiſti, ut ferro caderet, & me, ut vaenirem.

CHARITONIS

Aphrodiſienſis

AMATORIARUM NARRATIONUM DE CHAEREA ET CALLIRRHOE

LIBER QUARTUS.

I. NOctem illam ſic quidem inter fletus tranſigebat Callirrhoë, Chaerean adhuc vivum lugens. paullum dein connivens in ſomnum videt agmen latronum barbarorum cum igni accurrens, & conflagrantem triremem, ſe autem Chaereae opitulantem. dolore autem Dionyſium afficiebat, quod videret uxorem corpus adeo ſuum afflictare, & verebatur, ne quid inde pulchritudini, amoris ſui damno, decederet; rebusque ſuis conducere putabat, ſi prioris illa mariti ſpem prorſus in perpetuum abjiceret. monſtraturus itaque ſimul egregium ſuum uxoris amorem, & animi celſitudinem; Surge, ait, o mea, miſeroque para ſepulchrum. quid urgues adeo quae fieri nequeunt, negligis, quae neceſſe eſt? cogita adſtantem illum tibi dicere;

Me ſepeli, portas Plutonis ut ocyus intrem.

etiamſi corpus miſeri non fuit inventum, attamen haec antiqua Graecorum lex eſt, etiam non comparentes tumulis honorare. Facile fuit perſuadere. nam conſilium erat per ſe non injucundum. ea ſubnata occupatione relevatus non parum ſedatusque fuit moeror. illa enim relicto toro locum faciendo tumulo circumſpiciebat, & placebat prope fanum Veneris fieri, ut id hoc alterum quoque haberet amoris monumentum. ſed Dionyſius invidebat iſtam Chaereae vicinitatem, ut qui ſibi locum ſervabat; &, protrahere quoque mulieri cupiens occupationem; In urbem redeamus, ait, o mea, ibique ante moenia ſublime ſtruamus & late conſpicuum cenotaphium,

Quod procul & nautas feriat curſuque moretur.

pulchri ſunt Mileſiorum portus, ubi ſaepius quoque ſubeunt tui Syracuſani. habebis ita ambitionem apud cives quoque non ingloriam. Placuit conſilium Callirrhoae, ſepoſitaque tum cura iſtac, ut rediit in urbem, aedificare in editiore quodam litore monumentum inſtituebat, exacte ſimile ſuo Syracuſis, & habitu formaque, & magnitudine, & ſplendore. hoc etiam, ut illud, vivo ſacrum. citoque perfecto opere, quandoquidem nullis parcebatur ſumtibus, & frequens incumbebat operarum manus, ipſum jam Chaereae funus imitatione referri. Indicta dies religioni deſti-

destinata. confluxerant eo tempore & Milesiorum populus & Joniae fere totius multitudo. etiam aderant duo satrapae, cum forte Mileti degentes, Mithridates Cariae, Pharnaces Lydiae, per caussam cohonestandi Dionysii, sed mens eorum erat Callirrhoen videre, foeminam nominis non in Asia minore tantum, sed & apud magnum regem celeberrimi, quale quid neque Ariadnae, neque Ledae contigit. sed vicit adspectus opinionem & spem. prodibat enim pullata, solutis capillis, oculis quasi fulgurans, brachiis non omnino quidem nudis, ut celebratas candidis cubitis, & pedibus pulchris apud *Homerum* deas superaret. nemo sane caeterorum fulgur pulchritudinis ferebat, sed partim avertebant vultum, ut solemus illapso solis radio, partim humi figebant adorantes. ipsi pueri se moveri sentiebant. Mithridates vero, Cariae praefectus, procidebat vocis, & sensuum inops,

Librata ceu quem funda saxo perculit
Non cogitantem.

vix illum manibus pedibusque sublatum ministri a corporis cura & custodia ferebant. pompam vero Chaereae praecedebat imago, efficta ad illam in annuli pala, quam, utut pulcherrimam, nemo tamen, dum aderat Callirrhoe, respiciebat; adeo omnium illa oculos in una se, quasi fascinis illectos, fixerat. quomodo quis extrema pompae digne exsequatur? nam ut venerant prope sepulchrum, ponebant lectum,

ctum, qui portaverant; in quem escendit Callirrhoë, totamque se super imaginem effudit, & osculis confixit. Tu me quidem prior Syracusis extulisti. at ego te in vicem Mileti. nos non magnas tantum, sed & permiras atque insolitas experti sumus calamitates. unus alterum sepelivimus, & neuter alterius habet vel exuvias. livida Fortuna, vel mortuis invidisti communem terram inspergere. etiam reliquias nostras fecisti exsules. Erupit ad haec in lamentationes promiscua multitudo, & Chaeream, non quod obiisset, sed quod tali spoliatus esset uxore, miserabantur.

2. Itaque Chaeream Callirrhoë quidem Mileti sepeliebat. In Caria vero ille catenatus opus faciebat. at terram fodiendo corpus ejus conficiebatur subito, ut quem multa gravarent; immanis labor, incuria corporis, compedes, & amor omnium maxime. nam vel mori cupientem, non sinebat tamen tenuis aliqua spes revisendae forte Callirrhoës. amicus ergo Polycharmus, captivitatis socius, eum videns labori imparem, ideoque plagis obteri & indignissimis haberi modis, operum dispensatori ait: Assigna nobis distinctam agri partem, ne universorum catenariorum pigritia & nobis imputetur. nos tibi pensum nostrum in dies absolutum dabimus. Annuit precibus & assignat. tum Polycharmus juvenis firmus & robustus, neque crudelissimi tyranni, Amoris, mancipium, portiones fere duas ipse solus perficiebat, laborum avarus, & in his amicum, quo conservaret, anteire contendens. & hi quidem cum his calamitatibus conflictabantur, sero libertatem

tem dediſcere coacti. redit interea in Cariam Mithridates ſatrapa, non qualis Miletum diſceſſerat, ſed pallidus & macer, ut fervidum, ſed dulce, ſub pectore vulnus habens; planeque periiſſet liquefactus deſiderio Callirrhoës, niſi tale quid ipſi ſolamen obveniſſet. detinebantur in eodem cum Chaerea tenebricoſo carcere pariter vincti coloni, numero omnes ſedecim. ruptis illi de nocte vinculis magiſtrum ſuum occidunt, fugamque moliuntur, ſed inauſpicato. nam proditi canum vigilantia ex fuga retrahuntur. totum dein iſtud contubernium per iſtam noctem diligentius in codice vinciuntur. de die villicus herum de caſu inſtruit. ille neque viſos neque auditos homines, ſed ſub eadem omnes cauſſa obrutos, ſtatim in crucem agi jubet illos ſedecim contubernales. ſic producti uni omnes catenae colla pedesque inſerti, ſuam ſibi quisque crucem portabat. plane in oſtentationem terroris ejusdem farinae ſervulis, neceſſariae huic caſtigationi tortores horribilem externum adſpectum circumdederant. raptus itaque ad ſupplicium Chaereas quidem tacebat, Polycharmus autem crucem bajulans: Propter te, ait, haec omnia patimur, Callirrhoë. tu nobis omnium malorum cauſſa. Tantum verborum audiens villicus putabat eſſe aliquam mulierem auſorum conſciam. ut igitur & haec puniretur, & inſidiarum indagaretur origo, divulſum propere de communi catena Polycharmum rapit ad herum; qui in paradiſo quodam corpore inquies, & animo aeſtuans, procumbebat, Callirrhoën imaginatione ſibi fingens, qualem in luctu viderat;

totusque haerens in illa imagine & contemplatione, servum quoque cum taedio videbat. Quid enim interpellas occupatum? ait. Atqui opus erat, here. inveni scilicet fontem tam atrocis caedis, & exsecrabile hoc caput scelestam mulierem novit, quae ministerium suum huic facinori commodavit. Mithridates ad haec contracta in rugas fronte & torvum tuens: Dic, ait, consciam & administram vobis scelerum. Negat scire Polycharmus & pernegat. neque enim sibi quidquam & isti facinori commune esse. Postulari tum flagra, afferri ignis, parari fidiculae. jam corpore quis correpto: Ain tu mulieris nomen, quam modo confitebaris malorum tibi caussam esse? Callirrhoën, dicebat Polycharmus. Percussit Mithridatem hoc nomen, ejusque felicem huic mulieri cum illa Milesia contigisse communionem putabat; neque amplius aeque promtus erat ad inquirendum, metuens, ne ad necessitatem contumelia suavissimum nomen afficiendi redigeretur. amicis autem & domesticis ad rigidius examen instigantibus: Veniat huc Callirrhoë, ait. tundentes igitur & ferientes Polycharmum: Quaenam est? rogabant; &, unde eam arcessere debent? Miser ille, quid diceret, quidve taceret nescius, neque foeminam quampiam mendacio incusandam censens: Quid vero tandem, ait, tumultuamini, quaerentes non praesentem? Callirrhoën ego commemoravi Syracusanam, Hermocratis praetoris filiam. Mithridates ad haec verba rubore perfunditur & sudore diffluebat. imo nolenti quoque lacrymae excidebant, ut vel ipse Polycharmus obmutesceret,

&

& praeſentes omnes ignari & turbati haeſitarent. vix tandem ſe colligens Mithridates; Quid vero tibi eſt cum illa Callirrhoë, & quare conſtitutus in mortis vicinia commemoraſti? Longa, here, fabula, neque mihi porro proficua; neque te morabor intempeſtive garrulus; praetereaque vereor, ne amicus in crucis obeundo ſupplicio me praevertat, quem ad inferos comitari volo. Infractae audientium irae, & mutatus in miſericordiam fervor cecidit. prae caeteris confuſus Mithridates: Ne timeas, ait. me non moraberis exponens. animus mihi lenis & benignus contigit. confiſus omnia, nihil mittens aut celans, profitere: Quis ſis, & unde. & qui veneris huc. & *quare* terram foderis praeferratus. in primis narra mi*hi de* Callirrhoë, & quis ille tuus amicus.

3. Nos duo nexi, ſic loqui Polycharmus occipit, gente Syracuſani ſumus. alter quidem juvenis Siciliae primus, & dignitate, & opibus, & olim pulchritudine. ego vero plebejus quidem, illius tamen ſodalis & amicus. relictis & patria & parentibus mari nos damus, ego quidem illius cauſſa, ille vero uxoris ſuae cujus nomen eſt Callirrhoë; quam ille mortuam arbitratus ſumtuoſo funere extulit, ſed tumulorum perfoſſores inventam vivam in Ioniam vendiderunt, ut latro Theron indicavit nobis publice tortus. hanc repetitum miſit Syracuſana reſpublica cum legatis triremem, quam in ſtatione ſua quietam noctu accenderunt barbari, plurimisque occiſis me & amicum huc vendiderunt vinctos. fortiter & moderate tulimus hanc calamitatem; alii autem, neſcimus

mus qui, communes noſtri carceris incolae, ruptis vinculis perpetrarunt caedem; adeoque tuo juſſu modo nos omnes ducebamur ad crucem. meus interim amicus ne moriens quidem incuſabat uxorem ſuam; ego vero dolore ſtimulatus acerbo, malorum omnium cauſſam appellavi eam, cujus gratia huc navigavimus. Adhuc loquente Mithridates exclamat: Chaeream ais. reſpondet Polycharmus, Amicum ajo. at ego te, here obſecro, jubeas ut carnifex cruces noſtras ne ſeparet. Narrationem lacrymae gemitusque ſequuntur, totumque ſimul coetum verſus Chaeream Mithridates dimittit, ne auxilium votaque ſua mortuus praeverteret. Chaeream modo in crucem vident ire, reliquis jam exſtinctis facinoroſis. clamant igitur e longinquo alii aliud. Parce. Deſcende. Ne vulnera. Sine. Carnifex igitur vim abſtinet, & deſcendit Chaereas de cruce, non ſine dolore. gaudebat enim vita aerumnoſa & amore infelici defungi. advenienti in tanta deducentium corona occurrit Mithridates, & complexus eum, Frater, ait, & amice, parum aberat quin conſtanti quidem tuo, ſed intempeſtivo tamen ſilentio ad impium facinus me ſtructis quaſi inſidiis illexiſſes. Juſſi confeſtim ſervi juvenes ad balnea ducere, & curare corpora, & lotis injicere pretioſa Graeca pallia. & ipſe ſacra ob ſervatum Chaeream convocatis ſodalibus faciebat. diu protracta compotatio. comis officii & voluptatis nihil quidquam deſideratum. jam provecta epularum hilaritate incaleſcere vino & amore Mithridates, &, Me vero non compedum tuorum, ait, non crucis miſeret, Chaerea, ſed quod uxore tali ſpoliatus es.

Per-

Perculſus his verbis Chaereas: Ubi tu vero vidiſti meam Callirrhoën? ait. Non amplius tuam, ſed Dionyſii Mileſii legitimam uxorem. habent jam puerum illi. Non duravit ad hunc nuncium noſter, ſed provolutus ad Mithridatis genua; Obſecro, ait, here, redde mihi crucem. pejus me torquebis, ſi poſt hanc narrationem me vivere cogas. Perfida Callirrhoë, & omnium mulierum ſceleſtiſſima! ego venditus fui tua cauſſa, terram fodi, geſſi furcam, ceſſi carnifici. tu vero luxuriabaris interim & nuptias celebrabas, quum ego ſub catenis gemerem. non ſufficiebat alteri nupſiſſe vivo Chaerea, etiam mater debebas fieri. Plorare omnes, & convivium in *triſte argumentum* relabi. ſolus in his laetabatur Mithridates, ſpem nactus aliquam amatoriam, ut qui jam poſſet, amico viſus opitulari, de Callirrhoë dicere & agere liberius. itaque, Jam quidem nox eſt, ait, abeamus; poſtero die ſobrii & ſani de rebus his deliberaturi. nam conſultatio majus otium requirit. Poſt quae ſurgens diſſolvit convivium & cubitum it quo conſueverat, poſtquam Syracuſanis juvenibus privum miniſterium & cubiculum aſſignaſſet.

4. Nox illa curarum plena omnes obruebat, & nullus poterat dormire. Chaereas enim ſtomachabatur: Polycharmus eum demulcebat. Mithridates tandem exſultabat ea ſpe, fore, ut, ceu in gymnicis ludis, interea dum Chaereas & Dionyſius luctando deficerent, ipſe ſubſeſſor poſitum in medio praemium Callirrhoën ſolus citra pulverem & ſudorem ferret. altero die juſſi ſuam quisque ſententiam promere. Chaereas

recta Miletum ire & mulierem a Dionysio repetere censebat. neque enim post suum conspectum ibi mansuram Callirrhoën. Mithridates autem: Quantum quidem in me, ait, abire te nihil prohibet. mallem profecto te ne per unum quidem diem a tua fuisse distractum. utinam pedem Sicilia nunquam extulissetis. quando vero novarum rerum semper cupida fors tam tristem vobis circumposuit personam, sapientius consulere de deinceps agendis oportet. nunc enim festinas affectu magis quam ratione, nihil providus, nihil cautus futurorum. solus & hospes abis in urbem, viroque diviti, & Ioniae primo junctam sollemniter secundum leges & religiones omnes uxorem is abstractum, quibusnam tu confisus viribus & opibus! longe tibi Hermocrates, longe Mithridates, unici tui adjutores, lugere te magis quam tueri idonei. etiam loci fortunam vereor. gravia sunt quae nuper ibi passus es. sed ea, si cum imminentibus comparentur, humanitas mera tibi videbuntur esse. Miletus erat. vinciebant te, sed & vivere sinebant. vendebant te, sed mihi. nunc autem quis deorum te eripuerit, si Dionysius insidiantem suo te matrimonio sentiat? Traderis, si quis adsit, tyranno, neque forte tibi credetur te esse. & si credant denique, vere Chaerean adesse, periclitaberis eo magis. tu solus ignoras amoris indolem. Deus hic fallaciis gaudet & dolis. ego suaderem prius mulierem tentare per literas, tuine meminerit, & Dionysium velit deserere, an potius illi.

Am-

Amplificare domum, qui praeſtet nocte maritum.

ſcribe ipſi. contriſtetur, gaudeat rurſus, requirat, vocet te. ut recte curentur literae, ego curabo, i modo & ſcribe. Obedit Chaereas & in ſeceſſu ſcribere, utut cuperet, nequibat tamen, lacrymis confertim cadentibus manuque tremente. vix tandem deploratis ſuis miſeriis talem orditur epiſtolam. Callirrhoae Chaereas. Vivo & vivo per Mithridatem, patronum meum, ſpero & tuum. venditus enim fui a barbaris in Cariam, qui flammis deleverunt triremem illam pulchram, illam praetoriam, illam tui patris. de caeteris civibus, quid factum ſit non novi. me vero & amicum Polycharmum ex *ipſis Orci* faucibus extraxit heri miſericordia. Mithridates vero, quum caetera omnia pulchre & benigne feciſſet, hoc ſolo, ſed omnium maximo, vulnere me afflixit, quod tuas mihi narravit nuptias. mortem equidem exſpectabam, qui mortalis ſum: ſed tuas cum alio viro nuptias nullo modo metuebam. verum rogo ſupplex: reſipiſce. litteras has irrigo meis lacrymis oſculisque. Chaereas tuus ego ſum: ille quem virgo videbas in Veneris templum procedens: propter quem noctes inſomnes egiſti. memento thalami, & noctis illius myſticae in qua primum tu viri, ego foeminae, guſtum habuimus. atqui aemulatione peccavi. hoc proprium eſt amantis. dedi tibi poenas. venditus fui, ſervii, traxi catenas. ne mihi calcis praepetis & inconſideratae memoriam ſerves tenacem nimis & indelebilem. & ego tui cauſſa in crucem ivi, nihil

incuſans tamen. quod ſi ergo memor adhuc es mei, nihil accidit mali. ſi vero ſecus ſentis, pronuncias mihi feralem ſententiam.

5. Hanc Mithridates epiſtolam Hygino ſervo fideliſſimo tradidit, quem & adminiſtratorem omnium in Caria fortunarum ſuarum habebat, & ſecreti ſui amoris conſcium. ipſe etiam Mithridates ad Callirrhoën literas dabat, quibus ſuam erga ipſam benevolentiam curamque in ſervato a ſe propter eam Chaerea indicabat, primumque virum non inſuper habere ſuadebat; vel exercitum, ſi opus, illuc ducere velle, quo conjuges ſui copiam rurſus reciperent; modo illa calculum ſuum non negaverit. Hygino tres ſervos addit, & munera ingentis pretii, & magnam auri vim. caeteris ſervis dictum, haec Dionyſio mitti, ne ſuſpecti forent, aut ipſi ſuſpicarentur. Hyginus vero juſſus, ut Prienen eſſet ventum, relictis ibi comitibus, ſolus, ut Ion, nam Graece callebat, Miletum tendere ſpeculator, &, poſtquam viderit quid agendum, & qui tractandum negotium, tum demum Priene reliquos Miletum abducere. abit & mandata perficit. Fortuna vero exitum opinioni congruum non contribuit, ſed majorum rerum movit initia. Miletum enim digreſſo Hygino, ſervi Prienae relicti ſine magiſtro lurcari coeperant, auro abundantes. Barbarus ille luxus in urbe parva Graecaeque curioſitatis oculos in ſe convertit omnium; & deliciantes ignoti homines videbantur ipſis maxime quidem latrones; minimum ſine dubio ſervi fugitivi. praetor itaque hoſpitium ingreſſus omnibus dili-

diligenter excussis auri vim mundumque pretiosissimum reperit. quae reputans ille latrocinia esse, servos rogat, quinam essent, & unde illa? Metu tormentorum illi Mithridatem Cariae praefectum Dionysio haec dona mittere produnt, literasque ostendunt. quas praetor non solvit, obsignatas quippe: sed apparitoribus traditas cum servis & muneribus Dionysio mittit; hoc beneficio, ceu deposito pignore, futuram hujus benevolentiam sibi obligaturus. commodum Dionysius civium nobilissimos vocaverat, splendidumque erat convivium. jam strepere tibiae, jam audiri vocale carmen, quum literas illi quis tradit. Praetor Prienensium Bias patrono Dionysio salutem. Munera cum literis per Mithridatem, Cariae *praefectum*, tibi destinata servi nequam hic lacerabant; quos ego comprehensos ad te porro misi. Hanc epistolam in medio convivarum recitabat Dionysius, haud parum ob regalia munera sibi plaudens. caeteras quoque legere cupidus incidi jubet signa videtque. Callirrhoae Chaereas. Vivo.

Tunc illi genuum rigidi flaccescere nervi,
Caligare oculi, trepidumque liquescere pectus.

Pertinaciter nihilominus literas continebat manibus, utut animo delinquens, metu ne quis alius legeret: emoto ad haec & concurrente omni familiaque & convivio, excitatus ipse & intelligens suam animi perturbationem, transferri vult in aliud cubiculum, ut solitaria quiete frui cupidus. hoc modo,

ſed triſti, convivium fuit diſſolutum. putabant enim omnes ſubito ſanguinis ictu correptum eſſe. ille vero ſibi redditus in vacuo ſaepius relegebat epiſtolas, variis interim exercitus animi aeſtubus. modo excandeſcere, modo dejici animo, modo metuere, modo non credere. non credebat omnino Chaeream vivere; nolebat enim id, & plane exſecrabat. ſed ſuſpicabatur inſidias Mithridatis, Callirrhoën adulterio corrumpere ſtudentis.

6. Apponebat itaque conjugi interdiu cuſtodiam diligentiorem, ne quis aut accederet, aut referret omnino quid e Caria; ipſe vero ſe hoc modo viciſſim ulciſci excogitabat. Mileti agebat opportune iſto tempore Lydiae & Ioniae praefectus Pharnaces, eorum habitus maximus, quos Perſarum rex Aſiae minori ſolet imponere. hunc adit Dionyſius, ut amicus, & admitti rogat in colloquium ſecretius. ſolus ſoli: Rogo te, ait, domine, ſuccurre non mihi magis quam tibi. peſſimus virorum & invidus tibi, Mithridates, jure hoſpitii ſuſque deque habito, inſidiatur meo matrimonio, aurique vim & literas corruptrices uxori meae miſit. Simul protrahit literas & legit, & explicat artes. libenter haec audiebat Pharnaces, & ob Mithridatem, ſi velis. diſſidebant enim & ſaepe collidebantur ob ditionum viciniam. magis tamen ob amorem. nam & ille Callirrhoae amore flagrabat, plurimumque degebat Mileti, ad epulas vocans cum uxore Dionyſium. huic igitur ille pro virili adjutorem ſe pollicetur, & epiſtolam ſcribit arcanam. Regum regi Artaxerxi ſa-

trapa

trapa Lydiae & Ioniae Pharnaces ſuo domino ſalutem. Dionyſius Mileſius ſervus tuus a majoribus inde tibi fidelis & erga domum tuam officiorum promtus. ille cum lacrymis apud me expoſuit, uxorem ſuam a Cariae praefecto Mithridate, eoque hoſpite ſuo nuper facto, corrumpi. id quod magnam tuis rebus creat ignominiam, imo potius turbas. omnis enim iniquitas ſatrapae digna vituperio, ſed haec maxime. nam & Dionyſius potentiſſimus Ionum eſt, & forma mulieris celeberrima, ut latere nequeat contumelia. Allatam hanc epiſtolam rex amicis praelegit, & ſententias imperat. ſed diſceſſum eſt in *diverſa.* nam qui Mithridati male volebant, invi*di, aut ejus* praefecturam procabantur, ſuadebant nullo modo connivere ad inſidias illuſtris viri conjugio ſtructas. qui vero *lenioris* erant indolis, aut Mithridatem in honore habebant, erant autem multi multumque praepollentes: illi non probabant probum virum per calumnias de medio ſubmoveri. igitur illa die, quandoquidem ſententiae ſecum adverſa fronte pugnarent, rex decernebat nihil, ſed rejiciebat in aliud tempus. ſecuta vero nocte regem partim ſubibat odium nequitiae in viro, qui decus & honorem regiae dignitatis tueri debebat: partim de futuris metus atque circumſpectio. ſic enim Mithridati impune contemnendi initium dari. impetum igitur capiebat evocandi Mithridatis ad cauſſam dicendam. alius vero animi motus hortabatur, pulchram illam foeminam ſimul evocare. conſultores igitur cupido & tenebrae ſecretum nacti, illam de mulieris forma literarum particulam regi re-

prae.

praesentabant inculcabantque. praeterea quoque jamdudum sparsus in aula rumor, de pulcherrima quadam apud Iones Callirrhoë stimulabat, idque solum in Pharnace reprehendebat rex, quod mulieris nomen literis non consignasset. At quoniam dubitari posset, sitne etiam alia celebrata ista multo puchrior, in omnem eventum placuit, etiam mulierem excire. scribit ergo Pharnaci: Dionysium Milesium servum meum mitte. Mithridati vero: Veni caussam dicturus, quod Dionysii matrimonio non feceris insidias.

7. Dum territus Mithridates, & in quem calumniae caussam conjiciat dubius fluctuat, redux Hyginus quid factum sit de servis exponit. proditus igitur ab literis maturo consilio decernebat, ad regem non ascendere, cujus aeque noverat iram atque calumniarum vires: sed Miletum occupare; occidere Dionysium turbarum caussam: rapere Callirrhoën: itaque demum a rege deficere. Quid enim heri manibus libertatem tradere ruo? forsan eris superior, ubi domi manseris. rex enim longe abest. At habet, quos mittat, suos imperatores. Aut si aliquid aliud contumeliae in te decernat, nihil pejus poteris pati. quidquid sit, tu interim pulcherrima duo ne prodas: amorem & dominatum. principatus splendidus in sepulchro titulus, & cum Callirrhoë mori, dulce est. Haec agitanti & paranti defectionem nunciatur Dionysius exiisse Mileto & Callirrhoën secum ducere. Mithridatem id multo magis affligit, quam epistola, qua ad caussam dicendam vocatus fuerat. Qua confisus ego spe, ait, deplorans suas miserias,

rias,

rias, diutius demoror! ubique me Fortuna prodit. forte me innocentem rex miserabitur. quod si vero mori oporteat, Callirrhoën tamen iterum videbo. vel in ipso judicio Chaeream mecum habebo, & Polycharmum, non patronos tantum, sed & testes. Evocato igitur & comitari jusso omni ministerio egreditur Caria bona cum spe, quandoquidem nemini videri posset injuriam fecisse. adeoque Cares non lacrymis abeuntem, sed victimis & splendido deductu prosequebantur. unum hoc agmen Amor e Caria mittebat, alterum vero splendidius ex Ionia. illustrior enim & magis regia pulchritudo erat. fama mulierem praecurrebat, omnibus & ubique nuncians Callirrhoën venire, decantatissimum nomen, *artificis* naturae magnum illud magisterium,

Auratae Veneri similem pulchraeve Dianae.

rumor etiam *judicii* subeundi celebriorem reddebat. integrae urbes obviam ire, & concurrentium ad spectaculum agmina opplere vias. omnes mulierem opinione & fama pulchriorem existimare. sed illa quidem praeconia & invidiosae laudes angebant Dionysium, & magnitudo felicitatis faciebat timidiorem. doctrinae enim minime expers vir cogitabat perpetuam Cupidinis nova molientis inconstantiam, cui propterea tam poëtae quam statuarii duo rerum omnium levissima, & stare atque reprimi negantia, sagittas & ignem, attribuerint. memoria quoque subibat veterum fabularum, quot & quae

pulchrarum mulierum vices & fata fuerint. terrebant haec omnia Dionysium: adspiciebat omnes tamquam rivales; non adversarium modo, sed & ipsum judicem: & poenitentia inconsideratae apud Pharnacem delationis ducebatur, qui tranquille potuerit inter amplexus amatae conjugis recubare. plane enim aliud esse Mileti servare Callirrhoën atque per totam Asiam. nihilominus secretum usque ad supremum finem constanter tegebat, caussa profectionis mulieri non indicata, sed simulabat regem se evocasse ad communem de rebus Ioniae deliberationem. Callirrhoë tamen aegre ferebat a Graeco mari tam longe abstrahi. donec enim videbat Milesios portus, credebat prope Syracusis abesse. magnum quoque solamen Chaereae monumentum illud habebat.

CHA-

CHARITONIS

Aphrodisiensis

AMATORIARUM NARRATIONUM

DE

CHAEREA ET CALLIRRHOE

LIBER QUINTUS.

1. Quomodo jam Callirrhoë Chaereae nupta fuerit, pulcherrima mulierum virorum pulcherrimo, administrante has nuptias Venere, & quomodo ictu aemuli Chaereae exanimata fuerit visa, splendideque sepulta; dein sibi redditam sepulchro noctu latrones extraxerint, & abductam e Sicilia trajecto pelago in Ioniam vendiderint Dionysio, hujusque amores, & foeminae erga Chaeream fidem, & coactas ob plenum ventrem nuptias, & Theronis confessionem & Chaereae institutam repetendae uxoris ergo navigationem, ejusque cum Polycharmo captivitatem, & in Cariam venditionem, & qui Chaeream Mithridates agnoverit, jamjam morti tradendum, & qua ratione disparatos amantes jungere sibique reddere studuerit, & ut, eo deprehenso per e-

piſtolas, Dionyſius Carem apud Pharnacen detulerit, hic porro apud regem, rex denique ambos exciverit ad cauſſam dicendam: ſuperiore narratione declaratum eſt. jam ad reliqua exponenda accedo. Callirrhoë Ciliciam usque non graviter ferebat iter. audiebat enim Graecum ſermonem, & mare videbat adhuc, quo Syracuſas itur. ubi vero ad Euphraten pervenit, poſt quem vaſta eſt terra continens, & late in amplam regis ditionem promiſſa, tum demum patriae & affinium ſentit deſiderium, ut reditum deſperans. igitur in ripa ſtans, omnibus praeter ſolam fidam Plangonem ſecedere juſſis, loqui ſic occipit: Invida Fortuna & nimis contentioſe uni mulieri oppugnandae inhaerens: tu me tumulo incluſiſti, & extraxiſti, non miſerta, ſed ut piratis traderes: fugam meam mare & Thero partiti ſunt. Hermocratis ego filia vendita fui, &, quod ipſa ſervitute mihi gravius, amata, ut ſpirante adhuc Chaerea nuberem alteri. jam tu & illud mihi conjugium invides. non amplius me in Ioniam in exilium mittis. olim peregrinam dabas terram, ſed Graecam tamen; ubi magno mihi ſolatio erat vicinia maris. nunc extra conſuetum aërem me abjicis, & a patria orbe toto diſcriminor. rurſus Miletum aufers, ut ante Syracuſas. ultra Euphraten abrepta barbararum terrarum receſſibus includor inſulana, ubi non amplius mare. qui ergo navem e Sicilia porro exſpectem? etiam a ſepulchro tuo, Chaerea, abſtrahor. quis vobis inferias tulerit, boni manes? Bactra mihi reliquum & Suſa domus erunt & ſepulchrum. ſemel Euphraten tranſibo. timeo namque non tam itineris

longum

longum spatium, quam ne videar & ibi cuiquam pulchra. His dictis osculata terram transmittit fluvium conscensa rate. Dionysius quidem hoc iter frequenti comitatu & opiparae supellectilis adparatu faciebat, hac pompa uxori sese jactare studens. magis tamen ipso rege non indignam reddebat profectionem indigenarum, quos transibant, comitas: unus populus ad alterum deducebat abeuntes, & satrapa proximo deinceps tradebat. omnes enim effascinatos ducebat regebatque pulchritudo. barbaros etiam fovebat alia spes, fore ut haec mulier aliquando multum posset. quisquis igitur laborabat aut hospitio excipere, aut saltem beneficium aliquod in illam collatum habere, ceu benevolentiae depositum. in his illi erant.

2. Mithridates autem iter per Armeniam faciebat citatius, maxime quidem metu, ne & hoc inter crimina sibique noxium foret apud regem, quod secutus e vestigio mulierem fuisset. simul tamen & prior adesse festinabat, ut quaecunque caussae suae instruendae necessaria & utilia futura erant, compararet. ut igitur Babylonem venerat, rex enim ibi tum versabatur, illo quidem se die apud se continuit. habet enim unusquisque satrapa suum sibi assignatum deversorium. altera autem die aulam ingressus primum illustres suique loci viros salutavit: Homotimi illi appellantur: dein Artaxaten Eunuchum, qui & honoratissimus apud regem erat, & plurimum pollebat. cui muneribus conciliato, Refer, ait, regi; Mithrida-

eas, tuus servus, Graeci criminationem dilutum teque adoratum adest. Paullo post egressus eunuchus referebat: Et rex vult Mithridaten nihil quidquam praevaricari. caussam autem dices, ubi Dionysius quoque adfuerit. Adorat Mithridates, & abit, redditusque solitudini Chaeream vocat, &, Angunt me, ait, atque criminantur, quod reddere tibi Callirrhoën volui: literas nempe quas ad uxorem tuam exarasti, Dionysius ait me scripsisse, & habere putat evidens adulterii argumentum. firmiter enim illi persuasum est, te obiisse; & id sibi persuadeat ad diem usque judicii, ut tu derepente tum compareas. hoc a te beneficiorum meorum hostimentum reposco. delitesce, & perdura neque videre Callirrhoën, neque de ea quidquam inquirere. Aegre quidem sed tamen obtemperat Chaereas, & quamvis tegere secretiores animi sensus niteretur, lacrymis tamen per genas manantibus proditus, Faciam, ait, quae jubes, here. Sed simul digressus ad cubiculum, ubi divertebat cum amico Polycharmo, humi decumbere, lacerare vestes,

> In caput ambabus nigram inde atque inde favillam
> Congerere, & vultus amens foedare venustos.

Et plorans ait, Tam prope sumus, Callirrhoë, neque tamen nos videmus. tu quidem nihil peccas. nescis enim Chaeream vivere. ego vero scelestissimus, quod jussus te non aspicere, pareo. eo usque tyrannidem fero, imbellis, vitae amans. tibi vero si quis illud

lud imposuisset, vita emigrasses. Illum blandis contra verbis Polycharmus levat. jam & Dionysius Babylone non multum aberat. jam fama praeoccupaverat urbem, advenire mulierem, formae non humanae, sed divinae, qualem in terris aliam sol non collustret. & quum natura barbari in foeminas insaniant, omnes domus, omnes angiportus rumore pleni erant. ad ipsum ille quoque regem pervaserat, ex eunucho Artaxate sciscitantem: Num adesset Milesia. At ista foeminae celebritas jamdudum pupugerat Dionysium, qui bonis ideo suis tuto nequibat frui. sed magis pungebat hominem, quin urebat potius, quod deberet Babylonem adire. Non hic porro, Dionysie, tua patria Miletus; sic ille gemebundus ad se. jam ibi metuebas insidiatores. nunc autem ipse Babylonem Callirrhoën ducis, ubi tot sunt Mithridates, temerarie atque futurorum male provide. in casta illa Lacedaemone Menelaus Helenam non servavit integram. sed barbarus pastor etiam rege magis placuit. *multi Parides* sunt apud Persas. non vides pericula, non praeludia? integrae nobis occurrunt urbes: satrapae officiis colunt. haec jam facta ferocior. atqui rex illam nondum vidit. una superat spes salutis, mulierem occultare. servabitur enim, si latere poterit.

3. Haec ratiocinatus secum, ipse sejugem equum conscendit, quo solus veheretur: Callirrhoën autem in curru reliquit, velisque tabernaculum, quo sedebat, occlusit. forte quoque consilium feliciter cessisset, nisi tale quid intervenisset. ad Statiram, regis uxorem, convenerant illustrissimorum Persarum con-

conjuges. O domina, ait una de medio, Graecula noſtris inimica domibus adventat. illam diu eſt quod omnes admirati ſunt. noſtris jam diebus noſtraque culpa Perſidum gloria minitatur occidere. agedum rationem circumſpiciamus, quae poſſit efficere, ut gloria & plauſus formae noſtrae non obſcuretur ab iſta alienigena. Riſit ad haec regina, famae diffidens, &, Vani ſunt Graeculi, atque mendici. propterea res etiam parvi momenti ſtupent. Callirrhoën ſic praedicant pulchram, ut Dionyſium divitem. una itaque noſtrum, quando illa urbem intrabit, ſe monſtret, pauperculam & ſervam obſcuratura. Adorant omnes reginam, & de ſapientia admiratae exclamant uno ore: Utinam te, regina, in publico liceret conſpici. Diſcordes dein praeſtantiſſimas nominant atque celeberrimas formas, itumque in ſuffragia, ut in theatro, & electa Rhodogune, Zopyri filia, Megabyzi uxor, inſignis & notae pulchritudinis exemplar, ut in Ionia Callirrhoë, ſic in Aſia Rhodogune. hanc aggreſſae mulieres ſumtam ſeorſim ornabant, mundi quaeque ſui aliquid conferentes, dum regina armillas & torquem dabat. pulchre ſic inſtructa & parata certamini, praeſto erat ad Callirrhoën, ſi dis placet, excipiendam. ſingularem quoque & domeſticam habebat cauſſam. erat nempe ſoror Pharnacis ejus qui ad regem ſcripſerat de Dionyſio. omnis ad ſpectaculum effundi Babylon, ut urbis portae multitudine obſtruerentur. Rhodogune baſilice deducta & ſtipata in loco maxime conſpicuo praeſtolabatur, ſtans delicatula, ſibique placens & quaſi provocans. omnes in eam reſpi-

respicere & differere inter se: Vicimus., Persis peregrinam obscurabit. contendat modo, si potest. Graeci nunc discant quam ventosi sint. Interim Dionysius adest, & edoctus adesse sororem Pharnacis, ex equo desiliens adit, amicam ostensurus benevolentiam. illa vero suppudibunda, Sororem salutare volo, ait, currumque una invadit. neque igitur illa amplius residere poterat intra vela, & adactus verecundia Dionysius eam, invitus licet & gemens, hortatur prodire. omnes tum non oculos tantum sed & animos intendebant, & tantum non sese humo proruebant, unus avidus prae altero videre, & esse quam proximus. emicabat tum Callirrhoës vultus, & fulgor omnium praestringebat oculos, *ut si densa nocte subito lux ingens appareat.* adeo barbari perculsi, ut nullus non adoraret, nullus crederet Rhodogunen amplius adesse; quae & ipsa se victam agnovit, & neque potens recedere, neque tamen restitare volens, cum Callirrhoë subrepit in tabernaculum, ferendam se victrici tradens. sic tectus procedebat currus, quem turba, Callirrhoë nimirum e conspectu sublata, osculis prosequebatur. Rex, advenisse Dionysium ubi audiit, Artaxaten eunuchum haec illi renunciare jubet. Oportuerat quidem te, accusatorem viri, cui magnum dominatum concredidi, non cessasse. remitto tamen tibi culpam hanc, quandoquidem cum uxore viam fecisti. ego vero nunc quidem festos dies celebro, sacrisque faciundis cum maxime distineor. trigesimo vero abhinc die liti tuae vacabo. Adorat Dionysius & abit.

4. Inde se utraque pars, ceu ad maximum bellum, comparare. Barbarorum vero multitudo scindebatur, & quidquid erat de praefectorum genere, aut clientela, id omne Mithridati se adjungebat. Bactrianus enim erat a majoribus inde, nuper demum in Cariam trajectus. plebem vero faventem habebat sibi Dionysius. vir enim insidiis ob uxorem appetitus, eamque talem, quod majus, injuriam ultra leges videbatur passus esse. quid? quod neque foemineus Persarum coetus quietus erat, sed harum quoque diversa studia. pars enim quae de forma superbiebat, Callirrhoae invidens optabat aliquam ex illa lite contumeliam ipsi obtingere. promiscua vero multitudo, domesticis malevola, placere peregrinam & ferre palmam vovebat. utrinque in manibus victoriam teneri creditum. Dionysius enim literis confidebat, quas Mithridates ad Callirrhoën Chaereae nomine dedisset. nam Chaeream vivere nullo modo credebat. Mithridati contra qui Chaeream habebat producere, certum erat & persuasum mali sibi accidere nihil posse. timorem interim simulabat, & advocatos conciebat, ut nempe ex eventu insperato defensionem sui faceret eo splendidiorem. Persides per illos triginta dies nihil aliud inter se, quam caussam istam crepabant, & si verum volumus, universa Babylon nihil quam tribunal erat, omnibusque videbatur nimis diu rejectus terminus, non reliquis tantum, sed & ipsi quoque regi. qui ludus unquam Olympicus, quae noctes Eleusiniae tantam habuerunt studiorum exspectationem. ut tandem venit condicta dies, consedit

dit rex in illa aulae camara, quae ſoli reddendo juri deſtinata pariter amplitudine atque ſplendore excellit; in cujus medio regi ſolium jacet; ad utrumque latus protenſis ſubſelliis amicorum, quos aut dignitas aut virtus ducum duces fecit. ſolium cingunt centuriones & tribuni, & honeſtiſſimi libertorum regiorum, ut merito quis de conſeſſu illo dixerit:

Coetus ibi ſuperûm medio Jove ſermocinatur.

conſeſſores cum ſilentio & reverentia introducuntur. illuc mane primus aderat Mithridates, cognatos & amicos ſecum trahens, non admodum ſplendidus, neque hilaris vultu, ſed ut reus, *adſpectu* miſerabili. ſequebatur Dionyſius habitu Graeco, Mileſia ſtola, literas manibus tenens. intromiſſi regem adorabant, qui ſcribam legere jubet epiſtolas Pharnacis & reſponſoriam ſuam, quo aſſeſſores judicii ſcirent, qua ratione lis introducta foret. lectis regiis literis erupit multus plauſus temperantiam atque juſtitiam principis admirantium. facto ſilentio, Dionyſium quidem oportuerat occipere ſermonem, ut accuſatorem, & omnes profecto reſpiciebant eum. Mithridates tamen ſic ordiebatur: Non praecipio meam defenſionem, domine. novi omnino ordinem. oportet autem antequam ulterius verba fiant, omnes in hanc cognitionem adeſſe neceſſarios. ubinam vero mulier, de qua nunc agitur, qua tu judicaſti, domine, opus eſſe, quam comparere juſſiſti, quae & adeſt in urbe? Dionyſius itaque ne caput

& caussam rei occulat. Respondet Dionysius: Et hoc quoque moechi est, alienam uxorem in turbam producere, invito viro, quae neque ipsa accusat, neque vicissim accusatur. si corrupta omnino fuisset, adesse ream oportebat. jam vero tu ignoranti insidiatus es. neque teste utar uxore, neque patrona. ergo quomodo necesse sit adesse mulierem, caussae totius expertem? Haec subtiliter quidem & speciose Dionysius ex fori usu disserebat: verum non persuadebat. omnes enim Callirrhoën avebant videre. rex quum prae verecundia nollet imperare mulieris praesentiam, caussabantur amici literas, quibus, ut necessaria, fuerat excita. Qui ergo non foret absurdum, dicebat aliquis, ex Ionia quidem advenire, praesentem vero Babylone, desiderari. Ut autem decretum, etiam Callirrhoën comparere, Dionysius, qui nihil apud eam hac de re monuerat, sed ad illum usque diem suppresserat veram itineris Babylonici rationem, veritus uxorem ignaram rerum omnium derepente ad tribunal rapere; par enim erat, ut illusam, stomachari & aegre ferre; rejiciebat ergo judicium in alterum diem. Sic discessum tum quidem.

5. At Dionysius, ut domum venit, vir quippe prudens & literatus, sermones admovebat uxori pro temporum ratione maxime plausibiles & persuadentes, animo facili atque composito singula quaevis effatus. audit Callirrhoë, non tamen sine lacrymis, & ad nomen Chaereae saepius plorans gemensque, & ad litis mentionem fremens, Hoc unum scilicet, ait, deerat meis miseriis, etiam ad judicem rapi. mor-

tua

tua fui, elata, egesta tumulo a latronibus, vendita, serva facta. en, Fortuna, judicium nunc subeo. iniquam de me opinionem insinuare Chaereae, non sufficiebat tibi. etiam apud Dionysium argumentum stupri ministras. illam sepulchro, hanc regio tribunali ceu triumphans ostendisti calumniam: Europae atque Asiae fabula evasi. quibus judicem oculis adspiciam? quae audire me verba oportebit? insidiosa est forma, ideo tantum a natura tributa, ut calumniis in me tu te satiares. Hermocratis filia judicatur, & patrem advocatum non habet. caeteri tribunalis, quod ingrediuntur, benevolentiam sibi & favorem precantur. ego vero metuo, ne placeam judici. Haec lamentans gemensque totum diem dejecto *transegit* animo. superveniente vero nocte per somnum videt se Syracusis virginem Veneris intrare templum, & inde reducem videre Chaeream; & nuptiarum diem, totamque urbem in coronis, seque a patre & matre in domum sponsi deductam. sed cum in eo esset, ut oscularetur Chaeream, somno subsiluit excussa; vocatque Plangonem. nam Dionysius prior surrexerat, ut caussam suam meditaretur. eique narrat insomnium: cui Plango, Bono sis animo, domina, inquit. pulchrum etiam Chaereae vidisti insomnium. curam omnem abjice. ut enim per somnium tibi visa es videre, sic experrectae erunt omnia. abi ad regis tribunal, haud secus atque ad Veneris templum. memor esto tui. resume, quam sponsa habebas, formam. & simul induit & comit Callirrhoëm. quae secreto quodam instinctu & sponte sua erectiorem habe-

bat animum, ceu futuri praeſaga. mane ad regiam erat ſeſe protrudentium concurſus; pleni usque ad exteriora aulae omnes aditus & viae. omnes cauſſam audire velle videbantur, ſed revera Callirrhoën videre cupiebant. neque fallebat illa ſpem imo tantum aberat, ut potius quanto nuper alias omnes, tanto hodie ſe ipſam vinceret. plane ut divinus vates Helenam ſupervenire facit Priamo, Panthooque, & Thymoetae concionantibus, ſic illa tribunal intrat, & viſa ſtuporem facit atque ſilentium.

Hunc optat ſibi quisque torum, haec ſolamina noctis.

& ſi primus loqui debuiſſet Mithridates, vocem non invenisſet. nam ſuper vulnus illud antiquum, puta cupidinem, multo violentiore plaga tum contundebatur.

6. Verum Dionyſius occupat loqui. Gratiam de honore habeo tibi, rex, quo & me affeciſti, & caſtimoniam, & omnium conjugia. privatum enim hominem a duce inſidiis appetitum non inſuper habuiſti, ſed acciviſti, ut pro me quidem meaque in cauſſa poenam ſumeres de petulantia & inſultandi laſcivia, pro aliis autem in futurum contumeliam arceres. majorem vero ſibi poenam depoſtulat hoc facinus ob auctorem. Mithridates enim, non hoſtis ille meus, ſed hoſpes, ſed amicus, mihi inſidiatur, non ob aliud quid opum mearum, ſed ob id quod anima mihi & corpore carius, ob uxorem; quem oportebat etiam, ſi quis alius in nos peccaſſet,

casset, vindicasse, idque, si non meam in gratiam, sane tui caussa, rex. tu enim illi maximum commendasti imperium, quo indignus deprehensus modo, foedavit imo prodidit eum, qui concredidit. flagitationes equidem Mithridatis & potentiam & apparatum, qubus utitur ad praesens discrimen, neque ipse ego ignoro, neque quod in his aequales non simus. sed confido tamen tua justitia, rex, & sanctitate matrimonii, & legibus, quas pariter omnibus custodis. nam si velis ipsum dimittere, satius fuerat non evocasse. nuper timebant omnes, quandoquidem puniendam exspectabant lasciviam, modo ille coram judice comparuerit. quando vero judicatus a te non etiam puniatur, tum contemtui eris de reliquo. caussa & *oratio* mea brevis est & perspicua. Callirrhoës maritus ego sum, & jam ex illa *pater*; quam duxi, non virginem, sed antea nuptam cuidam Chaereae dudum fatis functo, cujus & monumentum est apud nos. Mithridates ergo, postquam Mileti *vidit pro hospitii* jure meam uxorem, non juste, quae post, egit, neque ut amicus, neque ut vir temperans & honestus; quales tu desideras eos, quorum in manus urbes tuas tradis; sed petulans deprehensus est, & tyrannum agitans. nam quum foeminae castimoniam & in virum amorem nosset, eamque verbis aut opibus expugnare posse diffideret, artes invenit veterator, ut putabat, pulcherrimas. finxit priorem maritum Chaeream vivere, literasque supposuit ejus nomine, suosque per servos misit ad Callirrhoën. tua vero Fortuna, rex, sic meritum adjuvit, deorumque providentia de-

detexit epiſtolas. Bias enim, praetor Prienenſium, ſervos cum literis ad me miſit. flagrans igitur ego delictum deprehendens, ad Pharnacen Ioniae Lydiaeque praefectum detuli, ille porro ad te. rationem totius rei, de qua judex ſedes, expoſui, & invictae ſunt meae demonſtrationes. unum enim de duobus oportet: aut Chaeream vivere, aut Mithridaten argui corruptelae. nam dicere nequit, Chaereae mortem ignoraſſe. ipſo enim Mileti praeſente congeſſimus homini tumulum, & exſequias ipſe quoque proſecutus eſt. ſed quando nuptas tentat Mithridates mortuos ſuſcitat. deſino, poſtquam literas, quas ille ſervorum ope Miletum e Caria miſit, recitavero. Tene, ſcriba, & recita. Chaereas vivo. Hoc commonſtret, & abſolutus eſto. ſimul cogita, rex, quam impudenter ille ſit mendax; quandoquidem de mortuis quoque falſa comminiſcitur. His verbis ſtimulabat audientes Dionyſius, & omnium ſtatim ferebat ſuffragia. rex autem plenus ira Mithridaten acerbo & minace vultu reſpiciebat.

7. Iſte vero nihil conterritus: Rogo te, rex, ait, juſtus enim & humanus es, ne me, inaudita altera parte, condemnes, neque Graeculus vafre conſutis, ſed injurioſis in me ſycophantiis apud te perſuadere valentior ſit quam veritas. intelligo pulchritudinem foeminae ſuſpicione me gravare. abſurdum namque nemini videtur corrumpere quem voluiſſe Callirrhoën. ego vero & reliquam vitam caſte atque temperanter exegi, & primam hanc tuli calumniam. etiam, ſi perditus & laſcivus ex indole mea forem, ſane me ad melio-

rem

rem frugem redegissent tot urbes, quarum tu mihi curam injunxisti. quis est tam demens, ut malit propter unam voluptatem eamque turpem tanta bona perdere? &, si tandem nequitiae mihi forem conscius, possem exceptione declinare judicium. nam Dionysius caussam non agit uxoris, legitime sibi desponsatae, sed venditam emit illam. atqui leges corrupti conjugii non tangunt servas. recitet ille tibi prius tabulas manumissionis, & tum demum conjugium appellet. tune uxorem audes dicere, quam Thero pirata talento tibi vendidit, sepulchro egestam? atqui liberam emi, ait: itane plagiarius es potiusquam maritus? attamen me nunc quasi apud maritum culpa *eximam*. puta redemtionem nuptias esse, puta pretium *esse dotem*. Milesia nunc videatur, quae Syracusana est. me Dionysio neque *marito*, neque hero fecisse contumeliam, scias *velim*, domine. primum enim corruptelae criminatur me non jam perfectae, sed tentatae, & cum non habeat ostendere facta, recitat vanas & nil probantes literas. atqui leges facta puniunt. epistolam producis? possem dicere: Non scripsi. manum meam non habes. Callirrhoën quaerit Chaereas. illum corruptionis postula. Nae, ait, tu Chaereae nomine meam corrumpis. provocas me, Dionysie, ad rem tibi nullo modo proficuam. obtestor te ipsum. amicus & hospes tuus sum. desiste ab accusatione. roga regem, ut dimittat & abrumpat litem. recanta opprobria. dic: Mithridates est innocens. frustra culpavi. quod si vero persistas, poenitebit. ipse calculum contra te feres. praedico tibi, Callirrhoën perdes.

non me rex moechum, sed te inveniet. His dictis desiit. omnes respicere Dionysium, scire cupidi, proposita optione, accusationem abjiceretne, an urgueret constans. ipsi enim nesciebant quidem id, quod obscuris verbis Mithridates adumbraverat, Dionysium vero putabant intelligere. at ille aeque ignorabat, ut qui nunquam credidisset Chaeream vivere. Dic quidquid velis, ait. neque enim versutiis, neque minis probabilibus impones mihi. nunquam sycophanta deprehendetur Dionysius. Mithridates inde orsus altius extollit vocem, & quasi sacris operaturus & numine plenus: Dii regales, ait, superi & inferi pariter, succurrite viro bono, qui saepius vobis vota puris manibus & sacra splendidissima fecit. reddite mihi sycophantiis lacessito meae pietatis hostimentum. commodate mihi, vel in hanc modo litem, Chaerean. apparete, optimi manes. etiam Callirrhoë vos vocat. stans nunc in medio amborum, meique & Dionysii, moechus quis nostrum sit, regi indicato.

8. Loquebatur adhuc quum Chaereas ipse prodit: Sic enim condictum antea fuerat. ad cujus conspectum Callirrhoë exclamat: Chaerea vivis? ruitque ad ipsum accurrere. sed obstitit medius inter illos intercedens & amplexus impediit Dionysius. quis illam digne tribunalis faciem eloquatur? quis unquam poëtarum tam miram & insolitam fabulam produxit in scaenam? credidisses ibi theatrum videre, mille contrariis agitatum affectibus. erat ibi promiscue omnes animorum motus spectare. ibi lacrymae, ibi gaudium, stupor,

com-

commiseratio, diffidentia, vota. Chaeream beatum praedicabant. gratulabantur Mithridati. condolebant Dionysio. de Callirrhoë haerebant, quid dicerent aut facerent. illa enim ante alios externata obmutuerat. tantum totam oculorum aciem avide in Chaerea defigebat. crediderim ego quidem, vel regem tunc optasse Chaerean esse. omnibus quidem rivalibus promtum est & consuetum digladiari. nostris autem magis accendebat intestinam contentionem praesens & coram positum certaminis praemium. sane ni regis obfuisset reverentia, manus quoque conseruissent. sic autem ultra verba 19
non processit jurgium. Ego sum prior maritus. Sed ego constantior. Meam enim non abjeci. Sed tu sepelivisti. Divortium commonstra. Viden sepulchrum. Mihi pater collocavit. At illa se mihi. Indignus es Hermocratis filia. Tu magis, catenatum Mithridatis mancipium. Repeto Callirrhoën. At ego teneo. Alienam tenes. Tu vero tuam occidisti. Moeche. Homicida. Haec illi in vicem jactare convicia. Callirrhoë interim fixis humi stat oculis, funditque lacrymas, amans Chaeream, verecundans Dionysium. rex autem omnibus foras submotis cum amicis deliberat, non de Mithridate porro: ille caussam suam splendide 20
peroraverat. sed num oporteat definientem sententiam ferre de muliere, cujus sit? erant qui ad regem spectare id negabant. Audivisti Mithridatis caussam, idque merito. erat enim satrapa. sed hi omnes privati sunt homines. Plurimi contrarium consuadebant, cum ob patrem foeminae, Hermocratem, qui non inutilis regiae domui quondam fuerat; tum quod rex non a-

 lie-

lienam ad se traheret caussam, sed ejus, quam modo expediverat, continentem quasi partem. nolebant nempe veram caussam fateri, quod nimirum aegre a forma Callirrhoës contemplanda divellebantur. tum revocari, qui paullo ante fuerant remoti; & rex: Mithridatem equidem absolvo, ait, & cras onustus muneribus meis in praefecturam suam abeat. Chaereas vero & Dionysius quibus sibi quisque titulis mulierem vindicent, eloquuntor. curam enim habere me decet filiae Hermocratis illius, qui Athenienses bello fregit hostes mihi Persisque infestos & exosos. Pronunciata sententia Mithridates regem adorat. caeteros inopes consilii, stupentesque & aestuantes quum videt rex: Non urgueo, ait, sed permitto vobis accinctis & paratis ad dicendam caussam huc redire. hanc in rem do quinque dies. interim Callirrhoës curam habebit uxor mea, Statira. nam iniquum foret, illam, cujus maritus controversus est, cum alterutro marito in judicium comparere. Sic reliqui omnes tristi austeroque vultu de tribunali discedebant; solus Mithridates gaudebat. qui donis acceptis, eaque adhuc nocte Babylone exacta, postero mane Cariam repetebat, splendidior quam nuper.

9. Callirrhoën autem eunuchi, a rege traditam sibi, ad reginam deducebant, non ante monitam. rex enim praenuntiare, si mittat, non solet. ad subitum conspectum lecto Statira subsilit, Venerem apparere putans, quam deam cultu peculiari prosequebatur. Callirrhoë vero reginam adorat. Eunuchus errorem & consternationem intelligens: Hanc, ait,

rex

rex tibi mittit, ut apud te usque ad judicii diem custodiatur. Libenter id audiebat Statira, omnique abjecta muliebri contentione ob acceptum illum a rege honorem fiebat benevolentior. illo namque deposito vehementer sibi placebat plaudebatque; manuque ejus prehensa, Confide, ait, o mea, & siste lacrymas. rex bonus est & benignus. habebis maritum, quem cupis. majore cum gloria post judicium nubes. nunc autem i, requiesce. defatigata namque es, ut video, mentemque nondum habes tranquillam. Non invitae id accidebat Callirrhoae, ut quietis percupidae. postquam itaque toro reposita & permissa tranquillitati atque solitudini fuit: Vere, ait, tangens oculos, vere vidistis Chaeream? eratne meus ille *Chaereas*? an & in hoc illusa fui? Mithridates enim forte *spectrum*, ad faciendam sibi favorabiliorem caussam, immisit. magos enim in Persis ajunt esse. attamen & locutus *est*, & sic omnia, ut conscius sibi. qui ergo sustinuit me non *amplecti*? ne osculo quidem in vicem inpertito discessimus. Interea dum illa haec apud se volutat, audiri pedum strepitus, & mulierum clangor. omnes nimirum ad reginam concurrebant, arbitratae multam illic contemplandae Callirrhoës sibi libertatem fore. Statira vero: Sinamus eam, ait. male habet. in solidos dies licet nobis eam videre, audire, alloqui. Tum tristes illae abeunt. sed postero statim mane aderant, ita singulis diebus continuantes; ut multo, quam ante, celebrius esset palatium. ipse quoque rex frequentius invisebat ad mulieres, officium scilicet Statirae exhibens. missa

quoque Callirrhoae splendida munera, quae tamen omnium illa constanter recusabat, habitum servans miserae, pullata, sine ornatu desidens. quod luculentius ejus formam ostendebat. roganti aliquando regi, quem maritum praeferret, nihil respondet, tantum plorans. In his Callirrhoë. Dionysius autem ferre quidem generoso spiritu casum & indolis propria quadam constantia, & honesti studio nitebatur. sed erat tanta, tam insolens, tam insperata afflictio, ut neminem non posset facili negotio, quamvis fortem virum, de statu dejicere. sane acrius quam Mileti exardebat. nam initio cupiditatis, amator formae solius erat. tum vero multa amoris ignem auxerant, consuetudo, affectio in liberos benefica, timor ne forte ingrata foret, ne forte alium praeferret, aemulatio. quae omnia necopina rei novitate intendebantur.

10. Proinde ille saepius exclamabat subito: Qualis hic meis diebus revixit Protesilaus. quem inferorum deorum offendi, ut mortuum invenirem mihi rivalem, cujus ego sepulchrum habeo. insidiata es mihi, domina Venus, quam in agris ipse meis dedicavi, quam hostiis saepissime veneror. quid attinebat Callirrhoën monstrasse, quam servare non sedebat? quid patrem facere, qui neque maritus est? Simul amplexatus puerum haec cum lacrymis effundit: Miselle infans, qui videbaris olim omine fausto editus, nunc parum opportune videris. habeo namque te matris hereditatem, & inauspicati amoris monumentum. infans es; quid ni? sed omni tamen sensu non cares eorum, quae patrem tuum adversa premunt. mala

ſa ave iter ingreſſi ſumus. non oportuerat Miletum reliquiſſe. perdidit nos Babylon. priore cauſſa cecidi. Mithridates me arguebat. de altera magis timeo. neque enim majus periculum prior habebat, & male ſperare jubet judicii prooemium. uxor indemnato aufertur; & de mea cum alio decertans periclitor, &, quod illo pejus, quem Callirrhoë cupiat, neſcio. tu fili, ut a matre, diſcere id potes. i nunc & ſupplica pro patre, plora, fige oſcula, dic; Mater mea, pater meus te amat. at cave convicii & exprobrationis quidquam. Quid ais, paedagoge? nemone nos in regiam admiſerit? o ſaevam tyrannidem! excludunt filium, qui ad matrem tendit patris internuncius. Durabat in his Dionyſius usque ad judicii diem, judex in certamine amoris & rationis ſedens, palmam potiori aſſignaturus. Chaeream vero obſidebat luctus inſolabilis. ficto itaque morbo Polycharmum jubet abeunti Mithridati comitem ire, communi nempe patrono, ſibique jam, permiſſus in vacuo, reſtim religat, in quem jamjam arrepens, Felicius equidem, ait, tum fuiſſem mortuus, quum in crucem ibam, quam in Caria vincto mihi iniqua pangebat accuſatio. tunc enim vita exceſſiſſem, opinione amantis me Callirrhoës deluſus. nunc autem perdidi non vitam modo, ſed & mortis conſolationem. Callirrhoë me viſum non adiit, non oſculata eſt. me adſtante alium eſt reverita. nulla in poſterum retineatur verecundia. praeveniam judicium. non exſpectabo finem inglorium. novi me parvum & imparem Dionyſii adverſarium, peregrinum hominem & pauperem, & alie-

quoque Callirrhoae splendida munera, quae tamen omnium illa constanter recusabat, habitum servans miserae, pullata, sine ornatu desidens. quod luculentius ejus formam ostendebat. roganti aliquando regi, quem maritum praeferret, nihil respondet, tantum plorans. In his Callirrhoë. Dionysius autem ferre quidem generoso spiritu casum & indolis propria quadam constantia, & honesti studio nitebatur. sed erat tanta, tam insolens, tam insperata afflictio, ut neminem non posset facili negotio, quamvis fortem virum, de statu dejicere. sane acrius quam Mileti exardebat. nam initio cupiditatis, amator formae solius erat. tum vero multa amoris ignem auxerant, consuetudo, affectio in liberos benefica, timor ne forte ingrata foret, ne forte alium praeferret, aemulatio. quae omnia necopina rei novitate intendebantur.

10. Proinde ille saepius exclamabat subito: Qualis hic meis diebus revixit Protesilaus. quem inferorum deorum offendi, ut mortuum invenirem mihi rivalem, cujus ego sepulchrum habeo. insidiata es mihi, domina Venus, quam in agris ipse meis dedicavi, quam hostiis saepissime veneror. quid attinebat Callirrhoën monstrasse, quam servare non sedebat? quid patrem facere, qui neque maritus est? Simul amplexatus puerum haec cum lacrymis effundit: Misselle infans, qui videbaris olim omine fausto editus, nunc parum opportune videris. habeo namque te matris hereditatem, & inauspicati amoris monumentum. infans es; quid ni? sed omni tamen sensu non cares eorum, quae patrem tuum adversa premunt. ma-

la

ſa ave iter ingreſſi ſumus. non oportuerat Miletum reliquiſſe. perdidit nos Babylon. priore cauſſa cecidi. Mithridates me arguebat. de altera magis timeo. neque enim majus periculum prior habebat, & male ſperare jubet judicii prooemium. uxor indemnato aufertur; & de mea cum alio decertans periclitor, &, quod illo pejus, quem Callirrhoë cupiat, neſcio. tu fili, ut a matre, diſcere id potes. i nunc & ſupplica pro patre, plora, fige oſcula, dic; Mater mea, pater meus te amat. at cave convicii & exprobrationis quidquam. Quid ais, paedagoge? nemone nos in regiam admiſerit? o ſaevam tyrannidem! excludunt filium, qui ad matrem tendit patris internuncius. Durabat in his Dionyſius usque ad judicii diem, judex in certamine amoris & rationis ſedens, palmam potiori aſſignaturus. Chaeream vero obſidebat luctus inſolabilis. ficto itaque morbo Polycharmum jubet abeunti Mithridati comitem ire, communi nempe patrono, ſibique jam, permiſſus in vacuo, reſtim religat, in quem jamjam arrepens, Felicius equidem, ait, tum fuiſſem mortuus, quum in crucem ibam, quam in Caria victo mihi iniqua pangebat accuſatio. tunc enim vita exceſſiſſem, opinione amantis me Callirrhoës deluſus. nunc autem perdidi non vitam modo, ſed & mortis conſolationem. Callirrhoë me viſum non adiit, non oſculata eſt. me adſtante alium eſt reverita. nulla in poſterum retineatur verecundia. praeveniam judicium. non exſpectabo finem inglorium. novi me parvum & imparem Dionyſii adverſarium, peregrinum hominem & pauperem, & alie-

alienum jam. tibi quidem bene ſit, uxor mea: uxorem enim voco, licet alium ames. ego vero diſcedam nuptias tuas non interpellaturus. opibus afflue, luxuriare, fruere deliciis, & ſplendore Ioniae. tene quem cupis. unam te, Callirrhoë, gratiam rogo Chaereas vere jam moribundus ultimam: ut deceſſero, accede cadaveri, &, ſi quidem potes, plora; hoc immortalitate majus mihi fiet. ſaltem dic proclinis ad columellam, etiam ſi maritus tuus videat, etiam ſi infans: Nunc tandem vere, Chaerea, exceſſiſti, nunc mortuus es. ego vero te apud regem judicem electura maritum eram. Audiam tuam vocem, uxor, forte & credam. apud inferos deos gloriam tu mihi & auctoritatem conciliabis.

Et licet exſtinctos obliviſcantur in Orco,
Hic quoque ego carae fuero memor usque maritae.

Haec lamentatus oſculabatur reſtim. Tu mihi conſolatio, tu mihi patronus. tua ope vinco. tu me magis quam Callirrhoë amaſti. Jam arrepentem, jam illigantem nodo cervices, Polycharmus opprimit, & continet, ut inſanum, demulcere & conſiliis regere porro impar. jam dicta quoque judicio dies inſtabat.

CHARITONIS

Aphrodisiensis

AMATORIARUM NARRATIONUM

DE

CHAEREA ET CALLIRRHOE

LIBER SEXTUS.

I. PRidie ergo quam sententia regis aut Chaereae addicenda esset uxor Callirrhoë, aut Dionysio, tota Babylon incerta spe pendebat, domique pariter inter se, atque foris obvii per vias dicebant: Cras Callirrhoës erunt nuptiae: quis tandem fortunatior amborum? Scissa vero erat urbs. Chaereae studiosi priorem fuisse maritum dicebant. virginem duxit, amantem amans. pater illi collocavit. patria illam sepeliit. non deseruit nuptias, non desertus fuit. Dionysius non emit. non duxit uxorem. latrones vendiderunt. atqui non licet ingenuam emere. Contra qui cum Dionysio faciebant: Piratis eam eripuit, gladio subtractam cervicibus tantum non incumbenti. talentum dedit pro ejus salute. ser-

vavit primum, dein toro recepit. at Chaereas ductam occidit. nuptiarum meminerit Callirrhoë, par est. adest etiam Dionysio unum, cuivis notum, certamque victoriam spondens argumentum: communem habent infantem. Sic inter se viri. mulieres autem non tantum faustis adhortationibus animum firmabant, sed & consilia dabant, ut praesenti, Callirrhoae. Ne tu virgineum spernas, dicebant hae: primus amator, isque civis, tibi potior esto. sic enim patrem revises. sin minus, peregre vives, ut proscripta. Illae vero: Praefer sospitatorem tuum, percussorem minime. quid si iterum Chaereas excandescat! tum iterum tumulus. ne prodas filium. honora patrem infantis. Sic illae inter se strepere. dixerit quis cunctam Babylonem forum & curiam esse. nox ultima, decretoriae diei proxima, supervenit, qua decumbebant reges, non iisdem occupati cogitationibus. nam regina quidem ocyus optabat illucescere, ut deposito isto, ceu onere, se levaret. forma nimirum mulieris gravabat suae ex vicino facile comparanda. praeterea regis quoque frequentes accessus & intempestiva officia suspecta habebat. antea namque raro comparuerat in gynaeconitide; sed ex quo Callirrhoën intus habuerat, creberrime. observaverat quoque eadem, regem in colloquiis familiaribus saepe clandestinis & furtivis oculorum vibraminibus Callirrhoën stringere; & oculos furari quidem adspectum, sua sponte tamen & hero quoque suo non sentiente illuc delabi. gratum ergo sibi diem Statira praestolabatur. rex non item sibi. insomnis enim ille noctem

Nunc

Nunc pronus recubans, nunc in latus, egerat omnem,

ſtimulatus cogitationibus, ſeque perpetim ipſe admonens: Adeſt peremtorius dies. praeceps enim ego terminum dedi tam brevem. quid cras mane faciemus! jam Callirrhoë aut Miletum diſcedet, aut Syracuſas. unam adhuc ſuperſtitem habebis particulam temporis, ad fruitionem pulcherrimi ſpectaculi; poſt quam ſervus meus erit me felicior. vide quid agendum tibi ſit, mi anime! *ipſe* tibi praeſens & paratus eſto. alium non habes inſidiatorem. amoris inſidiator ipſe amor eſt. primo loco reſponde mihi, quis es? Callirrhoës amator, an *judex*? ne te ipſe decipias. amas, etiamſi neſcis. *magis adhuc* convinceris, quando foeminam non coëgeris. quid igitur ipſe te torquebis? Sol, auctor tui generis, hoc eximium tibi deſtinavit & ſelegit animal, omnium quae aſpicit pulcherrimum. tu vero dei munus rejicis. curae nempe cordique tibi ſunt Chaereas, & Dionyſius, vilia iſta mea mancipia, ut de nuptiis diſceptantes ego dirimam, & praemium potiori aſſignem. ille ego magnus rex officium lenae vetulae faciam! atqui recepi jam in me cauſſae cognitionem, idque omnes ſciunt. quod vero maximum eſt, Statiram verecundor. ne tu itaque aut divulga amorem, aut finem impone liti. vel adſpectus tibi Callirrhoës ſufficit. ulterius protrahe ſententiam pronunciare. id vero vel plebejo judici licet.

2. Ut illuxit, parare miniſtri regii curiam. concurrere ad

palatium omnis turba. tota Babylon emoveri, utque in Olympicis ludis athletas cum stipatu ad stadium accedentes videre est, sic & hos. nam Dionysium honestissimus Persarum quisque comitabatur: populus autem Chaeream. innumera vota & faustae acclamationes alterutri parti studentium applaudebant. Tu potior. Tu vincis. Praemium vero non erat oleaster, non pomum, non pinus, sed forma prima, ob quam vel dii merito litigaverint. at rex eunucho Artaxate, quem maximi prae omnibus faciebat, vocato: Per somnum, ait, apparuerunt mihi subito dii regales victimam a me reposcentes. oportet nos prius pietati in deos satisfacere. significa itaque triginta dierum festiva per omnem Asiam sacra, omniumque & litium & negotiorum justitium. Eunuchus mandata significat. statim omnia plena sacrificantium in coronis; sonare tibia, fistula tinnire, audiri vocale carmen, tura in atriis fumare, angiportus omnis esse convivium,

Densum inter fumum superas it nidor in auras;

rex regias ad aram statuere victimas; & tum primum Cupidini inter alios facere, multumque rogare Venerem, vellet apud filium gnavam sibi operam praestare. omnes esse in voluptatibus, soli tres lugere, Callirrhoë, Dionysius & maxime Chaereas. Callirrhoë quidem prae se ferre dolorem non poterat in aula, sed clam taciteque congemiscebat, festumque diris exsecrabat omnibus; se autem Dionysius, eo quod Miletum

reliquisset. Patienter; ajebat, ferto malum, quod tu tibi sponte arcessivisti. etiam vivo Chaerea licebat Callirrhoën tenere. Mileti sane dominus eras, neque te nolente literae pervenissent ad Callirrhoën. quis vidisset? quis accessisset? ipse tu dedita opera in medios hostes te conjecisti, & utinam te solum. nunc autem & quod anima tua tibi carius possides. ob illud undecunque tibi nunc bellum coit. quid ais, stulte? Chaeream habes adversarium. dominum quoque rivalem fecisti. nunc rex & insomnia videt, & quibus quotidie facit, illi nunc ab eo victimas deposcunt. o! impudentiam! alienam quis uxorem apud se tenens judicium protrahit, & talis se judicem jactat! Haec lamentari Dionysius. Chaereas autem & nutrimento abstinebat, & omni modo negabat vivere. & prohibenti mortem inedia persequi Polycharmo, Tu mihi, ait, amici specie omnium es hostis maximus. nam detines me inter tormenta, & cum voluptate vides affligi. at si amicus fores, libertatem non invideres mihi sub maligno nescio cujus dei tyrannide tam indigne exercito. quot mihi beatitatis occasiones perdidisti? beatus ego, si sepultus Syracusis sepultae accubuissem Callirrhoae: verum & tum quoque me inhibuisti mori cupientem, & pulchro viae ad inferos comitatu privasti. forte enim exire sepulchro illa & deserere defunctum noluisset. etiam, si reliquisset illa, cubarem sane nunc, compendifactis secutis illis, venditione, latronum agmine, compedibus, &, qui cruce acerbior est, rege. pulchra mors, post auditas Callirrhoës nuptias. jam post litem, quam rursus mihi mortis occasio-

nem corrupiſti. vidi Callirrhoën, & non adii, non oſculatus fui. rem novam, rem incredibilem! ambigitur, judicatur, Chaereas Callirrhoës maritus ſit, necne. at illam quoque cognitionem, qualemcunque etiam, finiri non ſinit invida ſors. die noctuque juxta deos iratos habeo. Jam ruebat his dictis in enſem. ſed prehenſam dextram vi Polycharmus continuit, & dehinc ſervavit illum tantum non in vinculis.

3. Rex interim arceſſit fideliſſimum ſuum eunuchum; ſed & hunc verecundatur primo. videns itaque Artaxates pudore plenum & cunctantem proloqui: Quid celas, ait, here, tuum ſervum, qui & bene tibi vult, & commiſſa fideliter retinere novit? quod tibi grande malum accidit? adeo vereor inſidias tibi ſtructas. Inſidias, ait rex, easque maximas, ſed non ab homine, ſed a deo. quid Cupido ſit, prius equidem noveram ex utriusque orationis ſcriptoribus, illum in omnes deos imperium exercere, etiam in ipſum Jovem. quod tamen aliquis me potior eſſe poſſit, diffidebam. verum praeſto adeſt deus: divertit in animam meam multus & vehemens. grave quidem fateri; ſi tamen dicendum quod res eſt, captus ſum. Dum loquitur, adeo lacrymis obundatur, ut finem imponere ſermoni nequiret. ſtatim ut ille ad ſilentium redactus, intelligebat eunuchus, unde vulneratus eſſet. nam fictae non erant lacrymae, ſed ſentiebat quidem adhuc flammantes ignes. quidni ſentiret? quum neque dubium eſſet, neque obſcurum; Callirrhoë praeſente fieri non poſſe, ut alterius in amorem rex inciderit.

ſit: fingebat tamen ignorare, &, Quaenam forma, ait, here, tuum mancipare poſſet animum, cui pulchra omnia ſerviunt? aurum, argentum, veſtes, equi, urbes, gentes, multaeque pulchrae mulieres, ſed omnium ſub ſole pulcherrima, Statira, qua frueris ſolus. quam concupiſcere ſi te non admodum ſentis, id ſane mirum non eſt. facultas cupidinem tollit. niſi forte ſuperorum e coelo quaedam deſcendit, aut altera ponto Thetis emerſit. credo enim & deos tuam appetere conſuetudinem. Hoc forte verum dicis, ait rex, foeminam hanc eſſe deam aliquam, non enim in ea humana pulchritudo. negat tamen, ſeque fingit eſſe Graecam Syracuſis. & hoc eſt fraudis indicium ſtatim. falſi nempe cavet argui, urbem noſtri quandam imperii non citans; ſed fabulam ſuam ultra Ionium pelagus & vaſti maris ſpatia remittit. venit ad me judicii ſpecie. at totum actum illa ſola compoſuit. miror autem, qui Statiram dicere omnium pulcherrimam ſuſtineas, quum Callirrhoën coram vides. videndum quomodo liberer hac aegritudine. quaere undecunque, ſi poteſt inveniri, auxilium. Auxilium, quod quaeris, inveniri poteſt, here, aeque apud Graecos atque apud Barbaros. aliud amoris auxilium non eſt, quam ipſum, quod amas, corpus. hoc ſine dubio decantatum illud oraculum: Eumdem ſanaturum qui vulnerarat. Verecundia regem implet hic ſermo; &: Tune mihi, ait, tale quidquam ſuadere auſis, ut alienam uxorem corrumpam. legum, quas ipſe tuli, memini, memini juſtitiae, quam in omnibus rebus exerceo, nul-

nullius mihi conſcius intemperantiae. non adeo capti & victi tenemur. Pavidus Artaxates, ac ſi quid incogitantius dixiſſet, mutat in laudes ſermonem. Graviter digneque tua perſona ſentis, domine. ne tu Cupidini medicinam adhibeas, quam alii homines, ſed meliorem & regiam ipſe te ei adverſarium opponens. potes namque tu ſolus vel hunc deum vincere. animum remitte in omnes voluptates. maxime autem & eximie gaudes venatione. memini te prae ſtudio & delectatione ſolidos dies ſine cibo, ſine potu, transigere in venatione. venationi autem inhaerere praeſtat, quam regiae, & prope ignem eſſe.

4. Conſilium placuit. indicta venatio magnifica. exire ſuper equis equites ornati, & nobiliſſimi Perſarum, & reliqui exercitus pars lectiſſima; omnes adſpectu digni, ſed eminebat rex, conſidens equo Niſaeo maximo pariter & pulcherrimo, aureo fraeno, aureis phaleris, frontalibus itidem & pectoralibus ſuperbo, purpura indutus Tyria, Babylonici operis, & tiara coloris hyacinthini. latus ſuccingebat aureus acinaces; manus tenebat duo ſpicula; appendebat pharetra cum arcu, Sericum opus pretioſiſſimum; ſedebatque ferociens nonnihil. & id amori proprium cultu corporis placere ſibi. etiam volebat a Callirrhoë medius in ſtipantium turba conſpici, & per totam urbem, dum exit, reſpicit, an & illa conductum videret. montes extemplo pleni clamantium, canum latratu, hinnitu equorum, feris agitatis. talis tumultus & ſtudium alii cuivis vel amorem excuſſiſſet: erat enim

enim delectatio cum ſollicitudine, gaudium cum timore, & periculum jucundum. rex autem neque videbat equum, tot equitibus praetercurrentibus; neque feram, tot exagitatis; neque canem audiebat, tot latrantibus; neque hominem, tot vociferantibus. ſolam videbat abſentem, & audiebat non loquentem Callirrhoën, Amor enim cum ipſo venatum exierat; &, ut deus rixoſus, quum videret adverſarium gradu ad proeliandum compoſito, cuique pulchre omnia ſcilicet conſulta forent & deſtinata, invertebat hujus artes, & abutens ipſa medicina, in praecordiisque reſidens, animam magis accendebat, haec inſuſurrans: Quam pulchrum fuerat & *hic* Callirrhoën videre ad tibias usque ſuſcinctam, nudatam brachiis, vultum rubore plenum, pectus anhelantis inſtabile.

Haud ſecus ac nemorum quae perluſtrare receſſus,
Scandere *quae* montes amat, & tractare ſagittas,
Cynthia, quum ſaevos Erymantho Taygetove
Urguet ovans apros, cervisque timentibus inſtat.

Talem ſibi mente depingens atque effingens vehementer incaleſcebat.

* * * * * *

Ad haec Artaxates ſuſcipiens ſermonem: Rerum geſtarum oblitus es, domine, ait. Callirrhoë maritum non habet.

haeret adhuc cognitio, cui cedere debeat. itaque viduam te amare memineris; adeoque neque leges reverere. scriptae sunt illae de conjugiis: neque adulterium time, oportet enim prius adesse maritum, cui fiat injuria, tum moechus demum poterit esse injurius. Sermo regi placebat, velificans ejus cupiditati, brachioque per collum implicito attractum osculabatur eunuchum: Jure te meritoque tuo, ait, omnibus praefero. tu namque mei studiosissimus; tu meus optimus custos. i, adduc Callirrhoën, verum, ut tibi injungo, non invitam, neque palam. volo enim te & persuadere & fallere. Receptui extemplo tum canere rex, & abire laetus, ut qui pulchram praedam Callirrhoën cepisset. Artaxates non minus laetari, putans nempe splendidum adire ministerium, & habenis rerum aulicarum potiturum, dum sibi praemia praestiti officii ambo essent contributuri. id maxime de Callirrhoë sibi promittebat. facile nimirum opinabatur negotium, ut eunuchus, ut servus, ut barbarus, ignarus liberalium Graecorum spirituum, & maxime Callirrhoës pudicae illius & virum amantis.

5. Igitur opportuno servato tempore solam seductam invadit; &, Thesaurum offero tibi, foemina, bonorum ingentium, ait. tu vero mihi beneficii velim sis memor. sed credo te ingratam non esse. Gaudio pertentatur ad hoc sermonis initium Callirrhoë. quod enim homo vult, id semper etiam exspectat. sic & illa putabat Chaereae sine dubio restitui. id audire gestiebat, boni nuntii praemium eunucho promittens. ille

vero

vero resumto sermone per tortuosas iterum ambages suspendere: Divinam tu quidem a fautrice natura formam nacta es, foemina; nec tamen quidquam magnificum vel honorificum per eam lucrata es. nomen illud, ubique terrarum illustre & celebratum, ad hunc usque diem neque virum neque amatorem dignum invenit, sed incidit in duos, unum macrum insulanum, alterum regis servum. quid tibi magnum ab his aut splendidum accessit? quas inde terras habes fertiles? quem inde mundum pretiosum? quot urbium es potens? quot adorant te mancipia? Babyloniae matronae habent ancillas te ditiores. verum neglecta plane non es; cura tui tangit deos. *huc* te propterea duxerunt adinvento litigii praetextu, *ut magnus* rex te videret. & hoc *primum* habes, quod tibi nuncio gaudium: cum voluptate te vidit. & ego quoque te saepius apud illum commemoro & collaudo. Hoc addebat praeter rei veritatem. servus enim non est, ubi colloquatur de hero suo cum aliquo, quin eadem opera se commendare curet, suum isto ex sermone lucrum venans. Callirrhoë tamen, licet cor ab istis verbis haberet transfixum, non intelligere fingebat; &, Dii, ait, propitii porro regi sint in perpetuum! isque tibi, quod infelicem foeminam miseremini. rogo tantum curis me quantocyus exsolvat redintegrata cognitione. ut ne porro cuiquam, praecipue reginae, molesta sim. Visus sibi parum clare sensus animi sui exposuisse, foeminamque non percepisse, sic perspicue magis occipit eunuchus loqui: Id ipsum tibi, foemina, fortunae be-

neficio contigit, quod non pauperes, non servos habeas porro amatores, sed ipsum magnum regem, qui tibi possit & Miletum, & omnem Ioniam, Siciliamque insimul & alias majores dare nationes. sacra redde diis, ipsaque te beatam praedica & instiga ad magis regi magisque placendum. dives autem facta, rogo ut & mei rationem habeas. Callirrhoë primo quidem vel oculos, si pote, corruptori eruisset; verumtamen ut rerum gnara animumque regere sciens foemina, ut secum reputaverat, quo loco esset, & quis esset ipsa, & quis dicens, iram extemplo in barbari irrisionem demutat: Adeo non insaniam, ait, ut magno me rege dignam arbitrer, quae Persidum ancillis nihil praesto. non tu, quaeso rogoque, amplius apud herum mei memoriam injicias. nam, licet in praesentia tibi non succenseat, in posterum tamen sane desaeviet in te, quando apud se perpenderit, quod tu totius terrarum orbis dominum Dionysii servae subjeceris. etiam miror, qui sapientissimus tu mortalium regis humanitatem ignores. non amat infelicem foeminam, sed miseratur. abrumpamus itaque colloquium, ne nos apud reginam quis calumnietur. Aufugitque his dictis, & stantem relinquit mutum & excordem. educatus enim ille in magna tyrannide nihil opinabatur esse, quod rex, quin quod ipse, nequiret conficere.

6. Desertus igitur & ne responso quidem dignus habitus, multorum plenus affectuum abibat, iratus partim Callirrhoae, partim sua quoque caussa tristis. etiam regem verebatur. forsan enim illum nolle credere, quod hac de re, quamvis citra

tra ſucceſſum, egerit. ſine omni dubio potius illum ſibi perſuaſurum, ab eunucho gratificaturo reginae miniſterium proditum fuiſſe. timebat tandem, ne ſermones ſuos apud Statiram Callirrhoë referret, eaque gravi percita iracundia magnum ſibi eunucho malum machinaretur, ut qui non in amore miniſter modo, ſed etiam inſtigator eſſet regi. diſpicit itaque ſecum, qui tandem tuto de rebus geſtis ad herum renunciet. Callirrhoë autem apud ſe ſola: Id ego praeſagiebam, ait, tuam fidem, Euphrates. praedixi me non rurſus te fore tranſituram. vale pater, & tu mater, & Syracuſae patria valete. vos non reviſam. nunc revera Callirrhoë tandem obiit. e ſepulchro quidem evaſi, ſed hinc me non extrahet unquam ne Thero quidem latro. o inſidioſa pulchritudo! tu mihi malorum omnium cauſſa. propter te occiſa fui, propter te vendita, propter te alteri juncta, propter te Babylonem abrepta, propter te coram tribunali ſteti. quot me generibus rerum commiſiſti; latronibus, mari, ſervituti, judicio, & omnium graviſſimo, amori regis. de cujus ira nihil adhuc dum commemorabo. ſaeviorem reginae reputo & extimeſco aemulationem: quam non tulit Chaereas, vir, Graecus. quid jam faciet mulier, & hera barbara! agedum Callirrhoë, deſtina nobile facinus, Hermocrate dignum. confode te. ſed nondum. colloquium nunc modo fuit, & id eunuchi miniſterio. ſiquid autem fiat violentius, erit tibi tunc tempus, praeſenti Chaereae tuam in ipſum fidem oſtendendi. Interim eunuchus apud regem geſtorum occultare veritatem & cauſſari oc-

cupationes, acresque reginae excubias, quae minus tutum iter & patens ad Callirrhoën darent. Tu vero mihi, rex, curam latendi injunxeras. idque recte & sapienter. induisti nempe venerabilem personam judicis, & placere Persarum opinioni laboras, eoque te nomine celebrant omnes. at Graeci minuta quaevis incusant & garriunt. illi, si quid tentares, differrent statim; Callirrhoë quidem vanitate, quod a rege fuisset amata; Dionysius autem & Chaereas aemulatione. neque etiam par est, reginam macerare, quam judicium pulchriorem fecit. Sic opinioni sollicitudinis in herum admiscebat retractationem, si forte regem posset ab amore avertere, seque difficili ministerio exonerare.

7. Persuasit sane tum quidem: sed superveniente nocte rex iterum exardebat a Cupidine monitus: Quales habet oculos Callirrhoë! quam pulchrum os! Laudabat comam, incessum, vocem. Ut intravit curiam, ut adstitit, ut locuta fuit, ut tacuit, ut gavisa fuit, ut ploravit! sic insomnis tota fere nocte, & tantillum modo sopitus, ut videret in somnio Callirrhoën, mane vocat experrectus eunuchum, &, Abi, ait, totoque die diligenter observa. nam sine dubio tempus invenies vel brevissimum clandestini colloquii. quod si enim palam frui vellem cupitis & vi, praesto sane sunt satellites. Eunuchus adorato regi pollicetur. nemini nempe licet, jubenti regi contradicere. quum verò Callirrhoën sciret ansam non daturam, sed perpetuo ad reginae latus opera data adhaerendo aditum omnem fore elusuram, huic ut occurreret malo, caussam vertit, non in custo-

seditam, sed in custodem. Si tibi videtur, ait, here, arcesse Statiram, ut qui velis cum illa secreto agere. copiam Callirrhoës mihi dabit ejus absentia. Ita fac, ait rex. Aggressus igitur adoratam reginam Artaxates: Vir te vocat, ait, o hera. Surrexit adorans Statira & abiit. Eunuchus ut solam relictam vidit Callirrhoën, arripiens ejus dexteram, ut Graecorum amans & humanus vir, ab ancillarum turba seduxit. illa, quamvis jam sciret negotium, pallida & voce destituta, tamen sequi. ut in vacuo erant constituti, his illam verbis invadit. Reginam, ait, vidisti, quomodo regis audito nomine adorarit & e vestigio abierit. tu vero serva tuam felicitatem ferre nescis, neque contenta es magnique facis, quod te invitet & hortetur, qui jubere possit. verum ego, te enim in honore habeo, apud herum insaniam tuam non accusavi, quin e contrario, aliquid de te pollicitus sum. en duas tibi vias! utram sequi vis? utramque monstrabo. obsecuta regis voluntati dona feres pulcherrima, & virum, quem cupis. neque enim ille sane te vult uxorem ducere; sed ad tempus illi modo gratificaberis. sin renuas, audi quae regis hostes patiuntur. illis solis desiderata mors negatur. Irridet minas Callirrhoë: Non nunc primum, ait, malum aliquod patiar. perita jam sum calamitatum. qui me poterit rex gravius, quam fui, mulcare? viva defossa fui. atqui tumulus quovis carcere angustior est. inter manus latronum fui. jam modo patior maximum malorum: Chaeream praesentem non video. Hoc verbum eam prodebat. eunuchus jam illam

amare

amare ſenſit, ſubtilis & acer ingenio: O tu, ait, omnium mulierum ſtolidiſſima, regi praefers Mithridatis ſervum. Ringi Callirrhoë ad Chaereae opprobrium. Bona verba, mi homo. Chaereas ingenuus eſt, primus civitatis, quam non vicerunt, neque ipſi Athenienſes, qui magnum tuum regem Marathone & ad Salaminem ceciderunt. Haec dicens lacrymarum fontem effundit. contra acrius urguet eunuchus, &: Ipſa tibi cauſſa tarditatis es: ait. qui enim benevolum habebis judicem tu, cui pulchrius erat, benevolum habere, quo & maritum recuperares? forte neque Chaereas ſciat acta; &, ſi ſciat, non adverſabitur aemulus potiori. quin & honeſtiorem te habebit, ut quae regi placueris. Id addebat non iſtius cauſſa, ſed quod ipſe ſic ſentiebat. cum ſtupore admirantur nempe omnes barbari, deumque praeſentem reputant regem. Callirrhoë vero ne Jovis quidem nuptias acceptaſſet, neque praetuliſſet inmortalitatem unius diei cum Chaerea conſuetudini. videns itaque nihil apud mulierem proficere: Deliberationis do tibi tempus, ait. ſimul tamen teneas velim, non ſoli tibi, ſed & Chaereae proſpiciendum eſſe. qui ſane ut excruciatus modis miſerrimis intereat, in periculo eſt. rex enim non patietur in amore ſibi alium praeferri. Sic abit, ultima colloquii verba aculeum in Callirrhoës pectore relinquens.

8. Sed omnem ſubito deliberationem & negotiationem amatoriam abrupit Fortuna & alio convertit, invento novarum rerum & occupationum argumento. nuncii namque

que regi veniebant, Aegyptum multo atque terribili cum apparatu defecisse; illos enim occidisse constitutum a rege satrapam, & de indigenis quendam regem suum elegisse; illum dudum pervasisse Pelusium, & jam caede ac rapinis per omnem volitare Syriam & Phoenicen. durare contra non amplius posse urbes, ut hyberni torrentis violentia vel ignis impetu in se irruente. Hanc ad famam turbari rex, percelli Persae, tota Babylon dejicere vultus, & atro dubia pendere metu. tum famigeratores & haruspices etiam regis somnia praedixisse futuros eventus volebant. nam postulatis victimis deos portendisse quidem periculum imminens, sed & eodem victoriam quoque. omnia solita fieri tum dicique & agi, quae *par est* in bello subitaneo, & Asia tota mire conquassari. rex igitur principes Persarum convocat, & quidquid aderat tum *in curia* nationibus praefectorum, quibuscum solebat de magnis rebus agere. deliberabatur de praesentibus. alius alia suadet. id *unum placet* omnibus, festinare, neque unicum, si pote, protrahere diem, duplici fine: ut & inimicarum vi-*tium* inhiberent incrementa, &, ostensis e propinquo suppetiis, amicos facerent alacriores. in contrarium, si tardent Persae, omnia cessura. hinc enim hostem quasi meticulosos contemturum; illinc amicos, tanquam sui ratio non habeatur, remissuros. accidisse vero regi nunc opportunissimum, quod non Bactris, neque Ecbatanis, sed Babylone sit occupatus hoc nuncio, prope Syriam. rebelles enim mox inter manus habiturum, Euphrate trajecto. Visum itaque copias, quae jam ad manum

erant, educere; & ad reliquum exercitum quaquaversus emittere, qui apud Euphratem coire jubeant. facillimum autem Persis est cogere copias. jam a Cyro primo eorum rege constitutio est promulgata, quae nationes equitatum debeant & quam numerosum bello suppeditare; quae peditatum & quantum; quae sagittarios & quot; quique currus, nudos juxta & falcatos: unde elephantes & quot numero, & opes a quibus quales & quantas. eodem in spatio temporis omnia ab universis illis comparantur, in quanto unus aliquis sibi comparare possit.

9. Quinto jam die post allatum nuncium Babylone discessit rex, omnibus in universum sequi jussis & sequentibus, qui annos militares habebant. inter eos Dionysius etiam exibat. erat enim Ion; & nemini subditorum aut clientum fas erat restitare. indutus ille pulcherrimis armis & coacto de suo comitatu agmine non contemnendo primos inter & illustrissimos se collocabat, & nobile quid meditari satis prodebat, utpote vir & ex indole sua ambitiosus, & bellicam virtutem nulli rei postponens, sed inter pulcherrima animi decora habens. spem quoque levem quandam fovebat fore, ut, in bello visus non inutilis, etiam sine cognitione praemium virtutis uxorem a rege ferret. Callirrhoën vero regina quidem secum trahere nolebat; quapropter neque mentionem ejus faciebat apud regem, neque quid de peregrina fieri vellet interrogabat. Artaxates etiam reticebat, ut non audens scilicet herum in discrimine versantem ludicri amatorii commo-

mo-

monefacere, ſed vera ſuberat cauſſa, quod gauderet in ſinu ſe ceu a fera quadam beſtia liberatum eſſe; quin &, ut mihi videtur, bello norat gratiam, ſic cupidinem regis ab inertia natum altumque dirimenti. non aeque rex Callirrhoës obliviſcebatur, ſed in ineffabili quoque iſto tumultu, formae ſubibat eum aliqua memoria. verebatur tamen, quae de ipſa fieri volebat, edicere, ne in tanto bello mulierem formoſam commemorans, plane puerilis videretur. verum cogente amoris vehementia, clam Statira & eunucho amoris conſcio, tale quid excogitat. Perſarum & ipſi regi & principibus eſt in more poſitum, ut ſecum, quando in bellum movent, & uxores trahant, & liberos, & aurum, & argentum, & veſtes, & eunuchos, & concubinas, & menſas, & ſupellectilem omnem pretioſam & inſtrumenta luxus omnia. horum qui curam habebat miniſtrum advocat rex, & poſt multos ſermones & mandata quid fieri de unoquoque vellet, ultimo tandem Callirrhoën quoque memorat loco, & compoſito ita vultu, unde credat nemo hanc regi ullo modo curae eſſe: Et haec quoque, ait, peregrina muliercula, cujus cauſſae cognitionem in me ſuſcepi, cum reliquis ſui ſexus ſequatur. Ita exiit Callirrhoë neque nolens Babylone. ſperabat enim Chaeream idem facturum. ferre quoque bellum incerta multa, & infelicibus proficuas viciſſitudines. forte etiam cognitionem ſuae cauſſae, pace quantocyus reddita, finitum iri.

 CHA-

CHARITONIS

Aphrodisiensis

AMATORIARUM NARRATIONUM

DE

CHAEREA ET CALLIRRHOE

LIBER SEPTIMUS.

1. CHaerean autem nemo evocaverat, quum reliqui omnes regem adversus Aegyptios profectum secuti essent. regis enim subditus non erat, sed tum solus tota Babylone homo liber, & gaudebat, Callirrhoën ibi permansuram sperans. altero itaque die ad aulam, requirens uxorem, accedit; qua clausa conspecta, multisque ad fores custodibus, urbem totam circuit perscrutans, & amicum Polycharmum perpetuo, tanquam furibundus, compellat: At Callirrhoë ubi est? quid evasit? non enim illa quoque, puto, militat. Quum non inveniret Callirrhoën, quaerit rivalem Dionysium.

sium, ejusque adit ad diversorium. prodit aliquis, quasi in aliis occupatus, &, ut fuerat antea doctus, respondet. Dionysius nempe Chaereae praescindere penitus uxoris recuperandae omnem spem, & abire hominem ante cognitionem cupiens, tales excogitarat dolos. in bellum iturus reliquerat qui Chaereae diceret haec: Persarum rex, indigus belli sociorum, misit Dionysium ad copias contra Aegyptium conscribendas; cui, ut fidele praestaret & alacre domino ministerium, Callirrhoën reddidit. Statim fidem auditis adhibet Chaereas. est enim facillimum homini misero imponere. vestesque sibi lacerans & scindens comas pectusque plangens: Infida Babylon, ait, hospita pessima, mihi quoque deserta. *O pulchrum* judicem. leno alienae uxoris evasit. in bello nuptiae. ego meam caussam meditabar, & firmiter persuasum habebam, justa & aequa me luculenter dicturum. nunc absens ego condemnatus sum, & tacitus desertoque vadimonio vicit Dionysius. at victoria non fruetur. Callirrhoë vitam non tolerabit, a praesente & superstite Chaerea divulsa. olim illam decepit modo, quod crederet me mortuum. quid igitur cesso, & non potius me jugulo coram regia, meumque sanguinem ante judicis fores effundo? Persae cum Medis agnoscant quam inique rex judicaverit. Polycharmus autem quum videt hominem a tristi consilio arceri & servari nulla ratione, nulla oratione, posse: Olim quidem te, ait, amicissime, blandis verbis leniebam, & saepe prohibui mori. nunc autem pulchrum mihi cepisse consilium videris, &

tanto absum ut intercedam, ut jam paratus sim potius tibi commori. mortis modo genus quod sit optimum dispiciamus. nam quam tu meditaris mortem, illa regi quidem facit invidiam & in posterum turpitudinem. verum nos ita parum fuerimus ulti quae passi sumus. suaderem semel decretam nobis mortem in tyranni vindictam impendere. pulchrum nempe si multis gravibusque cladibus hominem probe multatum ad poenitentiam ipso facto redegerimus. decantandam quoque sic posteris historiam relinquemus: Duo Graeci a magno rege iniquum passi judicium, postquam huic multa vicissim damna intulissent, ut viri fortes occubuerunt. Qui ergo nos soli, Chaereas ait, nos pauperes, nos extorres, tot tantarumque gentium dominum, copiisque praeditum & viribus, quantas vidimus, vexare poterimus? cui corpus quidem tot stipatores, tot excubitores protegunt. si quem vero tandem ejus comitum occidamus, aut aedium aliquam incendamus, damnum non sentiet. Recta diceres, ait Polycharmus, nisi bellum esset. nunc autem audimus Aegyptum defecisse, teneri Phoenicen, incursari Syriam. etiam ante trajectum Euphratis regi bellum occurret. nos ergo duo soli non sumus, sed quot Aegyptius ducit, tot commilitones habemus, tot tela, tanta opum praesidia, tot triremes. utamur alienis copiis in nostram ultionem. Nondum omnem absolverat sermonem Polycharmus, quum clara voce Chaereas: Abeamus, ait, properemus. in bello jus a judice meo sumam.

2. Sec-

2. Sectantur itaque regem impetu rapido, fingentes in aciem sequi. sperabant enim hac caussa tuto posse Euphraten transire. deprehendunt exercitum apud fluvium, & sequuntur, avium custodibus immixti. sed in Syriam delati transfugiunt ad Aegyptium. apprehensos excubiae rogant, quinam sint? Legatorum enim speciem quum non facerent, speculatorum magis de se suspicionem injiciebant. & incurrissent procul dubio in periculum, nisi Graecus aliquis ibi tum forte praesens inventus eorum sermonem intellexisset. adducti tum ad regem petunt, ut magnum ipsi compendium afferentes, ut adducti: Nos Graeci sumus, ait Chaereas, iique patricii *Syracusani*. hic meus amicus meam in gratiam Babylonem adiit, ego vero in gratiam uxoris, filiae Hermocratis. si quem nosti Hermocratem praetorem, qui navali proelio Athenienses debellavit. Affirmat Aegyptius. nulla enim natio de calamitate non inaudiverat, quae Athenienses afflixerat in *bello Siculo*. Verum tyrannus in nos saeviit Artaxerxes. Omniaque deinceps enarrabant. Ultro itaque nos damus tibi fideles amicos, habentes duo maxima fortitudinis incitamenta, mortis & vindictae cupidinem. nam quantum quidem ad miserias meas, jam dudum obierim, vivoque tantum, ut hostem meum affligam.

Sed neque nomen iners, neque vile jacebo; sed, aetas
Ultima quae celebret, moriens monumenta relinquam.

Gavisus his Aegyptius, protensa dextra: Tempore venis, ait,

ait, & tibi, juvenis, & mihi; jubetque armis inſtrui & tentorio. non multo quoque poſt convivam adhibuit, tandem & conſiliarium. prudentiam nempe & audaciam prae ſe ferebat; praetereaque fidem, ut & bonam nactus indolem, & cultura ingenii non deſtitutus. maxime ſuſcitabat eum & eminentiorem faciebat adverſus regem contentio, & cupido oſtentandi ſe talem, qui inſuper haberi aut iritari temere non debeat, ſed qui honorem mereatur. & ſtatim edebat magnum facinus. Aegyptio nimirum caetera facile proceſſerant. jam tenebat ex incurſione totam Syriam; jam Phoenice potiebatur, praeter Tyrum. Tyrii natura ſunt ſtrenui, & gloriam laborant acquirere, ne indigni videantur Hercule, illuſtriſſimo apud eos deo, & cui ſoli fere ſacram fecerunt urbem ſuam. etiam loci ſui munitiſſimi praeſidio confidebant. urbs enim in mari condita; quam tenuis aliqua continenti nectit taenia, vetatque inſulam eſſe; atque navi ſimilis videtur, quae appulſa projecit nauticum in terram pontem. illis itaque facile, arcere bellum, undecunque tandem veniat. Peditatum excludunt ſufficiente unica propter mare porta; triremium vero incurſum moenibus; urbe nimirum robuſtiſſimis munimentis, quam plurimis exaedificata, & portubus clauſa, domus inſtar.

3. Hinc Tyrii, quod modo dixi, caeteris circa omnibus potitos jam Aegyptios ſoli contemnebant. quod aegre ferens Aegyptius conſilium cogit, primaque vice Chaeream quoque illic adſciſcit. ibi: Commilitones, ait, neque enim ſervos

dixe-

dixero: videte ubi simus angustiarum. ut adverso vento navis post secundum diu cursum, sic nos deprehensi attinemur. Tyrus illa obstinata & contumax nos moratur festinantes. urguet etiam rex, ut audimus. quid igitur oportet facere? nam Tyrum neque capere datum nobis est, neque omissa ea ultra tendere: nam ut murus in medio interpositus omni nos Asia excludit. mihi videtur hinc quantocyus recedendum, antequam Persicae copiae cum Tyriis conjungantur; adeoque nos in hostili solo deprehensi periclitemur. Pelusium vero probe munitum est, ubi neque Tyrios, neque Medos, neque omnes omnino homines timemus. desertum arenosum hosti officit, & aditus exilis; & mare quoque nostrum, & amicus *Aegyptiis* Nilus. His dictis omnes cauti timidique conticescere vultuque prodere tristitiam. solus Chaereas dicere ausus: O rex, ait, vere enim tu rex es, non ille Persarum, mortalium nequissimus. affligis me, quando in medio triumpho fugam circumspicis. vincemus sane diis propitiis, & non Tyrum modo, sed etiam Babylonem habebimus. multa vero in bello occurrunt obstacula, ad quae non confestim oportet animum despondere, sed operi admovere manum, semper munitos bona spe. hos autem ego tibi Tyrios, qui nunc irrident, nudos sistam in compedibus. si diffidis, macta me prius; tum abi. vivus enim fugae non particeps fiam. aut si certum est abire tibi, saltem paucos relinque mihi sua sponte mansuros. ego & Polycharmus avemus strenue pugnare. venimus enim cum deo. Tum omnes consilio Chaereae non

accedere verecundari. rex etiam admiratus hominis spiritus, quantum vellet copiarum selectarum concessit. ille autem non temere assumsit, sed castrorum adiit vias & tabernacula, cum Polychaermo idem facere jusso, & singulos manipulos explorabat, si qui essent in castris Graeci. complures inventi mercenarii, quorum Spartanos tantum & Corinthios & Peloponnesios seligebat. etiam viginti ferme Siculos inveniebat. confectum sic agmen tercentum hominum his alloquitur verbis: Viri Graeci, quum rex facultatem mihi dederit de suis copiis optimos seligendi, selegi vos. namque & ego Graecus sum, patria Syracusanus quippe, & gente Doriensis. oportet autem vos, non generis tantum nobilitate, sed & virtute caeteris barbaris praestare. itaque vestrum nemo molimina, ad quae vos evoco, extimescat. inveniemus illa neque supra vires humanas, neque omnino difficilia. difficilia sane magis opinione, quam experientia. tot ad Thermopylas Graeci Xerxen sustinuerunt. atqui Tyrii non aeque sunt quingentae myriades. pauci sunt, & vanitate pleni hostem despiciunt, non animis excelsis, non prudentibus consiliis utuntur. cognoscant igitur, quantum Graeci Phoenicibus antecellant. non ego tamen ductum ambio, paratus sequi quisquis vestrum praeire velit. ille me dicto obedientem deprehendet. nam non meam, sed communem gloriam desidero. Imo tu volentes duc; acclamabant omnes. hic Chaereas: Dedistis itaque mihi supremum imperium militare. at ego propterea sic annitar omnia facere, ut vos non poeniteat benevolam men-

tem

tam & fiduciam in me concepisse. sed ut tam in praesentia, bonis cum diis, admirabiles omnibus gloriaque & opibus onusti prae reliquis commilitonibus fiatis, quam in futurum virtutis relinquatis immortale nomen, & omnium ore, quemadmodum illa cum Miltiade manus, vel trecenti cum Leonida concelebrantur, sic trecenti cum Chaerea in perpetuum decantentur. Adhuc differentem ducere jubebant omnes, & omnes ad arma ruebant.

4. Chaereas autem illis plena pulcherrimaque armatura instructos excultosque ad praetorium adducit. rex vero obstupescebat ad adspectum, aliosque putabat, non consuetos, videre, magnaque spe munerum erigebat. Cui Chaereas: Hoc *quidem* persuasissimum habemus, ait: tu vero caeteras in armis habeto copias, neque prius accedito Tyrum, quam nos, urbe capta, de moenibus vos advocemus. Sic, ait rex, dii velint & jubeant. Chaereas itaque conglobatum agmen adversus Tyrum ducit, ut multo pauciores viderentur. & quam verissime

Parmam parma, virum vir, cristam crista premebat.

sane primum ab hostibus ne conspiciebantur quidem. propius factos ut vident tandem, de muris excubiae significant urbanis, nihilo magis tamen hostes esse arbitratae, quis enim unquam exspectarit tantillam manum tentare potentissimam urbem, quam invadere ne tota quidem Aegyptus ausa fuerat. rogantur, ut aberant a muris proxime, qui-

nam eſſent, & quid ſibi vellent? Nos Graeci ſumus, reſpondet Chaereas, mercenarii, quibus non modo ſtipendia negavit Aegyptius, ſed & exitium molitus eſt. adſumus igitur communem hoſtem vobiscum ulturi. intus haec renunciata; reſeratae fores; prodit cum paucis Tyrius praetor. quem primum obtruncat Chaereas, tum caeteros adortus

Caedibus hinc illinc mactat lugubre gementes.

& alii alios trucidant, ut leones in incuſtoditum vaccarum gregem illapſi. tota urbs lamentationibus & funeſtis clangoribus occupari, paucis nempe caſum videntibus, omnibus autem tumultuantibus; effundique per portas incondita turba, viſendi ſtudio. id quod maxime perdidit Tyrum. nam ex urbe confluentes foras omni vi nitebantur: contra qui foris, conciſi gladiis, haſtisque confoſſi, recipere ſe in urbem non minore molimine laborabant. ſic arietantes utrique multam ſui copiam dabant percuſſoribus; imo portas quoque claudere nequibant, cadaveribus illic in cumulum aggeſtis. has inter ineffabiles turbas ſolus non turbatus neque dejectus ratione Chaereas, diſſipatis occurrentibus quibusque, intra portas perrumpit, & conſcendit moenia cum decimo, indeque dato ſigno, ut ex editiore loco, advocat Aegyptios, qui dicto citius aderant. ſic capta Tyrus. Capta vero Tyro caeteri quidem omnes feſtum agere diem. ſolus Chaereas neque ſacra facere, neque coronam ſumere. Quorſum enim inſignia mihi

trium-

triumphalia? niſi tu videas, Callirrhoë. non amplius poſt illam nuptialem noctem coronam capiti inducam. nam ſive mortua es, laetarer impius; ſive adhuc vivis, qui poſſum ſine te convivari, quae forſan in tantis & talibus es malis? Interim Perſarum rex, trajecto Euphrate, quantocyus cum hoſte manus conſerere feſtinabat. accepto namque nuncio captae Tyri, Sidoni metuebat, totique Syriae, videns hoſtem viribus jam paribus in pugnam progreſſurum. quapropter ire, non cum impedimentis, ſed expeditior, ſtatuit, ne quid obſtaret properanti. adſumta igitur exercitus lectiſſima parte caeteram inhabilem aetatem ibi loci cum regina relinquebat, nec non & opes, & veſtes, & cultum omnem regium. quia vero tumultu & confuſione compleverat omnia bellum, & urbes ad Euphraten usque corripuerat, tutius fuit viſum, relictos in Arado deponere.

5. Inſula haec eſt triginta ſtadiis a continente remota, ubi vetuſtum Veneris templum, quo mulieres velut domi liberae tutaeque verſabantur. Venerem conſpicata Callirrhoë, ſtans ex adverſo, primum quidem ſilebat, & plorabat; in opprobrium deae lacrymas objectans. tandem tamen haec edit ſubmiſſa voce: En etiam Aradus, parva inſula, pro magna Sicilia. & nemo ibi meus. jam ſufficit, domina. quousque me tandem oppugnas! etiam, ſi te graviſſime offendiſſem, poenarum tamen a me ſatis exegiſti. etiam ſi infelix mea forma invidiam merito moviſſe viſa fuit, exitii cauſſa mihi evaſit: etiam bellum experta nunc ſum, quod meis calamitatibus ſo-

lum deerat. Babylon, si cum praesentibus componatur, etiam humana fuit erga me. ibi propinquus erat Chaereas, nunc autem sine dubio mortuus est. nam post egressum Babylone meum, vitam ulterius, ut videtur, non toleravit. sed a quo discam, quid ille evaserit, non habeo. omnes alieni, omnes barbari, invidi, osores, & qui amant osoribus pejores. tu mihi, domina, num Chaereas vivat, indica. Abeuntem inter haec opprimit Rhodogune Zopyri filia, Megabyzi uxor, optimorum inter Persas & patris & mariti; illa ipsa, quae Babylonem intranti Callirrhoae Persidum prima obviam iverat. Aegyptius autem ut audiverat regem prope abesse terraque marique paratum, vocato Chaereae sic ait: Priora quidem egregiae tuae virtutis facinora decoris honorare praemiis nondum vacavit. Tyrum nempe tu mihi dedisti. quod vero futura spectat, ne parata & patentia bona, quorum te participem faciam, amittamus. mihi nimirum Aegyptus sufficit, tibi vero Syria cedet in ditionem. age itaque videamus, quid factu opus. nam bellum in utroque elemento fervet. tibi autem optionem permitto, sive terrestribus sive maritimis praeesse copiis velis. puto tamen mare tibi convenientius, & familiare magis esse. vos enim Syracusani pugna navali debellastis Athenienses quoque. hodie vero tibi res est cum Persis, quos Athenienses vicerunt. habes triremes Aegyptias majores & plures quam Siculae sunt. imitare socerum Hermocratem in mari. Cui Chaereas: Omne me periculum juvat: pro te vero etiam bellum contra exoptatissimum

mihi

mihi regem suscipiam. modo da mihi cum navibus meos quoque trecentos. Et hos, ait Aegyptius, & quotquot velis alios habeto. Dictumque statim res secuta est. negotium enim urguebat: adeoque cum terrestri manu Aegyptius obviam ibat hostibus: at Chaereas navarchus declarabatur. id ipsum omnium primum terrestres copias perculit nonnihil, & languidas fecit, quod Chaeream, amores suos, non haberent commilitonem, quo constituto duce bene sperabant: oculus ita quasi videbatur excussus magno corpori. navales contra spe crescebant & spiritibus inflatae, quod fortissimo uterentur & pulcherrimo duce. & paullum modo secessum dolebant, vel potius nihil, imo ruebant & trierarchi & gubernatores & nautae & milites pariter omnes, quis Chaereae primus ardorem audendi & obsequii alacritatem suam commonstraret. uno illo tum & eodem die terra marique pugnatum est. illic diu quidem sustinebat Aegyptiorum peditatus Medos pariter ac Persas. verum multitudine tandem cesserunt obruti. illos vero rex Persarum cum equitatu suo persequitur. contentio ibi utrimque erat, Aegyptio quidem in Pelusium se recipere, Persae vero occupare & intercipere fugientem. ille forsan evasisset quoque, nisi Dionysius, qui in toto reliquo conflictu splendide proximeque semper a rege, ut conspiceretur, pugnaverat, & primus sibi objectos in fugam conjecerat, nisi, inquam, ille virtutis egregium specimen tunc exhibuisset. nam fuga quum diuturnior esset, dieque & noctu continens, regi, quem propterea videbat af-

afflictum, sic ait: Ne doleas, here. nam Aegyptius ne effugiat, si equitatum mihi selectum dederis, efficiam. Laudat rex & dat quinque millia, quibuscum ille bidui iter uno die confecit, noctuque irruit & improvisus in Aegyptios, multisque vivis captis eos, sed pluribus caesis, profligavit. caput Aegyptii, qui vivus deprehensus ipse manus intulerat sibi, Dionysius ad Persam pertulit. quod ille conspicatus, Dionysio ait: Ego te benefactorem meae domus in annales regios referri jubebo, donumque tibi jam exhibeo, quod omnium maxime cupis, Callirrhoën uxorem. bellum diremit litem. habes pulcherrimum virtutis praemium. Dionysius adorat regem, seque jam diis parem reputat, certa persuasione fore ut securus porro & constans Callirrhoës maritus existat.

6. Haec in continenti gesta. mari vero Chaereas tam praeclare vicerat, ut hostium navales copiae ne prodire quidem ad contentionem aequales potuerint. nam neque impetus Aegyptiarum triremium excipiebant aut sustinebant, neque omnino consistebant adversae proris; sed partim ex invasione prima in fugam convertebantur, partim illisae quoque in terram cum ipsis hominibus hostium arbitrio cedebant. scatebat autem mare Medici naufragii documentis. verum neque rex suorum per mare cladem, neque Chaereas Aegyptiorum per terram noverat, sed utrobique dominari uterque reputabat. eodem adhuc, quo pugnatum, die Chaereas classe provectus, Aradum undique navibus cingere, & observare suos jubet, ut hero rationem rerum omnium reddituros. eunuchos igitur an-

ancillas & vilia caetera corpora in forum sat spatiosum, eaque tanta copia compellebant, ut non sub porticibus modo, sed & sub dio pernoctandum illis esset. digniores autem in domum cogebant in foro exstructam, qua ad res gerendas convenire solebant Archontes. ibi mulieres humi circa reginam sedebant, neque foco accenso, neque cibo gustato, ut quae certe crederent regem captum, Persarumque res funditus eversas esse, & Aegyptium ubique victorem agere. Aradum illa nox & suavissima & gravissima eadem obruit. nam Aegyptii quidem de bello confecto & excussa servitute Persica laetabantur: captivi vero Persae compedes & flagra & contumelias & caedes opperiebantur, aut, si benigne secum *ageretur*, servitutem. Statira dejecto intra genua Callirrhoës capite plorabat. haec enim maxime reginam consolabatur, ut Graeca, & sapientiae praeceptis instructa, neque hospes in calamitatum palaestra. accidit ergo tale quid. Aegyptius miles, cui custodia deductorum in istam domum fuerat mandata, gnarus reginam intus esse, pro barbaris insita regii nominis veneratione, propius illi non audebat accedere, sed stans ad clausas fores: Confide, ait, domina. nauarchus nunc quidem ignorat te cum captivis hic inclusam, quando vero didicerit, humanus & benignus habebit tui curam. non ille solummodo fortis est bellator, sed & mulierum amator ex indole sua, te faciet uxorem. Ad haec cum ingenti ejulatu comas evellens sibi Callirrhoë: Nunc demum, ait, vere captiva sum. occide me potius, quam ut ta-

lia nuncies. nuptias non perferam. opto mortem. confodiant aut comburant, ut libet, hinc ego non surgam. hic locus mihi tumulus erit. si, ut ais, humanus est imperator, hanc faciat quaeso gratiam: occidat me hic loci. Miles admovebat alteras preces: illa vero non surgebat, sed obvoluta sternitur humi procumbens. jam deliberandum erat militi quid ageret. nam afferre vim non audebat, neque tamen poterat foeminam pellicere. redit igitur tristis ad Chaeream. hic vero illi: En rursus aliud, ait. manubiarum mearum pulcherrimas furantur. atqui non impune fecerint. Miles contra: Nulla subest nequitia, domine. mulier nempe, quam in plateis sedentem inveni, mecum ad te negat ire, sed humi prostrata gladium poscit, & mortem sectatur. Ridens ad haec Chaereas: Rustice, si quis unquam fuit mortalium, ait, ignoras qui mulier tractetur; blandis consolationibus, encomiis, promissis, maxime opinione amoris sui. tu vero forte vim attulisti, aut petulantiam. Non, here, dicebat, sed omnia, quae dicis, duplo feci potius. nam de te quoque confinxi mendacium, quod uxorem illam ducere velles. ad quod illa praecipue indignata est. Venustus ergo, Chaereas ait, sum & amabilis, quando etiam ante conspectum aversata me fuit. sed videtur in muliere non degeneris animi celsitudo esse. nemo vim inferat illi, sed finite, ut velit, agere. decet enim me temperantiam colere. forte etiam illa virum luget.

CHARITONIS

Aphrodisiensis

AMATORIARUM NARRATIONUM DE CHAEREA ET CALLIRRHOE

LIBER OCTAVUS.

I. QUomodo itaque Chaereas, suspicatus Callirrhoën esse Dionysio traditam, ultionis cupidine defecerit ad Aegyptium, & nauarchus constitutus maris imperium fuerit nactus, & Aradum victor occupaverit, ubi rex & uxorem suam & omne ministerium, & ipsam quoque Callirrhoën deposuerat, in prioribus est expositum. jam fortuna non mirum modo quid & praeter opinionem, sed & lugubre parabat, ut scilicet, habens Callirrhoën, ignoraret habere Chaereas, receptasque suis triremibus alienas uxores abduceret, solam suam ibi relinqueret, non ut Ariadnen dormientem, neque sponso Baccho, sed spolium suis inimicis. verum manifestavit Venus rem indignissimam, quae nunc tandem Chaereae reconciliari coeperat, ipsi prius ob intempestivam aemulationem infesta; ut in-

grato nempe, & in munus injurio, quod ab ejus manibus acceperat pulcherrimum, & quale ne Alexander ille quidem, cognomine Paris, tulerat. quum vero Chaereas pulchre Cupidini ſubductis exacte rationibus ſatisfeciſſet, ab occidente in orientem per innumeros caſus & errores actus, miſerata eum Venus, pulcherrimum duorum par, quod ipſa dudum copulaverat, poſtquam terra bene exercuerat & mari, tandem ſibi reddere volebat. Ego vero puto librum hunc ultimum lectoribus fore jucundiſſimum. eſt enim triſtium, quae in praecedentibus, quaſi expiatio. non amplius latrocinium, non ſervitus, non coram judice lis, non rixa, non in mortem obduratio, non bellum, non captivitas; ſed ſancti amores legitimaeque nuptiae in hoc inveniuntur. veritatem igitur antea tectam & obſcuram ut colluſtraverit dea, ſibique monſtraverit ignotos invicem, ego dicam Erat veſpera, multumque rerum captivarum nondum triremibus impoſitum. defatigatus itaque Chaereas ad ea quae claſſis abitum ſpectabant, diſponenda ſurgit. tranſeunti autem forum Aegyptius: Hic, ait, here, mulier eſt, quae certa mortis deſtinatione venire in navem nolebat. forte tamen illi tu perſuaſeris, ut ſurgat. quare enim pulcherrimum inter ſpolia relinqueres. Operam quoque ſuam his verbis commodabat Polycharmus, amori novo, ſi pote, illum implicare, & amiſſae Callirrhoës ſolatium exhibere volens. Introeamus, ait, Chaerea. Superato limine ut proſtratam vidit noſter & opertam, ſtatim ex reſpiratione & habitu movebatur & pendebat animo: agnoviſſet ſane

ſane confeſtim Callirrhoën, niſi certae fuiſſet perſuaſionis, Dionyſium eam tuliſſe. leni igitur ſuſpenſoque pede aggreſſus: Confide, ait, quaecunque tandem ſis, mulier. non enim tibi vim inferemus. habebis virum, quem cupis. Adhuc loquebatur, quum, agnita familiari ſibi voce, Callirrhoë ſe retegit: & utrinque conclamant: Chaerea! Callirrhoë! & deficientes in mutuis amplexibus humi procumbunt. Polycharmus quoque primum inexſpectata rei mirabilis novitate, obmutuerat. interjecto aliquo tempore: Surgite, ait. vosmet invicem recuperaſtis. adimplerunt amborum vota dii. mementote vos non in patria, ſed in hoſtili ſolo eſſe, & oportere haec prius *bene firmi*terque ſtrui & componi, ne quis porro ſeparare vos queat. Haec illo qua vi poterat inclamante, quaſi qui profundo merſi puteo vocem ex alto allabentem audiunt, vix & tarde ſe recolligunt, tumque rurſus poſt mutuos intuitus & oſcula deficiunt, iterumque & tertia quoque vice continuant, unam hanc edentes vocem: Teneo te, es vere, es Callirrhoë? Es vere, es Chaereas? Fama ſtatim dimanavit, nauarchum recuperaſſe ſuam uxorem. tum non miles in tentorio manere, non in triremi nauta, non domi janitor: undecunque confluere ſtrepentes: O beatam mulierem: recepit formoſiſſimum virum. Verum ipſâ conſpectâ Callirrhoë nemo Chaeream laudabat amplius, ſed in eam defixis omnes oculis, quaſi ſola adeſſet, reſpiciebant. ſublimis vero vultu inter Chaeream & Polycharmum ſtipantes gradiebatur media. flores & corollae ſparſae euntibus, vinumque & unguenta

ante pedes effusa; bellique & pacis simul aderant suavissima, ovationes nempe de hostibus devictis & nuptiarum concelebratio. consueverat alias in triremi dormire Chaereas, & noctu dieque se multis occupare negotiis. tunc autem Polycharmo permittebat omnia, & ne quidem exspectata nocte thalamum regium intrat. regi nempe peculiaris in unaquaque urbe domus est assignata. in ea lectus ex auro, stragula Tyriae purpurae, Babylonici operis. quis illam noctem enuntiet quot plena fuerit confabulationum, quot lacrymarum simul & suaviorum. Callirrhoë nempe narrare occipiebat prima, quomodo revixerit in sepulchro, quomodo fuerit a Therone extracta, quomodo navigaverit, quomodo vaenierit. Chaereas plorabat hactenus audiens. ut autem illa sermone Miletum devenerat, pudenter tacebat, & Chaereas, insita sua aemulatione stimulatus est, attamen narratione de filio leniebatur, & antequam audiisset omnia: Dic mihi, ait, quomodo venisti Aradum, & ubi reliquisti Dionysium, & quid cum rege tibi accidit. Asseverabat illa statim jurejurando, se post judicium non vidisse Dionysium. a rege quidem amari, verum cum illo ne oscula quidem communicasse. Iniquus igitur ego sum, ait Chaereas, & praeceps irarum, qui tam graviter afflixerim regem in te nunquam injurium. abstractus enim a te ad transfugii necessitatem fui redactus; attamen te non dehonestavi. implevi terram & mare tropaeis. simul exacte narrabat omnia placens sibi gloriansque suis egregie factis. ut lacrymarum & fabularum cepit satietas

An-

Antiqui cupide renovarunt foedera lecti.

2. Adhuc nox erat, quum Aegyptius quidam non ignobilis appellit cum celoce, & egressus diligenter atque trepide ubinam Chaereas esset interrogat. adductus ad Polycharmum, negabat significare posse, nisi Chaereae, rem non temere vulgandam. necessitatem interim urguere, cujus caussa advenerit. diu quidem tum cessabat Polycharmus ad Chaeream introire, ut qui praeter tempus interpellare nollet. importunius autem quum instaret alter, paullum adaperta janua Polycharmus aliquem de re magna & urguente cum ipso agere velle indicat. Vocare Chaereas jubet, bonus imperator. bellum namque moram *non* pati. Introductus adhuc obscura nocte Aegyptius, adstans lecto: Scito, ait, quod rex Persarum sustulerit Aegyptium, & partem exercitus in Aegyptum miserit, ut res ibi ordinet: partem vero ducat huc reliquam, adfuturus tantum non e vestigio. nam Aradi cognita occupatione dolet quidem ob caeteras ibi depositas suas opes, maxime tamen aestuat & timet de uxore sua Statira. Subsilit ad haec Chaereas. quem retinens Callirrhoë: Quo properas, ait, antequam de praesentibus deliberaveris? id enim si publicaveris, ipse tibi magnum concitaveris bellum, omnibus, ubi intellexerint, te contemturis. denuo redacti in captivitatem multo quam ante graviora patiemur. Obtemperat sine mora consilio Chaereas, & cum astutia prodit e conclavi. manu namque tenens Aegyptium convocatae turbae: Vincimus, ait, o mei, regis

quo-

quoque terrestres copias. vir enim, quem videtis, bonum nobis affert nuncium, & Aegyptii literas. oportet autem quantocyus eo navigare, quo ille jussit. omnes igitur vasa colligite & inscendite. Quibus dictis tubicen in triremes receptui cecinit, in quas jam praecedente die spolia cum captivis comportaverant, nihilo in insula relicto, nisi quod ponderosum nimis & inutile foret. tum solvi funes, tum revelli anchorae, tum clamore portus & tumultu reboare, tum alius aliud agere. Chaereas autem progressus ad triremes mandatum clam dabat versus Cyprum viam tenere, quasi necesse esset adhuc incustoditam insulam occupare. secundo usi vento Paphum altero die veniunt, ubi templum Veneris erat. ut appulerant, mittit Chaereas, antequam exscenderent, praecones, pacem & foedus indigenis annunciatum. quae cum accepissent isti, totum exercitum in terram exponit, eumque, post ornatam donariis a se Venerem, coactis multis victimis splendide excipit. secum autem deinceps agenda volutanti sacerdotes iidemque vates litare hostias nunciant. qua ille relatione erectus triremium praefectis, suisque trecentis Graecis, & quotquot Aegyptiorum norat sibi benevolos, ad se convocatis haec ait: Viri commilitones, & participes magnarum rerum, sed bene & cum gloria gestarum: ego vobiscum agere & pacem decore, & bellum tuto profecto possum. experimento namque didicimus, per concordiam mari nos fuisse superiores. jam vero subito nos de futura securitate deliberandi tempus invasit. nam scire vos velim,

lim, Aegyptium in pugna cecidisse, & Persarum regem tota continente dominari, adeoque in mediis hostibus nos esse deprehensos. ergo sive quis abire suadet ad regem, & sponte dare nos in ejus manum. Cuncti statim sublato clamore facienda potius omnia, quam hoc, affirmabant. Quo evademus igitur, quibus omnia sunt inimica? subvolare in coelum sane non possumus. Facto ad haec silentio, Lacedaemonius aliquis, Brasidae propinquus, temporum acerbitate patria exsul, primus loqui sic ausus est: Quid vero quaerimus, ait, ubi regem effugiamus! mare sane & triremes habemus. utraque nos in Siciliam & Syracusas ducunt, ubi non Persas modo non timemus, sed ne quidem Athenienses. *Laudabant* omnes consilium. Chaereas non assentientem fingebat, navigationis longinquitatem caussatus; sed eo ipso volebat tantum pertentare mentes, num serio sic decernerent. quum autem instarent vehementer & jam flagitarent abitum: Vos quidem, ait, viri Graeci, pulchre statuitis, & gratiam vobis habeo benevolentiae atque fidei, diique si vos in suam curam tutelamque recipiant, poenitere non sinam. Aegyptios autem, multi enim sunt, invitos cogere non decet. habent plurimi uxores & liberos, a quibus libenter non abstrahantur. in vulgus itaque dimissos ire jubeatis, qui singulos perrogent; ut solos voluntarios adsciscamus. Ut jusserat, ita factum.

3. Callirrhoë vero dextra prehensum seducit Chaeream, &, Quid statuisti, Chaerea, inquit. etiam Statiram Syracusas

duces, & pulchram Rhodogunen? Non mea caussa, sed tibi servas illas abducam, ait rubore suffusus Chaereas. Exclamat Callirrhoe: Dii ne fecerint, ut reginam Asiae mihi servam habere insaniam, eamque hospitii lege mihi sacratam. illam, si gratificari mihi cupis, remitte regi, quae me, ut fratris uxorem nacta, sic custodivit. Nihil est, quod volenti tibi non fecerim, ait Chaereas: tu Statirae domina, tu mancipiorum, tu prae omnibus animae quoque meae. Gavisa Callirrhoe, virumque deosculata, statim a ministris ad Statiram duci vult, quae cum nobilissimis Persidum in cava nave residebat, ignara rerum omnium, etiam quod Callirrhoe Chaeream recuperasset, ut quas adire, aut videre, aut gestorum facere certiores, nemini per acres custodias liceret. ut venit ad navem trierarcho praeeunte, statim consternatio erat & tumultus omnium discursitantium. inter caetera quis submissa voce alteri uxorem nauarchi venire nunciabat; quo percepto Statira ex imo pectore graviter suspiravit, &, In hanc me diem, Fortuna, servasti, ait plorans, ut dominam regina videam. forsan adest, ut qualem acceperit ancillam cernat. Post quae suscitavit planctum, & qualis ingenuorum corporum sit captivitas, tum condidicit. sed brevi deus mutavit rerum faciem. Callirrhoë namque ingressa navem accurrit, & circumvoluta Statirae: Regina salve, ait. regina enim es, & semper manes. non in hostium, sed in amicissimae tuamque benevolentiam expertae, manus incidisti. Chaereas meus est nauarchus, quo in gradu constituit illum ira,

ita, ideo, quod tarde me reciperet, adversus regem concepta. sed ira resedit nunc, & ipse reconciliatus, & vobis non amplius hostis est. itaque surge ocissime, & hilaris abi. recupera tu quoque maritum tuum. rex enim vivit & illi te mittit Chaereas. surge tu quoque Rhodogune, primo mihi Persidum amica, & abi ad maritum tuum, & quotquot alias regina velit, & memores estote Callirrhoës. Extra se rapitur ad hos sermones Statira, neque credere habens, neque diffidere. is tamen erat Callirrhoës animi character, ut in magnis eventibus cavillari non videretur. tempus quoque praesens cito peragi volebat omnia. erat tum inter Aegyptios *aliquis* Demetrius Philosophus, regi familiaris, aetate *provectus* & doctrinarum atque virtutis studio caeteris Aegyptiis antecellens. hunc vocat Chaereas, &: Ego te quidem mecum sumere volebam, ait; nunc autem te magni negocii faciam administrum. reginam per te magno regi mittam. hoc & *illi* te faciet cariorem, & reliquos in gratiam reducet. His dictis praetorem triremium, quae patriam repetebant, eum designat. nam volebant quidem omnes Chaeream sequi, quem praeferebant vel patriae quisque suae, vel liberis. at ille tamen solas viginti triremes optimas sibi deligit maximasque, ut cui pelagus Ionium foret trajiciendum. illis imponit Graecos omnes, quotquot inter copias aderant, & Aegyptiorum atque Phoenicum quos cognoverat strenuos & robustos. multi quoque Cyprii sua sponte inscendebant. caeteros omnes domum remittit, spoliorum quemque particula

cula divitem, ut laeti reverterentur ad ſuos praemiis & honore aucti. nemo ſane petitis a Chaerea excidebat. Callirrhoë quoque mundum omnem regium, reginae conferebat, renuenti tamen, &, Hoc tu te orna, dicenti; tale corpus regius mundus decet. habere quoque debes, unde matri gratificeris, & patriis donaria diis. ego plura his Babylone reliqui. dii tibi ſecundum curſum ſalvumque dent, & nunquam a Chaerea ſeparari. aequa mecum & juſta feciſti omnia. indolem animi bonam formaque dignam tua commonſtraſti. pulchrum mihi depoſitum rex dedit.

4. Quis illam diem dixerit, quot habuerit actiones quam ſibi diverſas; voventium, valedicentium, laetantium, triſtium, mandata mutua dantium, literas item ad in patria relictos exarantium! Chaereas inter caeteros hanc ad regem dedit. Tu meditabaris litem diſceptare. ego vero jam vici ſub juſtiſſimo judice. bellum eſt optimus judex melioris & deterioris juris. illud mihi non meam tantum uxorem, Callirrhoën, ſed & tuam, dedit. tarditatem vero tuam imitatus non ſum, ſed cito Statiram, etiam non repoſcenti, puram & vel in captivitate reginam reddo. ſcito tamen non me tibi, ſed Callirrhoën, donum mittere, pro quo redhoſtimentum id rogamus, ut cum Aegyptiis in gratiam redeas: regem nempe, ſi quem alium, arcere mala decet. habebis milites tui amantes. nam apud te manere, quam ut amici me comitari, maluerunt. Haec quidem Chaereas ſcripſit. ſed Callirrhoë quoque cenſuit, Dionyſio gratiarum actionem

per-

perscribere. hoc unicum clam Chaerea fecit, ut quem insitae gnara aemulationis, latere studebat; & sic exarat: Callirrhoë Dionysio patrono salutem. tu enim es, qui & latrocinio & servituti me eripuisti. ne quaeso irascaris. nam animo sum tecum propter communem filium, quem fidei tuae alendum docendumque condigne nobis committo. ne experientiam subeat novercae velim. habes non modo filium sed & filiam. sufficiunt tibi duo liberi. illum, ut vir evaserit, uxori junge, & mitte Syracusas, ut avum quoque videat. saluto te, Plangon. haec mea manu scripsi. vale, bone Dionysie, & tuae Callirrhoës memento. Epistolam obsignatam sinu recondit, & quum oporteret tandem abire, & omnes in triremes inscendere, Statiram, ipsa manu prehensam in navim introducit, in qua Demetrius tentorium regium purpureis velis & auro textis Babylonicis circumdatum praeparaverat. in illa ut Callirrhoë reginam tenerrimis cum blanditiis lecto reposuerat, *Vale, ait, o Statira, meique memento; & Syracusas scribe saepius. omnia enim regi facilia. ego tibi apud parentes quoque meos gratiam novero, & apud Graecos deos. commendo tibi filium meum, quem & tu libenter videbas. illum habere meis apud te manibus depositum reputato.* Haec dicens Callirrhoë lacrymis obundatur, & ejulatum apud mulieres excitat, & jam egrediens e navi, versus Statiram leviter sese inclinans & erubescens, epistolam tradit. Hanc, ait, exhibe infelici Dionysio, quem tuae pariter & regis fidei committo. consolamini ipsum. vereor ne sese de vita, sejunctus a me,

tollat. Forsan adhuc loquerentur mulierculae, & plorarent, & partirentur invicem oscula, nisi gubernatores exitum e portu imperassent. jam inscensura Venerem adorat Callirhoë: Gratia tibi sit, domina, de praesentibus, ait. jam mihi reconciliata es. da quoque nunc Syracusas videre. intercedit quidem vastum mare, & aequora tremenda manent atque excipiunt. non timeo tamen te mihi socia navigationis. Aegyptiorum nemo naves ingrediebatur Demetrii prius, quam hic Chaereae valedixisset, caput manusque deosculatus. tantum sui desiderium noster omnibus indiderat. hanc ergo primam sivit Chaereas in fluctus referri classem, inter laudes votis mixtas, longo per mare tractu exaudiendas. & hi quidem navigabant.

5. Rex autem victis hostibus in Aegyptum miserat, qui statum illius regionis ordinaret. ipse vero Aradum properabat ad uxorem. sed versanti circa Chium & Tyrum, & Herculi ob victoriam obtentam sacrificanti, advenit nuncius Aradum hostili manu devastatam & evacuatam esse, omniaque naves Aegyptiorum asportare. nuncius ille tristissimus advenit regi, ut perdita regina; tristissimus & reliquis Persarum proceribus, qui Statiram specie lugebant, suos revera quisque necessarios, hic uxorem, ille sororem, alter filiam, omnes omnino affinem. post egressum vero inimicarum navium ignorabatur per quodnam illae mare iter haberent. altero die autem conspectae quidem naves Aegyptiorum accedentes, sed quarum obscura erat destinatio. videntes admirabantur, sed magis

magis intendebat incertitudinem vexillum regium e nave Demetrii sublatum, quod tantum solet, quando rex navigat, extolli. id faciebat perturbationem, tanquam hostes adessent. accurrunt statim & nunciant Artaxerxi. Forsan, ajunt, invenietur aliquis rex Aegyptiorum. Ille subito desilire de solio, ad litus festinare, conflictui dare signum. triremes enim non quidem ipsi ad manus: sed ordinavit copias in portu ad proelium accinctas. jam quis arcum tendere, jam librare hastam, nisi rem Demetrius intellexisset, & significasset reginae. Statira sic progressa de tentorio se monstrat. quam projectis actutum armis adorant. etiam rex non continebat se, quin primus insiliret in navim, etiam nondum exacte appulsam, & *circumfusus* uxori lacrymas mitteret. Quis te mihi tandem deorum reddidit, amicissima uxor? ait. utrumque enim fidem superat, & amissam fuisse reginam, &, quae amissa erat, rursus inventam. & quomodo te in terra relictam e mari recupero? Donum me habes a Callirrhoë, respondet Statira. Id auditum nomen recenti vulnere super antiquum illud regem feriebat, ut diceret conversis ad Artaxaten eunuchum oculis: Duc me ad Callirrhoën, ut ipsi gratias agam. Cui vero Statira, disces a me omnia, respondet. & simul e portu progrediuntur in palatium. ibi regina, ut omnes abesse, praeter eunuchum, jusserat, quae in Arado, quae in Cypro acciderant, exponit, tandemque tradit epistolam Chaereae regi. at cujus ille lectione innumeris affectibus fuit agitatus. irascebatur ob captos amicissimos. detumescebat ideo, quod

ipse

ipse necessitatem imposuisset transfugii. rursus gratiam Chaereae noverat, ob quem aspicere amplius Callirrhoën nequiret. invidia maxime tangebat illum. Beatus Chaereas, ajebat, me felicior. Ut satis fabulatum fuit, Statira consolandum esse regi Dionysium monebat. id enim Callirrhoën ab ipso postulare. tum conversus ad eunuchum Artaxerxes, Ut veniat Dionysius, ait. Et continuo venit spe sublimis. nam rerum Chaereae ignorantissimus, putabat Callirrhoën adesse cum aliis mulieribus, seque a rege arcessi, ut praemium virtutis uxorem reciperet. rex autem ingresso totam rem exposuit. ibi prudentiam & sapientiam suam singularem prorsus monstrabat Dionysius. quemadmodum procidente quis ante suos pedes fulmine non percellatur; sic & ille verbis fulmine gravioribus auditis: Chaereas Callirrhoën Syracusas abducit, tamen constans permansit, & tutum sibi moerorem servata regina non esse reputavit. Redderem tibi libenter Callirrhoën, Dionysie, sic ait rex, modo possem. omnem enim benevolentiam erga me fidemque tuam ostendisti. sed quum fieri hoc nulla ratione possit, praeficio te toti Ioniae, primusque benefactor domus regiae scriberis. Adorabat Dionysius & gratiam professus habere, properabat abire & lacrymandi libertatem nancisci. sed exeunti Statira tacite porrigit epistolam. ut rediit domum & seclusus agnovit manum Callirrhoës, primum osculatur epistolam, dein apertam apponit pectori, diuque ibi retinet, ut illam ipsam praesentem. sed legere non valebat ob lacrymas. quibus tandem a-

liquando

liquando siccatis exorsus lectionem osculatur principio Callirrhoës nomen. ut deinde venit ad verba: Dionysio patrono & benefactori. Hei mihi, non amplius marito. Tu enim patronus & benefactor meus. Quid enim dignum hoc nomine feci tibi? De epistola maxime placebat excusatio, & eadem saepe verba relegebat. significabant nempe quodammodo, illam invitam discessisse. tam levis res amor est, & cito persuadet amantibus redamari. contemplatus quoque filium manibus sublatum vectitabat. Tu mihi quoque fili, ait, aliquando ad matrem abibis. sic enim illa jussit, ego vero vivam solitarius, omnium istorum ipse mihi caussa factus. vana me aemulatio & Babylon pessumdederunt. Post quae quantocyus parabat in Ioniam descendere, magnum reputans solamen, multiplex iter & urbium imperium & Callirrhoës Mileti olim habitationes.

6. Haec in Asia gerebantur. interim Chaereas navigationem feliciter conficiebat in Siciliam. stans enim semper in puppi, cum magnis navibus sese alto credebat multo tamen cum timore, ne in se duri cujusdam dei impetus ingrueret. Syracusis autem conspectis ut ornent triremes jubet praefectos, & agminatim navigetur. erat nempe tranquillitas. urbani ut vident eas, dicebat aliquis: Unde triremes adveniunt? suntne Atticae? agedum indicemus Hermocrati. & mox significat. Delibera, praetor, quid ages. portusne claudamus, an occurramus in altum? nescimus enim an major classis sequatur, & praeviae hae modo sint visae. Propere decurrit Hermocrates ad mare de foro, & actuariam navem mittit iis obviam. missus, ut prope

venit, Quinam forent, interrogat. Respondet Aegyptiorum unus, Chaereae jussu: Nos ex Aegypto navigamus mercatores, cum mercibus, quae laetitiam Syracusanis afferent. Ergo ne confertim, ille ait, intro navigate. naves enim video, non onerarias, sed longas, & quasi bellicas triremes. adeoque caeterae omnes extra portum procul in salo manento, una vero intro naviget. Sic faciemus. Intrat itaque prima Chaereae triremis, super constrato tentorium velis Babylonicis circumamictum gerens. quae ut appulit, totus portus hominibus impletus est. nam per se plebs est res valde curiosa, rerumque novarum sedula; tunc autem plures habebant concursus rationes. ad tentorii adspectum merces intus esse pretiosas conjiciebant, aliusque aliud quid augurabatur, sed omnes alia omnia potius quam verum: absonum enim erat putare illos, qui certo credebant obiisse Chaerean, eundem vivum cum navibus tantaque magnificentia in patriam redire. Chaereae parentes ne domo quidem prodierant. Hermocrates aderat quidem, ut magistratus & rector rerum gerendarum, sed in luctu; adstabat quidem, sed latens. omnes autem quum dubii oculis eodem defixis haererent, conspecti sunt, subito levatis velis, tam Callirrhoë super aureo toro reposita, & Tyriam purpuram induta; quam Chaereas ipsi assidens habitu imperatorio. neque tonitru sic aures unquam perculit, neque fulgur oculos videntium, neque invento quis auri acervo tam exclamavit, ut tum plebs viso spectaculo, quod omnem sermonem superat. Hermocrates autem exsiliit in tentorium, & amplexus filiam, Vivis, ait,

ait, o mea? an etiam hoc illudor? Vivo, pater, nunc revera, quandoquidem te video. Lacrymae cum gaudio fluebant omnibus. interim succedebat Polycharmus cum triremibus intro navigans, cui classem omnem a Cypro Chaereas, nonnisi Callirrhoae vacare valens, commendaverat. brevi replebatur portus, eratque eadem species ac post navalem cum Atheniensibus pugnam. nam hae triremes quoque coronatae sub duce Syracusano ex bello redibant. mixtae voces e mari salutantium eos, qui in terra erant, & horum vicissim salutantium eos, qui e mari adveniebant. densa bona verba, & praeconia, & communia vota ab utrisque. veniebat etiam Chaereae pater, ob insperatum gaudium animo delinquens. juvenes qui cum Chaerea adoleverant, & gymnasia frequentaverant, eum salutare cupidi sese quasi obruentes adfluebant. similiter cum mulieribus erga Callirrhoën comparatum erat. haec etiam pulchrior illis videbatur evasisse, ut vere diceres videre Venerem e salo emergentem. invadit Chaereas Hermocratem & patrem, &, Accipite, ait, magni regis opes. aurique statim & argenti tantam jussit efferri copiam, ut enumerari non posset; porro ebur, & electrum, & vestes, & omnem materiae artisque magnificentiam ostendit Syracusanis, & lectum mensamque magni regis. adeoque plena fiebat urbs tota, non ut ante ex bello, paupertate Attica, sed, quod inauditum & mirabilissimum sit, in pace manubiis Medicis.

7. Turba vero una omnis confertim voce clamabat: Habeamus concionem. cupiebant nempe & videre & audire. plenum dicto citius theatrum virisque & mulieribus, omnesque

illi & illae, quum ſolus intraſſet Chaereas, etiam ut Callirrhoë arceſſeretur, magna voce hortabantur. Hermocrates ſane, pro popularitate ſua, etiam in hoc palpatus eſt vulgo, quod filiam in theatrum induceret. tum primum quidem populus oculis in coelum fixis praedicabat deos, gratiamque norat magis hujus, quam triumphalis diei. dein nunc ſcindebantur, ut viri Chaeream laudarent, foeminae Callirrhoën, nunc rurſus utroſque ſimul celebrarent. idque ambobus erat gratius. Callirrhoën quidem, ut e navigatione miraque variorum affectuum viciſſitudine delaſſatam, ſtatim poſtquam patriam ſalutaverat, domum deducunt. Chaeream vero detinebat concio, totam itineris & abſentiae rationem ſcire cupida. incipiebat igitur ille a poſtremis, nolens populum recitatione priorum caſuum, ſed triſtium, affligere. populus autem inſtabat. Rogatus a principio ordire. dic nobis omnia. praetermitte nihil. Chaereas pudore multorum, quae praeter voluntatem ipſi evenerant, ceſſare. ſed Hermocrates: Pudore hic opus non eſt, fili, etiamſi dicas aliquid triſtius, aut humilius. finis enim ſplendidus factus iſta priora omnia obumbrat. etiam quod indictum ex ipſo ſilentio ſuſpicionem habet graviorem. patriae dicis & parentibus, quorum aequalis in ambo vos eſt animi propenſio. primos quidem eventus jam novit populus. nuptias enim ipſe veſtras junxit. rivalium in procando tuorum inſidias, per quas injecta tibi aemulatione vana intempeſtive uxorem feriiſti, omnes novimus, & quod illa mortua habita ſplendide fuerit ſepulta, tuque auctor caedis dictus te ipſe condemnaveris, cupidus uxori commori, populus autem te abſolverit,

rit, facto agnito involuntario. etiam quae deinceps consecuta, nobis annunciata: ut Thero sacrilegus effracto noctu monumento Callirrhoën inventam vivam cum mundo & gaza sepulchrali piratico celoci imposuerit, & in Ioniam vendiderit, tu vero egressus ad requirendam uxorem, ipsam quidem non inveneris, sed incidens in mari in piraticum navigium caeteros latrones siti exstinctos deprehenderis praeter Theronem, quem vivum introduxisti in concionem, ubi tortus ille tandem palo suffixus est. urbs deinde triremem emisit & legationem pro Callirrhoë, & sponte tibi praestitit comitatum Polycharmus enaviganti: haec omnia novimus. tu vero narra nobis quae post tuam hinc enavigationem acciderunt. Narrabat *inde* orsus Chaereas sic: Trajecto feliciter Ionio appulimus in agros viri Milesii, Dionysii nomine, opibus, & genere, & gloria omnibus Ionibus antecellentis. hic erat ille qui talento Callirrhoën a Therone redemerat. ne timeatis, illa non servivit. nam statim venalitiam suam fecit heram, eamque amator noluit quidem vi cogere, rursus tamen amatam remittere in Siciliam a se non impetravit. quum vero sentiret Callirrhoë se de me gravidam, cupiens servare vobis civem, necesse habuit Dionysio nubere, falsam astute confingens pueri generationem, ut ipsa videretur ex Dionysio concepisse, & infans condigne educaretur. civis enim vobis, viri Syracusani, Mileti dives, altus a viro illustri, crescit. nam ei quoque genus illustre Graecum. ne magnam illi haereditatem invideamus. haec ego postea didici facta.

8. Sed ut eo regrediar, appulsus in agro istoc Callirrhoës ima-

gine tantum in templo quodam conspecta habebam bonam spem, verum latrones noctu devolantes ad mare triremem incenderunt, occiderunt plurimos, & me cum Polycharmo vinctum in Cariam vendiderunt. Erupit ad haec in lamentationes corona. tum Chaereas: Permittite mihi, ait, tacere quae deinceps acciderunt. sunt enim his primis multo tristiora. sed populus magno clamore poscebat omnia. sic ergo noster continuat: Qui nos emerat servus Mithridatis, Cariae praefecti, jussit catenatos terram fodere. quia vero custodem carceris de nexis quidam occiderant, jussit Mithridates omnes nos in crucem agi. jam ducebar, jam in subeundo eram supplicio, quum Polycharmus meum nomen extulit, quod agnovit Mithridates. nam hospes Dionysii factus Mileti interfuerat meo funeri. edocta nempe de triremi & latronibus, & arbitrata me obiisse, Callirrhoë tumulum ibi mihi splendidum egessit. Mithridates itaque celeriter tolli de cruce me jubet, tantum non in extremo vitae confinio haerentem, habuitque postmodum in amicissimis; & studiosus Callirrhoën mihi reddere permovit, ut ad eam scriberem. sed incuria epistolam deferentis accepit eam Dionysius. isque me vivere non credidit, sed contra credidit uxori suae Mithridaten insidiari, eumque statim literis apud regem insimulavit adulterii. rex omnes ad se, suscepta cognitione, excivit. sic ascendimus Babylonem. Dionysius quidem Callirrhoën, secum ducens, tota Asia celebrari & decantari ob formam fecit. me vero Mithridates secum trahebat. ibi ut fuimus, magnam sub rege judice caussam diximus. Mithridatem quidem rex statim absolvebat: inter me vero & Diony-

Dionysium promisit se cogniturum de uxoris possessione. Callirrhoën interim apud Statiram reginam deponit. quoties putatis, viri Syracusani, me mortem mihi paravisse, ab uxore sejugem, nisi me Polycharmus solus inter omnes fidus amicus servasset. nam & rex negligebat dijudicationem, amore Callirrhoës accensus; verum neque permovit, neque contaminavit. interim opportune deficiens Aegyptus grave bellum movit; cui tamen magna bona debeo. Callirrhoën enim regina secum duxit. ego vero falsa cujusdam relatione deceptus, Dionysio traditam eam perhibentis, ulcisci regem cupidus transfugi ad Aegyptium. ubi magnas res gessi, & Tyrum, urbem expugnatu difficilem, ipse cepi, & constitutus nauarchus mari magnum regem devici, & Arado potitus fui, ubi reginam cum opibus, quas vidistis, rex deposuerat. potuissem sic Aegyptium facere totius Asiae dominum, nisi pugnans ille seorsim a me cecidisset. ego tum vobis benevolum porro feci regem, redonata uxore, & remissis Persarum nobilissimo cuique suis aut matribus, aut sororibus, aut uxoribus, aut filiabus. Graecorum autem optimos & Aegyptiorum voluntarios huc adduxi. veniet & alia vestra classis ex Ionia. quam ducet Hermocratis nepos. Sequebantur haec verba universorum vota, cum ingenti clamore. quem ut sedaverat Chaereas: Ego, ait, & Callirrhoë coram vobis gratiam habemus amico Polycharmo. nam benevolentiam & fidem sincerissimam erga nos ostendit, &, si vobis videtur, in matrimonium demus ipsi meam sororem, dotemque habeat partem manubiarum. Acclamavit bona verba: Populus bono viro Polycharmo, amico fido, gratiam

tiam tibi novit. patriam beneficiis demeruisti, dignus Hermocrate & Chaerea. Post haec Chaereas: Hos trecentos, ait, fortem meum exercitum, rogo vos, cives facitote. Iterum annuit cum clamore populus. Digni sunt, qui eadem nobiscum civitate utantur. Itur in suffragia. scriptum decretum. & ex continenti trecenti illi considentes pars erant concionis, a Chaerea talento quisque donatus. Aegyptiis vero Chaereas agrum dabat colendum. interim, dum in theatro est multitudo, Callirrhoë priusquam domum intraret, in templum Veneris contenderat. ejusque pedes amplexa, & innisa vultu, comisque solutis, osculata: Venus, ait, tibi gratia. rursus enim Chaeream mihi Syracusis ostendisti, ubi etiam virgo illum tua voluntate videbam. non incuso te, domina, propter ea, quae passa fui. erant illa mihi destinata. porro ne me divellas a Chaerea, precor, vitamque nobis felicem, & mortem annue communem. Tantum de Callirrhoë conscripsi.

Charitonis Aphrodisiensis librorum octo de Chaerea & Callirrhoë

F I N I S.

JACOBI PHILIPPI D'ORVILLE

ANIMADVERSIONES

IN

CHARITONIS APHRODISIENSIS

DE

CHAEREA & CALLIRRHOE

NARRATIONUM AMATORIARUM

LIBROS VIII.

AMSTELODAMI,

Apud PETRUM MORTIER.

MDCCL.

JACOBI PHILIPPI D'ORVILLE
ANIMADVERSIONES
IN
CHARITONIS APHRODISIENSIS
LIBRUM PRIMUM.

LIBRI PRIMI CAPUT PRIMUM.

P. I. Vs. I. Χαρίτων] Apud *Graecos* nomen usitatissimum. Notissimus *Chariton Agragantinus*, amicus ille *Menalippi*, de quo apud *Athenaeum* L. XIII. C. VIII. p. 602.

Θείας ἀγητῆρες ἐφαμερίοις φιλότατος
Εὐδαίμων Χαρίτων καὶ Μενάλιππος ἔφυ.

Inter *Romanos* haud minus frequens cognomen fuit *Charito*. *Th. Reinesius* in *Eponymologico* circiter triginta recenset: quibus totidem ex iisdem fontibus & aliunde facile adjici possent. unicum in lucem protraham *ex Antiquo Lapide* apud me.

D. M
A. SEPTICIUS. HERMOGENES
HOSTILIAE. SECUNDAE. LO
CUM. TERRAE. INTRANTIBUS
PARTE. LAEVA. L. P. III. L. P. VII
DONAVIT. CUI. ITUM. AMBITUM
DEDIT. TUNC. HOSTILIA
SECUNDA. HOSTILIAE. CHA
RITENI. FILIAE. SUAE. FECIT
ET. SIBI. ET. HOSTILIO. CHARI
TONI. ET. LIBERTIS. SUIS. POST. EOR

Apud neminem vero veterum Nostri *Charitonis* mentio exstat, licet alii scriptis quidem clari memorentur *Charitones*. *Cl. Galeno* T. II. p. 451. περὶ Ἀντιδότων, tangitur *Chariton* quidam, cui cognomen fuit ὀχλαγωγός. *Bern.* vero *Montefalconius* in *Bibliotheca MSStorum* T. II. p. 735. testatur in *Parisiensi Bibliotheca* inveniri *Charitonis Medici* commentationem *de Throchiscis & aliis*. cujus jam meminit *Conr. Gesnerus*. Idem certe cum eo, quo usus est *Cl. Salmasius* in multis *Plinianarum Exercitationum* locis, & *Du Cangius* in *Lexico Graecitatis mediae*. Inter *Ecclesiasticos* etiam hu-

jus nominis occurrunt Scriptores. Sed nullus inter hos eſt, ad quem ulla probabilitate hoc opus referri queat.

P. I. Vs. I. 'Αφροδισιεύς] *Aphrodiſiades* urbes plurimae a *Steph. Byzant.* & aliis commemorantur. Inter ipſas vero celebritate praeminet *Aphrodiſias* in confiniis *Lydiae & Cariae*, & hujus aliquando regionis metropolis habita: antea Μεγάλη πόλις, Νινόη & Λελέγων πόλις dicta.

Non pauci numi *Aphrodiſiados* exhibentur a *Nic. Fr. Haimo* in *Theſ. Britann.* T. II. p. 93. quos merito ad unam eandemque urbem ex typorum ſimilitudine refert. verum non definit ad quam *Aphrodiſiadum* ſpectaſſe cenſuerit.

Joann. Valens plurima numiſmata recenſet ſub Imperatoribus percuſſa ab *Aphrodiſienſibus*. p. 194. *Graec. Imperator.* quos refert ad *Cariae* urbem. & merito. licet autem numi ab *Haimo* exhibiti ante *Caeſarum* tempora ſignati ſint, tamen & hos ad *Caricum* oppidum retulerim. in utrisque obtinet orthographia 'Αφροδεισιέων. in uno quoque exhibetur fluvius Κόρσιμος, quem probabili conjectura *Cl. P. Weſſelingius* putat eundem cum *Cariae* fluvio *Orſino*, in vicinia *Maeandri*, a *Plinio H. N.* L. v. C. XXXIX. commemorato. vid. Virum doctiſſ. ad *Antonini Itiner.* p. 333.

Imperatorii autem *numi* ſine ullo dubio ad hanc *Cariae* urbem referendi: cum *Aphrodiſienſes* hi jam ab *J. Caeſaris*, *M. Antonii* & *Auguſti* temporibus, horum & P. R. gratia floruerint, libertatemque ſervaverint. unde *Plinio Aphrodiſienſes liberi* dicuntur. quem favorem in moneta teſtati fuerunt uſque ad *Valentinianum Seniorem*, in cujus honorem numiſma ab *Aphrodiſienſibus* percuſſum habet *J. Valens* p. 176.

Et inſigne hujus rei teſtimonium exhibet *Aphrodiſienſe* illud monumentum ab *Edmundo Chishullo* publicatum in *Antiquit. Aſiaticis.* p. 150. ex quo loco civitatis hujus fata magnam partem cognoſcere licet. in aliis etiam lapidibus *Aphrodiſiados* mentio fit: quos omnes quoque non dubitarim *Caricae* urbi contribuere. ut in *Cl. L. Ant. Muratorii Theſ.* p. MXXVII. 2. ΑΡΙΣΤΕΑΣ ΚΑΙ ΠΑΠΙΑΣ ΑΦΡΟΔΕΙΣΙΕΙΣ. & MXXVII. I. corruptiſſime in *Grutero* DCCCLXX. I.

ΘΚ
ΕΥΔΑΜΟΣ
ΚΑΣΤΟΡΟΣ
ΑΦΡΟΔΕΙΣΙΕΥΣ.

Nec dubium quin ad hanc ſpectet Inſcriptio ab eodem p. CLIII. corrupte & mutilate ex *Donii Cl.* IV. 13. repetita: licet in ea non ἀφροδεισιεὺς ſed ἀφροδισιεύς exſtitiſſe videatur. quod eodem redit.

ΦΛ. ΖΗΝΩΝ. ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ
ΚΑΙ. ΔΙΑΣΗΜΟΣ. ΑΦΡΟΔΙΣΙΕΥΣ
ΕΠΟΙΕΙ

ubi

ubi is fuisse *eques* διάσημος indicatur: non aliquod munus praeter ἀρχιερωσύνην gessisse, ut putat Cl. V. qui meliora edoceri potuisset a *Th. Reinesio* Cl. VI. XXVIII. & *H. Valesio* ad *Eusebii Eccl. Histor.* L. IX. 9. & *Ammian. Marcell.* XXI. 16. vide *Inscriptionem* exhibitam ab *Cyriaco Anconitano*, p. X. ab *Apiano* p. CCCCXCIX. a *Grutero* CCCCLXIV. 7. in *Monumentis Kempianis* p. 44. & denique bis repetitam a *Muratorio* p. DLX. I. & DLXVII. I. ita in alio monumento κύριος ἀπολλώνις, ἀρχίατρος ἄριστος, πολίτης ἐπίσημος, aliquanto minus digno titulo, celebratur in *Sponii Misc. Erud. Antiq.* p. 142. & aliis locis, ubi melius versum & explicatum inveneris quam ap. *Murat.* DL. I.

Denique ap. eundem *Murat.* occurrit p. MXXVI. 5. Ἀσίηθεν Ἀφροδισιάς. *Asiatica Aphrodisias.* ubi Viro erudito videtur tangi *Aphrodisias* in *Cilicia.* & sane *Asiae* est haec regio. sed ipse malim intelligere *Cariae* civitatem, & accipere Ἀσίηθεν ex *minore Asia*, ex oppositione *Europaeae* sive *Thracicae Aphrodisiados. Eunapius.* p. 133. Ὅσα τε ὑπὲρ Λυδίαν, διὰ τῆς χαλυμβῆς νῦν Ἀσίας, ἐπὶ Καρίαν καὶ Λυκίαν τείνοντα. quas duas urbes imprudenter confundit *Fr. Orlendus*, in *Orbe Sacr.* & *Prof.* T. I. p. 143.

Celebritas igitur hujus *Aphrodisiados*, prae ceteris cognominibus, ipsi praerogativam aliquam conciliat in vindicando, ceu cive, hoc *Charitone.*

Sed & vero similius id fit, quandoquidem constet, hanc *Caricam* urbem egregie literarum omne genus studiis floruisse. plurima namque *Aphrodisienses* scriptis noti commemorantur: inter quos sine controversia *Cariae* haec urbs plerosque sibi adseruerit. ex. gr. *Suidae* recensitus Ἀπολλώνιος Ἀφροδισιεύς, Ἀρχιερεὺς καὶ ἱστορικός. γέγραφε Καρικά. περὶ Τράλλεων. περὶ Ὀρφέως καὶ τῶν τελετῶν αὐτοῦ. cur enim *Carem* non adseveremus fuisse, qui de *Caricis*, patriae suae, rebus scripserit: qui de *Trallibus*, contermina urbe, memoriae prodiderit: qui sit *Archiereus*, quemadmodum ille *Flavius Zeno*, *Aphrodisiensis*, & vero similiter *Sacerdotium Veneris* hoc gesserit, in urbe *Veneris* cultu famosa, quae inde & *Veneris civitas Corn. Tacito* dicitur L. III. *Annal.* 61. & Ἀφροδίτης πόλις apud alios & *Suidam* in Ἀσκληπιόδοτος. nam illa urbs se *Veneris* sanctitate templi non minus jactabat, quam *Ephesus* sua se *Diana*, vel *Eryx* sua se *Venere* efferebat, ut ipsi *Aphrodisienses* in monumento *Chisbulliano* gloriantur. unde haec ἀρχιερωσύνη vero similiter fuerit *Veneris.* nam mares sacerdotes habuisse constat. vid. *Murator.* CLVII. 4. & iterum CLX. 5. Ut adeo *Zenonem* & *Apollonium* hoc apice insignes fuisse ambos sit probabile.

Alexander autem ille *Aphrodisiensis* patriam hanc celebratissimam reddit plurimis, ex parte etiamnum exstantibus, libris. Nec multum ambigendum de *Adrasto Aphrodisiensi*, *medico*, vel de *Xenocrate Aphrodisiensi*, nec de *Eustephio*, *Rhetore Aphrodisiensi.* de quibus praeclarum *J. Alb. Fabricii* opus de *Scriptoribus Graecis* consuli potest.

Denique & inde suspicari fas est potissime in censum venire hanc *Aphrodisiadem*, quod auctor partem dramatis hujus collocarit *Mileti & Prienae*, non ita remotis *Aphrodisiade* civitatibus. quamvis hoc argumentum, si ceteris segregetur, per se parum vel nihil profitear esse valiturum.

Quod vero *Cares* despectiores, nihil Nostrum depresserit. *Herodotus Halicarnasso* oriundus & tot alia ingenia: item *Artemisia* & ejus in maritum *Mausolum* magnifica pietas satis a contemtu vindicant hanc regionem. unde merito *Manilius* L. IV. 466.

Arcas & antiquus, celebrataque Caria fama.

Carem igitur ex *Aphrodisiade* oriundum credamus *Charitonem*, dum certiora edoceamur.

More autem maximorum historicorum, *Herodoti*, *Thucydidis*, & aliorum in ipsa operis fronte suum & patriae nomen conspici voluit. de quo instituto in hujus commentationis calce quaedam dicenda erunt. Interea consuli possunt *St. Berglerus* in *Actis Lips. Anni* MDCCXVI. p. 301. & *D. Heinsius* ad *Theocriti Idyll. primum.* [sic decem *Codd.* meliores exhibent.]

Θύρσις ὅδ' ὡξ Αἴτνας καὶ Θύρσιδος ἀδ' ἁ φωνά.

Nomen autem patris omisit, sive exemplo eorundem historicorum. quippe *Herodotus* nusquam meminit: *Thucydides* non nisi obiter libro *Historiae* quarto: sive quod claritatem inde reportare ullam nequiret.

P. I. Vs. I. Ἀθηναγόρου ῥήτορος ὑπογραφεύς] *Athenagorae* plurimi ab eloquentia celebrantur. Verum nec ille disertissimus pro *Christianis* legatus *Athenagoras* in censum venire potest: nec alii qui intra seculum quartum floruerunt. nam auctor noster vix ante initia seculi quinti scripserit, uti ex variis argumentis, hic illic emersuris, patebit.

At in *Anthologiae Libro* II. C. XLVI. *Ep.* 8. p. 170. occurrit *Athenagoras* & quidem *Rhetor*: perstrictus ab *Ammiano* [non *Abbiano* fide *Cod. Palatini*] ut in arte sua parum commendabilis. novimus autem hunc *Ammianum* circa finem quarti seculi aetatem egisse. *Epigramma* tale est.

Ἀρκαδικὸν πῖλον κατ' ἐνύπνιον Ἀρκάδι δῶρον
  Ἑρμείῃ ῥήτωρ θῆκεν Ἀθηναγόρας.
Εἰ μὲν καὶ ῥήτωρ κατ' ἐνύπνιον, οἴσομεν Ἑρμῇ.
  Εἰ δ' ὕπαρ. ἀρκείτω, Θῆκεν Ἀθηναγόρας.

Quod sic vertit *Hugo Grotius*:

Arcadi Mercurio petasum dedit Arcada munus,
  Vovit ut in somnis rhetor Athenagoras.
Si sic; in somnis Rhetor. mittamus ad aedem.
  Sin aliter. satis est, Vovit Athenagoras.

Nem-

Nempe *Athenogoras* hic *somno monitus. ex visu. ex jussu. ex imperio.* ἐξ ὀνύπνίυ. κατὰ κέλευσιν. ἐξ ἐγκελεύσεως, *Mercurio*, eloquentiae deo, consecrarat pileum; *Mercurii* solitum capitis tegumentum. titulus fuerit: Τὸν πῖλον τῷ Ἑρμῇ ἀνέθηκεν Ἀθηναγόρας ὁ ῥήτωρ ἐξ ὀνύπνίυ. scilicet rhetores & sophistae, vanissimum genus, adparitiones tales solebant fingere, & earum occasione declamare in laudem dei hujus vel illius, & hoc vel illud dedicare, non sine sui jactatione. *Aristidis* non una hujus generis exstat oratio. *Ammianus* ideo hoc epigrammate in hunc *Athenagoram* lusit. Poterit igitur hujus *Athenagorae Rhetoris* fuisse *Amanuensis* noster *Charito.* certe aetates hoc non plane prohiberent. Objecerit tamen aliquis, non vero simile esse, ut *Charito* cognosci voluerit ab patronatu, ut ita dicam, tam mali & ignobilis declamatoris. At suffecerit ponere, hanc *Ammiani* censuram ex odio natam, & proinde iniquam esse. quin satis clarum fuisse *Rhetorem* hunc *Athenagoram* patet ex dedicatione pilei, quam post successum in eloquentia & ex arte partam gloriam fecisse probabile sit: uti mortales demum re bene gesta vota diis solvere consueverunt.

P. I. Vs. I. Ὑπογραφεύς] *Glossae.* ὑπογραφεῖς *Amanuenses.* Rhetores & Oratores habebant suos *Amanuenses.* sic *Romae* orationum erant *exceptores.* quos hoc nomine complecti licet. vide *Asconium Pedianum* ad initium *Milonianae. Firmicus Maternus* L. III. VI. 7. *scribae vel exceptores.* L. III. XII. 17. *scribae regis aut senatus aut exceptores principum* L. IV. VII. 13. *personalium caussarum exceptores. Eunap.* p. 138. ἀξιῶ δοθῆναί μοι τὺς ταχέως γράφοντας. οἱ καθ' ἡμέραν μὲν τὴν τῆς Θέμιδος γλῶσσαν ἀποσημαίνοντας. & eosdem fuisse satis colligitur eo, quod quos *Justinus Martyr* in *Paraen.* C. XXXVII. p. 34. ὑπογραφεῖς *Sibyllae Cumanae* vocat: qui carmina a *Sibylla* effusa excipiebant, eosdem *Hesychius Milesius de Erud. claris viris*, in Σίβυλλα, Ταχυγράφυς perhibeat. *Suidas.* ὑπογραφεῖς. οἱ λεγόμενοι Ῥωμαϊστί. Νοτάριοι.

Sed ὑπογραφεῖς omnes *a manu, ab epistolis, bibliothecis, a studiis* dici possunt. qualis ille *Tiro. Ciceroni* fuit. plerumque servilis, aut libertinae conditionis homines. sed & ingenui & clari inter hos apud gentes exteras. sic *Nicolaus* ille *Damascenus*, at quantus vir, *Constantino Porphyrogennetae. Them* I. III. p. 20. adpellatur ὑπογραφεύς Ἡρώδυ τῦ βασιλέως. quem scimus orationes scripsisse & habuisse & legationes obiisse pro isto *Judaeorum* rege. quemadmodum quaestores & alii pro Imperatoribus orationes scribebant & saepe habere consueverant. In *Atheniensi* foro ὑπογραφεῖς jam olim notos ostendit *Aristophanis* Versus in *Eq.* 1253. Ὅπως γένωμαί σοι Φανὸς ὑπογραφεὺς δικῶν. sed qui plane alius generis. nec quidquam huc facit ὑπογραφεὺς *Du Cangio* animadversus in *Lexico Med Gr. T.* II. p. 1644.

Chariton igitur *Aphrodisiensis*, *Rhetori Athenagorae* a manu, & adeo a cultu eloquentiae non plane alienus, hujus facultatis specimen edere voluisse possit videri, in *Amatoriis* hisce de *Chaerea* & *Callirrhoe Narrationibus.*

Verum enim vero diffiteri nolim me aliquando plane alia de toto hoc, quod de se facit Noster, indicio statuisse. credere vix enim poteram *Charitonem* in operis limine auctoritatem aliquam voluisse vindicare a titulo *Amanuensis Rhetoris:* munere certe ipsius aetate vilissimo. nam quo loco notarii & scribae Romae fuerint, in vulgus notum. nempe puplici servi erant & vocabantur. *Athenis* ὑπογραφεῖς, ἀντιγραφεῖς, quin ipsi τῆς βυλῆς & τῦ δήμου γραμματεῖς saepe servilis vel libertinae sortis, vel saltem non καθαρῶς ἐλεύθεροι. unde & illi δημόσιοι, nempe οἰκέται. qua de re consulatur *Andr. Bosius* ad *Corn. Nepotis Eumen.* C. VIII. *Cl. P. Wesselingius* ad *Petiti* L. L. A. d. 342. Qua igitur dignitate praeditus potuit fuisse *rhetoris servus* a manu?

Si scriptores ultra nomen, patrem, gentem, patriam de sese quid in operum ingressu prodant, id ad laudem vel saltem auctoritatem facere adsolet. Ita adjiciunt titulum Ἱερέως. Ῥήτορος. Φιλοσόφυ. Μαθηματικῦ. Ἀρχιάτρυ. Σχολαστικῦ, & quae hujus generis plura. Quid igitur! suspicarer & hunc titulum plane aliud significare, & ceteras adpellationes, Χαρίτων. Ἀφροδισιεύς. Ἀθηναγόρας. Ῥήτωρ. esse confictas, & ad argumentum & scriptionis genus accommodatas. Exempla hujus rei non desunt.

Chariton in toto suo opere ita versatur, ut fide historica omnia narrare velit videri. inde nihil comminiscitur, quod non quotidie fieri solet. nullas narrationes mirabiles magis quam credibiles inserit: multum diversus eo in genere ab *Eustathio*, *Achille Tatio* & ipso *Heliodoro*, qui saepe incredibilia suis fabulis intexuerunt.

Inde argumentum & personas quoque ex vera historia repetivit: quin & in temporum seriem non peccavit. *Hermocrates* & *Artaxerxes* eadem aetate vixerunt. *Hermocrates* re vera *Syracusis* praeturam gessit, & victoriae de *Atheniensium* classe praecipuus exstitit auctor. *Hermocrati* fuit filia. *Artaxerxi* fuit uxor *Statira*: quamvis duos cognomines reges confuderit. Quando res *Persicas* attingit, apta personis indit nomina, *Rhodogunae*, *Zopyri*, *Mithridatis*. In *Graecis* idem observat. ex historia repetivit convenientes personas, nomina ipsis functionibus & officiis & vitae instituto accommodata imponens. exemplis constiterit elegantem valde fuisse circa compellationes nostrum Charitonem.

Libro *quarto* inducit *Strategum Prienae*, & vocat *Bianta*. at quis ignorat e *Sapientibus* septem unum *Biantem Prienensem*? Libro *primo* inducit hominem, quem indole dicit esse proditorem & vocat *Menonem*. At cui in *Graeca* historia paullum versatiori *Menon* iste *Thessalus* ignotus, perfidissimus proditor? Quale quoque nomen *Archipiratae* magis congruum quam Θήρων? Piratis enim qui θηριωδέστεροι? Etiam *Thero* latro inclytus fuit. in ipsa primaria persona, *Callirrhoen* dico, si simile quid eum non spectasse credas, falleris. nam illud nomen huic tribuit, quia plurimae formosarum vir-

virginum hoc nomine fuerunt praeditae, & sonus ipse vocis non erat ingratus. Ipse *Charito* hoc in persona *Dionysii* testatur Libro *secundo*. ἤρεσε Διονυσίῳ καὶ τὸ ὄνομα Καλλιρρόη. quod & ceteri fere fabularum *Romanensium* architectae adfectarunt. Utrum casu quoque an potius dedita opera secundae & tertiae personae nomen ejusdem originis adsignatum statuemus? ut hic Χαιρέας· ἀπὸ τοῦ χαίρειν, ille Πολύχαρμος ἀπὸ τῆς πολλῆς χαρᾶς dictus sit. voluit enim hos tot casuum in erroribus participes eodem animorum habitu sociatos ostendere. vide quae de hoc genere notantur alias: praecipue ad. L. I. C. VII. 10. 16. Obiter *Polycharmus* pro *Polycarmus* rescribendum puto in *Martialis* L. VIII. *Ep.* 37. alius memoratur *Athenaeo* L. XV. 6. 675. qui scripsit περὶ Ἀφροδίτης.

Quo haec spectent, quaeras! ab hoc instituto non recessisse crediderim in hisce ad se spectantibus nomenclaturis. uti igitur *Chaereae* & *Polycharmo* *a gaudio & laetitia* nomen fecit, sic adpellari ipse voluit ἀπὸ τῶν Χαρίτων; *a Gratiis*. quae & ipsae quasi χαίρουσαι sint dictae. Et unde nomen scriptori fabulae, quae meras gratias, voluptates, venustates spirare debet, accommodatius contigerit quam a deabus, quae omnibus rebus gratiam & nitorem conciliare consueverint? certe jam *Conr. Gesnero* in *Bibliotheca*, tam amatoriae fabulae aptum fuit visum nomen *Chariton*; ut non auctorem, sed heroa ipsum dramatis *Charitonem* dictum crediderit. scribit enim: *Charitonis historia amatoria Graece exstat Romae in Vaticana; Si inscriptio non est falsa, & non potius de Charitone narratio ficta est.* sic *Charite Tlepolemi* sponsa apud *Appulejum*. Deinde unde amatoriarum narrationum auctor origiginem decentius taxerit, quam ab urbe *Aphrodisiade*, *Aphroditae*, *Veneris* urbe: in qua quotidie *Veneri* & *Cupidini* sua orgia celebrabantur? quae sacra nec sine *Gratiis* facta videntur. nam ut de *Veneris* aede constat ex superius jam disputatis: sic de sacello *Gratiarum* in hac *Cariae* urbe suspicionem praebet *Numus* a *Valente* p. 77. laudatus, in honorem *Crispinae Augustae* percussus, & typum habens, quo *tres Gratiae nudae sistuntur*, cum epigraphe Ἀφροδεισιέων. Auctor igitur fabulae amatoriae decentissime vocatus fuerit Χαρίτων Ἀφροδεισιεύς.

Quod autem se *Athenagorae* ὑπογραφέα fuisse testatur, eodem spectat, & id facit, ut historiae, quam veram esse credi vult, majorem fidem conciliet. Hic enim *Athenagoras* non est aliquis de plebe Rhetor, sed est ille *Syracusanus* Δημαγωγός: ille *Syracusanae* plebis Προστάτης & *patronus*: ille *Hermocratis* adversarius & aemulus in republica. de quo sic memoriae prodit *Thucydides* L. VI. C. XXXV. ὀλίγον δ' ἦν τὸ πιστεῦον Ἑρμοκράτει καὶ φοβούμενον τὸ μέλλον. παρελθὼν δὲ αὐτοῖς Ἀθηναγόρας, ὃς δήμου τε προστάτης ἦν καὶ ἐν τῷ παρόντι πιθανώτατος τοῖς πολλοῖς, ἔλεγε τοιάδε. *Pauci fidem habebant Hermocrati, & futurum timebant. in medium autem ipsis prodiit Athenagoras, qui plebis tum princeps & patronus erat, & in praesenti eloquentia populari apud vulgus in primis*

pol-

pollebat. Nimirum ſic fidem meruerit, dum caſum narrat, qui ſuo tempore acciderit: quem omnes *Syracuſis* degentes norint, cujus ipſe quaſi αὐτόπτης eſſe potuerit. Nec mireris hunc *Athenagoram* a Noſtro vocari ῥήτορα, qui *Thucydidi* προστάτης τοῦ δήμου audiat. *patronus plebis*. nam munus hoc utrumque *Athenis* & alias erat conjunctum. *Pericles*, *Demoſthenes* fuerunt ῥήτορες, δημαγωγοί, προστάται τοῦ δήμου. *Xen*. de *Glaucone* L. III. *Mem*. p. 772. A. ὅτ' ἐπεχείρει δημαγωγεῖν, ἐπιθυμῶν προστατεύειν τῆς πόλεως. *quum Glauco oratoris uſurpare munus & patronus eſſe civitatis cuperet*. *Ulp*. ad *Demoſth*. de *Cor*. p. 485. D. Προεστηκόσιν. Δημαγωγοῖς. *Demoſth*. ibidem p. 488. E. σύμβουλον καὶ ῥήτορα. *Schol*. *Ariſtoph*. *Equit*. 1125. προστάτην (τὸν προιστάμενον τοῦ δήμου. τουτέστι δημαγωγόν.) inde Δημάδης Ἀθηναῖος, vocatur ῥήτωρ καὶ δημαγωγὸς *Suidae*. Non mirum igitur ſi accommodatiore ad ſua tempora vocabulo *Athenagoram* adpellarit *Rhetorem*. licet forſitan *Libanii*, *Eunapii*, *Rhetores*, magnifici ſatis viri, ut qui pro ſuis & aliorum patriis tot legationes obierint: licet, ajo, horum dignitas ſatis fuerit ampla, ut inde aliqua portio ad ὑπογραφέας deſcendere potuiſſet, praeſtat tamen, ut hujus *Athenagorae*, qui vivebat tempore *Hermocratis*, ſe jactet ὑπογραφέα. *a manu fuiſſe*.

Accipiamus autem vocem ὑπογραφέα, quo ſenſu videtur circa ſeriora tempora coepiſſe uſurpari, & quo *Damaſcenus* ille *Nicolaus* dictus fuit ab *Conſtantino*, *Herodis* ὑπογραφεὺς quem nemo, qui *Joſephum* inſpexerit, ambiguerit, illuſtri in loco apud hunc *Judaeorum* regem fuiſſe.

Nec omnino obſtiterit ὑπογραφεῖς, γραμματεῖς *ſcribas*, *notarios*, *Romae*, *Athenis*, immo forte *Syracuſis*, in numerum relatos ſervorum publicorum, ὑπηρετῶν, δούλων, δημοσίων οἰκετῶν.

Nam licet *Demoſtheni* in *Leptinea* p. 565. C. *Dionyſius* major per contemtum vocetur γραμματεὺς, ὑπηρέτης. in noſtram cauſſam ſuffecerit opponere *Ulpiani Scholion*, quo dicit εἴρηται δὲ ὑπὸ τινῶν, ὡς οἱ παρὰ τοῖς Συρακουσίοις γραμματεῖς σεμνοί τε εἰσὶ καὶ ἔνδοξοι, καὶ οὐχ οἱ παρὰ Ἀθηναίοις. *dictum eſt a quibusdam, quod apud Syracuſanos ſcribae, grammateis venerabiles & illuſtres fuerint, at non apud Athenienſes*. Dico ſufficere grammateis & ſcribas *Syracuſis* honorabiliores fuiſſe habitos, ex teſtimonio & opinione quorundam. licet re vera non honoratos valde fuiſſe etiam Syracuſis merito ſtatuat Cl. *Interpres Diodori* L. XIII. 96. Quid quod non modo *Syracuſis* a quibusdam honorato loco fuiſſe ſcribae perhibeantur: ſed *Corn*. ipſe *Nepos* in *Eumene* C. I. apertis verbis ſine exceptione, quae tamen circa *Athenienſes* prudentius adjecta fuiſſet, teſtetur in omnibus civitatibus *Graecis* ſcribas eſſe ſpectabili gradu. en verba: *Itaque eum habuit ad manum ſcribae loco: quod multo apud Graecos honorificentius quam apud Romanos. nam apud nos, revera ſicut ſunt, mercenarii ſcribae exiſtimantur. at apud illos contrario nemo ad id officium admittitur, niſi honeſto loco, & fide, & induſtria cognita, quod neceſſe eſt omnium conſiliorum eum eſſe participem*.

Non

Non igitur puduerit Charitonem officii, quo Eumenes apud Philippum, Nicolaus apud Herodem functi fuisse traduntur.

Haec omnia simul si consideres, aliqua forte in mea hariolatione hac probabilitas inesse visa fuerit. sin minus: non plane a fabulosis Cha ri tonis narrationibus abhorrens πάρεργον haec mea opinio habeatur, donec certiora de auctore hoc, quod equidem velim, testimonia emerserint & documenta.

De aetate vero Charitonis, stylo, secta, & quae hujus notae plura, in praefatione sufficienter disputata fuerunt.

P. 1. Vs. 2. Πάθος ἐρωτικὸν διηγήσομαι,] διηγήσασθαι, est historicorum. inde Hesychius. διήγημα, ἱστορία. Thucyd. L. VI. LIV. τὸ γὰρ Ἀριστογείτονος καὶ Ἁρμοδίου τόλμημα δι' ἐρωτικὴν συντυχίαν ἐπεχειρήθη. ἣν ἐγὼ ἐπὶ πλέον διηγησάμενος. ita Luciano, Quomod. Hist. Scr. §. 30. p. 41. τῶν πραχθέντων ἀφήγησις. vult enim vera narrare videri Charito. Praeter Plutarchi ἐρωτικὰς διηγήσεις, Conon quidem suas quoque fabulas vocat διηγήσεις: si Phothius Cod. CLXXXVI. p. 424. sincerum titulum servavit: sed verae historiae fidem ipsis tribui & hic auctor voluit, & vera multa sane admiscentur.

Ammonius & Thomas Magister volunt inter διήγημα & διήγησις illud esse discrimen, quod inter ποίημα & ποίησις. & hac ratione Conon διηγήματα, at Chariton διήγησιν opus suum nominare debuissent. sed his legibus non paretur circa has voces & alias similes.

P. 1. Vs. 2. ἐν Συρρακούσαις] Vid. L. VII. II. 115. 22.

P. 1. Vs. 2. γενόμενον] & hoc historicum. itaque non dicit ὑμνημένον. τεθρυλημένον. sic Thucyd. enarrat πόλεμον τὸν ἀξιολογώτατον τῶν προγεγενημένων. ita Phothius de Acestoride opponit τὰ ψευδῆ τοῖς γεγενημένοις. ita pater historiae Herodotus Historiam scripsit, ὡς μήτε τὰ γενόμενα ἐξ ἀνθρώπων τῷ χρόνῳ ἐξίτηλα γένηται, μήτε ἔργα μεγάλα τε καὶ θωυμαστά, τὰ μὲν Ἕλλησι, τὰ δὲ βαρβάροισι ἀποδεχθέντα, ἀκλεᾶ γένηται· τάτε ἄλλα καὶ δι' ἣν αἰτίην ἐπολέμησαν ἀλλήλοισι. Quem in locum St. Berglerus crisin, ut mihi videtur, infeliciorem exercuit, pro γενόμενα substituens λεγόμενα. quam legas in Actis Lipsiensibus Anni MDCCXVI. p. 380. Ut alia ejus taceam argumenta, levi opera sane refellenda, ut quum contendat sic bis idem turpiter dixisse Herodotum: quasi ἔργα μεγάλα & θαυμαστὰ nihil distarent a τοῖς ἁπλῶς γενομένοις: & idem esset μὴ ἐξίτηλα τῷ χρόνῳ γενέσθαι & ἀκλεᾶ γενέσθαι. advocat opinionis praecipuum fulcrum, Dionysii Halicarnassensis locum ex Epist. ad Cn. Pompejum. Tom. II. p. 206. ubi sic legitur. Ἐκεῖνος [Ἡρόδοτος] μὲν γὰρ κοινὴν Ἑλληνικῶν τε καὶ βαρβάρων πράξεων ἱστορίαν ἐξενήνοχεν, ὡς μήτε τὰ γενόμενα ἐξ ἀνθρώπων ἐξίτηλα γένηται, μήτε τὰ ἔργα, καὶ ἅπερ αὐτὸς εἴρηκε. Prima sane specie hic locus adducendus videretur, ut τὸ γενόμενα confirmaretur, si esset lectio varians τὰ λεγόμενα. At quid! sumit Vir doctissimus

simus, quod ante probasse debuisset, *Correctorem aliquem hunc locum depravatum in memoria habuisse.* si est depravatus locus Dionysii & male exhibet γενόμενα pro λεγόμενα, est etiam Herodotea lectio corrupta. at hoc demonstrare qui poterit Berglerus! „ Ex his, inquit, postremis ad„ paret λεγόμενα legisse: clare enim distinguit inter τὰ ἔργα καὶ ἅπερ αὐτὸς „ εἴρηκεν. & si γενόμενα legitur, non est, quo referatur καὶ ἅπερ αὐτὸς εἴρη„ κε." Sed inventi amore abreptus vir eruditissimus, non vidit illud Dionysii καὶ ἅπερ αὐτὸς εἴρηκε, respicere tertiam periodi Herodoteae partem: τά τε ἄλλα καὶ δι' ἣν αἰτίην ἐπολέμησαν ἀλλήλοις. Non concipere possum, qui Berglerus suum τὰ λεγόμενα & ἅπερ αὐτὸς εἴρηκε eadem esse duxerit & se respicere. Nam τὰ λεγόμενα sunt dicta ab hominibus, ab aliis: At ἅπερ αὐτὸς εἴρηκε, quae ipse Herodotus dixit. quomodo igitur se haec invicem tangant & eadem sunt?

Imo belli caussae, vitia, modi, fortunae ludus & principum & populorum inimicitiae sunt, quae ipse Herodotus εἴρηκε. haec non erant adeo τὰ γενόμενα & τὰ ἔργα: sed erant τῶν γενομένων & τῶν ἔργων αἰτίαι *caussae*: quas posteris prodere & explicare Historici est munus praecipuum: quum τὰ γενόμενα & τὰ ἔργα recensere nude Chronographi & annalium aridorum scriptoris sint partes. hinc Tacitus 1. Histor. 4. *Ut non modo casus eventusque rerum, qui plerumque fortuiti sunt, sed ratio etiam caussaeque noscantur.*

Et scire vellem, qua arte Berglerus amovisset Luciani auctoritatem, qui libro Quomodo Hist. Scrib. §. 54. hunc locum Herodoti sic laudat. Ἡρόδοτος μὲν, ὡς μὴ τὰ γενόμενα ἐξίτηλα τῷ χρόνῳ γένηται, μεγάλα καὶ θαυμαστὰ ὄντα, καὶ ταῦτα, νίκας Ἑλληνικὰς δηλοῦντα καὶ ἥττας βαρβαρικάς. ubi aperte γενόμενα legisse eum constat: qui (an & Lucianus corruptum locum in memoria habuit) retulerit μεγάλα & θαυμαστὰ ad eam vocem: & ne cogitasse quidem potuit de altera lectione λεγόμενα.

Quod si contendat transiluisse Lucianum vocabulum ἔργα, quia ταυτόλογον, nihil dixerit: nam Lucianus non ad verbum Herodotum exscribit, sed ejus sensum exhibet: ἔργα sunt ἔργα πολεμικά. πόλεμοι. quae ἔργα ille expressit ἰσοδυνάμοις vocibus νίκαις καὶ ἥτταις. Hunc nodum solvisse oportebat Berglerum, quem non ignorare poterat. nam Samosatensis locum J. Gronovius attulerat. praeterea si Herodotus voluisset λεγόμενα ἐξ ἀνθρώπων, potius dixisset τὰ λεγόμενα ἐν ἀνθρώποις. nam τὰ λεγόμενα ὑπ' ἀνθρώπων referre, potius fuisset Plutarchi, qui ἀποφθέγματα illustrium virorum scripsit.

Quod autem Berglerus dicit τὰ λεγόμενα commemorasse, ne sibi imputaretur, si falsa narrasset: egregium sane historicum nobis ante oculos ponit: qui polliceatur nobis traditurum non vera: non hausta ex fidis monumentis: non accepta ab hominibus fide dignis: αὐτόπταις: vel

quae ipse per se cognovit: sed τὰ λεγόμενα: *vulgi fabulae*: *famae ludibria*: *incerta*. Nam ita τὰ λεγόμενα τοῖς ἔργοις opposita notant *falsa*, *mendacia*, *inania*, ut λόγος & ἔργον. locutio φωνὴ ἐξ ἀνθρώπων, est ex iis quae pro loco varium habent sensum. alioqui verba haec facile commisceri fateor. ap. *Strabon*. VII. 504 & 506. *Plat*. *Tim*. 61. C.

P. 1. Vs. 3. Ἑρμοκράτης] *Hermonis* filius, praetor *Syracusis* fuit cum quindecimo primum. *Thucyd*. VI. 72. sed mox bello cum *Atheniensibus* ingruente, cum solis duobus aliis praetorem declararunt *Syracusani*. *Thucyd*. VI. 73. hunc magistratum saepius, etiam post rejectos a *Sicilia Athenienses*, gessit. sed deinde exsilio multatus cum rediisset, popularitas ipsum tueri nequiit, & in foro a contraria factione trucidatus periit. *Diodor*. L. XIII. 75. Insigne testimonium ap. *Xenoph*. I. H. H. 441.

P. 1. Vs. 3. Οὗτος ὁ νικήσας Ἀθηναίους] Merito victoria illa insignis de *Atheniensium* classe & exercitu reportata soli *Hermocrati* attribuitur, cujus opera & consilio in primis totum bellum istud administratum & profligatum fuit. Sed cum mox L. I. XI. 15. 2. & aliis locis dicat de ipso ὁ ταύτῃ τῇ θαλάσσῃ τριακοσίας ναῦς Ἀθηναίων καταναυμαχήσας, a veritate paullum deflectit auctor. nam cum *Atheniensium* navales copiae captae & deletae, vel fugatae fuerunt, non *Hermocrates*, sed classiariis praefuerunt *Sicanus* & *Agatharchus*. *Thucyd*. VII. 70. Quin isto tempore multum aberat, ut, quae vellet, posset in re militari, qui privato consilio, non auctoritate, rem gesserit, quatenus utilia putabat. R. P. futura. ut patet ex *Thucydide* L. VII. 73. *Plutarch*. *Nicia*. p. 241. 245. Color autem, quo quis aliquid fecisse perhibeatur, quod quis jusserit, non est hujus loci, nec eo effugio opus. Nam licet fabulae hujus auctor veritatem historicam adfectet, suo jure eventus quosdam inmutarit, & accommodarit hypothesi suae, feceritque ad dignitatem Callirrhoae, primariae dramatis personae, ut pater *Hermocrates* non tantum esset, πρωτεύων τῶν πολιτῶν, ut *Diodorus* eum vocat: vel auctor feliciter gesti contra *Athenienses* belli praecipuus: sed ut esset etiam is, solus & unus, qui insignem istum navalem triumphum reportasset. Huic enim scriptorum generi, si modo non nimis aperte in historiam peccent, quando tale argumentum tractare elegerint, licentia minores casus & eventus reformandi concedenda est: quam tamen negarim, licet poëtis, *Lucanis* & *Siliis* & si qui historicam veritatem in epicam fabulam fingere temerario & inconsulto ausu conati fuerint.

P. 1. Vs. 4. Εἶχε θυγατέρα Καλλιῤῥόην] Revera filiam habuit *Hermocrates*: quam *Dionysius* major, *Siciliae* tyrannus, duxit, ut tam pollentis viri adfinitate se succingeret ad R. P. invadendam. Insigni autem errore *Hub. Goltzius* & alii huic *Dionysio* dederunt patrem *Hermocratem* & avum *Hermonem*, cum hic modo prosocer, ille socer fuerit: in eam hallucinatio-

nem deducti, quia revera *Dionysio* pater fuit & ipse *Hermocrates*, sed non *Hermonis* filius: verum hominis ultimae sortis & qui patrem ciere nequiret. quipque cum *Dionysii* ille ipse verus pater fuerit ὀνηλάτης. *asinorum agitator*: proinde & avus similibus sordibus inquinatus merito statuatur. quem errorem notarunt Viri eruditissimi *J. Perizonius* ad *Aeliani* V. H. XII. 46. & *P. Wesseling.* ad *Diodori* L. XIII. 96. vid. *Demosth. Leptin.* p. 565. C. *Ulpian.* Haec autem filia *Hermocratis* eademque uxor *Dionysii* in equitum trucidata tumultu miseram vitae finem fecit.

Mirum autem neminem nobilissimae hujus feminae nomen tradidisse, cum *Diodorus* L. XIV. 44. duas uxores, quas mortua hac *Hermocratis* filia duxerat *Dionysius* eodem tempore, commemorarit.

An *Charito* nomen verum filiae *Hermocratis* prodiderit, in incerto.

P. I. Vs. 4. Θαυμαστόν τι χρῆμα παρθένου] adponam modo geminum locum ut adjuvem. unum *Heliodori.* L. VIII. p. 374. *Edit. Commelin.* uti legitur in *Codice Taurinensi*: καὶ γὰρ εἶναι τὸ χρῆμα τοῦ νεανίου τῆς αὐλῆς βασιλέως καὶ τραπέζης ἐπάξιον. vulgo βασιλείας. lectio *Cod.* non deterior. sed male εὖ tantum pro εἶναι τὸ adparet. alterum *Eunapii* p. 152. Θυγάτρια δὲ αὐτοῖς ἐγενέσθην τοσοῦτον παραλλάττοντα κατὰ τὴν ἡλικίαν χρόνον, ὅσος ἐς τὸ κυεῖν καὶ γίνεσθαι καταναλίσκεται [sic recte *H. Junius*, confirmante libro *Barberiniano*] προελθόντα δὲ εἰς ὥραν, ἐν ᾗ πάγκαλον τι χρῆμα καὶ μακάριον παιδίον, καὶ τὴν τοῦ πατρὸς ψυχὴν ὑφ' ἡδονῆς ἀνασείσαντα, ἐν ὀλίγαις ἡμέραις ἄμφω τοὺς πατέρας ἀπέλιπεν. adeo nihil hic intellectum fuit, ut Proaeresio *Filium* quoque fuisse natum adfirment, qui certe numquam exstitit. tu sic interpretere. *filiae vero ipsis natae fuerunt tantum aetate distantes, quantum tempus requiritur inter conceptionem & puerperium* [id fere decem vel undecim mensium] *progressae vero ad illam aetatem, in qua infantes formosissimi & beatissimi esse solent, & cum patris animum prae voluptate exsultare facerent, intra paucos ambae dies patrem & matrem morte destituerunt.* Interstitium inter conceptionem & partum animadvertunt *Plutarch Rom.* 51. & *Sext. Emp. Adv. Astrol.* 345. 55.

P. I. Vs. 4. Ἄγαλμα τῆς ὅλης Σικελίας] *decus. ornamentum. gaudium. voluptas. Euripid. Helena* Vs. 207. de Castore & Polluce Διδυμογενὲς ἄγαλμα πατρίδος. abunde de hac vocis vetustiore notione egerunt V. V. C. C. *Jo. Alberti* ad *Hesych.* & *L. C. Valken.* ad *Ammon.* III. C. II. Pro ξοάνῳ, *recentiore notione*, tamen jam adhibuit *Theocritus* in *Mortuo Adonide*

Τὸν ἄνδρα τὸν καλόν σευ
Οὐκ ἤθελον πατάξαι,
Ἀλλ', ὡς ἄγαλμ', ἐσεῖδον.

sic haec distinguenda credo, & intelligenda, quasi Aper dicat, se sine adfectu primum vidisse *Adonin*, ut pulchram statuam. *Appul.* de *Psyche* L. IV. *Metam.* 85. 27. *mirantur quidem divinam speciem, sed ut simulacrum*

fa-

fabre politum mirantur omnes. Tacit. Dial. de Orat. C. 10. *transit & contentus est: ut si picturam aliquam vel statuam vidisset.* at mox exarserit fera. & ideo subjungitur

Καὶ μὴ φέρων τὸ καῦμα,
Γυμνὸν τὸν εἶχε μηρὸν
Ἐμαινόμην φιλᾶσαι.

uti *Appul.* L. v. 103. 19. de *Lucerna*, *Lucerna illa . . sive quod tale corpus contingere & quasi basiare & ipsa gestiebat.* videatur *Achilles Tatius* L. v. p. 303. ὥστε ἂν ἰδὼν αὐτὴν, εἴποις ἄγαλμα. & *Heliod.* 11. p. 123. καθάπερ ἀρχέτυπον [vertitur quasi ἀρτίτυπον] ἄγαλμα πᾶσαν ὄψιν καὶ διάνοιαν ἐφ' ἑαυτὴν ἐπιστρέφει

P. 1. Vs. 4. Καλλιῤῥόην] Inter alias *Plutarchi* Ἐρωτικὰς Διηγήσεις est una, in qua *Callirrhoe* primam personam agit. exstat *Tom.* 11. p. 774. & sic incipit. Φῶκος Βοιώτιος μὲν ἦν τῷ γένει, ἦν γὰρ ἐκ Κλεισαντος, πατὴρ δὲ Καλλιῤῥόης, κάλλει τε καὶ σωφροσύνῃ διαφερούσης. Ταύτην ἐμνηστεύοντο νεανίαι τριάκοντα εὐδοκιμώτατοι ἐν Βοιωτίᾳ. ut hinc suae heroidi nomen indiderit, fieri potest. *Callirrhoe Oceani* filia *Hesiodo* celebratur in *Theog.* 288. qui versus ab *Juntina* abest, sed a *Codd.* agnoscitur. plurimi fontes hoc nomine. fluvius *Callirrhoe* ap. *Val. Flacc.* L. v. 77. recte in *Callichorus* emandatum. de *Callirrhoe* L. 11. v. 30. 1.

P. 1. Vs. 6. Νηρεΐδος] fere Νηρηΐς. vide 11. iv. 28. 5. sic Ερichθειδῶν. ap. *Plutarch. Romulo* p. 83. ubi *Cod.* tamen Ἐρεχθηιδῶν.

P. 1. Vs. 6. Τῶν ὀρειῶν] licet in genere intelligere *nymphas* agrestes: *dryades*: *hamadryades*: *napeas*, non tantum *oreades*. omnes formosae. *Oreades Val. Flacco* L. vii. 390. vocantur *montana numina*, ut reor.

Et jam jam magico per opaca silentia Colchis
Coeperat ire sono, montanaque condere vultus
Numina, cumque suis averti collibus amnes.

Ovid. iv. *Epist.* 170. *Sic faveant Satyri*, montanaque *numina Panes. Fastor.* 11. 307. *Vidit, & incaluit*, montanaque *numina*, *dixit.* vulgo *monstrata.* τὸ *amnes cum collibus* adjuvet *Virgilius* canens L. 11. *Aen.* 305.

— *& rapidus* montano flumine *torrens.*

P. 1. Vs. 6. Ἀφροδίτης παρθένου] *Theocr. Idyll.* xii. 4. Ὅσσον παρθενικὴ προφέρει τριγάμοιο γυναικός. *Aristaen.* 11. *Ep.* vii. καλὴ γὰρ ἦν καὶ παρθένος. Auctor *Hymni in Venerem* vs. 81.

Στῆ δ' αὐτοῦ προπάροιθε Διὸς θυγάτηρ Ἀφροδίτη,
Παρθένῳ ἀδμήτῳ μέγεθος καὶ εἶδος ὁμοίη.

Veneris tamen παρθένου titulum non obvium habui apud *Graecos*. Ἀφροδίτης νύμφης meminit *Pausan.* L. 11. C. xxx. 1. sed *J. Firmicus* de *Error. Prof. Relig.* p. 12. *Veneris Virginis, si tamen Veneri placuit aliquando Virginitas.* & *Appulejus.* L. x. 233. 26. ait: *super has introcessit alia, visendo decore & praepollens gratia coloris ambrosei, designans Venerem: qualis fuit Venus, cum*

 fuit

fuit virgo. idem L. IV. p. 83. 20. dicit, *sed terras Venerem aliam virginali flore praeditam pullulasse.* quem locum si inspicias, dixeris *Charitonem* fuisse aemulatum *Appulejum*, vel utrosque ex uno fonte, *Lucio* illo *Patrensi*, sua hausisse. *Cod.* meus illud *&* in primo *Madaurensis* loco inserit.

P. I. Vs. 7. Μνηςῆρες] *Apographum* fideliter hic *Codicis* siglum expresserat μνηςῆρ^{ς} vid. B. *Montefalconii Palaeogr.* p. 346. Omnes fere *Romanensium* fabularum consarcinatores hunc locum tractarunt, atque profecerunt ex *Herodoto*, qui veram historiam de *Agaristae* procis venustissime depinxit. L. VI. C. 126. Confer & *Plutarchi Amatorias Narrationes* & *Appulejum* locis laudatis, quem ultimum huc advocavit *Ant. Maria Salvinus*, elegantiarum Latinarum & Graecarum in Italis olim promicondus.

P. I. Vs. 9. Ἐξ Ἰταλίας καὶ Ἠπείρου] apud *Herodotum* l. l. *Itali* & *Epirotae* primi inter *Agaristae* procos. nam *Epiros* hic *regionem*, non vero *continentem* notat. alioqui nihil vetaret, ut locutione tralatitia auctor potuisset scribere ex *Italia & continente*: ut *Athenis & Graecia.* ut *Macedonia & Europa.*

P. I. Vs. 9. Ἠπείρου........ων ἐν Ἠπείρῳ.....] supplendum reor: Ἠπείρου καὶ τῶν πολλῶν ἐν Ἠπείρῳ νήσων. intellige *Corcyram*, *Cephaleniam* & alias. Ἐν hic notat, ut saepe, *viciniam.* ut ap. *Xen.* K. A. 253. C. Μυριάνδρον ἐν θαλάττῃ. *Herodot.* VIII. 5. κατέμειναν ἐν τῇ Εὐβοίῃ αἱ νῆες. V. 115. Ἴωνες ἐν Κύπρῳ ναυμαχήσαντες. ubi *J. Gronov.* vide *Thucyd.* VII. I. τὰς ναῦς ἀνειλκυσαν ἐν Ἱμέρᾳ. *Strabo* III. 246. ἐν τῷ Ἴβηρι. *J. Perizonius* ad *Aelian.* II. 25.

P. I. Vs. 9. δὲ Ἔρως κράτος.....εας συλλέξας...] sensum verborum fuisse arbitror, qui in his *Heliodori* L. IV. 164. ἀγωνοθετοῦντος καὶ βραβεύοντος Ἔρωτος, καὶ δι' ἀθλητῶν δύο τούτων καὶ μόνων, οὓς ἐζεύξατο, μέγιστον ἀγώνων τὸν ἴδιον ἀποφῆναι φιλονεικήσαντος. vel qui in *Diodori* verbis L. XX. 457. τῆς τύχης ὥσπερ ἐπιτηδὲς ἐπιδεικνυμένης τὴν ἰδίαν δύναμιν. expleas igitur tali fere modo. ὁ δὲ Ἔρως κράτος ἴδιον, πάντας συλλέξας, ἀπέφηνε vel ἐπεδείξατο. si εας revera in autographo [nam fuligo primam hanc paginam misere obfuscavit,] de voce βασιλέας posset cogitari. βασιλεῖς enim regum liberi. sed sensus non ita plenus erit. nisi velis *Charitonem* ideo modo potentiores hos procos in unum coactos dicere, ut Amor, qui nec genus, nec divitias curat, invitis his omnibus *Chaeream*, idiotam, victorem constituens, vires suas ita illustriore modo ostentet.

P. I. Vs. 10. Χαιρέας] *Thucyd.* VIII. 74. memorat Χαιρέαν τὸν Ἀρχεστράτου, Ἀθηναῖον. Apud *Romanos* cognomen fuit. famosus *Cassius Chaereas*, qui *Cajo* insidias struxit. in Romana comoedia & passim.

P. I. Vs. 10. Χαιρέας γάρ τις ἦν, μειράκιον εὔμορφον, πάντων ὑπερέχον, οἷον Ἀχιλλεὺς παρ' Ομήρῳ κάλλιστος λέγεται, ἢ Ἀλκιβιάδης] ita haec confidentius scribo.

P. I. Vs. 10. Ἔυμορφον] vocabulum hoc jejune in Lexicis comparet: cum

cum eo Herodotus, Plato & quis non in omnibus gradibus utatur. Xen. Ephes. L. I. C. v. in loco vexato obiter e codice sic scribendum scias. τί δὲ τοῖς σοῖς ὀφθαλμοῖς, Ἁβροκόμη, εὔμορφος Ἀνθία; ἀλλ' ἐὰν θέλῃς, εὐχὶ σοί. δεδόχθω ταῦτα. οὐκ ἄν ἔρως ποτέ μου κρατήσαι.

P. I. Vs. II. Παρ' Ὁμήρῳ] sic Ant. Mar. Salvinus vel Ant. Cocchius praeivit. noster nomine tenus nullum praeter Homerum poëtam laudat, nec integros versus alius profert. L. V. v. 87. 23. ὁ θεῖος ποιητής. L. II. III. 26. 22. Ὁμήρου διδάσκοντος. de pulchritudine Achillis, si tanti, consule Schol. Homeri Iliad. A. 131. Platon. Symp. 180. A.

P. I. Vs. 12. Ἀλκιβιάδης] Pater & filius hac laude celebrantur. Xen. I. Memor. 715. B. Max. Tyr. XIII. 7. Aristaen. I. XI. & qui non? Nisi sequentis vocis in initio defectus totam sibi vindicaret lacunam, adjicerem lubens ὁ Κλεινίου. ad periodi explementum.

P. I. Vs. 12. . . . κνυουσι] Si a proditis elementis non recedendum, legi debet ἐπιδεικνύουσι. alioqui posses, λέγουσι. ὁμολογοῦσι, μνημονεύουσι. ὑμνοῦσι.

P. I. Vs. 12. Πατρὸς Ἀρίστωνος] suppleri potest. εἶναι vel φῦναι ἐπιδεικνύουσι vel etiam infinitivos omittere licet. sic Strabo VII. p. 503. τῶν Βακχιαδῶν γένους ὄντι. Pindar. Olymp. II. 40. ἐκ Διὸς [εἶναι] εὔχονται. sic φῦναί τινος & ἐκ τινός. Plat. VI. de L. L. 772. ἀγαθῶν πατέρων φῦντι. Eurip. Phoenis. vs. 9. τοῦδε Λάβδακον φῦναι λέγουσι. Sophocl. Antig. vs. 878. Οἵων ἐγώ ποθ' ἁ ταλαίφρων ἔφυν. ✝. Vann. Criticam C. VII. p. 139 & 164.

P. I. Vs. 12. Ἀρίστωνος] Nomen obvium Latinis ARISTO. CL. Murator. in Thesauro CMXI. 3.

NICE. LIVIAE. L	APHAREUS. IULIAE
ORNATR	AUG. L. OPSON
ARISTO. LIVIAE. L	DAT
	LIVIAE HILARAE

ex Cl. Gorii Tom. II. Inscr. Etrusc. 445. Muratorius autem notat. *hujus muneris* [obsonatoris] *exemplum lapides nondum dederant*. at si inspexisset Tom. I. ejusdem elegantissimi operis p. 233. comperisset dudum Reinesium, Fabrettum & Sponium hunc ipsum lapidem dedisse & proinde ante seculum hoc munus ex lapidibus jam notum fuisse. imo idem Sponius Miscell. Erud. Antiq. p. 214. etiam alio in lapide hunc titulum exhibuerat, sed quem nobis ceu novum apponit Murat. ex schedis istis Ptolomeis p. CMXVI. cum & protulisset Reinesius Cl. IX. 42. ubi more suo docte agit de hoc officio.

Hic autem usus licentia Chariton. nam Chaereas fuit filius non Aristonis, sed Archestrati ap. Thucydiden, ut vidimus, & tamen Ariston etiam

etiam tralatus ex historia belli Atheniensis. nam hic Ἀρίστων ἄριστος κυβερνήτης τῶν μετὰ Συρακουσίων. dicitur Thucydidi L. VII. C. 59. & quae vera fuisse vidimus de politica discordia inter Hermocratem & Athenagoram transposuit in Aristonem.

P. 1. Vs. 13. Τὰ πρῶτα φερομένου] Ulpian. ad Demosth. περὶ παραπρ. 339. c. dicit ἀποφέρεσθαι τὰ πρῶτα. nostri locutio passim obvia & illustrata. illam offenderis rarius.

P. 1. Vs. 14. . . . . . . ἐν αὐτοῖς πολιτικὸς φθόνος . . . ἐν πᾶσιν ἢ ἀλλήλοις. ε . . . ανο . . . ἐστιν ὁ ἔρως] Ad sensum ita posses redintegrare. πάλαι δὲ ἐνέπεσεν αὐτοῖς vel ἐγένετο ἐν αὐτοῖς πολιτικὸς φθόνος, ὥστε ἐν πᾶσιν ἀλλήλοις ἐναντιοῦσθαι. Thucyd. I. 127. ἄγων τὴν πολιτείαν ἠναντιοῦτο πάντα Λακεδαιμονίοις. posses etiam alia. ὥστε ἐν πᾶσιν ἀλλήλοις εἶναι διαφόρους. ita loquuntur optimi auctores, qui saepe memorant urbium rectores διαφόρους τὰ πολιτικά.

P. 1. Vs. 14... ἐστιν ὁ Ἔρως] Suppleverim φιλόνεικός ἐστιν ὁ Ἔρως. Noster ὅτι φιλόνεικός ἐστιν ὁ Ἔρως. L. IV. VII. 76. 15. & L. IV. V. 70. 3. ἡ φιλόνεικος τύχη. auctor hic, ut plerique, suis gaudet formulis. si quis alia decem epitheta comminisci velit, certiores de vero supplemento non erimus. Xenoph. Eph. 1. p. 2. ait φιλόνεικος γὰρ ὁ θεὸς [Ἔρως] καὶ ὑπερηφάνοις ἀπαραίτητος. ut recte Cl. Hemsterhusius, licet codex non adstipulari videatur. cui mox tamen adsentitur emendanti ἐζήτει pro ἐξῄτει.

P. 2. Vs. 1. Εζητηον δὲ τοιόνδυ σι κα . . . . καὶ πᾶσα . . . . . αι . . . . . ος ἀπη . . . . εἰς τὸν νεών. τε . . . . προήγαγεν. κελεύσαντος προσκυνῆσαι. . . . . χαιρέας. . . γυμνάσιον.] Haec misere adeo sunt corrupta, ut spes redintegrandi merito omnis abjiciatur: certe quod ad ipsa verba. sensum forte in plerisque, si non ipsissimum auctoris, saltem verosimilem exhibere licuerit. periculum igitur faciemus, an scriptoris sententiam adsequi potuerimus: singulorum supplementorum rationem redditur.

Ἐζήτει οὖν τοιόνδε τινα καιρόν. Ἑορτὴ τῆς Ἀφροδίτης ἤγετο, καὶ πᾶσα ἡ νεολαία ἐπιχώριος ἀπῄει εἰς τὸν νεών. τελεσθείσης δὲ τῆς πομπῆς προήγαγε Καλλιρρόη, τοῦ πλήθους κελεύσαντος προσκυνῆσαι ὥσπερ θεάν. Χαιρέας δὲ λιπὼν τὸ γυμνάσιον ἐβάδιζεν ἐνθάδε, στίλβων ὥσπερ ἀστήρ. ἐπήνθει γὰρ αὐτοῦ τὸ στῆθος ἐκ τῆς παλαίστρας. αἱ παρειαὶ δέ, ὥσπερ ἄργυρος ἢ χρυσός. Ἐκ τύχης ὁ Χαιρέας καὶ Καλλιρρόη ἐν τῷ τεμένει συνέπεσον ἀλλήλοις, τοῦ θεοῦ πολιτευσαμένου τήνδε τὴν σύνοδον. Τῆς θεᾶς δὲ μηχανηθείσης ἐρωτικὸν ἀντέδωκαν ἀλλήλοις ἕλκος νειόθεν. Χαιρέας οἴκαδε μετὰ τοῦ τραύματος ἀπῄει, τὴν ἧτταν περιστέλλων δι' ἀνδρείαν, καὶ καταπεσεῖν μὲν αἰδούμενος δῆλος ὤν. Ἡ δὲ παρθένος τῆς Ἀφροδίτης τοῖς ποσὶ προσέπεσε καὶ καταφιλοῦσα. Τί με, εἶπε, καλὸν ἄνδρα τοιόνδε κατὰ τὸν νεὼν σὸν ἔδειξας; *speculabatur igitur talem occasionem. Festus dies Veneris agebatur, & universa juventus Syracusana abibat ad tem-*

templum ejus. pompâ vero completâ processit Callirrhoe, plebe [obvios] jubente illam adorare ceu deam. Chaereas vero, relicto gymnasio huc tendebat, splendens, ut astrum. nitescebat enim ejus pectus ex palaestra & *genae ceu argentum aut aurum. Forte fortuna Chaereas & Callirrhoe sibi obvii fiunt, Cupidine hunc congressum moliente. Venere vero machinante amatorium invicem sibi penitus dant vulnus. Chaereas domum ita saucius abibat, cladem celans prae animi magnitudine & succumbendi pudorem prae se ferens. Virgo vero Veneris advolvit se pedibus, & osculata, Cur mihi, ait, tam pulchrum virum in tua aede ostendisti?* Jam singulorum rationem reddemus breviter.

In Veneris festo Amantum primi congressus vel in Dianae vel Apollinis vel alius numinis sollemniore panegyri accidisse fere finguntur. sic jam apud Theocrit. II. Idyll. vs. 67. occasione pompae in Dianae nemus ductae Simaetha Delphidos amore irretitur. sic ap. Musaeum. vs. 42.

Δὴ γὰρ Κυπριδίη πανδήμιος ἤλυθεν ἑορτή.

ap. Xen. Ephes. L. I. p. 2. ἤγετο δὲ τῆς Ἀρτέμιδος ἐπιχώριος ἑορτή. ap. Heliodorum L. IV. 164. in Apollinis festo die Delphis Theagenes & Chariclea mutuum concipiunt amorem. vid. P. D. Huetium de Orig. Fabularum Romanensium, p. 57. Verum ipse Clariton, quod majoris ponderis, aliis locis revera hoc accidisse in Veneris festo disertis verbis adfirmat. ut L. III. VI. 53. 8. ubi Chaereas dicit. Σύ μοι, δέσποινα, πρώτην Καλλιῤῥόην ἔδειξας ἐν τῇ σῇ ἑορτῇ. *tu mihi, domina, primum Callirrhoen ostendisti in tuo die festo.* hoc si verum, necessario in principio narrationis tempus & occasio haec commemoranda fuerunt: nec potuit hoc fieri nisi hoc in loco. verba quoque non multum diversa esse potuerunt.

ἐζήτει] Sic Ephesius Xenophon p. 2. ἐζήτει δὲ [ὁ Ἔρως] τέχνην κατὰ τοῦ μειρακίου. . . . ἤγετο δὲ . . . ἑορτή. sic ἀπὸ τότε ἐζήτει εὐκαιρίαν, ἵνα. in Matth. Euang. XVI. 16.

καὶ ἡ νεολαία] vox haec & juvenes & puellas complectitur. apta autem de juventute Syracusana. Doriensium urbium pubes ita praecipue audiebat, quamvis de alia quavis juventute apud auctores usurpatur. agemus pluribus ad I. I. 2. 20. nunc modo locum Herodiani adpono L. III. IV. 2. πολὺ γάρ τι πλῆθος καὶ σχεδὸν ἡ νεολαία τῶν Ἀντιοχέων.

Ἐπιχώριος] forte ob Tyrannorum pueros & alios hospites, qui confluxerant ob Callirrhoen & panegyrim nimis artum epitheton credideris. repone igitur πανδήμιος, ut Musaeo ἑορτὴ dicitur πανδήμιος. verum solae puellae videntur hanc pompam constituisse, & juvenes modo, ut idem canit, adfuerunt. . . . . . ἀγειρόμενοι διὰ κάλλεα παρθενικάων.

P. 2. Vs. 2. νεών] Syracusis revera fuit templum Veneris cognomine καλλιπύγυ, cujus originem lepida narratione prodit Athenaeus. L. XII. p. 554.

Τελεσθείσης δὲ τῆς πομπῆς] Hoc ita concipiendum. puellarum turba longo ordine templum adibat. haec processio, *pompa* dicta, simul ad templum ventum fuerat, solvebatur: & pars rem divinam faciebat: pars donaria lustrabat: pars amori pabulum, ut hic, quaerebat inveniebatque. Ne frustra finxisse videar, cavit Xenophon Ephesius L. 1. p. 4. ubi postquam descripserat processionem, quam sobrius Charito, sive malis, sterilior, omisit, tandem Amantes conducit in templo: his verbis: Ὡς οὖν ἐτετέλεστο ἡ πομπὴ, ἦλθον δὲ εἰς τὸ ἱερὸν θύσοντες, ἅπαν τὸ πλῆθος, καὶ ὁ τῆς πομπῆς κόσμος ἐλέλυτο: ᾔεσαν δὲ ἐς ταὐτὸν ἄνδρες καὶ γυναῖκες, ἔφηβοι καὶ παρθένοι. ἐνταῦθα ὁρῶσιν ἀλλήλους . . . . . καὶ τότε μὲν θύσαντες ἀπηλλάττοντο. *Ut igitur pompa perfecta fuit, & sacrificatum universa multitudo templum ingressa fuit, & processionis ordo dissolutus fuit; & in eundem locum venerunt viri & mulieres: juvenes & virgines. hic tum sese invicem viderunt. . . . & tum quidem re divina facta discesserunt.* ita Heliod. III. 130. ἐπεὶ δὲ ἡ πομπὴ καὶ ὁ σύμπας ἐναγισμὸς ἐτελέσθη.

Προήγαγε] Processit. praecessit. prima ingressa fuit, ut filia Praetoris Hermocratis. Achil. Tat. VI. 395. Στρατηγοῦ θυγάτηρ εἰμὶ Βυζαντίων, πρώτη τῶν Τυρίων γυνή.

Τοῦ πλήθους κελεύσαντος προσκυνῆσαι ὥσπερ θεάν] Xen. Eph. p. 3. in re simili. πολλάκις αὐτὴν ἐπὶ τοῦ τεμένους ἰδόντες Ἐφέσιοι προσεκύνησαν ὡς Ἄρτεμιν . . τῶν μὲν τὴν θεὰν εἶναι λεγόντων, τῶν δὲ ἄλλην τινὰ (sic cod.) ὑπὸ τῆς θεοῦ [forte] παραπεποιημένην. προσηύχοντο δὲ πάντες καὶ προσεκύνουν. & p. 1. προσεῖχον δὲ ὡς θεῷ τῷ μειρακίῳ, καὶ εἰσιν ἤδη τινὲς οἳ καὶ προσεκύνησαν ἰδόντες καὶ προσηύξαντο: Et ipse noster mox p. 3. 20. πολλοὶ δὲ παρόντων καὶ προσεκύνησαν. vide & III. II. 44. 13. II. III. 26. 14. V. IX. 93. 18. cogitaram sane an supplendum τοῦ ζακόρου, τοῦ προπόλου vel ἱερέως κελεύσαντος προσκυνῆσαι τὴν θεάν. sed minus placebat, quia mallem feminam sacerdotem operatam fuisse Veneri; quamvis & mares sacerdotes quibusdam Veneris templis praefuisse satis constet.

P. 2. Vs. 3. λιπών] Hoc satis tuto credo suppletum. videntur igitur Chaereas & ceteri juvenes modo videndarum virginum gratia adfuisse: non pompam una constituisse. unde & nulla mentio hic facta potentium illorum procorum. locum autem Theocriti ex Idyllio secundo vs. 82. ante oculos habuisse Charitonem fiet vero simile, si conferas.

Ἤδη δ' εὖσα μέσαν κατ' ἀμαξιτόν, ᾇ τὰ Λύκωνος,
Εἶδον Δέλφιν ὁμοῦ τε καὶ Εὐδάμιππον ἰόντας.

Toῦ

> Τοῖς δ' ἦν ξανθοτέρα μὲν ἑλιχρύσοιο γενειάς.,
> Στήθεα δὲ στίλβοντα πολὺ πλέον, ἢ τὺ Σελάνα,
> Ὡς ἀπὸ γυμνασίοιο καλὸν πόνον ἄρτι λιπόντων.

vides ibi ἀπολιπόντα τὸν γυμνασίου πόνον. vides στίλβοντα, ὥσπερ Σελήνην: ὥσπερ ἀστῆρα. vides ξανθὸν ὥσπερ ἑλίχρυσον, ὥσπερ χρυσὸν ἢ ἄργυρον. Mox ἐκ τῆς παλαίστρης Syracusanus vates ibidem vs. 57.

> Μαινομένῳ ἴκελον, λιπαρᾶς ἔκλεσθε παλαίστρας.

ἐκ παρειᾶς, ὥσπερ ἄργυρος ἢ χρυσός] Commode ἐπῆνθεν vel ἦσαν intelligas. quod si spatium permisisset ἔλαμπον inseruissem.

Ἐκ τύχης δὲ ὁ X. κ. K.] Potes ὁ νεανίσκος ἢ ἡ παρθένος. vel οἱ νέοι. ut ap. Heliodor. III. 142. ἀμφότεροι γὰρ ἀλλήλους ἑώρων οἱ νέοι καὶ ἤρων. sed ubi quatuor ultimae voculae ex Commelinianis tribus & Cod. Taur. restitutae. locus elegans in quo sequitur Heliodorus, ut saepe, Platonis dogma περὶ τοῦ καλοῦ, subjungens ὥσπερ τῆς ψυχῆς ἐπιδείξεως ἐκ πρώτης τὸ ὅμοιον ἐπιγνούσης, καὶ πρὸς τὸ κατ' ἀξίαν οἰκεῖον προσδραμούσης. sic Taurini leguntur & haec.

ἐν τῷ τεμένει] Posses & παρὰ τῷ βωμῷ. in templo obvios sibi factos & una aliquantum moratos fuisse, colligo, quia sequitur: domum quidem abiisse Chaeream: Callirrhoen autem ad statuam Veneris verba fecisse, quod profecto in aede factum. Nec quidquam difficultatis hic foret: nisi duo loca obstarent, quorum e primo confeceris, Callirrhoen incidisse in Chaeream & eum vidisse, antequam ingrederetur templum. ex secundo loco, collegeris Chaeream conspectum demum fuisse a Callirrhoe, jam redeunte ex templo. primi loci verba sic jacent. L. IV. IV. 71. 10. ἐγώ Χαιρέας εἰμι, ὁ σὸς ἐκεῖνος, ὃν εἶδες παρθένος εἰς Ἀφροδίτην βαδίζουσα. *ego sum ille tuus Chaereas, quem videbas gradiens ad Venerem sive Veneris templum.* Quam quidem difficultatem sic solveris, si dicas auctorem scribere dedita opera εἰς Ἀφροδίτην. *ad. versus Venerem* non εἰς Ἀφροδίτης: *non ad templum Veneris.* & verum fuerit, conspectum fuisse Chaeream in templo ab Callirrhoe ad Veneris aram & statuam accessura. altera difficultas eodem libro reperitur Cap. v. p. 87. 8. νυκτὸς δὲ ἐπελθούσης ὄναρ ἔβλεπεν αὑτὴν ἐν Συρακούσαις παρθένον εἰς τὸ τῆς Ἀφροδίτης τέμενος εἰσιοῦσαν, κἀκεῖθεν ἐπανιοῦσαν ὁρῶσαν Χαιρέαν, καὶ τὴν τῶν γάμων ἡμέραν *nocte veniente in somno vidit se Syracusis virginem in Veneris aedem intrantem & inde regressam videre Chaeream & nuptiarum diem.* Verum hoc omnino se aliter habuisse totus locus, quem tractamus, etiam sine nostris supplementis, ostendit. quare illud ὁρῶσαν non ita arte copulandum

cum τῷ ἐπανιϛᾶσαν, sed referendum ad moram, quam egit in templo inter ingressum & egressum, & ὁρῶσαν interpretandum ἑωρακυῖαν. denique somnii adparitiones a veritate aliquantum recessisse potuerint.

P. 2. Vs. 6. τήνδε τὴν σύνοδον] Aptius nihil excogitare potui.

P. 2. Vs. 7. τῆς θεᾶς μηχανηθείσης] vel τῆς ἀφροδίτης. quod μα videatur obstare huic supplemento, scias illud pro μὴ vitio procul dubio describentis irrepsisse, ut L. I. C. VI. 9. 18. vitiose legitur ἐμαχανᾶτο. & aliis locis ματηρ. ex Latina consuetudine.

P. 2. Vs. 8. ἕλκος νειόθεν] Posses τραῦμα. sed id sequitur. posses πάθος. sed praetulerim ἕλκος, si νειόθεν placet. Lucian. De Morte Peregr. T. III. 330. καὶ δῆλος ἦν νειόθεν αὐτὸ δρῶν. sed non satisfacit, quia νειόθεν potius *penitus ex corde*: quam *penitus in corde*. ut ap. Aristaen. II. V. ex nostra emendatione καὶ δεινῶς ἐκπηδᾶν καὶ φθέγγεσθαί μοι δοκεῖ νειόθεν. ubi tamen nunc fere malim δοκεῖ. εἶεν. *esto. missum hoc faciamus*. nemo nescit quam saepe illud εἶεν adhibeatur, quoties finem superioris argumentationis facimus, eam vel obnitenti permittentes, & vel saltem ad aliud transgrediuntes.

In Charitone nihil quod satisfaciat jam subit: nisi forte liberiore conjectura placuerit reponere ob syllabam νει, ἀλλήλοις πάθος, φιλονεικοῦντες περὶ τῆς νίκης.

P. 2. Vs. 9. τὴν ἧττλαν περιστέλλων δὲ ἀνδρίαν] Scopo sequentium nihil aptius inveni. posses & τὴν ἐπιθυμίαν κολάζων δὲ ἀνδρίαν. ita L. IV. II. 65. 13. νεανίας ἀνδρικὸς τὴν φύσιν. sic principio etiam Habrocomas Amori non cedens describitur ab Xenophonte. putaram in syllaba ίαν latere καιρίαν τὴν καρδίαν βεβλημένος καιρίαν.

Καὶ καταπεσεῖν μὲν αἰδούμενος δῆλος ὢν] Nempe viri non possunt tam bene amoris adfectum celare, ut non quodammodo ignis illius scintilla emicet. ita mox de Callirrhoe. αἰδουμένη κατάφωρος γενέσθαι. Aelian. V. H. XIII. I. locutione utitur simili. ἐκ παντὸς αἰδουμένη τρόπου δήλη ἦν.

Illud καταπεσεῖν etiam juvat. nam non potest hoc verbum idem significare quod προσπεσεῖν τοῖς ποσί. quamvis πεσεῖν ita in Matthaei Euang. II. II. occurrat καὶ πεσόντες προσεκύνησαν. quod Heliod. X. p. 474. προσπεσόντες τοὺς θεοὺς προσεκύνησαν.

Sed καταπεσεῖν hic refertur ad illam pugnam & luctam quam contra amorem Callirrhoae pugnavit & in qua succubuit. nisi velis καταπεσεῖν ita intelligere: ut pene in via conciderit: quod solet ex adfectuum vehementia usu venire. L. IV. I. 64. II. Μιθριδάτης ἀχανὴς κατέπεσεν ad adspectum Callirrhoae. II. III. 26. 16. καταπίπτουσα [Callirrhoe visa] αὐτὸν ἤδη Λεωνᾶς ὑπέλαβε. L. VIII. I. 128. I. περιχυθέντες ἀλλήλοις, λειποψυχήσαντες ἔπεσον . . . . πάλιν παρεῖθησαν. sed tum pro δῆλος ὢν substituen-

tuendum ἐκαρτέρει. & *succumbere indignans non cedebat.* quin hoc rejectitium haud videtur.

P. 2. Vs. 11. Τί μοι, εἶπεν, καλὸν ἄνδρα τοιόνδε κατὰ τὸν νεὼν σὸν ἔδειξας] ita L. v. x. 95. 7. τί γάρ ἔδειξάς μοι Καλλιῤῥόην. ne τὸ τοιόνδε offendat, sic Aristaen. I. XXIV. καὶ τίς ἀναφρόδιτον, βδελυρὸν, ἄκομψον τοιόνδε ποθεῖ. qua voce tamen cum omnibus Trajectina caret, ad Sambucianam scilicet exacta: quae illam particulam recte exhibet. & sic in eadem epistola τοιοῦτον καλὸν, non omnino damnandum videtur.

P. 2. Vs. 12. Ἠνιᾶτο δὲ ἡ παρθένος τῆς διανοίας τῆς αὐτῆς αἰδουμένη κατάφωρος γενέσθαι] *cruciabatur vero virgo pudens mentem suam manifestam fecisse.* nempe taedebat Callirrhoen Veneri amorem suum esse fassam. ἐρωτικὸν γὰρ διηγήσασθαι πάθος τὸ γυναικεῖον φῦλον αἰσχύνεται, ut ait Theophylactus Simocatta Ep. xv. & sic opponeretur mox Χαιρέας ἀπετόλμησεν εἰπεῖν. pro ἠνιᾶτο forte quis malit ἐσιώπα. mox pagina tertia inducitur κλαίουσα καὶ σιωπῶσα. Aelianus V. H. XII. 58. dixit in hanc sententiam. ἐκ δὴ τούτων πολλοῖς ἐγένετο κατάφωρος μὴ ἀργῶς ἰδὼν τὴν ἄνθρωπον.

P. 2. Vs. 13. Χαιρέας δὲ σφόδρα ἤδη τοῦ τραύματος αὐτὸν φθίνοντος] vel Χαιρέας δὲ θρασύτερος ἤδη. verbi φθίνειν vim transitivam notes.

P. 1. Vs. 14. Γονεῖς] Attice magis γονέας. ✝. J. G. Graevium ad Luciani Soloec. T. III. p. 576. qui merito apud Demosthenem γονεῖς admittere tergiversatur.

P. 2. Vs. 15. ὁ πατὴρ, καὶ ἔφη, οἴχῃ] sic supple vel καὶ εἶπεν.

P. 2. Vs. 16. Θυγατέρα - - -] τὴν ἀγαπητὴν vel τὴν μόνην. Xen. K. Π. IV. 113. Θυγάτηρ παρθένος ἀγαπητή. Lysias Orat. XXXII. p. 506. λαβεῖν τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα, ἥπερ ἦν αὐτῷ μόνη.

P. 2. Vs. 17. Μνηστῆρσι δυνατωτέροις μνηστεύεται] vel κρείσσοσιν ἐκδώσει vel διδόναι ἔξεστι.

P. 2. Vs. 17. Μὴ φανερῶς χλευαζώμεθα] vel ὑβριζώμεθα. vel καταγέλαστοι γενώμεθα. vel γέλως καὶ χλεύη γενώμεθα vel γέλωτα ὄφλωμεν. vel decem aliis modis.

P. 2. Vs. 18. Παρεμυθεῖτο] in apographo vitiose παραμυθεῖτο. sed, ut edidi, Codex ipse. Quoties in hoc primo libro Codex differt ab editione sedulo monebimus; nam primi libri collationem nacti sumus. Levia haec per me mutaram: credo sine noxa. quis enim talia Auctoribus tribuat, paullo versatior in membranarum lectione: ubi tales hallucinationes passim animadvertuntur. ex. gr. in *Nemesio de Nat. Hom.* C. I. p. 1. Cod. meus habet κατασκευάσθαι pro κατεσκευάσθαι. & p. 9. & in Edito & in Cod. παρασκεύασε. at p. 33. Edit. κατεσκεύασται. Cod. κατασκευάσθαι pro vero κατεσκευάσθαι. p. 10. Cod. κατάληξε pro κατέληξε. & passim haec librariorum negligentia ne quidem animadversione digna foret, nisi aliquando ansa emendationis hinc praeberi posset. sic Apogr. rursus contra

tra codicis fidem modo habebat πειράσασθε pro πειράσασθαι. ut ap. Aeneam Ep. xxv. p. 429. ὑποδέχεσθαι contra legitur pro ὑποδέχεσθε.

P. 2. Vs. 19. ὥστε μηδὲ ἐπὶ τὰς συνήθεις ἑαυτὸν παριστάναι διατριβάς] sic supplendum & corrigendum. licet & L. 1. vii. 11. 16. συνήθεις pro συνήθεις διατριβὰς recurrat. quam locutionem recte Augusti. Bryenus restituit Plutarcho in Flaminio p. 428. T. ii. ✝. Aelian. V. H. iii. xiv. pro παριστάναι potes & καθιστάναι. vid. Demosth περὶ παραπρ. p. 298. F. Lucam in Act. 1. 3. Xenophon autem Ephesius describens parem Habrocomae statum animi, ait: ὡς δὲ ἡμέρα ἐγένετο ᾔει ἐπὶ τὰ συνήθη γυμνάσματα. *simul cum die illucescente adivit solita exercitia.* quanto verius Noster perditi amantis habitum depinxit, qui publicos solitosque coetus omnes fugere consueverit. Quemadmodum Horatius talem sistit 1. Od. xviii.

Lydia, dic, per omnes
Te Deos oro, Sybarim cur properes amando
Perdere? cur apricum
Oderit campum, patiens pulveris atque solis?

ubi cod. vetustissimus meus habet *O deos.*

P. 2. Vs. 20. Καὶ ὥσπερ ἐρημωθεῖσα ἦν ἡ παλαίστρα] vel ἐρημία ἦν. Heraclit. Epist. 7. 336. ἐρημίαν πόλιν πεποιήκατε διὰ κακίας. recte *Gymnasio palaestra* jungitur.

P. 2. Vs. 20. ἐφίλει γὰρ αὐτὸν ἡ νεολαία] potes & νεότης. supra monuimus vocem Νεολαία in Doricis civitatibus praecipue obtinuisse. ita Lucianus περὶ Γυμν. T. ii. 912. 920. ubi de Atheniensibus loquitur vocabulo νεότης, de Lacedaemoniis νεολαία utitur. ita in Phalar. pr. T. ii. p. 190. de Agragantinis, Dorica Colonia, νεολαία. ita de Spartanis Theocr. xviii. 24.

Τετράκις ἑξήκοντα κόραι, θῆλυς νεολαία.

at tamen non id perpetuum ✝. Alciph. Ep. 1. vi. Heliod. viii. 412. Hesych. Νεολαία. νέων ἄθροισμα. ἡ νεότης. ἡ νέος λαός. ut recte Guiet. & Phavorinus.

P. 2. Vs. 22. Διὰ πάθος] Aeque bene ac διὰ πάθους. Quamvis saepe sollicitatur. ✝. M. Solanus ad Plutarch. Eumen. p. 349 sed recte defendit Clar. Jeremias Marklandus ad Lysiae Orat. xxv. p. 592. & Max. Tyr. xxxvi. 6. p. 714. vid & Miscellan. nostra T. iii. p. 99. plerumque tamen sic potius *caussam*, quam *instrumentum* notat, ut ap. Xen. ii. Memor. 751. D. διὰ γὰρ τὴν ἀρετὴν αἱροῦνται μὲν ἄνευ πόνου τὰ μέτρια κεκτῆσθαι, ἢ διὰ πολέμου πάντων κυριεύειν. πάθος de vehementi amore apud

Nostrum

Nostrum & alios millies. ✝. tamen J. Davisium ad Max. Tyr. XXXIX. 3. ubi πάθ@ recte τῷ πόθ@ praefert.

P. 2. Vs. 22. Ψυχῆς ἀφυῦς] Quia amor in generosos & nobiles animos frequentissime cadit: unde fere barbaris hunc habitum negat Max. Tyr. Diss. XXVI. 2. διόπερ μοι δοκεῖ ὐδὲ ἐν τοῖς βαρβάροις πάνυ τι ἐπιχωριάσαι τὰ τῦ ἔρωτ@. & Noster L. VII. C. ult. p. 125. militem in amore hospitem compellat ὦ πάντων ἀνθρώπων ἀφυέςατε. Plut. Synp. p. 218. A. νέος ψυχὴ ϗ μὴ ἀφυής.

P. 2. Vs. 23. Ἐνέςη νόμιμ@ ἐκκλησία] Sic per se patet redintegrandum. νόμιμος est ἔννομος. συνήθης ἐκκλησία ex oppositione τῆς συγκλήτυ. quae subito cogebatur. qualem habemus L. III. IV. 48. 22. & VIII. VII. 140. 22. Aesch. περὶ παραπρ. 256. B. ἐκκλησίας συγκλήτυς πλείυς ἠναγκάζεσθε ἐκκλησιάζειν ἢ τὰς τεταγμένας ἐκ τῶν νόμων. Ulpian. ad Demosth. παραπρ. 312. A. vocat νομίμυς ϗ συνήθεις. quae certis mensis vel πρυτανείας diebus fiebant. ita ἔννομος ἐκκλησία fere ap. Lucam in Act. XIX. 39. quae non a populo tumultuante, sed a magistratu legitimo modo & tempore cogebatur. Romanis *legitimi comitiorum dies. legitima concio. legitimus senatus.*

P. 2. Vs. 23. Συγκαθεσθείς] Συγκαθέζομαι protulit praestantissimus Daniel Scottus in supplementis Stephaniani Lexici ex Josepho & Platone. συγκαθίζω vel συγκαθίζομαι, quod etiam sine auctoritate circumfertur, habes ap. Xen. V. H. H. 558. E. nam est ambigua lectio. participium autem nostrum, quod rursus occurrit. L. III. II. 4. 2. III. III. 48. Xenoph. Eph. V. 80. Artemid. II. 20. ἐπικαθεσθείς. & ap. Apollod. II. VIII. 1. Th. Magister. 97. refert inter βάρβαρα. Phrynichus inter ἔκφυλα. sed consulantur J. Iensius Lection. Lucian. p. 11. J. G. Graev. ad Lucian. Soloec. III. 582. P. Wessel. ad Diod. III. C. XVI. p. 185. ap. Strabonem vero XVI. 1094. A. recte reponitur. καθεσθείς pro καθεσθείς.

P. 2. Vs. 23. τῦτο πρῶτον ϗ μόνον] ita recte suppleveris. Demosth. περὶ εἰρήνης. p. 60. C. πρῶτ@ ϗ μόνος παρελθών.

P. 2. Vs. 24. Καλὸς Ἑρμοκράτης] fere solum hoc vocabulum explet vim τῦ καλὸς κἀγαθός. Plato Theaet. 185. E. καλὸς γὰρ εἶ, ὦ Θεαίτητε, ϗ ὐχ, ὡς ἔλεγε Θεόδωρ@, αἰσχρός. ὁ γὰρ καλῶς λέγων, καλός κἀγαθός. idem Phaedro p. 278. E. Ἰσοκράτην τὸν καλόν. Aelian. Hist. Anim. XII. I. 7. παρὰ τῷ καλῷ ὁμήρῳ. ✝. Lucian. Timone p. 114. de Merced. Cond. 659. 680. & saepe.

P. 2. Vs. 25. ἡ πόλις μνηςεύεται] hoc recte. urbs conciliat nuptias Chaereae: ceu pater adolescentis nuptias a patre virginis petit. vid. Salmas. de Modo Usur. p. 712. & ad. L. VIII. VII. 141. 6.

τὺς

P. 2. Vs. 25. τὺς γάμυς σήμερον ἀλλήλων ἀξίως τίς ἄνηρ μηνύσειε την] locus corruptus, quem sic restituerim. μνηςεύεϑαι τὺς γάμυς σήμερον ἀλλήλων ἀξίους. Ἀξίως τίς ἂν ἑρμηνεύσειε τὴν ἐκκλησίαν ἐκείνην. ulcera nata ex omissione repetendae vocis & mala vocabulorum separatione. hinc periit ἀξίυς: hinc τις ἄνηρ μηνυσειε fecerunt τὶς ἀνὴρ μηνύσειε, pro τὶς ἂν ἑρμηνεύσειε. non nego τὶς ἀνὴρ pro τὶς dici posse: sed sic nuspiam loquitur noster. deinde ἂν necessario requiritur. semper in simili caussa noster & alii hanc particulam adhibent. ut saltem tum legendum foret. τὶς ἂν ἀνὴρ μηνύσειε. deinde hac in re μηνύσειε non sufficit. nam μηνύειν non notat *describere rem quatenus explicari potest*: sed modo *indicare*: *patefacere*. quamvis μηνυτὴς de historico dicatur ap. Lucianum. T. III. p. 51. & est sane historicus *index veritatis*. at ἑρμηνευτὴς & ἑρμηνεύειν de historicis, qui *rem plene enarrant*. noster ipse. L. III. I. 41. 13. ἀκριβῶς ἑρμήνευε. ἑρμηνεύειν est διηγήσαϑαι. Lucian. Quom. Hist. Scrib. de historicis. p. 8. & passim. Hesych. ἑρμηνεύοντες, φράζοντες. qua voce alias saepe noster in simili re utitur. jam illud ἀξίυς necessario adest in priori periodo γάμυς ἀλλήλων ἀξίυς. nec magis carere potest ἀξίως sequens sententia. sic alii: sic noster semper loquitur. en aliquot auctoritates: quae simul τὸ ἄν. τὸ ἀξίως & τὸ ἑρμηνεύσειε vindicaturae videntur. L. I. VI. 9. 23. Τίς ἂν οὖν ἀπαγγεῖλαι δύναιτο κατ' ἀξίαν τὴν ἐκκομιδήν. L. IV. I. 64. 19. πῶς ἄν τις διηγήσεται κατ' ἀξίαν τὰ τελευταῖα. L. VIII. VIII. 91. 23. τίς ἂν φράσοι κατ' ἀξίαν ἐκεῖνο τὸ σχῆμα τῦ δικαςηρίυ. L. VIII. IV. 134. 4. τίς ἂν φράσοι τὴν ἡμέραν ἐκείνην, ὅσας ἔσχε πράξεις. ubi illud ἀξίως merito quidem locum non invenit. Joseph. de B. J. L. V. IX. 349. ὃν γὰρ ἑρμηνεῦσαι δυναίμην τὰς παρανομίας ἀξίως.

Nemo autem in Criticis tantillum versatus hanc geminationem vocis ἀξίως non legitimam habuerit medicinam, cum tot loca deficiant ex simili vocabulorum eorundem concursu: tot alia jam ope hujus remedii sint ad sanitatem revocata. Insignis hinc omissio apud Xenoph. Ephes. L. I. p. 10. pro sagacitate solita jam a Celeb. Tib. Hemsterhusio animadversa. editum οἱ δὲ ςεφάνυς πλέκοντες· οἱ δὲ ἄνϑη φέροντες. ταῦτα ἐν τῷ ἑτέρῳ Ἄρης ἦν οὐκ ὡπλισμένος κ. τ. λ. vides hic manifesta omissionis indicia: ταῦτα ἐν τῷ ἑτέρῳ enim desiderat aliud membrum. ex codice jam supplementum accipe. οἱ δὲ ςεφάνυς πλέκοντες. οἱ δὲ ἄνϑη φέροντες. ταῦτα ἐν τῷ ἑτέρῳ μέρει τῆς σκηνῆς. ἐν δὲ τῷ ἑτέρῳ Ἄρης ἦν οὐχ ὡπλισμένος, ἀλλ' ὡς πρὸς ἐρωμένην τὴν Ἀφροδίτην κεκοσμημένος. alia ratione repetitio cognatae vocis omissionem peperit in Epigrammate Authologiae ineditae.

Ἄδηλον.

Τὸν καλὸν οὐχ ὁρόω Διονύσιον. ἆρα γ' ἀναρϑεὶς
Ζεῦ πάτερ . . . . . δεύτερος οἰνοχόει.

Αἰετὲ,

'Αιετὲ, τὸν χαρίεντα ποτὶ πτερὰ πυκνὰ τινάξας,
Πῶς ἔφερες; μή πυ κνίσματ' ὄνυξιν ἔχει.

supple οἰνοχόος. nisi si aliorum cogitata praetuleris, 'Ιδαῖος vel ἀμβρόσιος. apud *Artem*. L. II. C. 54. p. 145. εἰ δέ τις νοσῶν ἢ ἀλγῶν τι δόξειε τεθνάναι, ἄπονος ἔσαι καὶ ἄνοσος. καὶ οἱ ἀποθανόντες γάρ. interpres, *nam & mortui neque dolent, neque aegrotant* addit. optime. tamen in contextu deest ἄπονοι καὶ ἄνοσοι. Graeca lingua hanc ellipsin fert. In *Manilio* L. I. 331. locum corruptissimum sic legerim. rationes nunc non addam. vide ἀστροθεσίαν Ophiuchi.

Serpentem Grajis Ophiuchos nomine dictus
Dividit. atque ingens ingenti *corpore corpus*
Explicat, & nodos sinuataque terga per orbes
Respicit. ille tamen, molli cervice reflexus,
Effugit elusis per laxa volumina palmis.

sic *magnum magno*. μέγας μεγαλωστὶ. καλὴ καλῶς. κακὴ κακῶς. In *Ciceronis Verrin. secunda* C. LII. legitur. *itaque fit, omnibus recusantibus & implorantibus. dies is erat.* alii habent *plorantibus*. sed vulgatam agnescit *Codex Amplissimi Viri Baltas. Huidecoperi. Nannius* vidit aliquid deesse :& interponit : *& deos hominesque implorantibus*. idem effeceris si legas, *& implorantibus* deos. dies is erat. In *J. Capitolini Opil. Macrino*. C. III. suspicor supplendum. *ubi ad principes venturos ventum est*. nam de iis consulebatur : non adeo de *praesenti* imperatore. plura notata in *Latinis* videas apud doctiss. *Joan Walkerum* ad *Ciceron.* de N. D. L. III. C. XVXIV. vid. II. IX. 36. 13.

P. 2. Vs. 25. ἄξιοι ἀλλήλων γάμοι, *non impares nuptiae*. quales describuntur ab *Aristaeneto* L. I. *Ep.* X. Κυδίππην 'Ακοντίῳ συνάπτων, ὁ μόλυβδον ἂν συνεπιμίξας ἀργύρῳ, ἀλλ' ἑκατέρωθεν ὁ γάμος χρυσοῦς ἔςαι.

P. 2. Vs. 26. παραγωγὸς] τῆς ἐκκλησίας. vox nusquam hoc significatu obvia, quantum scio. sed notare credo, *praeconem, servum publicum, accensum, apparitorem, officialem*, ὑπηρέτην. δημόσιον. δορυφόρον, qui in concionibus, in ecclesiis, dicasteriis, tum primarios viros, tum spectatores minoris dignitatis unumquemque in suum locum deducebant. ut enim populus in ecclesiam παριέναι. sic & παράγεσθαι dicebatur. noster L. V. IV. 15. II. παράγονται δὲ [εἰς τὸ δικαςήριον] οἱ καθεζόμενοι μετὰ σιγῆς καὶ δέους. *Amor* hic deducebat, cogebat omnes in Ecclesiam hanc : atque unicuique suam sedem adsignabat. *Hortatorque Cupido* ita dicitur *Val. Flacco* VIII. 232. De magistratu concionem cogente nolim accipi. illi erant πρυτάνεις. vide *Ulpian.* ad *Demosth.* κατὰ Τιμοκρ. 776. E. & illi συνήγοι, non παρηγοι.

P. 2. Vs. 26. φιλόπατρις] Observatiunculam de praeferentia apud Atticos τῆς φιλόπατρις prae τῇ φιλόπολις satis refutatam dedit Cl. *Car. And. Dukerus*, Vir probitate non minus quam doctrina & annis inter seculi

hujus eruditos conspicuus, ad *Thucyd.* v. 92. vid. *Xen. Ages.* 668. A. *Lycurg.* in *Leocr.* §. XI. φιλόπολις artius patet quam φιλόπατρις. πατρὶς. *patria tota. tota Hellas.* πόλις modo *plura oppida*, *vicos*, δήμους complectitur, unam rempublicam constituentia. *Isocrat. Paneg.* 57. A. ἴδια μὲν ἄστη, τὰς ἑαυτῶν πόλεις ἡγούμενοι. κοινὴν δὲ πατρίδα, τὴν Ἑλλάδα νομίζοντες εἶναι. sed promiscuus usus.

P. 3. Vs. 3. Ἡ βουλὴ καὶ οἱ ἄρχοντες] *Thucyd.* v. 47. ἄρχοντες omnes, qui ἐν τέλει, magistratu aliquo, etiam militari imperio. *Markl.* ad *Lys.* p. 282. pro *judicibus* saepe I. v. 8. 19. I. x. 14. 6. III. II. 48. 23 & 50. 60. Videtur colorem duxisse ex *Heliodori* L. VII. p. 322.

P. 3. Vs. 4. Νυμφαγωγοῦσα] at sponsa domi latebat. nec tamen opus νυμφαγωγήσουσα. nam quae *facere conamur*, *meditamur*, *incipimus*, *volumus*, *jam facere* dicimur. de quo genere multi multa. Noster IV. VI. 74. 10. διαφθείρει αὐτοῦ τὴν γυναῖκα. *conatur corrumpere. Herodot.* IX. 108. πόλις ἐδίδου. *dare volebat Justin.* XXXV. I. *a quo restituebatur. qui volebat restituere.* vid. *J. Taylor.* ad *Lysiae Orat.* VII. p. 146. *J. Markland.* IX. 554. *P. Wesseling.* ad *Diod.* XIII. 544. participia passim eundem usum habent. Venus apud *Lucian. Dial. Deor.* XX. p. 266. se vocat νυμφαγωγόν, quae deductura erat *Helenam* ad *Alexandrum*. & de se *Clytaemnestra* ap. *Eurip. Iphig.* in *Aulid.* 610. Ut nostro II. XI. 38. 20. alioqui proprie de viro dicitur νυμφαγωγός.

P. 3. Vs. 6. Ἐῤῥαίνετο τὰ πρόθυρα οἴνῳ καὶ μύροις] L. I. III. 5. 7. L. III. II. 44. 25. L. VI. II. 100. 2. ἐθυμιᾶτο πρόθυρον. VIII. I. 128. 17.

P. 3. Vs. 7. ἡδεῖαν. . . . τῆς τῶν ἐπινικίων] cum *Cl. Cocchio* rescribe ἡδίω. quam autem hilarem victoriae hujus diem, in quem & incidebat *Herculis* sacrum, egerint *Syracusani*, videre est apud *Thucyd.* VII. 73.

P. 3. Vs. 9. διανάστασο] Nescio an apud γνησίους *Atticos* occurat. διαναστάσεις verbale tamen ap. *Xen. de Venat.* 994. B *Lucian. Max. Tyrius* & plerique recentiores usi. *Heliodoro* reddendum L. VIII. 405. ex *Cod. Taur.* διαναστήσαντες pro διαστήσαντες. sed video *Bourdelotianam* sic exhibere. quin & jam *Hervagianam*. *Aristaen.* I. IX. ὀρέγει τὴν χεῖρα καὶ διανίστησι πεπτωκυίας λαβόμενος τῆς δεξιᾶς. ut recte *Sambuciana*. vide *Cl. T. Hemsterh.* ad *Lucian.* XXII. *Dial. Mort.* T. I. p. 423.

P. 3. Vs. 11. Τῆς δ' αὐτοῦ] *Homer. Iliad.* Φ. 114. ubi τοῦ δ'.

P. 3. Vs. 13. ἐξέπνευσε] sic *Cod.* vitiose *Apographum* ἐκπνεῦσε. talia ludibria scribarum in posterum non notabo. Invenies in *Cl. Interpretis* notulis. ap. *Heliod.* VIII. 390. ex *Cod. Taur.* repone ἐνεπίμπρατο pro ἐμπίμπρατο. tralatitium intelligi πνεῦμα in ἐκπνεῖν. *Eurip. Helena.* 141. βίον supplevit. & sic *L. Bosius.* sed altera ellipsis magis naturae consentiens.

P. 3. Vs. 14. Οἱ δὲ γονεῖς τὸν νυμφίον εἰσήγαγον πρὸς τὴν παρθένον] sponsus hic deducitur sponsae domum: sic rerum eventu jubente. alioquin sponsus in suam vel in patris sui domum deducit sponsam. *Eurip. Herc. Fur.* 12.

ἡνίκ' εἰς ἐμοὺς [*Amphitryonis*]

Δόμους

Δόμους ὁ κλεινὸς Ἡρακλῆς νιν [*Megaram*] ἤγετο,

vide Iphigen. in Aul. 533. quin & L. IV. v. 87. discimus Callirrhoen a parentibus suis in domum sponsi deductam. προπεμπομένην αὐτὴν ὑπὸ πατρὸς καὶ μητρὸς εἰς οἰκίαν τοῦ νυμφίου. sed nihil haec sibi pugnant. Nam sponsus modo nunc a parentibus deducitur ad sponsam, ut illam mox domum suam vel domum parentum suorum deducat. & mox de sollemni sponsae deductione domum sponsi agitur his verbis ἐπεὶ δὲ προῆλθεν εἰς τὸ δημόσιον. & L. I. C. III. 5. 21. domi sponsi Callirrhoen agentem offenderis. sed & sponsus cum paranympho vel nymphagogo arcessitum ibat sponsam, & sic domum suam deducebat. tota autem haec periodus non multum abit a loco Matthaei in Euang. C. XXV. 10. ἦλθεν ὁ νυμφίος. καὶ αἱ ἕτοιμοι εἰσῆλθον μετ' αὐτοῦ εἰς τοὺς γάμους, καὶ ἐκλείσθη ἡ θύρα.

Τὸν ἐρώμενον] frustra ἐρχόμενον in ora apographi. verti *amantem.* quia *amans* Latinis non strictim active semper accipitur. unde & *amantissimus* ita in inscriptionibus pro *carissimus* accipiunt quidam. deinde ut commode ὁ ἐραστὴς, ὁ ἐρῶν, & ὁ ἐρώμενος distinguuntur, quemadmodum ap. Lucian. Dial. Mor. I. p. 288. ἔοικας, ὦ Γαλάτεια, οὐκ ἐραστὴν ἀλλ' ἐρώμενον ἔχειν τὸν Πολύφημον, sic Latinis *amatus* vel *amicus* minus eleganter diceretur ὁ ἐρώμενος. Ap. Achillem Tatium L. VI. 377. ἐρώμενος vertitur *amator.* quod non reprehenderim. nec cum J. Gronovio taxarim J. Benedictum, qui in Luciani Asino p. 581. ἐρώμενον *amatorem* quoque verterat: cum *amasius* voce alio loco usus esset. certe H. Valesius ad Diodori Excerpta p. 581. T. II. Ed. ult. ἐρώμενον tam *de Amatore, quam de Amasio dici constare* ait *vel ex Suida.* At si quidem ad haec Suidae verba respexerit vir eruditissimus. Ἐρῶν γενικῇ. ἐφιέμενος. ἐπιθυμῶν. Ἐρώμενος. ὁ ἐπιθυμούμενος. res contra se habuerit. ap. Heliodor. I. 19. legitur de noverca. λαμπρῶς ἐρωμένην ὑποφαίνουσα. ubi sane *amatricem*: *amicam. amantem* notat. sed Cod. Taur. legit λαμπρῶς ἐρώμενον [nempe Theagenem] ἀποφαίνουσα & sane λαμπρῶς & ἀποφαίνειν magis concinunt. per me tamen qui velit reponat *amico* vel *amato juvene.* vel *cupito*, voce Appulejana. qui & *mutuus cupitor* VII. 140. 15. Mirifica in hac voce hallucinatio in Heliodori L. VII. 407. ubi habetur ἐγὼ δὲ ἂν ταῦτα οὐδὲ ἐρωμένῃ ἔδωκα. *ego* (has epistolas) *neque postulanti dederim.* si ἐρομένῃ haberetur, vix probarim. tu lege ex Taur. & Vat. ἐρρωμένῃ. *valenti*, *sanae.* decumbebat Arsace. quam vocem & redona Democrito apud Stobaeum Ecl. Physicis L. II. p. 205. ὁ μὲν εὔθυμος [sic optime Cl. Valkenarius] εἰς ἔργα ἐπιφερόμενος δίκαια καὶ νόμιμα, καὶ ὕπαρ καὶ ὄναρ χαίρει τε καὶ ἔρρωται καὶ ἀκηδής ἐστι. vulgo ἔῤῥεται & ἀναχύδης. forte πανακήδης non alienum fuerit.

D 2 P. 3.

P. 3. Vs. 17. Ὥσπερεὶ λύχνυ φῶς ἤδη σϐεννύμενον, ἐπιχυθέντος ἐλαίυ, πάλιν ἀνέλαμπε] Ovid. 1. ex Ponto Eleg. V. vs. 3.

Cujus ab alloquiis anima haec moribunda revixit:
Ut vigil infusa Pallade flamma solet.

Max. Tyr. XXVIII. 4. p. 337. νόμος κολάζων τὴν μέθην ἐπήγειρεν αὐτῶν τὰς ἀρετὰς τῇ εὐωχίᾳ, καθάπερ ἔλαιον πῦρ, ἐπιχέων τῇ ψυχῇ συμμέτρως, μὴ τελείως σϐεννὺς αὐτῆς τὸ φιλότιμον. Plutarch. Demetrio T. V. p. 55. οὔγε κατασϐέννυσθαι δοκῦντος ἀνέλαμπεν αὖθις ἡ ἀρετή. Cod. vitiose λύχυ.

P. 3. Vs. 18. Καὶ μείζων ἐγένετο καὶ κρείττων] frustra μεῖζον & κρεῖττον conjicitur. respicitur ipsa Callirrhoe, non τὸ φῶς. multus in hac locutione noster. I. VI. 9. 24. κατέκειτο μείζων καὶ κρείττων. II. I. 22. 9. μείζονα καὶ κρείττονα γεγενημένην. III. VIII. 56. 10. καὶ κρείττων ἐγένετο καὶ μείζων. Xen. K. Π. IV. 102. B. καὶ γὰρ μείζυς φαίνεσθε καὶ καλλίυς καὶ γοργότεροι ἢ πρόσθεν ἰδεῖν. Coluthus de Raptu Helenae vs. 79. dixit

Πᾶσα δὲ λωιτέρην καὶ ἀμείνονα δίζετο μορφήν.

ex veteri formula locutionem trahens. λώιον καὶ ἄμεινον. Xen. VI. K. A. 376. D. VII. H. H. 683. D. περὶ πόρων. 932. A.

P. 3. Vs. 19. Εἰς τὸ δημόσιον] Ut ad sponsi domum deduceretur sollemni pompa.

P. 3. Vs. 20. Ἀρτέμιδος ἐν ἐρημίᾳ κυνηγέταις ἐπιστάσης] videtur respicere Dianae adparitionem Actaeoni factam, & simul comparationem Homericam & Virgilianam Dianae cum Nausicaa & Didone.

Vox ἐφεστάναι saepe de divina adparitione. vide L. V. IX. 93. 18. proprietatemque animadvertit Ulpianus ad Demosth. de Corona p. 482. C. ἀφ' ἧς ἡμέρας ἐπὶ ταῦτα ἐπέστην.) ὥσπερ τινὸς δαίμονος λέγει ἐπιστασίαν, τῆς αὐτῦ κηδεμονίας παρυσίαν.

Ὑμνῦσι. . . ἐν Πηλίῳ] nempe eximium dii cecinerunt Hymenaeum in his nuptiis in Peleo monte celebratis. Xen. de Venat. 973. D. θεὺς τὸν γάμον παρὰ Χείρωνι ὑμνῆσαι. Apollod. III. XII. 5. γαμεῖ δὲ ἐν Πηλίῳ κἀκεῖ θεοὶ τὸν γάμον καθύμνησαν. Statius II. Achill. 431.

Dum Pelea dulce maritat
Pelion, & nostris jam tunc promitteris armis.

vid. Is. Vossius ad Catulli Epithalamiorum praecellentissimum p. 231.

Τὴν Ἔριν] Eris & ejus pomum res notissima. Artemid. I. 75. p. 61. innuit pomum hoc non γλυκὺ, sed ὀξὺ fuisse. τὰ δὲ ὀξέα μῆλα, στάσεις καὶ φιλο-

νει-

νεκίας σημαίνει. ἔστι γὰρ Ἔρις. eo enim respicere puto doctissimum, licet in nugaci argumento, scriptorem.

LIBRI PRIMI CAPUT SECUNDUM.

P. 4. Vs. 2. Ἐστρατολόγει φθόνος] Ceu Invidia dux esset. noster iterum I. VII. 10. 23. I. XII. 17. I. alio sensu ap. Hesych. στρατολογήσαντι. στρατεύσαντι. qui forte respexerit Paulli Ep. II. ad Timoth. II. 4. In Lexicis auctoritas voci fere deest: non tamen bonis scriptoribus infrequenti.

φθόνος] Capite praecedenti vocatur Δαίμων βάσκανος. ita in eleganti epigrammate, quod Cl. Muratorius publicavit p. MDCXCIII. φθονερὴ μοῖρα & βάσκανος δαίμων ponuntur ἐκ παραλλήλου.

> Πρωθήβην ἔτι κοῦρον, ἔτι χνοάοντος ἰούλου
> Δευόμενον, φθονερὴ Μοῖρα καθεῖλε βίου,
> Πολλὰ σοφῆς χερὸς ἔργα λελοιπότα. Βάσκανε Δαῖμον,
> Οἵας οὐχ ὁσίως ἐλπίδας ἐξέταμες.

uti recte emendavit Cl. Jo. Casp. Hagenbuchius p. 37. in Diatriba de Marmoribus Muratorianis, de iisque optime meritus. nollem tamen & ibi τὸ δευόμενον versum *adspersum*. nam licet *spargere* Latinis de aridis etiam dicatur: & sic *tempora canis spargi* passim legatur: δεύω eam vim non habet & δεύεσθαι κόμαις non magis dici potest, quam tempora *humectari canis*. tamen multis hanc notionem & constructionem cum genitivo conatus fuit adstruere idem Hagenbuchius in Epistolis Epigraphicis p. 83 & 189. tu verte. *adhuc lanuginosis pilis carentem*: *destitutum*. uti illud ipsum δευόμενος centies & in epigrammate Anthol. L. II. C. X. 8. p. 138. significat.

> Καὶ βωμὸν θυέων μήποτε δευόμενον.

idem hic dicitur, quod Theophylactus. Ep. 69. μήπω τοῖς ἰούλοις καταστιχίσας τὸ πρόσωπον. erat adhuc ἄχνους, ut Mercurius vocatur in Anthologiae L. VI. 2. p. 412.

> Τίς τὸν ἄχνουν Ἑρμῆν σε παρ' ὑσπλήγγεσσιν ἔθηκεν;

& in Anthologia inedita. Κριναγόρου.

Ἠοῖ ἐν' ἐυκλαίῃ τάδε ῥέζομεν ἱρὰ τελείῳ
Ζηνὶ, καὶ ὠδίνων μειλίχῳ Ἀρτέμιδι.
Τοῖσι γὰρ οὑμὸς ὅμαιμος, ἔτ' ἄχνοος, εὔξατο θήσειν
Τὸ πρῶτον γενύων ἠϊθέοισιν ἔαρ.
Δαίμονες, ἀλλὰ δέχοισθε, καὶ αὐτίκα τῶνδ' ἀπ' ἰούλων
Εὐκλείδην πολιῆς ἄχρις ἄγοιτε τριχός.

idem fere qui dicitur ἀρτιγενειάζων & ἀρτιγένειος Anthol. inedita.

Ἀρτιγενειάζων ὁ καλὸς καὶ στερρὸς ἐραστής
Παιδὸς ἐρᾷ Λάδων. σύντομος ἡ Νέμεσις.

sed forte obstiterit praestantissimis viris, ne verterent nostra ex sententia, quia πρωθήβην adhuc *carere barba* crediderint non recte dici: imo εἰκοσετῆ παῖδα *viginti annorum puerum.* ut in hoc epigrammate mox vocatur hic ipse Aquilinus. Sed circa vigesimum annum barbam enasci ponebant. Nemesius de N. Hom. C. XXXIV. p. 253. οἷον περὶ τοῦ πολιοῦσθαι ἑξακοντούτην [sic cod.] ἢ γενειάσκειν τὸν εἰκοσετῆ. puer itaque pro *lubitu* viginti circiter annorum potest dici, *barba* adhuc *carere*: vel *primam barbam emittere* vel *lanunige genas vestiri* & *spargi.* Sic libenter legerim in Epigrammate apud Muratorium p. MDCLXXXVI. 2.

Ἀρτιγενειάζων οὐδ' εἴκοσι τέρμ' ἐνιαυτῶν
Ἐκτελέσας, γοερῶς οὐκ ἐσορῶ τὸ φάος.

In glossis legimus ἀρχιγένειος *lanuginosus.* imo ἀρτιγένειος.

P. 4. Vs. 4. Υἱὸς τοῦ Ρηγίνων τυράννου] Rursus similia vero sequitur. nam Rhegium sub regibus sive tyrannis fuit. Anaxillas nomen frequens in illis. Pausan. IX. XXIII. Diodorus Anaxillae filios tempore Hieronis Syracusis sistit L. XI. C. 66. quorum unus Cleophron vel Cleophon.

P. 4. Vs. 6. παρευδοκίμησεν ὁ μηδὲν πονήσας] In eandem sententiam epigramma nondum publicatum. : cujus Versio tamen in Guioniorum Fratrum opusculis p. 100. exhibetur. en Graecum fontem.

ΡΙΑΝΟΥ.

Ἀγρεύσας τὸν νεβρὸν ἀπώλεσα, χὠ μὲν ἀναλλὰς
Μυρία, καὶ στήσας δίκτυα καὶ στάλικας,
Σὺν κενεαῖς χείρεσσιν ἀπέρχομαι, οἱ δ' ἀμογητὶ
Τἀμὰ φέρουσιν· Ἔρως, οἷς σὺ μογοίο βαρύς.

de

de voce παρευδοκιμήσασ *St. Bergler.* ad *Alciphr.* L. I. *Ep.* XXXIX. p. 189.

P. 4. Vs. 6. Ενάθησα] *Hesych.* ἐτάθη. διέτριβεν. in aliqua re occupari diu & cum taedio, vel cum desiderio, vel cum magna contentione. *Pind. Pyth.* XI. 81. ξυνᾶσι δ' ἀμφ' ἀρεταῖς τέταμαι. fere hic, quod παρατείνεσθαι. quod ἐκτρύχεσθαι, καταπονεῖσθαι explicant veteres magistri ad *Aristophanis Nub.* 212. *Xenoph.* II. *Mem.* 788. C. ὡς παρετάθη μακρὰν ὁδὸν πορευθείς. *Casaub.* ad *Athenaeum* L. IV. XIV. p. 285.

P. 4. Vs. 7. Αυλείοις θύραις προσαγρυπνοῦντες] Communis amantium querela & sors, qui, ut *Horatii* verbis utar,

Ad non amicos heu sibi postes, & heu
Limina dura, quibus lumbos & infragunt latus,

excubare consueverunt. ad αὐλείας θύρας commercium amantibus fiebat. *Theocr.* Παιδικῷ

Τόκκα δ' οὐδὲ καλεῦντος ἐπ' αὐλείαις θύραις
Προσμόλοιμί κε, παυσάμενος χαλεπῶ πόθω.

Anthologia in inedita hoc exstat epigramma *Leonidae*, male quidam *Leonis.* εἰς Μηλὼ καὶ Σατύρην αὐλητρίδας, quae saepe comissantibus aderant.

Μηλὼ καὶ Σατύρη τανυήλικες, Ἀντιγενείδεω
Παῖδες, καὶ Μουσῶν εὔκολοι ἐργατίδες.
Μηλὼ μὲν Μούσαις [ἀνέθηκε] Πιμπληίσι τοὺς ταχυχειλεῖς
Αὐλους, καὶ ταύτην πύξινον αὐλοδόκην.
Ἡ φιλέρως Σατύρη δὲ τὸν ἕσπερον οἰνοποτήρων
Σύγκωμον. κηρῷ τευξαμένη, δόνακα,
Ἡδὺν συριστῆρα· σὺν ᾧ παννπόρφυιος ἠῶ
Ἤυγασεν, αὐλείοις ἐγκρατέουσα θύραις.

τανυήλικες in *Palatino Codice.* sed turbatum. a manu prima videtur πανυήλικες. *Guietus* defendit simili vocabulo καὶ γάρ που λαγόνεσσι μύτις τανυώριος ἦεν. at ibi longe sincerius quoque membrana eadem πανυώριος. contrarium ὥριον ἄνθος. quare & hic πανυ non spreverim. Noster *Atticorum* consuetudinem sequitur, quibus ἡ αὔλειος & αἱ αὔλειοι placent: licet in *Theophr. Charact.* XVIII. θύρα αὐλεία. ut *Dorici* & alii. Saepe αὔλιος θύρα occurrit. sed dubito de γνησιότητι hujus scripturae: cum centum in vocabulis librariorum vel seculi socordiae ista modo debeatur. ap. *Diod.* XIX. 323. sic variatur. ap. *Herodian.* VII. V. 7. ubi vir doctus correxerat.

rat. in *Luciani Dialogo Meretr.* xv: 323. *Veneta Edit.* MDL. probam ſcripturam agnoſcit: licet in *Dial.* xii. cum vulgatis faciat. adeo pertinaciter favent *Codices* huic ſcripturae, ut etiam apud Poëtas, ubi proſodia eam reſpuit, intrudatur, quemadmodum ap. *Theocrit. Idyll.* xv. 43. τὰν ἀυλίαν ἀποκλάξας quidam exhibent. in *Lyſiae* fragmentis legitur ἀυλία p. 63. ſed incertum hoc. ſaltem ἀυλειὸς ſemper uſurpatur ipſi. videantur praeſtantiſſimi viri *J. Taylorus* p. 11. & 196. *Jer. Marklandus* ad *Max. Tyr.* xxxvi. 2. *H. Valeſius* ad *Harpocrationem* in voce.

P. 4. Vs. 8. Κολακεύοντες τίτθας καὶ θεραπαινίδας, καὶ δῶρα πέμποντες τροφοῖς] Subjungi τροφοὺς τίτθαις recte docebit *Ammonius* p. 135. 138. conjungit & *Lucianus Dial. Marin.* ix. 312. T. i. τροφὸς γάρ αὐτοῦ καὶ τίτθη ἡ Ἰνώ.

P. 4. Vs. 10. Πόρνος καὶ πένης] In conviciantis ore non debet offenſioni eſſe hoc vocabulum: quod unicum eſt in toto *Charitone* a modeſtia recedens. nec abſtinent tamen ab hoc ſcommate. *Xenoph. Memor.* i. 731. D. σοφιστὰς ὥσπερ πόρνους ἀποκαλοῦσι. *Demoſth.* κατὰ Ἀνδροτ. 710. B. de *Androtione.* ὁ πόρνος οὗτος. Indecentius *Habrocomas* de ſe ipſo apud *Xen. Eph.* L. ii. 22. καὶ τις ἐμοὶ βίος περιλείπεται πόρνη μὲν ἀντὶ ἀνδρὸς γενομένῳ. ἀποστερηθέντι δὲ Ἀνθίας τῆς ἐμῆς. ſic *Cod.* Qui autem *Ariſtaen.* i. *Ep.* xiv. pro πόρνους reponi volebant πόρνας, in *Xenophonte* πόρνῳ locum fecerint. *Thomam Mag.* in χαμαιτύπη ex *Edit. Vaſcoſana* emendes.

P. 4. Vs. 10. πένης] Convicium acerbum. *Horatius* enim jam L. iii. *Odor.* 24. ex mente vulgi vocavit, *magnum opprobrium pauperiem.* vid. *T. Fabrum* ad *Aelian.* V. H. xiii. C. 39.

P. 4. Vs. 10. Καὶ μηδενὸς κρείττων βασιλέων ἀγωνισαμένων αὐτὸς] Non μηδενὸς κρείττων poteſt accipi pro *nullo noſtrum melior*: quia ne quidem privatus hic Chaereas cum potentibus tyrannis comparandus. Illum tamen ſenſum darent haec verba conjuncta. *Demoſth.* ii *Olynth* 23. E οὐδενὸς βελτίους. Περὶ συντάξ. 126. C. οὐδὲν αὐτῶν κρείττων. & tum βασιλέων ἀγωνισαμένων abſolutus foret genitivus.

Verum malim ordinare κρείττων βασιλέων ἀγωνισαμένων. *potentior. potior. ſuperior regibus.* id eſt ἄνθρωπος ὢν μηδενὸς τιμήματος. notio haec ſaepiſſime voci οὐδὲν, μηδὲν, & οὐδεὶς ineſt. ita οὐδένες ἐόντες ap. *Herod.* ix. 57. οὐδὲν ὢν ap. *Plat de R. P.* viii. p. 562. D. *Theaet.* 175. E. *Lucian.* de *Merc Cond.* i. 671. & ſaepe apud *Comicos.* quin *Euripides* in *Ione* vs. 594.

Μηδὲν καὶ οὐδὲν ἐνθάδ᾽ ὢν κεκλήσομαι.

utrumque conjunxit, non quaſi differant οὐδὲν & μηδὲν, ſed quia, ut plurimi, hic οὐδὲν ille μηδὲν vocaturi ſint.

Ut igitur communi locutione *Charito* potuiſſet ſcribere. πένης καὶ μηδὲν.

ὤν. sed nihil vetat, quo minus genitivo usus sit. aeque bene *nihili esse*, ac *nihil esse* dixeris, aliquantum tamen diverso sensu. nec μηδενὸς κρείττων unquam aequipolleat τῷ μηδενὸς ἄξιος. quod & ipsum potuisset scribere. πένης καὶ μηδενὸς ἄξιος. Consulatur *Cl. Jer. Markl.* ad *Lysiam* x. 181. *Demosth. de Libert. Rhod.* p. 147. B.

P. 4. Vs. 11. αὐτὸς ἀκόντων τὸν στέφανον ἤρατο] Probabilis conjectura Cl. *J. J. Reiskii* ἀκονιτί: quod optime opponitur τοῖς ἀγωνισαμένοις. noster L. IV. IV. 69. 23. αὐτὸς ἀκονιτὶ τὸ ἆθλον Καλλιῤῥόην ἀποίσεται. In his vocabulis non raro turbatur. ap. *Demosth. de Corona* 507. A. προεῖτο ἀκονιτί. at in *Editt.* quibusdam & *Codd.* ἀκοντὶ & ἀκονητί. [quod inmerito *Clementis Alexandrini* contextum obtinet p. 566.] *Ulpian.* ibi ἀγῶνος ἢ βίας χωρίς. ap. *Aristaen.* I. XV. legiter. ἔνθα τὶς ὁπλίτην μὲν ἰδὼν εἰ καὶ δύσμαχον, προὐβάλετο τὴν ἀσπίδα σὺν εὐτολμίᾳ, κατιθύνων τὸ δόρυ. Ἔρωτος δὲ φανέντος, γέγονε ῥίψασπις εὐθὺς, ὁ τέως θρασὺς, καὶ τὴν δεξιὰν ἀκοντὶ προσανατείνας, ὡμολόγει τὴν ἧτταν. ubi *Auratus* ἑκοντὶ emendat, merito non probante *Mercero*, qui vero similius reponit ἀκονιτί. quod aeque dicitur de eo, qui sine pugna & labore vincitur & cedit, ac de eo, qui sic vincit. ut vel ostendit l. l. *Oratoris Attici.* Vir doctus quidam tentabat τὴν δεξιὰν ἀκοντίῳ προσανατείνας. quam emendationem fere probarim: & sane praepositio πρὸς vim suam exserere debet. sufficeret enim τὴν δεξιὰν ἀνατείνας. ut intelligamus, *pugnatorem projecisse clypeum, & una hastam, dextra comprehensam, erexisse in altum: non amplius direxisse in hostem.* pugnaturus ἐπιτείνει, κατιθύνει τὸ δόρυ, *intendit: dirigit.* desiturus pugnare ἀνατείνει. *sursum elevat* & *erigit* hastam. milites enim dum progrediuntur, hastam in dextro humero gerunt, mox, ut inpetum facere sint parati, deponunt humero & directam ad feriendum protendunt. *Xenoph.* K. A. VI. 386. F. τοὺς πελταστὰς ἑκατέρωθεν ποιησάμενος, ἐπορεύετο ἐπὶ τοὺς πολεμίους, παρηγγείλατο δὲ τὰ δόρατα ἐπὶ τὸν δεξιὸν ὦμον ἔχειν, ἕως σημαίνοι τῇ σάλπιγγι. ἔπειτα δὲ εἰς προβολὴν καθέντας ἕπεσθαι βάδην . . . . . καὶ ἅμα τὰ δόρατα καθίεσαν. *demittere hastam in pugnam: in inpetum faciendum.* κατιθύνειν *Aristaeneto.* contra cessaturi ab inpetu, ἀνατείνουσι. *subrigunt: erigunt.* armatura militis est clypeus & hasta. *Aelian.* V. H. VIII. 16. τὴν ἀσπίδα καὶ τὸ δόρυ παραθέμενος, ἔλεγεν, ὅτι ἐξώπλισται. *Chion Ep.* III. 25. ἐγὼ μὲν ἀσπίδα καὶ λόγχην ἁρπάσας. qui igitur ponat clypeum & hastam surrigit, a pugna desistit, & se victum fatetur. δόρυ. ἀκόντιον saepe promiscue dicitur. *Hesych.* Ἀκόντιον. δοράτιον. μικρὰ λόγχη. Δόρυ. ὅπλον. Λόγχη. ἀκόντιον. Παλτά. ἀκόντια. λόγχαι. Παλτῶν, ἀκοντίων. qui vitiose tentatur locus. licet alioqui δόρυ & ἀκόντιον differant re vera. vid. *Xen de R. E.* 945. D. sed in loco hoc *Aristaeneti* nihil vetat, quo minus τὸ δόρυ κατιθύνειν & τὸ ἀκόντιον ἀνατείνειν contraria significent. sic *Castori*, qui δορύσσοος. *Theocr. Idyll.* XXII. 136. tamen a *Lucian. Dial. Deor.* XXVI. 282. ἀκόντιον tribuitur.

Quare in *Aristaeneto* vel ἀκοντίῳ vel ἀκονιτί reposuerim. quod & in nostro placet: licet & ἀπονητὶ posset conjici ob praecedentia μηδὲν ὑπὲρ γάμου πονήσας. *Lucian. de Gymn.* T. II. p. 889. οὐ γὰρ ἀπονητὶ προσμίξοιτο ἂν ἡ δόξα. sed proximum ἀγωνισαμένων favet τῷ ἀκονιτί.

P. 4. Vs. 12. Τὸν γάμον θάνατον τῷ νυμφίῳ ποιήσωμεν] de duplice per adpositionem accusativo V. D. in *Miscellaneis* T. VI. p. 340. consulatur. hac loquendi forma non semel noster delectatus est. vid. IV. iv. 69. 23. Ad sensum *Eurip. Med.* 349. Πικροὺς δ' ἐγὼ σφιν καὶ λυγροὺς θήσω γάμους. *Heliodor.* VII. 371. ἐγὼ, ἔφη, πικρογάμους θήσω σύμπαντας. ubi *Cod. Taur.* frustra ἅπαντας. quod reponas ap. *Manethon.* L. III. 10.

Ἢ καὶ ἀδελφειοὺς προτέρους διόλεσσεν ἅπαντας.

vulgo διώλεσε πάντας. Omnes e fonte *Homereo* suas areas irrigarunt. similis locutio ap *Artemid.* II. C. 54. p. 145. si per librarios licuisset: ubi enim nunc legitur, sine sensu, Ἀθληταῖς δὲ ἱερονίκαις θάνατον ποιεῖ. scripserat auctor. Ἀθλητὰς δὲ ἱερονίκας θάνατος ποιεῖ. loquitur de eo *Artemidorus*, qui in somnio mori sibi visus fuerat, de eoque praedicat, quod mors, in somniis visa, *pugilem* reddit *hieronicam*. τέλειοι γὰρ οἱ ἀποθανόντες, ὡς καὶ οἱ νικήσαντες.

P. 4. Vs. 13. Τύραννος] *Agragantinorum* tyranni nimis noti. sed hic potius *filium tyranni* intelligas. nam ut reges, regum filii, [*Pindar.* IV. *Pyth.* 19. *P. Burmann.* ad *Val. Flacc.* I. 174.] sic tyranni, tyrannorum filii. apud *Herodotum* L. III. 52. *Periander* ad filium. ὃς ἐὼν ἐμός τε παῖς καὶ Κορίνθου τῆς εὐδαίμονος τύραννος. qui his *tyranni*, aliis *reges*. videatur modo *Aelianus Var. Hist.* VIII. 9.

P. 4. Vs. 14. Κωλύω τὴν ἐπιβουλὴν] Sic *Cod.* Sine caussa *Apogr.* σὴν. ap. *Alciphr.* L. II. I. 102. εἰς τὴν ἀρέσκειαν. sic *Cod.* meus. vulgo deest articulus. *Bergl.* σοῦ vel σὴν. hoc malim.

P. 4. Vs. 14. Ἐπιβουλὴν] At quod suasurus est *Agragantinus*, re vera sunt insidiae. illi alii contra aperta vi uti volebant. inde dicit, *apertam vim*, ἐκ τοῦ φανεροῦ μάχην, esse extra ipsorum vires. Proinde corrigendum, κωλύω τὴν ἐπιβολὴν. *impedio consilium hoc. molimen hoc. propositum hoc ejus occidendi aperta vi.* Suidas ἐπιβολή. ἔννοια, ἐπιχείρησις. Haec vocabula passim perperam exarata inveniuntur. in primis ἐπιβολή injuria solet ejici. *Diodor.* I. 3. III. 70. I. 4. ubi consulatur doctiss. *P. Wesseling.* a quo, invitus tamen, discesserim pene L. XIII. 27 & 92. ubi ἐπιβουλή praefertur. συμβολὴ pro συμβουλὴ. ap. *Heliod.* V. 247. sic etiam *Taur.* e mente *Commelini.* in *Themistoclis Ep.* XIII. 38. pro συμβούλους. *L. Holstenius* reponit συμβόλους. *Marin. vita Procli.* σύμβολος τούτου σαφέστερος. *Plautus Pseud.* I. I. 55. in *Philone Jud.* T. II. 580. recte βολὰς pro βουλὰς restitutum. ap. *Nemesium* de N. H. C. I. p. 34. *Cod.* meus male ἐπιβουλάς. apud *Artemid.* III. 67. legendum. ὡρολόγιον, πράξεις καὶ ὁρμὰς καὶ κινήσεις καὶ ἐπιβολὰς χρειῶν σημαίνει. *aggressiones. molitiones.*

male

male ἐπιβυλάς. apud Isocrat. Paneg. 76. E. libens reposuerim ἐῶ ἂ τάντας ἐπιβολὰς [vulgo ἐπιβυλὰς] ἐμποδὼν ποιησαμένυς ἐκείνοις τοῖς ἔργοις ἐπιχειρεῖν. In Aelian. V. H. XI. 4. ἐπιβυλὴ praestiterit. alia notione ἐπιβολὴ [ζημία] reposuit pro ἐπιβυλὴ apud Lysiam in Andoc. p. 114. egregius J. Taylor. Ea instabilitas in aliis vocibus cognatis. sic in Aristaeneto I. 28. dudum eruditiss. Fr. Lud. Abreschius δυσξύμβολ@- pro δυσξύμβυλ@- correxit ex Hesychio in Miscell. nostris Vol. V. III. p. 99.

P. 4. Vs. 14. ἀσφαλεςέρῳ τῷ λογισμῷ] Plutarch. Cat. 242. χρῆται λογισμοῖς ἀσφαλέσιν. Demosth. de Cor. 522. A. ὅσον ἦν ἀνθρωπίνῳ λογισμῷ δυνατόν.

Interpres τῳ accepit pro τινι aliquo. saepe ita peccatur. ap. Max. Tyr. XXVIII. 3. ἢ διὰ ἄλλυ τυ μουσικῦ. male τῦ. mox ibi bene tamen. ὅτι ἄλλῳ τῳ. Plato Symp. 211. B. vid. Cl. Hemsterhusium ad Lucian. T. II. p. 179. Munkerum ad Antonin. Libel. C. XXI. apud Lysiam p. 379. τοιῦτον γὰρ ἐμαυτὸν τῇ πόλει παρέχω, ὥστ' ἰδίᾳ μὲν τῷ φειδωμαι, δημοσίᾳ δὲ λειτυργῶν ἥδομαι. vulgo τῶν. quod vel delendum vel in τῶν ἐμῶν mutandum pronuntiarunt. apud Aelian. V. H. VIII. 1. τῶν φίλων ἀνακοινῦται ὑπὲρ τῶν. ubi recte Perizonius & Faber τινῶν. respuunt. apud Xen. de Re Eq. 440. C. legitur τό δ' αὖ ἔμπροσθεν μακρῷ τῷ ἀγωγεῖ προϊόντα διδάσκειν ὑφηγεῖσθαι τὸν ἵππον, διὰ τάδε ἂν ψέγοιμεν. Ille articulus quidem non vitiosus. nec τῳ placet. forte tamen reponendum μακρῷ μεταγωγεῖ. eadem notione utroque vocabulo Xenophon utitur. praecipue cum ea lectio compareat in Editione Basileensi.

P. 4. Vs. 17. Κρεῖττον δὲ ἡ μετὰ τέχνης· ἢ γὰρ τυραννίδας πανουργία μᾶλλον ἢ βίᾳ κτώμεθα] contra de Romanis Aelian. V. H. XII. 35. δι' ἀρετῆς γὰρ ἴσασι Ῥωμαῖοι ἀγαθοὶ εἶναι, οὐ μὴν διὰ τέχνης ἢ πανουργίας ἢ ἐπιβυλῆς καταγωνίσασθαι τὺς ἐχθρύς.

P. 4. Vs. 19. Ἐφοπλιῶ] Eleganter dictum. Maximus Tyr. IV. 3. ἐφοπλίζειν ἀδικίαν δικαιοσύνῃ. Achilles Tatius similia L. VI. p. 401. sed longe φορτικώτερα.

P. 4. Vs. 20. Μέγα τὸ κακὸν ἀναπράξεται] *magnum malum* [nobis illatum], *magnam injuriam ulciscetur. quasi debitum exposcet.* Herodot. VII. 169. συνεκπρήξασθαι θάνατον. *mortem ulcisci.* VII. 58. ἀναπρᾶξαι χρήματα ap. Thucyd. VII. 107. συναναπρᾶξαι μισθὸν ap. Xenoph. K. A. 420. A.

Si sensus hic non foret, satius legeretur μέγα τι κακὸν ἀναπράξεται. μέγα τι κακὸν & saepe occurrit: & saepe corruptum est. Aristoph. Vesp. 168.

Ἄνθρωπ@- ὗτ@- μέγα τι δρασείει κακόν.

uti recte hunc versiculum emendat literatiss. Rich. Dawesius in Miscellaneis suis. p. 263.

Apollon. Rhod. L. III. 890. [vide & L. II. 246.]

Ὦ φίλαι, ἦ μέγα δή τι παρήλιτον.

& sic reponendum ap. Hesiod. in Scuto vs. 86.

Ἦ τι μέγ' ἀθανάτους μάκαρας, τοὶ Ὄλυμπον ἔχουσιν;
Ἤλιτεν.

vulgo μετ' ἀθανάτους. vid. Gilb. Gaulmin. ad Theod. Prodromum. p. 509. Celeber. Tib. Hemsterhusius ad Lucian. Peregr. I. p. 39. ubi μέγα pro μέτα jure reponit, agitque de formula μέγα τι. apud Demosth. περὶ παραπρ. 297. C. in quibusdam legitur εἶναι μοι τοι καὶ ἄλλο διῳκημένον αὐτῷ. in aliis καὶ διῳκημένον τι αὐτῷ. veram lectionem reputo εἶναι μοι τοι καὶ ἄλλο τι διῳκημένον αὐτῷ. Illud τι non raro exsulat. tribus locis repone apud Heliodorum ex optimo Codice Taurinensi. non vacat inspicere an & ex aliis. L. II. p. 115. μέγα γάρ τι εἰς λήθην. II. 119. καὶ ἄλλως καὶ παιδίον αὐτόθεν μέγα τι καὶ θεῖον τῶν ὀφθαλμῶν ἐξέλαμπεν. L. VIII. 412. οὕτως ἄρα ἡδύ τι καὶ τὸ ἀπόλλυσθαι, ὅταν συμβαίνῃ τοῖς ἐχθροῖς ἐπαπόλλυσθαι. quod praetulerim edito τισι.

Nec inlibenter cum L. Kustero intulerim Aristophanis versui Thesmophoriaz. 587.

Ἥκω φράσων τοῦτ' ἀγγελῶν θ' ὑμῖν, ἵνα
Σκοπῆτε, καὶ τηρῆτε, μή τι προσπέσῃ
Ἡμῖν ἀφράκτοις πρᾶγμα δεινὸν καὶ μέγα.

nam & sch. agnoscit ἀφύλακτοι δὲ μὴ πάθητε ὑπερφυές τι καὶ φοβερὸν κακόν. Julian. Caesarib p. 332. A. δύνασθαι τί μέγα. alia huc spectantia recurrent L. VII. II. 116. 20. In Aristoph. vulgo, καὶ μή.

P. 4. Vs. 21. Γυμνασίοις ἐντραφεὶς] Eurip. Phoen. 371.

Γυμνάσιά θ' οἷσιν ἐνετράφην, Δίρκης θ' ὕδωρ.

Max. Tyr. XVIII. 9. τοῖς αὐτοῖς παλαίσμασιν ἐντεθραμμένος. Plato Timaeo 19. D. αἷς ἂν ἐντραφῇ. Paullus I. ad Timoth. IV. 6. ἐντρεφόμενος τοῖς λόγοις τῆς πίστεως. Aristoph. Ran. 741. dixit τραφέντας ἐν παλαίστραις. a prima juventute, imo pueritia insuevisse alicui rei notat.

Ἁμαρτημάτων] *adulteria. furta. peccata. delicta* in re Venerea de utroque sexu. Plut. in Galba p. 378. v. Tom. videantur Interpp. ad Joann. Euang. VIII. 11.

P. 4. Vs. 24. ῥᾷον] Callirrhoë pro feminarum pudore rarius utebatur publico.

P. 4. Vs. 26. Ἐπινοίας] Noster I. XI. 15. 7. ποικίλαις ἐπινοίαις πειρώμενος ἀπατᾶν. Sch. Sophocl. Antig. vs. 394. ἐπίνοια. ἡ ἐπιοῦσα γνώμη. Hesychius. Μηχαναί. τέχναι. ἐπίνοιαι. βουλεύματα. Ἐπιτήδευμα. ἐπίνοια. ἔργον. πρᾶγμα. Polyb. I. 58. πάσαις πολιορκητικαῖς ἐπινοίαις καὶ βίαις χρησάμενοι.

LIBRI PRIMI CAPUT TERTIUM.

P. 5. Vs. 1. Ἑσπέρα μὲν ἦν, ἧκε δὲ ἀγγέλλων τις, ὅτι] In apogr. dubium erat utrum ἦλθε & ἀγγέλων. sed editum, adstipulante Codice, praestat. Demosth. de Coron. 501. E. plane modo eodem, Ἑσπέρα μὲν γὰρ ἦν. ἧκε δ' ἀγγέλλων τις, ὡς. & ibi Codd. quidam ἀγγέλων. nec mirum, cum & ἄγγελοι contra in membranis quibusdam scribantur saepe ἄγγελοι. ut ἄλλογος.

Licet autem ἧκε & ἦλθε sine discrimine hic adhiberi possint, tamen ἥκειν usitatius. alioquin sane nihil differunt ἥκειν & ἔρχεσθαι. vid. Aristoph. Ran. 1194. Hesych. ἥκει. ἔρχεται ἢ ἦλθε. quod propria glossa est τῆς ἥκει. Ἧκες. ἦλθες Dicimus ἥκει vel ἧκεν ἄγγελος vel ἀγγέλλων esse usitatius. id, quamvis in re levi & observantibus obvia, exemplis firmare aliquot taedio non erit. Xen. H. H II. 454. E. ἧκεν ἄγγελος. cui adde Demosth. l. l. superius. Aelian. III. 3. ἧκέ τις ἄγγελος. XIII. 2. ἧκεν ἀγγελία. at Thucyd. I. 61. ἦλθεν ἀγγελία. tamen recte ἧκε praelatum ap. Herodot. IX. 15. Strabo IX. 649. A. Plut. Cat. 277. Nicia. 231. Lucian. Dial. Deor. X. 229. Dial. Mar. V. 301. non tamen ἥκειν pro ἐλθεῖν contra fidem codicum intruserim, ut factum apud Aristaenetum Ep. I. XII. in ἐπανῆκον pro ἐπανῆλθον.

Ex allatis exemplis autem patet etiam vanum esse Thomam Magistrum, dum contendat ἧκον κοινότερον, ἥκω ἀττικώτερον. nam prius ex ipsis Demosthene & Xenophonte & aliis vidimus. Non vero capio quae subtilissime de voce ἥκω disputat Rich Dawesius in Miscellan. p. 351. nam inter ἥκω & ἧκον nullum aliud discrimen, quam inter πράττω & ἔπραττον. sed ipsa actionis hujus natura talis est, ut praesens pro praeterito commode adhiberi possit. sic & praesens in hisce pro futuro: quia actio praesens *venio* vim retinet respectu praeteriti & vim propagat versus futurum. nec opus ut statuamus εἶμι. ἄνειμι. εἴσειμι. ἄπειμι esse apud Atticos revera futura, ut Dawesius p. 79. contendit, nihil moratus formam. quod tantundem ac si dixerim, *odi* esse re vera praesens, licet formam

nam praeteriti habeat. an igitur & ἔρχομαι est verum futurum, quia saepissime pro ἐλεύσομαι occurrit? Nec verum est haec numquam usurpari apud Atticos nisi de futuro. quod rarius ita adhibeantur, faciunt verba, πορεύομαι, βαδίζω & alia huic significationi magis dedicata. sed hac de re non agimus nunc.

P. 5. Vs. 2. πεσὼν ἀπὸ κλίμακος] Ut Elpenor ap. Homerum Odyss. K. 557.

Ἄψορρον κατέβαινεν, ἰὼν ἐς κλίμακα μακρήν.
Ἀλλὰ καταντικρὺ τέγεος πέσεν.

ne putemus infra dignitatem διηγήσεως hunc casum.

P. 5. Vs. 2. Ἐν ἀγρῷ] Ubi fere senes tranquillam agebant senectutem rus colendo, ut Laertes ap. Homerum Odyss. α. 210.

Ἐν δέ γυνὴ Σικελὴ γρηῦς πέλεν, ἥ ῥα γέροντα
Ἐνδυκέως κομέεσκεν, ἐπ' ἀγροῦ, νόσφι πόληος.

Aelian. Var. Hist. VII. 5. inde apud Aristaen. I. Ep. 10. Acontium elegantiores juvenes cavillantur, quia ἐπὶ πάσῃ προφάσει εἰς ἀγρὸν ἐφοίτα. διόπερ οἱ κομψότεροι τῶν ἡλικιωτῶν Λαέρτην αὐτὸν ἐπωνόμαζον. Hinc & argumentum sumsit Aeneas Epistolae secundae p. 422. Mox supple ὅτι vel διότι.

P. 5. Vs. 4. Ἔμελλεν ἀπελεύσασθαι] μέλλειν cum praesenti, futuro & aoristis construi, & aoristos pro futuris passim occurrere & frustra saepe sollicitari, olim & nuperius Eruditi adfatim docuerunt. videantur Aem. Portus ad Xen. de Ven. 971. E. J. Hoeslin. ad Apollon. Rhod. I v. 94. Bergl. ad Alciphr. I. XXI. Hemsterh. in Miscellan. T. IV. p. 286. L. Bosius ad Th. Mag. Abresch. in iisdem Misc. T. XI. III. 2. Wessel. ad Diod. XV. 8 & 12. & alii. Quare nihil attinet nova exempla magno apud meliores numero obvia constipare, & operam porro perdere in locis vindicandis, cum quivis jam pervideat, nisi auctoritate optimorum & plurimorum codicum, in his nihil quidquam esse moliendum.

P. 5. Vs. 4. Οὐ γὰρ οἷόντε ἦν ἐξάγειν ἤδη τὴν κόρην] Verecundia novae nuptae hoc non permittebat. Heliod. VI. 293. προὔπεμπε δὲ καὶ ἡ Ναυσίκλεια, πολλὰ τὸν πατέρα ἐπιτρέψαι καθικετεύσασα [Cod. καθικετεύουσα vitiose], τῆς νυμφικῆς αἰδοῦς ὑπὸ φίλτρου τοῦ περὶ τὴν Χαρίκλειαν ἐκνικηθεῖσα.

ἦσαν καὶ κατέλιπον] An ἐκόμισαν. quod ortum ducat ex κομι ησαν. vel ἤνεγκαν vel ἀφῆκαν. vel fere cum V. E. ἴασαν. vel, nisi abiret longius, ἀνέπαυσαν. faveret Aelian. V. H. II. 41. Τὸν ἐκ τῆς δάφνης στέφανον ἐνταῦθα ἀνέπαυσε καὶ ἀπέλιπε. ubi varia lectio ἀφῆκε. εἴασαν proximum foret, sed in Charitone nolim hoc tentare.

P. 5. Vs. 8. Οἴνε πηλὸν ἐποίησαν] Plene ἐξ οἴνε. ut in *Joann. Euang.* IX. 6. ἐποίησε πηλὸν ἐκ τȣ̃ πτύσματος. *Plut.* de *Ira. Cobib.* 463. A. διὸ τῶν μὲν ἀσώτων ταῖς οἰκίαις προσιόντες, αὐλητρίδος ἀκούομεν ἑωθινῆς, καὶ πηλὸν ὅσις εἶπεν οἴνε, καὶ σπαράγματα σεφάνων. forte ὡς τις ἐποίησεν. quam lasciviam vetabant proverbiali locutione Μὴ δεῖν τὸν Οἰνέα Πηλέα ποιεῖν pro οἴνε ποιεῖν πηλόν. uti quidem ex *Eustathio* interpretatur *J. Casaubonus* ad *Athenaeum* IX. VIII. *Tertullian. Apolog.* C. XXXV. *civitatem tabernae habitu abolefacere. vino lutum cogere.* ubi doctiss. *H. Cannegiterus* in *Dissert.* post *Avianum* p. 310. putat legendum *coquere.* sed *lutum* videtur *cogi*, quando pulvis arida & arena sicca admixtione aquae *lutum*, *coenum* fit. *Plat. Theaet.* 191. B. γῆ ὑγρῷ φυραθεῖσα πηλός. *Herodot.* IV. 28. ὕδωρ ἐγχέας, πηλὸν οὐ ποιήσεις. *Afranius Incendio* ap. *Nonium* in *derepente.* p. 518. dixit, *facere lutum.* sed *J. Lipsius* L. V. *Epist. Quaest.* 25. *lucrum* recte reposuit, credo. Eadem locutio in *Epigr. Anth.* II. LVII. 3. 172. quod laudat commode *S. Havercampus* ad *Tertullianum.*

Μὴ μύρα, μὴ σεφάνες σήλαις χάρισαι λιθίναισι,
 Μηδὲ τὸ πῦρ φλέξῃς. ἐς κενὸν ἡ δαπάνη.
 Ζῶντί μοι, εἴ τι χῇς, μετάδος. τέφραν δὲ μεθύσκων,
 Πηλὸν ποιήσεις. κοὐχ ὁ θανὼν πίεται.

sic legendum fide *Cod. Palatini* & lapidis etiamnum exstantis in *Villa Pamphilia*, [licet aliter legatur vulgo & etiam a *Salmasio* in *Plinianis* p. 858. laudetur] ut discimus ex *Cl. Muratorii Thesauro* p. MCCCXXI. quod & adjunctum habet duo alia epigrammata, quorum primum hic adponere nihil vetat, quo modo ante aliquot annos correximus.

Μή μȣ παρέλθῃς τȣ̉πίγραμμ', ὁδοιπόρε.
'Αλλὰ σαθεὶς ἄκȣε, καὶ μαθὼν ἄπει.
Οὐκ ἔσ' ἐν 'Αδȣ πλοῖον, οὐ πορθμεὺς Χάρων,
Οὐκ 'Αιακὸς κλειδȣ̃χος, οὐχὶ κέρβερος [κύων] *
'Ημεῖς δὲ πάντες οἱ κάτω τεθνηκότες
Οσέα τέφρα τε γεγόναμεν, ἄλλο δ' ουδὲ ἕν.
Εἴρηκα. δὶ ὀρθῆς ὕπαγε, ὦ ὁδοιπόρε,
Μή καὶ τεθνηκὼς γ' ἀδόλεσχός σοι φανῶ.

* ex glossa Marmorarii vel incogitantia versificatoris.

conferat Lector quae eruditissimus *Joan. Henr. Leichius* conatus fuit in *Miscell. Lipsiens.* T. I. p. 484. & postea in *Curis Secundis* p. 43. cujus consensum in quibusdam deprehendes. vide L. VIII. I. 128. 16.

P. 5. Vs. 8. Δᾶδας ἔρριψαν ἡμικαύσους] Post comum finitum. *Ovidius* I. *Met.* 492. & IV. *Fast.* 167. Semustamque *facem vigilata nocte viator Ponet.* δαὶς ἡμικαυσὸς est δαλός. *titio. torris.* eleganter *Meleagro* in *Anthologia amicus, jam minus placens*, vocatur δαλός. *torris.* non δαΐς. *fax.* sicuti *Horatio* IV. XIII. *anus* dicitur *dilapsa in cinerem fax.* nec obstant, quae notantur ad *Luciani* T. I. 100. quin δαῒς & δαλὸς sibi recte opponantur. en ut exhibetur in *Palatino* & omnibus meis *Apographis.*

Οὐ

Οὐκ ἔτι μοὶ Θήρων γράφεται καλός. οὐδὲ πυραυγὴς
Πρὶν ποτε, νῦν δ' ἤδη δαλὸς, Ἀπολλόδοτος.
Στέργω θηλὺν ἔρωτα, δασυτρώγλων δὲ πίεσμα
Λασταύρων μελέτω ποιμέσιν αἰγοβάταις.

quae autem gravis menda oppresserit versum secundum, ut quibusdam placuit, non perspicio. notes velim, ut Apollodotus, jam δαλὸς *titio*, opponatur eidem olim πυραυγεῖ. *faci flammanti*. scribitur & ἡμίκαυτος *Dion Cass.* L. p. 441. D. *Suidas*. ut πολύκλαυς & πολύκλαυτος. *Plat. Phaedr*. 264. D. ἐπίκαυτος & ἐπίκαυστος. ἄκλαυτος & ἄκλαυστος. videatur cultissimi ingenii vir *Matthias Röverus* ad *Musaeum* vs. 236 & 331.

P. 5. Vs. 9. ὁ παριὼν. τὸ. στήκει] Videtur aliquid plus deesse quam εἰστήκει vel ἐφειστήκει. *Plato Symp*. 172. A. an latet αὐτόθι?

P. 5. Vs. 9. Κοινῷ τινὶ πολυπραγμοσύνης πάθει] *Vitio gentis humanae*. ait *Petron*. C. CXI. infra vide I. XII. 17. 10.

P. 5. Vs. 10. ῥᾷον ἐσχηκότος] *Harpocration*. Ῥαΐσαι. ἀντὶ τοῦ ῥᾴως ἔχειν ἐκ τῆς νόσου. ubi videatur *H. Valesius*, ῥᾴως sive ῥᾷον ἔχειν vel εἶναι minus esse quam ὑγιαίνειν animadvertens: qui eadem ad *Philostorgii Histor. Eccles.* VII. 7. ut intelligamus *Chaerean* non plenam patris sanitatem prae desiderio revisendae conjugis exspectasse, sed in urbem revertisse, simul meliuscule haberet. ῥᾷον sive ῥᾴως ἔχειν passim. *Artemid*. V. 71. p. 275. In *Max. Tyr*. XIII. I. 139 legitur τοῦ σώματος πεφυκότος νοσεῖν καὶ ὑγείᾳ ῥᾷονος. quae merito non satisfaciunt. mallem καὶ ῥᾷον εἶναι vel ἔχειν. ὑγιαίνειν ibi ex *glossa* in *codicibus*. ex quo fonte & ὑγεία fluxerit. Καὶ ῥαΐσαι simplicissimum foret. vid. *Cl. Salmas.* ad *Achill. Tat.* p. 627.

P. 5. Vs. 12. ἐθα . . .] ἐθαύμασε. mox *Codex* μετέβαλεν.

P. 5. Vs. 15. πυνθανόμενος δὲ τί σου . . . ἦν] supple τί συνέβη, ἄφωνος vel ἄναυδος vel ἐνεὸς ἦν. VI. VII. 108. 25. εὐθὺς ὠχρός τε ἦν καὶ ἄφωνος.

P. 5. Vs. 17. ἐπινοοῦσα] Non male interpres ὑπονοοῦσα. sic *H. Stephan.* in in *Plut. Romulo* p. 44. & mox αἰτίαν certo reponi debet.

P. 5. Vs. 18. ὕφαιμοις τοῖς ὀφθαλμοῖς] *ex moerore: ira: furore. Virg.* IV. *Aen.* 643. *Sanguineam obvolvens aciem maculisque trementes Interfusa genas Dido. Anthol.* IV. IX. 13. 318. Ἧς ἔτι κανθὸς ὕφαιμος ἐπιστράπτει φόνιον πῦρ. *de Medea. Sch. Aristoph. Vesp.* 729. ἀτενῆ, τὸν μανικὸν νῦν εἴρηκεν. ἠγριωμένοι γάρ εἰσι καὶ ὕφαιμοι τῶν τοιούτων οἱ ὀφθαλμοί. *Philo Jud. Leg.* ad *Cajum* p. 1019. E. [T. II. p. 573] προσέρχεταί τις ὕφαιμόν τι καὶ ταραχῶδες ὑποβλεπόμενος. *Lucian. de Paras.* T. II. 864. δεινὸν βλέπων, ὁποῖον ἡμεῖς, μέγα καὶ ὕφαιμον. *Achill. Tat.* IV. 239. ὕφαιμον βλέπουσα. L. I. 15. τὸ πρόσωπον ἀγρίαν. ὀφθαλμὸν ἐν αἵματι. *Artem.* II. 36 p. 127. ἥλιος ἀμαυρὸς ἢ ὕφαιμος ἢ μορμυρωπός. vid. *Suidan.* in μορμυρωπός. *Plato Phaedro* p. 253 E. *J. Firmicus*. IV. XII. 4. Quia igitur oculus, & in primis sanguinolentus, tot animi affectuum index & speculum est, & non minus mens per oculum quam per linguam

guam cognoſcitur, Aegyptii, reſpectu habito ad λόγον ἐνδιάθετον non minus quam ad λόγον προφορικὸν, quando ſermonem, τὸ λέγειν, volebant hieroglyphice pingere, non tantum *linguam*, ſed & *oculum* eumque *ſanguine ſuffuſum* ſculpſere. ita capiendus Horapollo L. I. XXVIII. τὸ λέγειν δὲ γράφοντες, γλῶσσαν ζωγραφοῦσι, καὶ ὕφαιμον ὀφθαλμόν. & huc tendunt doctiſſimorum fere virorum Merceri & Hoeſchelii interpretationes.

P. 5. V. 18. Καὶ παχεῖ τῷ φθέγματι κατε . . κλάιω] Sic in codice exaratum videtur: in apographo erat παχου τῷ φθες. unde mihi & interpreti exſculptum fuerat πάθει τῷ χθὲς κατεχόμενος. quod in verſione obtinet. Ut nunc video, minus prudenter: quia χθὲς locum non habet in Chaerea qui, hoc ipſo mane reverſus, iram ad conſpectas laſciviae reliquias conceperat. lubenter igitur cedo ἀντιψήφω accuratiſſimi Antonii Cocchii, & ſequor nunc editam lectionem. παχὺ φθέγμα non male tribuitur irato: quum prae motu animi lingua praepediatur articulatum efferre ſonum, ſed *pingue* quid proferat. Ita Barbari παχυστομοῦντες Straboni L. XIV. 977. C. quibus & παχυστομία tribuitur. Audeo tamen, quia intricatior lectio, ſuſpicari τραχεῖ τῷ φθέγματι. quod certe aliquantum aptius iratis. Lucian. Fugit. T. III. p. 380. ὀργίλον, ἄμουσον, τραχύφωνον, λοίδορον. quamvis Strabo l. l. τραχυστόμους & παχυστόμους de Barbaris. ſed τραχὺς ſaepe de *ſermone pleno minis*. Theocr. Idyll. XXII. 74. τρηχὺ δὲ φωνῇ Ἠπείλει. ita τραχὺ βοᾶν in Epigrammate Anthol. L. VII. Ep. 108. quod non gravabor adponere totum ex fide Cod. & conjectura emendatum.

Τί ξένον, εἰ βροτολοιγὸς Ἔρως τὰ πυρίπνοα τόξα
  Βάλλει, καὶ λαμυροῖς ὄμμασι πικρὰ γελᾷ;
Οὐ μάτηρ στέργει μὲν Ἄρη, γαμέτις δὲ τέτυκται
  Ἀφαίστου, κοινὰ καὶ πυρὶ καὶ ξίφεσιν;
Ματρὸς δ' οὐ μάτηρ ἀνέμων μάστιξι θάλασσα
  Τραχὺ βοᾷ. γενέτας δ' οὔτε τις οὔτε τίνος;
Τοὔνεκεν Ἀφαίστου μὲν ἔχει φλόγα, κύμασι δ' ὀργὰν
  Στέρξεν ἴσαν, Ἄρεως δ' αἱματόφυρτα βέλη.

P. 5. Vs. 19. Τὴν ἐμοῦ δυστυχίαν] Codicis margo adraſa incertiorem ultimam vocem reddit. nam & τύχην poſſes.

P. 5. Vs. 21. Τὰ δὲ τὰ πρόθυρα] Vitioſa ſcriptura. ſcribe τάδε τὰ πρόθυρα. conjunctim. Quod traditur de geminato articulo, non dixerim quale ſit. quis ferat ὁ δὲ ὁ ἄνθρωπος pro ὁ δὲ ἄνθρωπος! rectum fuerit & aliud quid ſignificarit ὅδε ὁ ἀνήρ. ut ἥδε ἡ γυνή. τόδε τὸ πλῆθος. ſcio J. Gronovium in Herodoto p. 765. publicaſſe & vindicaſſe ex auctoritate codicis, ſane fallere non inſoliti, τόγε τοπάλαιον. Origo harum levicularum men-

 darum

darum typi saepissime, qui facile τὴν δὲ τὴν τέχνην dant pro τήνδε τὴν τέχνην. Τὸ δὲ τὸ ςῆθος pro τόδε τὸ ςῆθος. iste prior scribendi modus mendosus. at geminatio Articuli in locutionibus. ὁ βασιλεὺς ὁ Ῥωμαίων, ὁ δῆμος ὁ Ἀθηναίων nihil huc facit & centum millies occurrit. Viri Graece docti longissime absunt, ut talia docuerint ad Luciani Dial. Mar. Deor. III. p. 296.

P. 5. Vs 22. Συνήθη τοῖς κώμοις] Callirrhoe acerbe satis suspicione compensat & amolitur Chaereae suspicionem. Max. Tyr. XXIV. ὡς δὲ ἐσωφρόνει τὸ μειράκιον [ὁ Ἀχλαίων] καὶ ὑπερεφρόνει τῦ ὑβριςοῦ ἐραςοῦ, ἐπιφάμασεν εἰς Ἀχλαίωνος ὁ ἐραςής.

Δακρύων ἀφῆκε πηγάς] II. III. 26. 18. dixit πηγήν. passim Poëtae. Aeschylus pro magniloquentia in Prom. vs. 401.

παρειὰν
νοτίοις ἔτεγξα παγαῖς.

ubi Hebraismum putat doctissimus Stanlejus: quasi arida adeo fuerint Graecorum ingenia, ut abundantiam lacrimarum cum alio quovis ubere liquore sine magistris Hebraeis comparare nequissent. passim Poëtis πηγαὶ sunt *lacrimae*. Eurip. Alcest. 1067. ἐκ δ' ὀμμάτων Πηγαὶ κατεῤῥώγασιν. Hercul. Fur. 1354. οὔτ' ἀπ' ὀμμάτων Ἔςαξα πηγάς. an & Aeschines περὶ παραπρ. 249. C. πηγὰς λόγων ἀφθόνυς ex Hebraeo fonte hausit? Crediderim ex Arabica τερατολογία potius Theophylactum Ep. LIV. repetisse πῦ σοι τῶν δακρύων τὰ ῥεῖθρα, ἃ τοῖς ἡμετέροις ποςὶν ἐπεχύμαινε. sane ποταμῶδες δάκρυον Eunapii talibus defendi posset, si abusus abusum vindicare posset. videatur non spernendus horum judex Tib. Hemsterhusius ad Lucian. Timon. p. 105. T. I.

P. 5. Vs 24. Εὔκολοι δὲ τοῖς ἐρῶσιν αἱ διαλλαγαὶ] Menander ap. Stobaeum C. LXI. p. 388. in Andria.

Ὀργὴ φιλοῦντων ὀλίγον ἰσχύει χρόνον.

In hanc sententiam plura ad Aeliani Var. Hist. II. XX. congesta.

P. 5. Vs. 26. τὴν μετάνοιαν ἠσπάζετο] *Contenta erat ejus poenitentia. gratam & acceptam habebat.* ἀσπάζεσθαι dicimur id, *quo delectamur*: *quod sequimur.* ita πᾶσαν τὴν φιλοσοφίαν ἠσπάζετο Plutarch. in Lucullo p. 196. ubi Londin & Paris. Editt. male ἐσπάζετο. vid. Lucian. Abdicat. T. II. p. 175. τὴν φύσιν ἀσπάζεσθαι.

P. 6. Vs. 2. Ἀυτοὺς] In Apographo semper fere αὐτοὺς. mutavi tamen plerumque ex usu, quod fere poenitet; cum si unum tenorem sequi

ſequi voluiſſem, hic illic adſpirare debuiſſem praecedentes literas T. K. quod tamen non admiſi: niſi ubi ſic inveni. ex gr. ἀπ' αὐτῦ *a ſe.* ubi tum ſecundum Grammaticos canonas ἀφ' αὑτοῦ. reliqui igitur hoc, & καθ' αὑτὸς & ſimilia. ſemel hoc monuiſſe ſuffecerit. vid. H. Valeſ. ad Ammian. Marc. XVI. XII. 115. Neſcio quid ſit quod ad Lyſiam p. 456. ſcribitur αὐτοὶ ἔχοιτε. *voſmet.*

LIBRI PRIMI CAPUT QUARTUM.

P. 6. Vs. 3. Διαπεπτωκυίης τῆς τέχνης] Aeſchin. περὶ παραπρ. 252. A. τὸ συκοφάντημα διέπιπτεν αὐτῷ. Polyb. V. 26. p. 521. διαπεσούσης δ' αὐτῷ τῆς ἐπιβολῆς. Diod. XVII. 7. dixit ἀποπεσεῖν τῆς ἐπιβολῆς. vid. & Cl. Weſſel. ad Diod. I. 50. Ariſtaenetus II. 9. καὶ ἀνιαρώτερον ἔςαι μοι τῦτο ἢ τῆς σῆς διαπεπτωκέναι φιλίας. ſed ibi ſcribe διεκπεπτωκέναι ex viri docti ſententia, & praeterea ἀνιαρότερον, docente J. Daviſio ad Max. Tyr. III. p. 101.

Ἤπτετο λοιπὸν] Mendoſe Apogr. non codex, ἧπτε τὸ λοιπόν. poſſes & ἥπτετό τὸ λοιπόν. ſimile vitium obſidet Ariſtaen. I. XVI. ἵνα μὴ ταῖς ἀλγηδόσιν αὐτῆς αμαυρώσετο κάλλος, ita Sambucus. alii ἀμαυρώσαιτο κάλλος. viderunt alii κάλλος ſibi ſuum articulum debere adſciſcere: unde Auratus legit ἀμαυρώσῃς τὸ κάλλος. Vir Doctus ἀμαυρωθῇ τὸ κάλλος. ad ſenſum & Graeciſmum bene. neſcio tamen an vera lectio jam emerſerit. ἵνα & ἵνα μὴ cum indicativo & quidem ejus aoriſto compoſitum invenitur, quod ſi hic admittamus Sambuciana lectio pene erit proba. ἵνα μὴ ταῖς ἀλγηδόσιν αὐτῆς ἠμαύρωσε τὸ κάλλος. vel ἀμαυρώσειε. nempe *puella.* apud Manethonem III. 172. articulus adhaeſit principio vocis: legendum enim

> Καὶ δ' ἀλόχοις ἥρμοσεν ἀεικελίαις, τέκνα πολλῶν
> Ἤδη θρεψαμέναις, ἃ ςέργυσ' αὐτοὶ ἀνάγκῃ.

vulgo

> τέκν' ἀπ' ἄλλων
> Ἤδη θρεψαμένας ἀςέργυσ'

& ad haec etiam verſio concinnata eſt.

P. 6. Vs. 5. τὶ τοιῦτον] An dixit ἄπτεως τι; an potius κατὰ intelligis. hoc malim. ἄπτεως κατασκευῆς commoda locutio.

ςωμύλος] Plane ſimilis locus de paraſito ap. Alciphr. III. XLIV. τί γὰρ καὶ ςωμύλον ἔχει; τὶ δὲ ὁμιλητικὸν καὶ ἡδὺ φέρει; ἀλλ' ἴσως εὐμενεςέροις ὄμμασιν ἐκεῖνον εἶδον αἱ χάριτες.

P. 6. Vs. 6. Ὑποκριτὴν ἔρωτος] Mihi non probaretur, qui requireret ἐρῶντος. quamvis haec vocabula ſaepe ſibi poſſeſſionem dubiam faciant. Vid. v. I. 79. I. quis apud Achillem Tatium L. VIII. 527. ἔρως δέ με λῃστείας ὑποκριτὴν πεποίηκε, refinxerit λῃστῦ Sic bonus Lucius apud Appulejum L. VII. Met. 133. accuſatur, quaſi *falſis amoribus ancillae Milonis animum inrepens, januae clauſtra ſedulo exploraverat.*

P 6. Vs 7. τὴν ἄβραν προσπίπτων φιλεῖν ἐποίει] hic κολακεύειν ſignificat προσπίπτειν. fere in catulis quod σαίνειν. Ariſtoph. Eccl. 690.

Αἱ δὲ γυναῖκες κατὰ τὰς διόδους
Προσπίπτουσαι τοῖς ἀπὸ δείπνου.

Xen. K. Π. I. 14. A. τὸ σκυλακῶδες, τὸ πᾶσι προσπίπτειν. Heſych. προσπίπτω. λιπαρῶ. ἱκετεύω quae notiones eodem redeunt. videtur tamen Lexicographus a geſtu precantium & ſe pedibus advolventium locutionem deducere nec male. alioqui & violentiae eſt, ut ap. Lucian. Dial. Mort. XIX 410 τί ἄγχεις, ὦ Πρωτεσίλαε, τὴν Ἑλένην προσπεσών.

ἐποίει] illud quomodo hic ſe tueatur, neſcio. an ille paraſitus *faciebat*, id eſt, *cogebat* ancillam amare ſe? mallem legeretur προσεποιεῖτο. προς exciderit ob praecedens in προσπίπτων. *fingebat*. ne quis putet ſufficere προσεποίει genius linguae vetat. vid. Vann. Crit. p. 240. Ap. Xen. Eph. I p. 8 προσεποίουν ὡς εἴη τὸ δεινόν. ubi merito doctiſſimus Hemſterhuſius ſignficationem fingendi amolitur, in Miſcell. Vol. III p. 411. & προσεποιοῦντο cum ipſo praeferendum videtur. niſi aliud quid lateat. nam diligentia Cocchii lineola ſubduxit vocem. προσετίθουν non male conveniret.

Quod ad noſtrum locum attinet ἐποίει ſteterit, ſi προσπίπτοντα legas, & referas ad Agragantinum hanc periodum. ὁ Ἀγραγαντῖνος ἐποίει τὸν παράσιτον προσπίπτοντα φιλεῖν τὴν ἄβραν.

P. 6. Vs. 6 Ἅβραν] Viris eruditis, qui huic voci adſpirationem in Miſcellaneis T. III. p. 403. vindicant, auctoritatem novam ſuppeditat hic titulus.

D M
POMPEIAE
PHILUMENE
HABROCOMAS
UXORI
SANCTISSIMAE
ET DULCISSIMAE.

quem

quem Ant. Fr. Gorius, Antiquariorum eruditorum, quibus Italia floret, perquam meritiſſimus, edidit in praefatione Tom III. p. XLII Inſcriptionum Etruſcarum, quem amicitiae noſtrae ſacrum eſſe voluit.

Apud Heliodorum L. VIII. 389. ἄυρα recte quidem in ἄβρα mutatum: ſed verſio retinet: *aurae miniſtranti.* an vero ap Plutarch. in Cicerone p. 470. item mutatio ſit inſtituenda, ut videtur Solano, dubito φήσαντος ἀκόλυθον Πομπωνίας ζητεῖν Ἄυραν τοὔνομα. nam Plutarchus non dicit τὴν ἄβραν ſed ἄυραν τοὔνομα. *Auram.* & nihil vetat Ancillae fuiſſe nomen *Aura.* eſt enim cognomen femininum. ap. Fabrettum Cl. I. 42. p. 11. *Abucciae Aurae.* apud J. Vignolium Inſcrip. Select. p. 267. *Juliae Aurae.* repetiit Murat. MVI. 7. *Mariae Aurae* ap. eundem Vignolium p. 287. ſed quam emendatiorem legas Tom. III. Inſcript. Etruſcar. p. 53 in cujus operis primo tomo quoque exſtat p. 253. nec non ap. Murator. MDCCXLV. 10.

Notum quam ſaepe in hac ſcriptura turbetur. Καλαβρία jam recte in Καλαυρία apud Plutarch. in Demoſth. p. 436. reſtitutum. ſed difficilius idem auctor corruptus in Timoleonte p. 139. Timoleon dicitur στρατεύσας εἰς Καλαυρίαν. interpres dedit *Calabriam.* Solanus reprehendit, quia non exceſſit Sicilia Timoleon. at docere debuiſſet una, fuiſſe aliquam Καλαυρίαν in Sicilia. utraque ſcriptura eſt falſa. legendum εἰς Καυλωνίαν. de qua Stephanus. haec urbs in mediterraneis verſus meridiem, ubi flumen hodie dictum *Murallo*, vel *Amurello* vel *Amurellus* vel *Amurelius*, influens in hodie dictum flumen *Salſo*, antiquum *Himeram* meridionalem.

Hic ſitus optime convenit iis, quae narrantur a Plutarcho. & quo minus dubites, probabiliſſimum eſt, fluvium, quem tranſiit Hicetas, dum Timoleon erat ad Cauloniam, eſſe illum ipſum Δαμυρίαν Plutarcho memoratum, quem hodieque dici docuimus, *Amurelum*, *Amurellum*, *Murallo.* ΔΑΜΥΡΙΑΝ & ΑΜΥΡΕΛΙΑΝ quid differunt in nomine praeſertim proprio! Sed haec alius loci. Similiter Καλαύροψ & καλάβροψ utrumque legitur. ſed merito Cl. Hemſterhuſius ad Lucian. I. 257. antiquiorem orthographiam priorem cenſuit. vid. G. Gaulmin. ad Prodr. p 177. etiam in Apollonii Rhodii L. IV. 974. ſcias antiquiſſimum codicem Florentinum habere Καλαύροπα.

Apud Strabonem legimus L. VII. 449. B. Ὕλη γαύβρητα ubi Caſaub. notat Ptolemaeo dici τὴν ὕλην Γαβρῆταν. non dubito, quin vitioſe vel β vel υ apud Strabonem ex duplice orthographia irrepſerit. Λάβρα στενωπός pro λαύρα in Lexico Coiſliniano p. 437. in Etym. M. pro Λαβρόσυτος recte Sylburg. λαυρόσυτος. ſed eam vocem Cod. meus accuratiſſime ſcriptus non agnoſcit: nec prima editio.

P. 6. Vs. 7. ἐκεῖτο] Non dignum erat ſervari, licet ſic codex. Quis non videt ἐπειδὴ vel ἐπεὶ ὡς legendum eſſe! I. VI. 9. 22. ἐπείσειν ὄντος ὁ λόγος.

P. 6. Vs. 8. Ὑπηγάγετο] non ſine dolo & inſidiis induxit. Xen. H. A. II. 281. E. καὶ νῦν μὲν ἡμᾶς ὑπάγεται μένειν, διὰ τὸ διεσπάρθαι αὐτῷ τὸ στράτευμα. conſulatur Cl. Hemſterhuſius ad Ariſtoph. Plut. p. 59.

P. 6. Vs. 8. ποῖτε λέγειν] τῷ τε λέγειν Interpres. poſſes etiam τοτὲ λέγων. Theophr. Char. IX. δανείζεσθαι κριθὰς, τοτὲ δὲ ἄχυρον.

P. 6. Vs. 8. ἀπάγξεσθαι] Remedium & minae ſolitae infelicium amantium. Theocr. III. Idyll. 9. ἀπάγξασθαί με ποησεῖς. ſimilia ap. Appulejum IX. Met. 189. 5.

P. 6. Vs. 9. γυνὴ εὐάλωτον] VII. VI. 125. 12.

P. 6. Vs. II. Ὑποκριτὴν ἕτερον] δευτεραγωνιστὴν ſive potius τριταγωνιστήν. nam Agragantinus erat quaſi ποιητὴς τῆς ὅλης τραγῳδίας, ut talem vocat Lucian. Tyrannic. T. II. p. 156. paſſim σκηνή. δρᾶμα. τραγῳδία. κωμῳδία. παρεγκύκλημα. ἐπεισόδιον. ἀνταγώνισμα τοῦ δράματος. *mimus. perſona. fabula. aulaeum. ſiparium.* de rebus per machinationes, dolum, ſimulationem evenientibus occurrunt.

P. 6. Vs. II. Εὔχαριν] Sic Cod. apographi ſcriptorem primo deceperat ſcriptura ſiglae, quae facile pro α vel ευ accipitur. vid. ad L. III. II. 42. 19. ap. Xen. Memor. V. 839. E. contra εὐχαριστότερον pro ἀχαριστότερον in ora Leunclavianae Editionis. ap. Xen. Epheſ. v. 75. editur. οὐδὲ ὑποβάλλειν ἔργοις εὐτόνοις καὶ σκληροῖς. & recte. tamen Cod. habet ἀτόνοις. ap. Artemid. L. II. 42. p. 132. ἄδηλος pro εὔδηλος. recte tamen vertitur. And. Schottus in Theophyl. Epiſt. LXIX. τῆς εὐπρεπείας pro ἀπρεπείας recte reponere videtur. in eadem Epiſtola, ut hoc obiter notem, pro ἀνοίας ab eodem editur νεανίας. ex verſione collegeris voluiſſe ἀνίας. *doloris.* ap. Heliod. X. 478. ὅρα . . . μὴ οὐκ εὐπρεπὲς ᾖ. Cod. Taur. & Vat. ἀπρεπές. mutarunt qui hic cogitarunt μὴ οὐκ nihil ultra τὸ ſimplex μὴ valere. dubites aliquando quid eligendum. ut ap. Plutarch. Alex. 78. οὐδὲν ᾤετο τοῖς θαρρῶσιν ἀνάλωτον, οὐδὲ ὀχυρὸν εἶναι τοῖς εὐτόλμοις. ubi in duobus codicibus legitur ἀτόλμοις. prius hoc ſenſum habet, ſed bis idem dixerit. ἀτόλμοις exemplum Oxyartae firmat τοῦ δειλοτάτου. ſed apud Maneth. III. 39. ſine haeſitatione lege.

Δύνων δ' ἀκτεάνους, ὀλοὸς δὲ τέκνοισιν ἐτύχθη.

nam modo ex oppoſito Ζεὺς ὥρην ἐφέπων τεύχει ἀφνειούς. vix poſſum probare Cl. J. Taylori ſententiam in his verbis Lycurgi κατὰ Λεωκρ. p. 195. εὐτυχίαν in ἀτυχίαν mutantis. ὥσπερ γὰρ ἀνθρώπῳ ζῶντι μὲν ἐλπὶς ἐκ τοῦ κακῶς πρᾶξαι μεταπεσεῖν, τελευτήσαντι καὶ συναναιρεῖται, πάντα δὲ ὧν ἄν τις εὐδαιμονήσειεν, οὕτω

καὶ

ϗ περὶ τὰς πόλεις συμβαίνει, πέρας ἔχειν τὴν εὐτυχίαν, ὅταν ἀνάστατοι γίνωνται. *ut cum homine mortuo omnis ejus* εὐδαιμονία *perit: sic cum urbe eversa omnis ejus* εὐτυχία *finem habet.* hic videtur sensus.

P. 6. Vs. 14. περὶ τὰς παλαίστρας ἀλύοντι] Herophilus ap. Erotianum in Ἀλυσμὸς ponit τὸ Ἀλύειν συνώνυμον τῷ πλανᾶσθαι. Quod refutat Lexicographus. sed sane *vagari* apte redditur, quia *vagi* etiam saepe non sine maerore & curis. Heliod. II. 116. Ἀλύοντι μοὶ κατὰ τὴν πόλιν ϗ διατιθεμένῳ χολήν. Aelian. IX. V. H. 25. ἐν ταῖς ἀγοραῖς ἀποσχολάζοντας ἀλύειν dicit. multi multa.

P. 6. Vs. 16. σὲ υἱὸν ἐμαυτοῦ νομίζω] Eurip. Herc. Fur. 1461.

Παίδων στερηθεὶς, παῖδ' ὅπως ἔχω σ' ἐμόν.

P. 6. Vs. 16. Καὶ γὰρ εἶ κοινὸν ἀγαθὸν πάσης Σικελίας εὐτοχῶν] Parodia expressit illud Menandri in incertis in J, Clerici Edit. p. 220. ap. Stobaeum XXXIX. p. 241.

Κοινὸν ἀγαθόν ἐστι τοῦτο, χρηστὸς εὐτυχῶν.

ubi mallem

Κοινὸν ἀγαθὸν τοῦτ' ἔστι, χρηστὸς εὐτυχῶν.

ut p. 18.

Εὐδαιμονίας τοῦτ' ἐστὶν, υἱὸς νοῦν ἔχων.

Tiberius de Nerone & Druso ap. Tacit. IV. Ann. 8. *ita nati estis, ut bona malaque vestra ad rempublicam pertineant.* Xenoph. Hieron. 913. D. de bono principe θεῶνται τ' αὐτὸν ὡς οἰκεῖον ἕκαστος ἀγαθόν. K. A. 299. C. Idem K. Π. V. 128. C. ὦ μέγα ἀγαθὸν σὺ τοῖς φίλοις, κοινὸν ἂν εἴη τὸ ἀγαθόν. quem locum non inobservatum praetermisit Cl. Interpres ad Lucian. Dial. Deor. VII. p. 220. qui in Scytha p. 871. ἐν τοῦτο ἡμῖν δημόσιον ἀγαθόν ἐστι ϗ μέγα ὄφελος ἅπασιν, ἀνὴρ οὗτος. Artem. I. 17. 20. contra ἀλλὰ ϗ βλάβην τινὰ κοινὴν νομίζομεν.

εὐτυχῶν autem pro εἰ εὐτυχοίης. ut ap. Max. Tyr. XX. 3. p. 235. ὁ φίλος ἥδιστον, εὐτυχίαν προσλαβών. quo de genere industrie notavit Cl. J. Taylorus in Indice Lysiaco, in *Participium.* σοῦ εὐτυχοῦντος πᾶσα ἡ Σικελία εὐτυχεῖ. Sophocl. Antig. 711. elegantissime artiore sensu.

Ἐμοὶ δὲ, σοῦ πράσσοντος εὐτυχῶς, πάτερ,
Οὐκ ἔστιν οὐδὲν κτῆμα τιμιώτερον.

Τὸ

Τί γὰρ πατρὸς θάλλοντος, εὐκλείας τέκνοις
Ἄγαλμα μεῖζον, ἢ τί πρὸς παίδων πατρί.

ubi Th. Johnsoni emendatione εὐκλείᾳ & explicatione πρὸς id est πρόσεστι facile caruerimus. videatur Schol.

P. 6. Vs. 19. Ανακουφίσας] Max. Tyr. VII. 3. συγκαλύπτουσιν ὁ θεὸς τοῖς λογισμοῖς ἔρωτα, ϗ ἐλπίδα, τὸν μὲν ὥσπερεὶ πτέρωμά τι κοῦφον ϗ μετάρσιον, ἐπαῖρον τε ϗ ἀνακουφίζον τὴν ψυχήν. proprie Aristoph. Avib. 1759. ὄρεξον, ὦ μάκαιρα σὴν Χεῖρα, ϗ πτερῶν ἐμῶν Λαβοῦσα, συγχόρευσον. Ἄιρων δέ κουφιῶ σ' ἐγώ. Xen. H. H. L. v. 557. Ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ Φοιβίδας ἀνεκουφίσθη. Demosth. περὶ συντάξ. 125. A. dixit μετεωρίσας ϗ φυσήσας.

P. 6. Vs. 20. Δεομένου] Tales genitivi obvii. vid. I. XIV. 20. 14.

P. 6. Vs. 22. Ἐμβαλὼν ἀυτοῦ τὴν δεξιὰν] Imo αὐτῷ. I. XIII. 18. 26. δεξιὰς ἀλλήλοις ἐμβάλλοντες ἀπηλλάγησαν. passim. Aristoph. Vesp. 551. προσιόντι Ἐμβάλλει μοι τὴν χεῖρ' ἀπαλήν. Sch. ἠρέμα ἐφάπτεται τῆς χειρὸς ἐν τῷ ἀσπάζεσθαι. quare non probanda est lectio Cod. Taurinensis in Heliodori L. VI. 294. ἠσπάζοντό τε ἀλλήλους . . ϗ τὰς δεξιὰς ἐπέβαλλον. hoc enim violentiae est. Aristoph. Lysist. 441. εἰ τάυτῃ μόνον τὴν χεῖρ' ἐπιβαλεῖς. recte autem Charito hunc gestum adulatori subdolo dat. Max. Tyr. XX. I. ϗ ὁ μὲν σεσηρώς, ὀρέγων δεξιὰν παρακαλείτω τὸν ἄνδρα ἔπεσθαι αὐτῷ, ἐπαινῶν ϗ κυλινδαίνων, ϗ ἀντιβολῶν, ϗ δεόμενος. ubi nullus dubito, quin tuto reponi possit κυδαίνων, licet haereat H. Stephanus. nam κυλινδαίνω quid potest hic notare, si jam a κυλίνδω posse produci statuas. at κυδαίνω aptissimum. vid. Hesych. Phavorinus Κύδενε pro κύδηνε habet.

P. 6. Vs. 23. Χωρίον ἠρεμαῖον] *Tranquillum locum.* certe *quieta* fere loca & *solitaria.* sed hoc ἐρημαῖος. Xenoph. Ephes. alicubi οἴκημα ἠρεμαῖον dicit. Plat. Theagene 123. A. βούλει οὖν δεῦρο εἰς τὴν τοῦ Διὸς Ἐλευθερίου στοὰν, ἐκ τῶν ποδῶν, ἀποχωρήσωμεν. vid. III. X. 60. 7.

P. 6. Vs. 23 Συναγαγὼν τὰς ὀφρῦς] *Tristes. tetrici. severi. curis pleni. irati* συνάγουσι. noster II. X. 37. 5. IV. II. 66. 17. ἀνάγουσιν, ἀνασπῶσι. *superbi.* & *irati* quoque. videantur V. V. C. C. Hemsterh. ad Aristoph. Plut. 756. & Dan. W. Trillerus Observ. p. 202. & J. Pricaeus ad Appul. Met. p. 525. Ammian. XX. I. *supercilia erigentem, ut cornua.*

P. 6. Vs 25. Μηνύων] Interpres μηνύω legit.

P. 7. Vs. I. Μισοπόνηρος φύσει] Suidas in Σαλούστιος φιλόσοφος. φύσει μισοπόνηρος ἦν. Hecatae titulus datur

Δαίμονι Περσείῃ, πολυμόρφῳ, μεισοπονείρῳ.

qualem

qualem decebat esse deam, quae secundum Hesiodum in Theog. vs. 433.

Ἔν τε δίκῃ βασιλεῦσι παρ' αἰδοίοισι καθίζει.

legitur ap. L. Begerum in Spicilegio Antiq. p. 90. ex quo transtulit Muratorius p. MCMLXXIX. 2. M. Gudius autem corruptissime dedit p. LV. 10.

P. 7. Vs. 3. Ἕτοιμ@] Noster, uti alii optimi scriptores, fere verbum substantivum omittit in hac voce. II. VII. 33 10. III. II 42. 21. VII. I. 114. 21. VIII. III. 118. 24. Plat. de R. P. VI. 499. D. ubi ἐσμὲν. Idem Phaedro p. 252. C. In Petri Epist. I. III. 15. ἕτοιμοι δὲ ἀεὶ, an ἐστε intelligendum? Porphyr. de Abstin. IV. 403. ubi εἰσί. nam in prima persona frequentissime. nollem igitur cum M. Solano in Plutarch. Alex. 79. εἰ μὲν εἰμι κρείττων, ἕτοιμ@ εὖ ποιεῖν. inserere εἰμὶ post ἕτοιμ@. Poëtae quoque. Soph. Oed. Tyr. 91.

Εἰ τῶνδε χρῄζεις πλησιαζόντων κλύειν,
Ἕτοιμ@ εἰπεῖν, εἴτε καὶ στείχειν ἔσω.

Eurip. Med. 612. Rhes. 956. Elect. 796. plura collegit Abreschii diligentia in Miscell. X. p. 349.

P. 7. Vs. 4. Ὡς φάτο] Iliad. Σ. 23. iterum v. 11. 81.

P. 7. Vs. 7. Ἐπὶ πολὺ] Scribitur etiam, ἐπιπολὺ. ita ἐπαυτοφώρῳ. καθέκαστον. καταξίαν & contra. aeque bene. Quod autem vetustiores membranae faveant separationi vocabulorum, non plane negarim. quamvis, quoniam antiquissimi una serie voces conglutinabant, non nisi sensim ab hoc more recessisse possint videri. quin & adducere liceat exempla in contrarium. Una defungar auctoritate Codicis vetustissimi Euclidei, qui scriptus post Natum Christum annis DCCCLXXXIX. in quo non tantum talia, quae vulgo bifariam exarata inveniuntur, sed omnes praepositiones suis casibus adhaerent, neglecto accentu in praepositione, cum tamen alioqui suis sedibus eadem manu accentus ubique conspiciantur. διατὴν. ἀποτοῦ. εἰσὴν. παραλληλα. ἐπιτῇ. πρὸςημᾶς. εἰσκύκλον. ὑποδύο. & sic in articulis τουπλεῖστον. ταφηρησόμενα. Et ne quis de Codicis momento dubitet, quae in calce, eadem qua totus codex manu, exceptis aliquot philyris in principio olim deperditis, scripta sunt, accipe.

ἐγράφη χειρὶ στεφάνου κληρικοῦ μ. σεπτεμβρίωι

ΙΗ Ζ ἔτει κ° ... Τ. Ϛ Ζ ...
G

scrip-

Quae significant.

Scriptus est manu Stephani Clerici mense Septembri
Indictione septima anno mundi 6397.

anno igitur uno maturius scriptus hic liber, quam omnium fuit antiquissimus, quos vidit B. Montefalconius, ex iis, qui *diserte mundi annum* praeferebant, ut testatur candidissimus ille, olim plurimum de nobis, de literis autem inmensum meritus, Senex, in Palaeo-graphiae L. I. C. VI. p. 42. ubi recenset Codicem Colbertinum, Vitas Sanctorum complexum & in calce habentem ἐν σαββάτῳ Μηνὶ Απριλίῳ. ινδικτιωνος ή. ἔτυς, ς. Τ ϟ Η. *sabbato Mense Aprili Indictione* 8 *anno*, 6398. *qui est Christi* 890.

Sed quod non minus singulare in nostro libro, quodque nec ab illo observatum in alio monumento memini, nec ipse obvium habui, id est, quod possessoris nomen & pretium libri eadem manu, qua liber, distincte proscriptum sit.

ἐκτησάμην ἀρέθας πατρεὺς τὴν παροῦσαν
βίβλον ν̊ ν̊ Δ

Comparavi Arethas Patrensis praesentem
hunc librum numis quatuor.

Quis hic Arethas, nescio: nisi forte sit Arethas qui Caesareae in Cappadocia Archiepiscopus fuit, antea presbyter, quique obiit anno Christi 911. [Fabricius Bibl. Gr. T. VII. p. 791.]

Patras in Thessalia Lucius celebres satis reddidit. Quantum vero valeant quatuor numi, nunc non definierim. sed sciat lector sive casu sive dedita opera literam ante Δ disparuisse. unde forte ΙΔ quatuordecim vel ΚΔ viginti quatuor suspicer fuisse.

Sed en & alteram libri dotem, epigramma, & quidem singularis structurae, in maximum Geometrarum illum ipsum Eucliden.

Εὐκλείδης νόον ὀξὺν ἀπείζοις γράμμασι
Πάντα τε ἀτρεκέως ἐξερέεινε βροτοῖς.
Ὁππόσα μήσατο τηλεθόωσα φύσις συμβαίνειν
Σχήμασιν, ἠδ' ὄγκοις, θεμέλιον γε τόδε
Πάσης μὲν τεχνηνάμενος σοφίης, κόσμοι δὲ
Παντὶ ἑῆς προλιπὼν σύμβολον εὐμαθίης :—

Scriptus est in membrana, forma quarta, continet paginas DCCCLXXXVIII.

Hujus

Hujus igitur auctoritate & aliorum permotus, non proscripserim plane vocabulorum & praepositionum coalitionem.

P. 7. Vs. 8. μήτε στόμα, μήτε τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐπᾶραι] Una voce defunctus est. proprie dicimur διᾶραι στόμα. Demosth. περὶ παραπρ. p. 310. E.

P. 7. Vs. 8. φωνὴν οὐχ ὁμοίαν μὲν, ὀλίγην δὲ συνελέξατο] In apographo ὁμίαν. sed editum procul dubio in codice. ἀνομοίαν bis habetur in scripto Nemesio C. 11. p. 49. alioqui non abiret οἰκείαν φωνήν. ita Aristaen. 11. x. καὶ τῆς οἰκείας μορφῆς οὐκ ἐξίσταται. In Nossidos epigrammate, quod integrum adpono, quia Cl. J. Christian. Wolfius in Poetriis & J. Jensius in suis ἀνεκδότοις p. 352. leviter corruptum edidere.

Ἐλθοῖσαι ποτὶ ναὸν ἰδώμεθα τᾶς Ἀφροδίτας
Τὸ βρέτας, ὅ χρυσῷ δαιδαλόεν τελέθει.
Εἵσατό μιν Πολυαρχὶς, ἀπαυρομένα μάλα πολλὰν
Κτῆσιν ἀπ' οἰκείου σώματος ἀγλαΐας.

ὅμοια & οἰκεῖα confusa videbis ap. Jamblichum de Vita Pythag. C. xxx. p. 143. ap. Artemid. 111. 67. p. 192. οἰκεῖος & ὀθνεῖος misceri videntur. ὥσπερ ἂν εἰς οἰκείαν καταστεθέντα καὶ ἀλλοτρίαν χῶραν. mihi ὀθνείαν & ἀλλοτρίαν melius jungi videntur. sed non pertenderim.

P. 7. Vs 9. ἡμῶν] Amanter Callirrhoen hujus infortunii participem facit.

P. 7. Vs. 10. ὁ μὲν δὲ δεῖξαι] vel ὅμως δὲ δεῖξον vel ὅμως δεῖ δεῖξαι. L. v. VIII. 92. δεῖξον γάμου διάλυσιν. posses δεῖξαι in infin. accipere pro imperativo. sed hic vix arriserit. vid. tamen Cl. Hemsterhus. ad Lucian. Dial. Deor. xx. p. 260. ap. Xen. Oecon. p. 826. E. cum Stephano malim πάντως δ' ἔφη, Κριτόβυλε . . ἀπαληθεύσαι. quam ἀπαληθεῦσαι Nec in verbo simplice hoc de voce media cogitandum. In re simili Lysias ὑπὲρ Eρατ. p. 13. ἀξιῶ δέ σε ἐπ' αὐτοφώρῳ ταῦτά μοι ἐπιδεῖξαι.

P. 7. Vs. 11. Καλλιρρόης φείσομαι] Longus 11. 66. κἂν ἕτερον προκρίνῃ Δάφνιδος, ἀντ' ἐκείνης αὐτὸν ἀποκτενεῖν. Xen. Eph. L. v. 76. Ἀβροκόμης μὲν εἰ καὶ (sic Cod.) τὰς ὅρκους παραβέβηκε, μηδὲν οἱ θεοὶ τιμωρήσαιντο τοῦτον.

P. 7. Vs. 11. Ὡς εἰς ἀγρὸν] quoties hac μυάγρα adulter captus!

Συνέθετο ταῦτα] I. XIII. 18. 26. συνέθεντο ταῦτα. iterum 11. x 38. 4. ap. Xen. Eph. 1. 20. item συντίθεται pro συντίθενται perspicacitas Cl. Hemsterhusii detexit vel sine Codice. & hic interpres.

Πέμψας . . φησί] *Mittere* ap. Latinos simpliciter pro *legatum*, *nuntium*, *epistolam mittere* ostendit J. F. Gronov. ad Livii L. VIII. XXII. sic apud Graecos. Matthaeus in Euang. xi. 3. πέμψας εἶπεν αὐτῷ. vid. ibi G. Raphelium. quamvis ibi e vicino μαθητὰς facile intellexeris.

P. 7. Vs 16. ἐπὶ τὴν κατασκοπὴν] Monendum in Apographo contra fidem codicis fuisse κατασκευήν. aliud sequi igitur interpres nequibat. Aesch. de Falsa Leg. 250. ἀφικνεῖσθαι ἐπὶ κατασκοπῇ.

P. 7. Vs. 16. ἐνέβαλεν εἰς τὸν στενωπὸν] Aesch. de Falsa Leg. 276. A. ἐμβάλλεις εἰς τὴν ἀγορὰν.

P. 7. Vs. 18. ὑποκρινόμενος μὲν τὸ λαθραίοις ἔργοις ἐπιχειρεῖν προαιρούμενος] Aliquis forte offensus duobus participiis maluisset προελέσθαι. sed scimus quam late pateat participiorum usus apud Graecos. εἰδέναι. αἰσθάνεσθαι. γινώσκειν. συνειδέναι. συνιέναι. participio gaudent. a quorum natura non adeo abhorrent ὑποκρίνεσθαι & προσποιεῖσθαι. Deinde aliquem male habeat ultimum participium, quod non sit casu quarto positum. ὑποκρινόμενος προαιρούμενον τὸ ἐπιχειρεῖν. sed tum mallem τὸν προαιρούμενον ἐπιχειρεῖν. Quia autem praecedit nominativus, non credo pugnare genio L. Gr. ut sequatur hic nominativus: imo passim talia occurrere, sive infinitivus nude ponatur sive antecedat articulus in accusativo vel alio casu. apud Lucian. bis accusat. II. 795. μεριμνρίζω μόνῳ τῷ δεσπότης εἶναι τετιμημένος. quem locum cum pluribus aliis J. Jensius laudat in hunc finem in Lect. Lucian. C. VII. p. 77. Graeci tenacissimi sunt nominativi, si praecedat vel intelligatur iste casus, uti viri eruditi multis docuere. ex. gr. Demosth. πρὸς Κάλλιππον. p. 1099. F. ὧν ἐγὼ ἤθελον τούτῳ ταύτην, ἥτις εἴη μεγίστη πίστις, δοῦναι, ἢ μὴν ἐγὼ τοῦ πατρὸς ἀκούειν. quis hic non ἐμὲ expectasset? saepe nominativis his controversia movetur. sic ante *infinitivos* pro *imperativis*, saepissime *nominativus* male habuit grammaticos. ita ap. Heliod. III. 160. μόνον εὔθυμος εἶναι: quod reduxit bene Commelinus. accedit Taurinensis liber. ap Nemesium de N. H. II. 93. ut hic. ἔχουσα διὰ τὸ θεόπνευστος εἶναι. at contra primam editionem Plantinianam, nam ceteras mea non capit Bibliotheca, & codices probabiliter, certe invito meo, editor Anglus mutat in θεόπνευστον. inscite.

Quin nominativus aliquando videtur adesse, licet non praecedat vel commode intelligatur aliunde idem casus. ex. gr. ap. Lucian. Phalar. Alt. p. 203. πάντων ἂν εἴη τοῦτ' ἀτοπώτατον . . μισθὸν κομίσασθαι τῆς εὐσεβείας, τὸ κεκρίσθαι μηδὲ τοῦ ἀνατιθέναι ἄξιος. ubi τὸ κεκρίσθαι ἄξιος non video posse referri ad aliquem nominativum. sed videtur tamen esse hic ellipsis. τὸ κεκρίσθαι, μηδὲ τοῦ ἀνατιθέναι ἄξιος ἐφάνη. vel ἐστὶ, vel εἶ. nec vindicarim tamen vitiosum Cod. Florentini scripturam in Herodoti L. II. C. I. πρὶν μὲν ἢ ψαμμίτιχος σφέων βασιλεῦσαι. ubi commentum de optativo nescio an cui probaverit reverendus P. Horreus in Miscellan. suis. C. XXI. longe enim a γλαφυρότητι Herodotea abesse videtur. forte talia in Diodoris vel Polybiis ferri possent. quibus placuit διότι πατὴρ δόξαι & διότι τὸ μειράκιον ποιῆσαι. vid. Doctiss. Wessel. ad Diodor. I. 53. noster, ut diximus, nominativum in talibus servat. ut rursus VI. III. 102. II. προσποιεῖται δὲ ἕλληνίς εἶναι Συρρακουσία. L. VI. II. 101. 21. Καὶ ὁ τοιοῦτος εἶναι λέγει δικαστής. uti Diodor. I. 67. ἔφη λυπεῖν τὸν θεὸν ἐν τῇ χώρᾳ μένων.

Alio

Alio in casu similis sententia ap. Xenoph. K. A. 349. ἔμενεν. ἐν λασίῳ χωρίῳ κ̀ προσεποιεῖτο τὰς πολεμίους πειρᾶσθαι λανθάνειν. an hic, ex. gr. non scribi potuisset κ̀ προσεποιεῖτο τὸ τὰς πολεμίους λανθάνειν πειρώμενος. προσποιεῖσθαι & ὑποκρίνεσθαι ὡς ἐρῶντα, ὡς ἐσθίοντα. vel προσποιούμενος ὡς ποιήσων. exemplis recte dici constat: sed non plane idem.

P. 7. Vs. 18. Λαθραίοις ἔργοις] Adulteri in primis latere student. Max. Tyr. XII. 5. p. 69. τὸν δὲ μοιχεύοντα ὡς λησόμενον. vid. J. Pricaeum ad Appul. VIII. 414. IX. 523.

P. 7. Vs. 19. Κόμην γὰρ εἶχε λιπαρὰν] In L. I. I. 2. 5. pro αἱ παρειαὶ, ὡς ἄργυρος ἢ χρυσὸς, posses etiam κόμαι.

P. 7. Vs. 20. ὀφθαλμοὺς ὑπογεγραμμένους] Molliores viri oculis & genis, instar mulierum, ornatum a fuco quaerebant. vid. Lucian. *de Merced. Cond.* p. 692. Artemidorus IV. C. 43. ὁ Πάφιος νεανίσκος ἔδοξε καταχρίεσθαι τὸ πρόσωπον, ὥσπερ αἱ γυναῖκες. μοιχεύων ἑάλω, κ̀ ἠσχημόνησε. de ὀφθαλμοῖς ὑπογεγραμμένοις facile dissertatio nascatur. unum locum hunc Heliodori L. X. 570. expendere libet. de Pardalo Camelo ibi legitur ὀφθαλμοὺς ὑπογεγραμμένους βλοσυρᾶς σοβοῦντα. *oculos tamquam cerussa illitos*, vertitur. at crediderim Cunr. Gesnerum Hist. Anim. T. I. p. 148. longe rectius reddere. *pictis oculis.* nempe Persae palpebras inferiores ὑπογράφειν & ὑποχρίειν, ut oculi pulcriores & majores adparerent, solebant. tale quid natura ipsa in hoc animali circa oculos machinata fuerat. unde ejus oculi splendebant & radiabant. Oppian. II. Cyneg. 479.

Αἴγλην παμφανόωσαν ἀποστράπτουσιν ὀπωπαί.

Hinc Artemid. II. 12. 98. de pardali prodens. κ̀ νόσον κ̀ ἄλλον φόβον οὐ τυχόντα σημαίνει, addit κ̀ περὶ ὄμματα κίνδυνον. non, ut doctissimus Rigaltius, propter *maculas*, sed quod videbantur habere ὀφθαλμοὺς ὑποκεχρισμένους & ὑπογεγραμμένους. jam lippientes & aliter oculis laborantes, χρίοντα.

Sed quoniam in Artemidoro sumus & de pardali agimus, de utroque porro mereri conemur. L. IV. 58. 233. legitur. τὰ μιμητικὰ δὲ γόητας κ̀ πανούργους. ὡς πίθηκος, κ̀ κόσυφος κ̀ κίσσα. τὰ δὲ ποικίλα κ̀ κατάστικτα, οὐχ ἁπλοῦς τὸ νόημα. πολλάκις δὲ κ̀ ἐπισιγμένους. at quaero, cum *imitatoriorum animalium* exempla adponat, ut ante & post in aliis, cur *variorum* & *maculatorum* nullum memoraverit. puto excidisse ὡς πάρδαλις ἢ τίγρις. mox pagina sequenti memoratur ipsi πάρδαλις . . . σημαίνει ποικίλον διὰ τὸ χρῶμα.

Ceterum si quis tamen de ὑπογραφῇ oculorum plures consulere velit, agmen stiterit scriptorum, qui de hac re egerunt Cl. D. W. Trillerus in Observation. Criticis L. IV. C. XV. quibus copiis supplendis supersedeo.

P. 7. Vs. 21. Δακτύλιοι βαθεῖς ὑπέστιλβον] Plures gestabant. Aelian. III. H. V. XIX. καὶ δακτυλίους δὲ πολλοὺς φορῶν ἐκαλλύνετο ἐπὶ τούτῳ.

P. 7. Vs. 21. Βαθεῖς] *Bene saturi coloris*, qui e longinquo lucebant. in quibus ψῆφοι τρίχρωμοι, ἐρυθραὶ ἐπιπολῆς. ut Lucian. Dial Meretr. IX. 302. Et qualis illa Amethystus Aethiopica ap. Heliod. V. 230. ἀμέθυσος ἡ Αἰθιοπὶς, ἀκραιφνὲς μέλαν καὶ ἐκ βάθους ἐαρινή τις ὥρα πυρσεύεται. ita vesti puniceae, sanguine praeterea conspersae, βαθυτέραν ὄψιν tribuit Aelian. V. H. VI. 6. vid. Salmas. in Plinianis p. 141 & 244. hinc βαθύνω *color obscurior* apud medii aevi scriptores. vid. Du Cangium.

Est haec vox ex iis, quae rivalem saepe patiuntur. ut in hac ipsa re βαρεῖς δακτύλιοι celebratissimi. Lucian. in Gallo Tom. II. p. 720. ἔχων δακτυλίους βαρεῖς ὅσον ἑκκαίδεκα ἐξημμένους τῶν δακτύλων. quo loco utitur Berglerus ad Alciphr. III. X. Artemid. II. V. 86. ubi etiam βάρος de annulis adhibetur, & τοῖς ὁλοσφύροις opponuntur οἱ κενοὶ θεῖον ἔνδον ἔχοντες. *qui divinum quidquam in se habent*. imo qui *sulphur* intus habent, cui tenuis lamina aurea vel argentea superinducta, & qui ideo μείζονα τὸν ὄγκον τοῦ βάρους ἔχουσι. Rigaltius cum interprete facit. Passim βαρὺς & βαθὺς ὕπνος confunduntur, & sunt loca, ubi eodem redit. sed *gravis & profundus* somnus tamen differunt. vid. Solan. ad Plutarchi Othonem. p. 415. interpretes ad Actiones Apostolorum XX. 9. ubi iis accesserim, qui βαθὺς praeferunt. sic βαρὺς πλοῦτος & βαθὺς πλοῦτος & hinc composita Criticorum otia fallunt. in Sophocl. Ajace 130.

Ἢ χειρὶ βριθεὶς ἢ μακροῦ πλούτου βάρει.

ubi Stephanus βάθει ex Stobaeo laudat. cui concinunt duo codices mei. vid. Theod. Sellium in Miscell. Vol. II. 249. & Abreschium ad Aeschyl. Pers. 1046. p. 242. Raphelium ad Pauli Ep. ad Rom. XI. 33. ap. Plutarch. Alex. 66. βάρος πλούτου vindicat adjunctus ὄγκος φρονήματος, & βάρος ἀρετῆς. Phocione p. 178. quod tamen βάθος Platoni Theaet. 188. E.

P. 7. Vs. 22. τὸ εἰωθὸς σημεῖον] Aristaen. II. IV. χθὲς ἐν τῷ συμποσίῳ τὸ σύνηθες ὑποσυρίττον τῇ Δωρίδι. Tibull. I. II. 32.

Nec labor hic laedit: referet modo Delia postes,
Et vocet ad digiti me taciturna sonum.

ubi J. Broukhusius. J. Pricaeus ad Appul. VIII. Melef. p. 425. illo loco usus est.

P. 7. Vs. 23. παρανοίξασα] VIII. II. 129. 15. observavit composi-

tum

tum Bergl. ad Aleiph. III. XXX. ὑπακούειν. Aristaen. I. XVI. Aristoph. Schol. Plut. 1098. ex emendatione Cl. interpretis

P. 8. Vs 1. ἐπ' αὐτοφώρῳ τὸν μοιχὸν ἀναιρήσων] Id Syracusis, ut Athenis Romaeque licuisse, colligere licet ex Xenoph. Hier. 908. B. τὰς μοιχοὺς νομίζουσι πολλαὶ τῶν πόλεων νήποινα ἀποκτείνειν. vid. J. Taylor Lection. Lysiacis C. XI.

ἐπ' αὐτοφώρῳ] ἐν ἔργῳ. *in ipsa turpitudine: L.* 23 & 24. *ff. ad L. Jul. de adult.* Cl. Triller. ad Aelian. H. A. XI. XV.

P. 8. Vs. 1. ὁ δὲ ἐλθών] Sic in Codice videtur esse. Cl. Cocchius conjicit ἐχθρὸς. sed lectio prodita satis placet. in Apogr. aliquid erat, unde ὁ δὲ ἕτερος conjeceram.

P. 8. Vs. 2. Ὑποστάς] Non modo *subsistendi*, sed & *occultandi se* notionem habet. Thom. Mag. ὑφίσταμαι ἀντὶ τοῦ κρυφίως ἵσταμαι. Lucian. Philopseud. T. III. p. 62. ἐν σκοτεινῷ ὑποστάς. Herodot. V. 92. 7. p. 322. ὁ δὲ ὑποστήσας τοὺς δορυφόρους. *occultatis satellitibus.* Plut. Public. 217. ὀφθῆναι φασὶν αὐτὴν, ὑπέστη, λάρνακα κειμένην πρὸ αὐτοῦ κατασκάπτων. ubi ὑπεξέστη frustra. fere ut Gyges fuit collocatus a Candaula ap. Herod. I. 10. ἐπιθεν τῆς ἀνοιγομένης θύρης τιθείς, ὑπεκδὺς ἐχώρεεν ἔξω ὁ Γύγης. vid. III. V. 52. 18.

P. 8. Vs. 2. Ἐκάθητο] Thom. Mag. in κάθημαι. καλλίον καθῆστο, ἢ ἐκάθητο. ἐκάθητο Lucian. Tim. 107. & alias.

P. 8. Vs. 3. ὖσα] Sine dubio ποθοῦσα scribendum ex Cl. Cocchii sententia.

P. 8. Vs. 6. μηδὲ λύχνον ἅψασα διὰ τὴν λύπην] Certe ἐν πένθει [funebri] λύχνους ἅπτειν οὐ θέμις, ut Glossae in πενθέοντες. Tacit. IV. Ann. 8. *vix diem adspici a plerisque lugentium.* VII. V. 124. 6. sic in maerore.

P. 8. Vs. 3. ψόφος] Salvinus advocat illud Tibulli I. VII. 68.

Haec foribusque manet noctu me adfixa, proculque
Cognoscit strepitus me veniente pedum.

P. 8. Vs. 5. ἀνακνεῖν] L. VIII. I. 127. 22.
P. 8. Vs. 6. φωνὴν οὐκ εἶχε] L. V. V. 88. 3.
P. 8. Vs. 7. Εὐστόχως ἀναχθεὶς] ἀνάγεσθαι recte. εὐστόχως φέρεσθαι Lucian. Nigr. p. 77. T. I.
P. 8. Vs. 9. Ἄφωνος] L. II. V. 30. 26. I. VIII. 12. 3.
P. 8. Vs. 9. Νεκρᾶς εἰκόνα παρέχουσα] III. IX. 59. 10. ἐκεῖνο καὶ σχῆμα καὶ χρῶμα νεκροῦ ποιήσας.

LIBRI PRIMI CAPUT QUINTUM.

P. 8. V. 12. Θαλάτ]ης] Sic hic. aliis locis θάλασσα. Atticos nec omnes nec ſemper in his T T adfectaſſe docebit Cl. Hemſterhuſius ad Lucian. Jud. Vocal. 1. p. 91.

P. 8. Vs. 13. Καὶ τὸ πρᾶγμα ἔοικε πόλεως ἁλώσει] Thucyd. VII. 75. p. 496. οὐδὲν γὰρ ἄλλο ἢ πόλει ἐκπεπολιορκημένῃ ἐῴκεσαν ὑποφευγούσῃ, καὶ ταύτῃ οὐ σμικρᾷ. Max. Tyr. 1. §. 3. p. 9. καὶ ἐξέπιπτεν εἰς γῆν· πόλεως ναυάγια. ubi verti debet, non urbis *totius*, ſed *alicujus*. Tacit. 1. Ann. 41. *velut in urbe victa facies, gemitusque & planctus*. XIII. Ann. 23. *in modum captivitatis non agebatur*. ubi nihil mutem: ſed in ſenſum laudatarum ſententiarum interpreter. non longe abit, quod Appulej. Met. X. 213. triſtem interitum filiifamilias, veneno peremti, vocet *domus expugnationem*, Proper. IV. VIII. 56.

Fulminat ex oculis, & quantum femina saevit,
Spectaclum capta non minus urbe fuit.

Ovid. 1. Triſt. III. 26.

Si licet exemplis in parvo grandibus uti,
Haec facies Trojae, cum caperetur, erat.

qui Salvino notatus eſt locus.

P. 8. Vs. 14. Τῷ θυμῷ ζέων] Plato in Tim. p. 70. B. ἵνα ὅτε ζέσειε τὸ τοῦ θυμοῦ γένος. ibi non probo Stephanum reponentem μένος. praecedit eadem locutio τῶν ἐπιθυμιῶν γένος. Soph. Oed. Col. 447. ὁπηνίκ' ἔζει θυμός. Epigr. publicatum a Kuſtero ad Suidam in Δυσμίσητος.

Θυμὸν ἐπὶ Τροίῃ πόσον ἔζεσας.

Maneth. VI. 59.

Τῆμος ἐνὶ στέρνοισι χολὴ ζείουσα μέλαινα.

Ariſtoph. Theſmophor. 475. οὐδ' ἐπιζεῖν τὴν χολήν.

Gregorio Nazianzeno haec vox reſtituenda in Muratorii Anecdotis p. 88.

Γρηγο-

Γεηγόμον βοόωσα. τό δ' ἴξεεν αἷμα τεκόντης
Ἀμφοτέροις ἐπὶ παισὶ. μάλιστα δὲ θρέμματι θηλῆς.

ubi cum Cl. V. in Cod. reperisset ἴξεεν, repoſuit ἔῤῥεεν, non memor quam ſaepe Ξ & Z confundantur. Anthol. III. v. 53. 205.

Τύψε. μέλαν δὲ οἱ αἷμα ταλαυρίνου διὰ χρωτὸς
Ζέσ', ἐπὶ δ' ἀργαλέαν βῶλον ἔδευσε φόνῳ.

ubi Cod. ξεσ'. non aliter atque ap. Herodot. VII. XIII. p. 387. ἡ νεότης ἐπέξεσε pro ἐπέζεσε. nec facile admiſerim ibi Gronovii ἐπεξέζεσε. in Epigr. Anthiſtii ἐξώσατο pro ἐζώσατο obtinet. apponam totum, ut legendum videtur.

Εὐμενὲς Κλεόδημος ἔτι βραχὺς, ἀλλὰ χορεύει
Σὺν παισὶν βαιῷ μικρὸς ἔτ' ἐν θιάσῳ.
Ἠνίδε καὶ στικτοῖο δορὴν ἐζώσατο νεβροῦ,
Καὶ σείει ξανθῆς κισσὸν ὑπὲρ κεφαλῆς.
Ὦνα σύ μιν Καδμεῖε τίθει μέγαν, ὥς ἄν ὁ μύστης
Ὁ βραχὺς, ἡβήτας αὖθις ἄγοι θιάσους.

Cod. habet vs. 5. ὤναξ ὑμῖν κάδμε. mihi Bacchus videtur rite *Cadmeus* id eſt, *Thebanus* rex dici. ſi θιάσους ἡβήτας non feras, refinge ἡβήσας. ap. Lyſian XII. 227. H. Steph. ἐξῃτοῦντο pro ἐζητοῦντο conjectat. digna contextu haec ante non nullas receptas emendatio. ita ap. Heliod. bis L. VIII. 373. ἐξῄτει μὲν καὶ τὰς φίλας & p. 378. ἐξῄτει τοὺς νέους ξένους. priori loco jam ita Commelinus: ſed ejus correctio ipſa vitiata. ſecundo loco ſic Taurinenſis. vid. Cl. Weſſel. ad Diodor. in Adpend. ad Libr. IV. p. 321. Bryan. ad. Plutarchi Demoſth. p. 430. contra ἐζήτει bene in Xen. Eph. p. 2. reſtitutum, & in Demoſth. in Neaer. 869. B. Putaram aliquando an non hac ratione ſuccurrendum Heſychii loco in praefatione foret, & legendum μήτε τὰς ἐξητασμένας τῶν λέξεων pro ἐζητημένας. praecipue cum ζητεῖν & ἐξετάζειν ſaepe turbent. vid. Graev. ad Lucian. Soloec. III. p. 560. Weſſel. ad Diod. III. p. 187. Sic ap. Demoſth. πρὸς εὐβουλ. 890. A. malim ex Cod. ἐξήτασα quam ἐζήτησα.

Niſi forte ap. Heſych. τὰς ἐζητημένας τῶν λέξεων interpreteris. *exquiſitiora vocabula.* ut ap. Xen. de Venat. 998. A. de Sophiſtis. ὅτι τὰ ῥήματα αὐτοῖς ἐζήτηται. vid. VII. I. 114. 15.

P. 8. Vs. 14. Ἐβασάνιζε τὰς θεραπαινίδας] ob quaevis alia peccata & crimina, privatim a dominis olim; ſed in adulterii & inceſti ſuſpicione in

 de-

dominos etiam publice servitia torquebantur. Lys. Apol. p. 10. τὴν θεράπαιναν βασανίσῃς. ἅπαντα πείσῃ. Tacit. XIV. Ann. 60. in simili caussa. *Actae ob id de ancillis quaestiones.* H. Vales. ad Ammian Marcell. XXVIII. 2. 402. *L. 27. ff. ad L. Jul. de Adult.*

P. 8. Vs. 17. Καιομένων] Vid. interpretes ad Juven. XIV. 22.

Tum felix, aliquis quoties tortore vocato
Uritur ardenti propter duo lintea ferro.

iste ordo verborum in Cod. Amstelaedamensi. vid. L. III. IV. 49. 15.

P. 8. Vs. 18. Ἐποίησε] Recte interpres *cecinit*. ut poëta finxit. notio quoties observata! monuere nuper ad Lysiam. V. V. C. C. Markland. & Taylorus.

P. 8. Vs. 19. Οἱ ἄρχοντες] jam sorte electi judices. Achill. Tat. VIII. 521. τῇ δ' ὑστεραίᾳ τὸν Σωσθένην ἦγον ἐπὶ τοὺς ἄρχοντας, οἱ ταύτην ἔχοντες τὴν πίστιν. ibi Salmas. πίστιν ἔχειν *novam locutionem* putat. πίστις est *officium. munus. cura. partes.* de judicibus Manetho L. II. 264. uti legendum.

Πίστιν τ' ἀμφὶ δίκαισι θεμιστοπόλων ὑπ' ἀνάκτων
Ἴσχουσιν, κείνας σφετέρῳ νόῳ ἰθύνοντες.

saepe alias. vid. L. IV. 48. L. V. 258. Artemid. II. 31. 119. II. 52. δοῦλος ἐν πίστει. qui oeconomus vel dioecetes. vid. L. I. I. 3. 3.

Ἐκλήρουν δικαστήριον] Achill. Tat. VII. 425. locutionem egregie illustravit vindicavitque Cl. Marklandus ad Lysiam p. 438.

P. 8. Vs. 22. Ἐδημοκόπουν] Explicat uberrime vocem *Phrynichus* (quem laudat Sch. Arist. Pace vs. 414.) *in Sophistico Apparatu p.* 468. *Bibl. Coislinianae.* Πολιτοκοπεῖν καινότερον [κοινότερον] τοῦ δημοκοπεῖν. καὶ ἴσως ταὐτὸν σημαίνειν. κόπτειν δὲ νῦν ἐστι τὸ λιπαρῶς ἐγκεῖσθαι καὶ πείθειν παρὰ γνώμην. καὶ πολιτοκόπος καὶ δημοκόπος. Πλάτων [Comicus] δὲ ἐν Πεισάνδρῳ, τὸ πολιτοκοπεῖν ἀντὶ τοῦ λοιδορεῖν καὶ κωμῳδεῖν εἶπεν. Hesych. πρηγορεύων, προαγορευτὴς ἢ δημοκόπος. hinc δημοκοπικός. Plat. Phaedr. 248. E. vid. Th. Gataker. ad M. Antoninum I. XVI. p 34. & Philon. Judaeum T. II. p. 520. Διονύσιοι, δημοκόποι. ubi prius vocabulorum temere a nupero editore sollicitatur. Ejusdem formae Θεατροκοπεῖν. quod ap. Tatianum adversus Graecos C. XXXII. unde θεατροκοπίαι ap. Artemid. II. 75. p. 161. vocabula ipsi Danieli Scotto inobservata.

P. 8 Vs. 23. Λαμπρὸς καὶ σοβαρὸς] Utrumque in malam partem, ultimum plerumque. Heliod. VII. 370. Ὁ γεννάδας οὗτος καὶ λαμπρὸς αὐτῆς ἐρώμενος καὶ μόνος ὀφθείς. sic etiam recte Cod. Taur. VII. 361. ὁ σοβαρὸς ἡμῖν ἀθλίως λέγων

λέγων ϗ ὑπερήφανος, ὁ τὸν αὐχένα ἀναμισθώσ. male Cod. ἀναμπλῶν. x. 517. ὑπερόπτον τε ϗ σοβαρὸν περισκοπῶν. ubi mox Cod. τοῖς ἀγρῶσιν omittit.

P. 8. Vs. 25. Μηδέποτε πρᾶχθεν] Codex videtur habuisse μὴ δέ πώποτε. & ita saepe. Exaggeratione hic utitur noster. nam quoties viri, innocentissimi etiam, dedignati fuerunt falsas accusationes tyrannorum vel civium iniquorum diluere, & mortem oppetere maluerunt, vindictae divinae sceleratos permittentes! si non Socrates, verum exemplum, sufficiat, vide ficta duo ap. Achillem Tatium II. 137. VII. 429.

P. 8. Vs. 26. Ὕδατος] Clepsydram sic describit Appul. III. Milef. 44. *Basculo* [sic Cod. pro *Vasculo*] *quodam in vicem coli graciliter fistulato & per hoc guttatim defluo infusa aqua, populum sic adorat.* qui locus nescio quomodo ab hoc nostro non plane alienus videtur.

P. 9. Vs. 1. καταδικάζουσαν ψῆφον] Vulgatius ἡ ἀναφέρα vel καθαιροῦσα.

P. 9. Vs. 2. Δικαίων] Eadem fere enumerat defensionis argumenta L. VIII. VII. 141. 18.

P. 9. Vs. 2. Ζηλοτυπίαν] quae ita inter δίκαια, quoniam plures hoc stimulo agitati contra carissimarum vitam deliquerunt, quasi inviti.

P. 9. Vs. 3. Δημοσίᾳ με καταλεύσατε] Hoc supplicium populus ipse sumere solebat: unde δημόλευστος ap. Lycophr. Alex. 331. ubi Sophocl. Antig. 35. laudat J. Meursius. quare nom opus habebat R. Dawesius id nos multis docere in Observ. p. 315. qui praeterea θάνατον bis in Sophocleo versu scribit negligentius pro φόνον. Lycophronis loco utitur Cl. interpres ad Diod. XIII. p. 612.

P. 9. Vs. 4. Ἀπεστεφάνωσα τὸν δῆμον] Callirrhoe erat ἄγαλμα, στέφανος πάσης Σικελίας & in primis Syracusarum. saepe egregiae personae corona patriae dicuntur. Lycurg. in Leocr. §. 12. ὥστε οὐκ ἀγχυνθείην εἰπὼν στέφανον τῆς πατρίδος εἶναι τὰς ἐκείνων ψυχάς. Eustath. de Ism. & Ism. v. 154. ἵν' ᾗ τοῦτο γυναιξὶ κόσμος, παρθένοις τεῖχος, ϗ στέφανος Ἀυλικώμιδος. plura constipare nihil attinet. Chaereas igitur, de medio sublata Callirrhoe, coronam hanc populi discerpserat: detraxerat populo. elegantissima est locutio ἀπεστεφάνωσα τὸν δῆμον. respicitur ad morem, quo in comitiis publicis ob merita unus populus alterum coronabat, & ita omnem felicitatem & potentiam, gloriaeque incrementum augurabatur. ita Byzantini & Perinthii populum Atheniensem coronarunt. ap. Demosth. de Corn. 487. E. στεφανούμενον τὸν δᾶμον τῶν Ἀθηναίων ὑπὸ τῶ δάμω τῶν Βυζαντίων ϗ Περινθίων. Ita populi populis, reges regibus, ambo populo Romano coronas mittebant. & ipsae inde urbes coronatae non modo turritis coronis, sed aliis etiam coronis in numis & monumentis conspiciuntur. inde victoriam adepti urbem, publica aedificia, deos coronabant. Etiam urbes coronari dicebantur, quando ipsorum cives in publicis ludis coronam acci-

accipiebant: qui & coronas adquisitas patriae mittebant, vel parentibus, unde patriae & privae athletarum domus coronari dicebantur. Xen. de Ven. 969. A. tamen de *patria hieronicarum* id vix agnoscit. Καὶ μὴν τό γε ἐν πολέμῳ νικᾶν πολλῷ ἐνδοξότερον ἢ πυγμῇ, μετέχει μὲν γάρ τι καὶ ἡ πόλις ταύτης τῆς δόξης. ὡς δέ τὰ πολλὰ ἐπὶ τῇ τοῦ πολέμου νίκῃ καὶ εὐδαιμονίᾳ οἱ θεοὶ τὰς πόλεις στεφανοῦσι. Inde recte veteres critici & viri docti στεφανοῦν interpretati sunt τιμᾶν. κοσμεῖν. quamvis in lapidibus τιμᾶν & στεφανοῦν duas res diversas notent. sic capiendus Euripid. Troad. 1030.

Στεφάνωσον Ἑλλάδ' ἀξίως τήνδε κτανών.

metaphoram ab agonibus desumtam confirmat Max. Tyr. v. IX. p. 49. ubi nostra voce utitur. Τοιγαροῦν στεφανοῖ τοὺς ἄνδρας καὶ ἀνακηρύττει νικηφόρους τῆς ἀρετῆς· ἐὰν δέ ἀφέλῃς αὐτῶν τὴν πρὸς τὰ κακὰ ἀγωνίαν, ἀποστεφανοῖς τοὺς ἄνδρας καὶ ἀποκηρύττεις. Philostratus Epist. LV. μὴ τραχεῖα γίνου μηδὲ φοβερὰ, μηδέ ἀποστεφάνου τὸ κάλλος. Eustath. de Ismene & Ismenia x. 393. ἀποστεφανοῦν opponit τῷ καταστεφανοῦν.

Diximus victores in ludis Graecis patriae & ad parentes coronas mittere: qui ita & ipsi coronam adepti perhibebantur. exemplum habes in Epigrammate ab Cl. Wesselingio productum ad Diodorum XV. 14. & passim. Anthol. IV. II. 5. 296.

Μοῦνος δ' Ἑλλάνων τόδ' ἔχει γέρας. ἑπτάπυλοι δὲ
Θῆβαι, καὶ γενέτωρ ἐστέφεθ' Ἑρμοκράτης.

& ap. Pausaniam L. VI. Eliacorum C. XIII.

Ὠκυδρόμας Λύκος Ἴσθμι ἅπαξ, δύο δ' ἐνθάδε νίκαις
Φειδώλα παίδων ἐστεφάνωσε δόμους.

hic *Lycus, Phidolae filius*, dicitur *patris Phidolae domum coronasse ter victor semel in Isthmo, bis Olympiae sive Elide, inter pueros*, vel *victoriis puerorum*.

Verum insigni errore interpretes illud παίδων retulerunt ad vocem Φειδώλα, quasi *Lycus filius Phidolae* diceretur *coronasse domum filiorum Phidolae*. quod patet quam absurdum sit. non intellexerunt νικᾶν vel στεφανοῦσθαι παίδων. pro *inter pueros vincere*. quod aliquando effertur νικᾶν ἐν παισὶ. ἐν ἀγῶνι, ἐν χορῷ παίδων vel νικᾶν παῖδας ἐν χορῷ vel νικᾶν ἀγῶνα παίδων. ita apud J. Sponium Miscell. Erud. Antiq. p. 363. Ἀνδρῶν παγκράτιον. ἀγενείων παγκράτιον. Itinerario T. III. p. 109. ἱπποθοωντὶς παίδων ἐνίκα. p. 110. Πανδιονὶς ἀνδρῶν ἐνίκα. 214. αἰγηὶς ἀνδρῶν ἐνίκα. saepissime & in marmoribus & apud Auctores effertur ἀνδράσι. παισὶ. saepe ἄνδρας vulgari forma occurrit. ut apud Antipatrum in Anthol. I. I. p. 2.

ἀνδ.

ὡδ' Ὀλύμπιος
Ζεὺς ἀτρόμητος εἶδεν, ἄνδρας ἤνικα
Πυγμὰν ἐνίκα Νικοφῶν Ὀλυμπίᾳ

Theocr. Epigr. XII. dicit ἐν παισὶ. νίκαν ἀνδρῶν.

Μέτριος ἦν ἐν παισί· χορῷ δ' ἐκτήσατο νίκαν
Ἀνδρῶν, καὶ τὸ καλὸν καὶ τὸ προσῆκον ὁρῶν.

Lysias dicit p. 374. Ἀνδράσι χορηγῶν. ita vero recte istum Theocriti locum Editiones Romana Zach. Calliergi MDXVI. Venet. MDXXXIX. & MDLXIII. Bened. Juntae MDXXXX. Francofurtensis MDLVIII. nec aliter legerunt Andr. Divus & Ant. Mar. Salvinus. vulgo πᾶσι.

Sed reverti iterum ad Pausaniae Epigramma operae forte pretium. Non miror Cl. Muratorium quoque in eodem luto haerere, qui p. DCXXVI. hoc epigramma exhibet, ut *nobis gustum praeberet talium*, quasi ipsi scriptores & tota Anthologia talibus ferculis famem nostram explere nequirent: sed, quod vix credendum, ipsum Pausaniam hac constructione illusum, credidisse sermonem in isto epigrammate fieri de *Phidolae liberis*. Ἐγένετο δὲ καὶ Λύκου τοῦ Φειδώλα τοῖς παισὶν ἐπὶ κέλητι νίκη. quod vertitur. *Contigit & Lyco* Phidolae filio & ejus filiis *de veredis victoria*. At ubi habetur illud *&*? imo τοῖς παισὶ accipe ut explicuimus. παισὶ. ἐν παίδων ἀγῶνι. ἐν τοῖς παισὶν ipse Pausanias V. VIII. & ipse auctor hic quidem non peccavit. sed mox dicens ἡ νίκη τῶν Φειδώλα παίδων, agnoscit *victoriam puerorum Phidolae*. Nisi haec ex eodem lacu sordes traxisse videantur. legendum autumo ἡ νίκη Λύκου τοῦ Φειδώλα παίδων. Alioquin ipsi Pausaniae tenebrae offusae fuerunt in caussa, ut Eleorum tabulis & huic epigrammati parum convenire dixerit. Atqui in eo nusquam mentio victoriae *puerorum* vel *filiorum*. Lycus solus certavit. solus victor coronavit patris sui domum. Quin pone, ut reddendum sit *coronavit domum filiorum Phidolae*. an igitur in tabulis Olympionicarum illi filii etiam in album victorum relati fuerunt. Quid si, ut in aliis, haberetur *coronavit domum Phidolae* & *Corinthum patriam*. an & *Corinthus* numerum Olympionicarum augebit? profecto non. Possit tamen mirum videri pueros certasse equo. difficultas haec non magis nostram expositionem premet, quam alteram. notandum tamen Eleos primos fuisse qui puerorum certamina instituerint. vid. Pauf. V. Eliac. VIII. 394. Porro in uno codicum Pausaniae, qui nobilissimi Matthiae Röveri bibliothecam ornant, legitur Ἴσθμια πὺξ. quod locum non habuerit. nam ἵππῳ κέλητι ὀξυδρόμας Lycus certavit & vicit.

P. 9. Vs. 5. Φιλάνθρωπόν ἐστιν, ἐὰν παραδῶτέ με δημίῳ] Carnifex saeviente vulgo humanior, ut multis exemplis constat. Heliod. 1. p. 26. οἱ μὲν λίθοις

λίθοις βαλεῖν, οἱ δὲ τῷ δημίῳ παραδιδόντες καὶ ὠθοῦντες εἰς τὸ βάραθρον ἐδοκίμαζον. ubi Cod. Taur. λίθως. non probandum. vid. Diodor. XIII. 87. idem Cod. δημοσίῳ. quod quodammodo ferri potest. Nam sive δημόσιος sive δήμιος semper δοῦλος intelligitur. ap. Achillem Tat. p. 682. δημόσιος pro δήμιος Alexandrinae dialecto adscribendum autumat Salmasius. sed ibi quidem δημοσίους facile tulerim, quia inter δημοσίους etiam δημίῳ κατ' ἐξοχὴν suus locus. nam δημόσιοι sunt τοξόται. δορυφόροι. ὑπηρέται. & ipse γραμματεύς. quia & supplicio subjiciendis praeibat. Artemid. II. 31. νοσοῦντι δὲ καὶ αὐτη ἡ ἀρχὴ θάνατον προσημαίνει διὰ τὸ προάγειν τὸν γραμματέα.

P. 9. Vs. 5. εἰ καὶ θεραπαινίδα Ἑρμοκράτους ἀπέκτεινα] Chaerea erat mitissimus. I. XIV. 21. 7. χαιρέας, ὁ μηδὲ δοῦλον μηδέποτε πλήξας. non talis Dionysius, Persicae barbariei priximior L. I. III. 26. 19. πλήξας τὸν διοικητήν. Ovid. I. Amor. VII. 29. ita raciocinatur.

Et, si pulsassem minima de plebe Quiritem,
Plecterer, in dominam jus mihi majus erit?

Quid licuerit in servos apud Romanos, nimis notum. Athenis hic summa moderatio obtinebat. quid Syracusis obtinuerit, nunc quidem non definierim. nec in singulis Charito Syracusana instituta expresserit. saepe ad Attici, saepius ad Romani fori usum respexit. de Atheniensibus Xenoph. in Eorum Reipublicae descriptione p. 693. A. Τῶν δούλων δὲ καὶ τῶν μετοίκων πλείστη ἐστὶν Ἀθήνησιν ἀκολασία, καὶ οὔτε πατάξαι ἔξεστιν αὐτόθι, οὔτε ὑπεκστήσεταί σοι ὁ δοῦλος. Isocrates inde exprobat Lacedaemoniis Panathen. p. 271. B. ἔξεστι τοῖς ἐφόροις ἀκρίτως ἀποκτείνειν τοσούτους, ὅσους ἂν βουληθῶσιν, ἃ τοῖς Ἕλλησι τοῖς ἄλλοις [Syracusanos Corinthiorum colonos quid ni his adnumeremus] οὐδὲ τοὺς πονηροτάτους τῶν οἰκετῶν ὅσιον ἐστι μιαιφονεῖν Demosth. in Mid. p. 610. ὥστε κἂν εἰς δοῦλον ὑβρίζῃ τις, ὁμοίως ἔδωκεν ὑπὲρ τούτου γραφήν. Lycurg. in Leocr. XVI. Οὐδὲ τὸν μὲν οἰκέτην ἀποκτείναντα ἀργυρίῳ ἐζημίουν, τὸν δὲ ἐλεύθερον εἴργον τῶν νόμων. ἀλλ' ὁμοίως ἐπὶ πᾶσι καὶ τοῖς ἐλαχίστοις παρανομήμασι θάνατον ὥρισαν εἶναι τὴν ζημίαν.

P. 9. Vs. 7. ζητήσατε τρόπον κολάσεως ἀπόῤῥητον] Explicat poenas *sacrilegorum & parricidarum.* quorum tamen supplicia non plane erant ἀπόῤῥητα. si quidem ἀπόῤῥητος, ἄλεκτος. ἄφραστος. *indictus. non nominatus.* ut ap. Achillem Tat. II. 87. ἦν χρόνος ὅτε τῆς πορφύρας ὁ κόκκος ἀνθρώποις ἀπόῤῥητος ἦν. tamen parricidii poena apud Persas & Solonis temporibus apud Athenienses revera erat ἄλεκτος. *indicta. non nominata.* ἄῤῥητος. vide mox notata. sed crebriore usu & vi vocis potius *non dicenda. celanda, nefanda. non temere nominanda* [vetita. interdicta.] inde *magna. horribilia.* οὐδ' ὀνομαστά. & sic crimina ἀπόῤῥητα & poenae ἀπόῤῥηται. inter quae

quae *sacrilegia & parricidia. & proditiones.* Plat. xi. de L. L. 932. C. ἀπόῤῥητον μηδὲν ποιήμενοι, ἤτοι δυνατὸς ἀνθρώπῳ πάσχειν. L. ix. 854. D. Πολίτης δὲ ἄν τις ποτέ τι τοιοῦτον δρῶν ἀναφανῇ, περὶ θεοὺς ἢ περὶ πόλιν ἠδικηκὼς τῶν μεγάλων τινὰ καὶ ἀποῤῥήτων ἀδικιῶν. ἀποῤῥήτῳ κόλασις igitur erit *magna. terribilis. exquisita poena.* quales erant statutae in *parricidas, sacrilegos, proditores.* sed vox ζητήσατε innuit *ignotum* & *inusitatum* quid. hae poenae vero jam erant legibus definitae, nec proinde ἀπόῤῥητοι. verti *novum.* nam & *novus* pro *magnus. terribilis.* ut *nova monstra.* interpres dederat *indictum.* Sed quamvis adquiescam in lectione, non diffitebor aliquando me fuisse suspicatum, an non ἐπίῤῥητον legendum foret. Hesych. ἐπίψογον, αἰσχρόν. vide quae ibi Cl. J. Alberti, sospitator Lexicographi hujus, pro sua solita industria notavit. Heliodor. v. 221. ἐλευθέροις βαρβάροις ἐκκεῖσθαι πρὸς ὕβριν ἐπίῤῥητον καὶ δυσώνυμον. Origin. contra Celsum L. iii. 141 & 142. τὰ ἐπιῤῥητότατα Pollux. v. §. 159.

Ap. Heliod. i. 56. legitur δρᾶσαί τι καὶ ἀπόῤῥητον ἐπὶ μὲν τοὺς ὀφθαλμοὺς σέλας ἔμπυρον. Cod. Taur. ita. sed praetulerim editum ἀφόρητον. sunt enim synonyma ἄφραστος & ἀπόῤῥητος ap. Hesych.

P. 9. Vs. 7. Πατροκτόνων] De parricidis & poenis eorum volumen *scripseris*, nec quid indictum tamen attuleris. Athenis Solonem, quod supra innui, poenam in parricidas statuisse negat Cicero pro Roscio Amerino C. xxv. & xxvi. quia ejus aetate crimen inauditum. De Persis Herodot. i. 137. ἀποκτεῖναι οὐδένα κω λέγουσι τὸν ἑωυτοῦ πατέρα οὐδὲ μητέρα. quo respicit Eurip. Iphig. in Tauris. 1173.

Ἰφιγ. Μητέρα κατειργάσαντο κοινωνῷ ξίφει.
Θοας. Ἄπολλον. οὐδ' ἐν βαρβάροις τόδ' ἔτλη τις ἄν.

vid. Plat. de L. L. ix. 869. C. 873. B.

P. 9. Vs. 7. Μὴ μιάνητε τὴν γῆν] Non modo sceleratorum, sed quorumvis etiam cadaveribus quaedam terrae inquinari & profanari credebantur. Insigne exemplum in purificata Delo, de qua re Thucyd. i. 126. vi. i. μὴ μιάνῃς Maximus Tyr. xxv. 5. Lucian. Phal. pr 199. vid. Phrynich. p. 10. qui eam formam antiquis adscribit. sed passim ita. ut ἐσήμανα & ἐσήμηνα.

P. 9. Vs. 7. Μὴ θάψετε] Hoc respicit ad poenam sacrilegorum, quos in Attica sepeliri nefas erat. vid. Petit. ad L. L. A. A. p. 672. L. 6. *ff. ad L. Juliam Pecul.* sed quid plura addam. vide nuper congesta ad Diodor. xvi. p. 100 & 109. Sed idem & vetitum apud Athenienses in parricidis & proditoribus vid. Lycurgum in Leocr. §. xx. & xxx. porro θάψατε legendum. nam licet futurum saepe imperativi vice fungatur, hic, credo, parum placuerit. ap. Sophocl. Antig. 84. ambiguum.

ΑΛ'

'Αλλ' οὖν προμηνύσεις γε τοῦτο μηδενὶ
Τοὔργον. κρυφῇ δὲ κεῦθε σὺν δ' ἄυτως ἐγώ.

quod Sch. Triclin. agnoscit. Codex tamen Vatican. cum Edit. Juntin. & aliis προμηνύσῃς. quod sane usitassimum. item optativum. ut ap. Maneth. VI. I.

Ἐλθέ μοι, ὡς πρότερον λιγέως ἡρμοσας ἀοιδὴν,
Μοῦσα φίλη, καὶ Φοῖβε, καὶ Ἑρμῆ χρυσοπέδιλε,
Καὶ νῦν ἱμερόεν τέκμωρ θείηθ' ἐπὶ μολπῇ.

ubi inprudenter quasi a θεῖος *divinus* redditur. & sic noster saepe III. I. 41. 13. μηδὲν ἀφέλῃς. μηδὲν πρόσθες. III. IX. 59. 5. Lucian. Phal. pr. p. 201.

P. 9. Vs. 8. Καταποντώσατε] Hac forma utuntur Herodot. III. 30. Porphyr. de Abstin. I. p. 179. vid. ad Diodor. XIV. p. 727. καταποντοῦν εἰς ποταμὸν ap. Anton. Liberal. XIII. E contrario Plutarch. de Nobilit. p. 218. §. II. καταποντίζειν εἰς τὴν θάλατταν. nempe modo notat βυθίζειν. vid. J. Voss. ad Catull. p. 212. Supra dixit se non sepeliendum esse, ne terram polluat. at nec in mare abjiciendus erat: nam & illud pollui credebatur parricidiali cadavere: unde culleo insuebatur, ut Cicero vult l. l. *ne pollueretur mare, quo cetera, quae violata, expiari putantur.* Bergl. ad Alciph. I. VIII. de piscatore. Χεῖρας ἡ θάλαττα ἐκ παιδὸς εἰς δεῦρο καθαρὰς ἀδικημάτων ἐφύλαξε. vid. J. Vossius ad illud Catulli p. 312.

Suscipit, o Gelli, quantum non ultima Tethys,
Non genitor Nympharum abluit Oceanus.

quod traduxisse videtur Catullus ex Pythiae oraculo.

Ἁγνὸς ἐς θέμενος καθαροῦ, ξένε, δαίμονος ἔρχου,
Ψυχὴν νυμφαίου νάματος ἀψάμενος.
Ὡς ἀγαθοῖς κεῖται βαιὴ λιβάς. ἄνδρα δὲ φαῦλον
Οὐδ' ἂν ὁ πᾶς νίψῃ νάμασιν Ὠκεανός.

nam Catulli aetate facile prius reor hoc epigramma.

P. 9. Vs. 8. Λέγοντος] Sermo Chaereae non absimilis illi Oedipi [tyranni] apud Sophoclem vs. 1415.

Ὅπως τάχιστα πρὸς θεῶν ἔξω μέ που
Καλύψατ', ἢ φονεύσατ', ἢ θαλάσσιον
Ἐκρίψατ', ἔνθα μήποτ' εἰσόψεσθ' ἔτι.

P. 9. Vs. 10.

P. 9. Vs. 10. Συνηγόρησε Χαιρέαν] Χαιρέα scripsisse credo auctorem & istud librario vel legenti deberi. est ejusdem naturae vitium cum isto ἐμβάλλειν αὐτῷ χεῖρα pro αὐτῷ p. 6. casuum siglae passim corruptae.

P. 9. Vs. 10. 'Ακούσιον] L. 5. *C. ad L. Corn. de sicariis.* casui fortuito adscribitur. *Eum qui adseverat homicidium se non voluntate, sed casu fortuito fecisse, cum* calcis ictu *mortis occasio praebita videatur, . . . omni metu & suspicione volumus liberari.* Tacit. Annal. XVI. 6. *post finem ludicri Poppaea mortem obiit,* fortuita *mariti iracundia, a quo gravida* ictu calcis *afflicta est.* ut hic Callirrhoe.

P. 9. Vs. 14. Μὴ παραδῶμεν χρόνῳ τὴν νεκρὰν] Alio sensu Polyb. I. 48. p. 70. ait, Τῷ χρόνῳ παρέδοσαν τὴν πρᾶξιν. nam ibi a tempore auxilium exspectatur. hic omnis mora noceret. hic de χρόνῳ πανδαμάτορι. πάντα ἀφανίζοντι, illic de χρόνῳ πολλὰ κατορθοῦντι.

P. 9. Vs. 15. Μηδὲ ἄμορφον τῇ παρολκῇ ποιήσωμεν τὸ σῶμα. Θάψωμεν Καλλιρρόην ἔτι καλήν] Totius fabulae oeconomia non modo postulabat, ut Callirrhoae pro mortua habitae corpus sepeliretur, haud pro more crematetur: sed praeterea ut illa sepultura & in conditorium delatio intra quam brevissimum fieret tempus, προθέσει omissa. cum enim corporis in vestibulo expositio aliquando in aliquot dies protraheretur, Callirrhoe ita in toro domi posita sensim se recolligens revixisset, adeoque incisa fuisset omnis subsequentium casuum series. Charito autem, uti vidimus veritatem in historicis adsectari, sic eventuum probabiles caussas in medium adferre satagit. jam acceleratae sepulturae caussas cum posset varias fingere, ex. gr. quod *acerbum* [juvenile] *funus oculis quam citissime subtrahi deberet*, ob quam caussam scilicet inmanis iste Nero Britannici necem & rogum eadem nocte conjungit ap. Tacit. XIII. Ann. 17. Noster maluit repetere festinatarum exsequiarum rationem a veteri popularique superstitione, qua optabant integris membris & corpore quam minime per morbos & moram deformato tabidove mori & sepeliri.

Inde compositio artuum, qui morborum tormentis luxati. & praecipue si cujus corpus laceratum vel mutilatum aliqua parte fuisset, ea membra non solum studiose colligebantur, sed & qua fieri poterat, loco suo rursus aptabantur. Inde Panthea illa Abradatae amputatam in praelio dextram brachio accommodavit, ὡς οἷόν τ' ἦν προσήρμοσε, ut dicit Xenoph. K. A. VII. 185. A. Inde Theseus de Hippolyto apud Senecam in cognomine Tragoedia vs. 1261.

Durate trepidae lugubri officio manus,
Fletusque longos sistite, uventes genae,
Dum membra gnato genitor adnumerat sua,
Corpusque fingit.

Appul. Met. VII. 15. *Et cadaver quidem disjectis partibus tandem totum repertum, aegreque concinnatum, ibidem terrae dedere.* ubi Pricaeus. sic apud Achillem Tatium L. I. p. 47. pater Chariclis, qui ὅλος τραῦμα ἦν, lamentatur, οἷος ἀπ' ἐμοῦ προελθὼν, οἷος ἐπανέρχῃ μοι, τέκνον; ὦ πονηρῶν ἱππασμάτων. οὐδὲ κοινῷ μοι θανάτῳ τέθνηκας. οὐδὲ εὐσχήμων φαίνῃ νεκρός & quae sequuntur sane cultissima.

Non aliunde Asinus de Lucio, cui culter rustici eunuchismum minitabatur apud Appul. III. Miles. 49. *duplicatur mihi maestitia, quod integro saltem mihi mori non licuerit.* ὁλόκληρος ἔτι καὶ ἀκέραιος νεκρὸς τεθνήξομαι, ait de eadem re Lucian. in Asino p. 603. Ex hoc voto locus Horatii intelligendus L. III. Odar. XXVII. 52. ubi Europa.

Antequam tristis macies decentes
Occupet malas, teneraeque succus
Defluat praedae, speciosa quaero
Pascere tigres.

Quid hoc aliud dicat, quam εὔχομαι ἔτι καλὴ τεθνάναι & εὐσχήμων εἶναι νεκρά: οὐκ ἄμορφος γενέσθαι παρολκῇ χρόνου. Torrentius ibi *votum* autumat *ex puellari cura ortum, ut integra forma pereat.* sed votum hoc puellis vidimus non esse peculiare. Sanadon, qui nuper Horatium temerario ausu Absyrti instar concidit truncavitque, & triviali commentario obruit, explicat: *Europe se reguarde comme une victime en etat d'etre conduite au sacrifice.* Profecto si Europe nata esset inter populos, *qui*, Mela L. III. Geogr. 7. 40. teste, *proximos, parentesque, priusquam annis & aegritudine in maciem ierant, veluti hostias caedebant: caesorumque visceribus epulari fas & maxime pium est.* ad tale votum nimia sane officiositate delabi potuisset. nunc id absurdum. Quin potius & ipsam Mortem & Inferos sic placare putaverint, qui τὰ καλὰ τῶν σωμάτων καὶ νέα σιτεῖσθαι νομίζουσιν, ἐπειδὴ ἀκραιφνὲς αὐτοῖς τὸ αἷμα, ut illa Empusa apud Philostratum Vita Apoll. L. IV. C. XXV. Sed potuerunt esse multiplices & longe probabiliores hujus voti rationes: quas omitto, ne prolixior justo fiam. Haec etiam plusquam sufficientia, ut ἐννοίας & verborum Charitonis fons & caussa adpareant.

P. 9. Vs. 16. Ἀπολύουσαν ψῆφον] τὴν ζώσουσαν. ἀπολύειν hac notione Ἰδιωτικὸν dicit Pollux L. IX. §. 9. vide praeter doctissimos Lexicographi commentatores Jer. Markland. ad Lysian XX. p. 364. & ejusdem Areopag. 140. Phrynichus Comicus Μούσαις

Ἰδού, δέχου τὴν ψῆφον, ὁ καδίσκος δέ σοι
Ὁ μὲν ἀπολύων οὗτος, ὁ δ' ἀπολλὺς ὁδί.

apud

apud Harpocrationem in καδίσκ☉. Xenoph. K. A. vi. 389. ἀπολύειν & καταδικάζειν opponit. Ariſtoph. Veſp. 981. 987.

Τηνδί λαβὼν τὴν ψῆφον ἐπὶ τὸν ὕστερον
Μύσας παράϊξον, κἀπόλυσον, ὦ πάτερ.

Lycurgo in Leocr. §. 39. eſt ſynonymon τῷ ἀποψηφίζεσθαι. Locutionis indolem cognoſces ex Herodoti L. ii. 174. ἀπέλυσαν μὴ φῶρα εἶναι & L. iv. 68. κατέδησαν φῶρα εἶναι.

P. 9. Vs. 16. Ἀνέθεσαν] Ita expreſſimus ex Apographo: ſed codex habet ἔθεσαν. ſcripſiſſet ἀττικωτέρως, ἔθεντο. ut ap. Lucian Prom. T. i. p. 188.

LIBRI PRIMI CAPUT SEXTUM.

P. 9. Vs. 18. Οὐκ ἀπέλυεν ἑαυτόν] Appul. viii. Met. 162. *inedia ſtatuit ſua ſententia damnatum ſpiritum elidere.* Vide Pricaeum ibi producentem Inſcriptionis auctoritatem, ſed quam J. Gruterus merito Spuriis adcenſuit. verum ſaepius viro huic doctiſſimo accidit, ut fucum in monumentis talibus ſibi fieri paſſus fuerit.

P. 9. Vs. 18. ἐμηχανᾶτο] in apogr. ἐμαχανᾶτο. vid. L. i. i. 2. 7. ſic alias occurrit μάτηρ. iii. i. 41. 19. iii. v. 51. 26. πλασιάσαντες iii. iii. 47. 9. δόξας pro δόξης. iv. i. 64. 4. quae ego attribuo incogitantiae deſcribentis & Latinae pronuntiationis aſſuetudini. Heliod. vii. 327. in Cod. Vat. μάτηρ. ſed quod nihili. & plane alius generis, quam quod δαμάτηρ etiam Attici dicant. vid. Bergl. ad Alciph. ii. ii. p. 218. apud Tragicos, etiam extra choros, μάτηρ occurrit. Aeſch. Sept. C. Th. 538. Eurip. Phoen. 21. 219. 389. ubi variatur. Suppl. 35. quo de genere J. Barneſius ad ejus Tragici Andr. 270. Hippol. 109. 1325. 1399. 1410. Helenam 538. nec ſic tamen hic talia admittenda. Ἐλλανόδικ☉ etiam apud Atticos. In Antonino Liberali variarum dialectorum veſtigia aliquot, quia conſuit ſua ex pannis diverſorum auctorum, quorum formam linguae retinuit, ut recte animadverterunt ejus interpretes ad Caput xxxii. vid. *Lucian. Quomodo Hiſtor. Scr.* T. ii. p. 25. §. 16. & ad L. i. xii. 18. 2.

P. 9. Vs. 19. Ἀδύνατον ἑαυτῷ] ſic vii. i. 114. 17. Πολύχαρμ☉ δὲ ἰδὼν ἀπαρηγόρητον αὐτῷ τὴν συμφορὰν καὶ ἀδύνατον σωθῆναι Χαιρέαν. ubi illud αὐτῷ pro

pro

pro ἑαυτῷ (Polycharmo) positum esse ostendit in altero membro τὸ Χαιρέαν. σωτηρία, *salus*, tam quae adfertur alii, ut hic, quam *salus*, quam aliquis consequitur ipse. illa salus erat ἀδύνατος Polycharmo: non poterat conferri ab ipso & inpertiri Chaereae. pleraque substantiva habent hunc usum.

P. 9. Vs. 20. Ἀλλοτρίαις χερσί] Nam a propinquis, patre, matre, uxore, marito pietatis officia abesse nequibant. Soph. Antig. 912. Eurip. Suppl. 764. Xenop. Eph. II. 25. τοσοῦτόν σου δεήσομαι, θάψον αὐτὸς καὶ φίλησον πεσοῦσαν. vid. Albinovani Elegiam ad Liviam vs. 140. & passim. inde Dion Cass. L. LVIII. 621. in Tiberio reprehendit quod Liviam matrem οὔτε νοσοῦσαν ἐπεσκέψατο, οὔτ' ἀποθανοῦσαν αὐτὸς προέθετο.

P. 9. Vs. 21. Ἐνέβαλε φιλοτιμίαν καὶ φροντίδα] L. IV. 1. 63. 4. φροντὶς ἐμπεσοῦσης ἐλώφησεν ἡ λύπη.

P. 9. Vs 24. Ἐσθῆτα περικειμένη] Strabo XV. p. 1066. A. Τιάρας περικείμενοι πιλωτάς. Plut. Arat. 328. στεφάνους περικείμενος. Artemid. III. 14. θεοῦ σκευὴν ἔχειν καὶ περικεῖσθαι. IV. 38. Χαλκᾶ ἱμάτια περικεῖσθαι. IV. 44. Lucian. *Piscat.* I. 602. *Quom. H. Scr.* II. 31. Lucas in Act. XXVIII. 20. Polemo in Epigr. Anth. II. 47. 41. 180.

> Πῖνε, λέγει τὸ γλύμμα, καὶ ἔσθιε, καὶ περίκεισο
> Ἄνθεα. τοιοῦτοι γινόμεθ' ἐξαπίνης.

quia tamen praecedit κατάκειλο aliquantum offendit statim repetitum περικειμένη. nullus tamen mutarim in περιειμένη. & multo minus in illo Theocriti versu 14. Idyll. XXIII.

> φεῦγε δ' ἀπὸ χρώς
> Ὕβριν τᾶς ὀργᾶς περικείμενος.

Legitur in Maneth. v. 23.

> Οἷα κόχλος χρυσῷ περικείμενος ἐσθ', ὁ δὲ χρυσὸς
> Κοσμεῖται κοχλάδεσσιν ἁλὸς περιπορφύροντος.

qui locus capiendus de *auro & purpura.* κοσμήσεις ἁλιάνθει φάρεα κόχλου. Anthol. L. VII. 37. p. 455. ἁλιπόρφυρος passim. rarus masculini generis usus in ἅλς *mare* non deterruit G. Arnaldum ap. Apollon L. IV. Arg. 933. δελφῖνες ὑπὲξ ἁλὸς εὐδιόωντος, reponere, cum optime delphines ipsi εὐδιόωντες dicantur. vid. Apoll. 2. 937. I. 124.

P. 9. Vs. 24. Νυμφικὴν ἐσθῆτα]. Mortuos ornatu aliquando magnifico indutos, & sic conditoriis illatos fuisse res nota. quo cultu ne destituerentur, certam quidem mortem prospicientes pretiosissimis sumtis vestibus fatum exspectabant. videantur quae notata sunt viris doctis ad Aelian. V. H. I. 16. III. 24. & ad Florum IV. XI. II.

Hinc

Hinc Andromeda, belluae expoſita, quam Manilius & Appulejus eleganter vivum *funus* adpellitant, νυμφικῶς erat ἐςολισμένη, teſtante Achille Tatio III. 171. ſive quia Phineo erat deſponſata, ſive ceu victima & ἀνάθεμα publicum ita ornata fuerit. ſic de Alcyoneo ap. Anton. Liberal. fab. VIII. qui monſtroſae ferae erat tradendus, dicitur. καὶ οἱ μὲν ἱερεῖς τὸν Αλκυονέα ςέψαντες, ἀπήγαγον εἰς τὸ τῆς Συβάριδος σπήλαιον. ubi Berkelius quaedam. ſic apud Appulejum IV. 86. Pſychen fero illi marito, Cupidini, exponere jubentur parentes his verbis.

Montis in excelſi ſcopulo deſiſte puellam,
Ornatam mundo funerei thalami.

Andromeda vero ſtola nuptiali induta ex utraque cauſſa eſſe potuit: quia erat, ut dixi, deſtinata Phineo, & quia erat victima expiatoria pro populo. utramque certe rationem non alienam dixeris a Manilii verbis L. v. 545. ex emendatione R. Bentleji.

Hic Hymenaeus erat, ſolataque publica damna
Privatis lacrimis, ornatur victima poenae,
Induiturque ſinus non haec in vota paratos.

& tertiam rationem adjicere licet, quam ſupra tetigi, certae morti deſtinatos vel ſe devoventes pretioſiſſimis ſolere indui veſtimentis, qualia certe erant ἐσθῆτες νυμφικαί.

Decoratur autem Callirrhoe non tantum pretioſa, ſed νυμφικῇ ἐσθῆτι. ut quae eſſet *nova nupta.* hac enim notione accipienda hic vox ea qua ſignificatione e Latinis non abſtinuit Ovidius Epiſt. I. Herod. 27.

Grata ferunt Nymphae pro ſalvis dona maritis.

ubi conſulatur P. Burmannus Patruus. niſi velis ſponſae cultu novam nuptam aliquandiu uſam fuiſſe.

Αριάδνην καθεύδουσαν] L. VIII. I. 126. 10. Οὐχ ὡς Αριάδνην καθεύδουσαν. Ut Venus Anadyomene, ſic Ariadne dormiens ſtatuariis & pictoribus ſaepe artis oſtentandae materiam praebuit, qui illuſtrium poetarum loca in auxilium phantaſiae advocabant. ſaepe talium tabularum & anaglypticorum operum mentio occurrit. Anthol. IV. 9. 18 & 19. p. 319.

Οὐ βρότος ὁ γλύπτας, ὅταν δὲ σε Βάκχος ἐρασάς
Εἶδεν, ὑπὲρ πέτρας ἔξεσε κεκλιμέναν.
εἰς τὸ αὐτό.

Ξεῖνοι, λαΐνέας μὴ ψαύετε τὰς Ἀριάδνας,
Μὴ κ̓ ἀναθρώσκῃ Θησέα διζομένη.

talem picturam ſtylo imitatus fuit Philoſtratus in Iconibus L. I. XV. talis meminit Longus Paſtoralium L. IV. p. 105. εἶχε δὲ κ̓ ἔνδοθεν ὁ νεὼς Διονυσιακὰς γραφάς, Σεμέλην τίκτουσαν· Ἀριάδνην καθεύδουσαν. non mirum igitur a populo, talium complatione tabularum ſaepe delectato, Callirrhoen recens mortuam & adhuc pulcram, fuiſſe adſimulatam Ariadnae, cum dormiens & mortuus vix externa ſaepe ſpecie quidquam diſtent: ut Achilles Tat. I. p. 47. ὁ νεκρὸς τηρεῖ τὸ εἴδωλον κ̓ παρηγορεῖ τὸν λυπούμενον, καθεύδοντα μιμούμενος.

P. 10. Vs. I. Οἱ Συρακουσίων ἱππεῖς . . . μετὰ τούτους ὁπλῖται] *Equites & gravis armaturae milites* ſaepe conjunguntur & ſibi opponuntur. In funeris pompa ap. Platon. XI. de L. L. 947. C. ita etiam equites & pedites praecedunt. πρώτους δὲ προϊέναι τοὺς ἠϊθέους, τὴν πολεμικὴν σκευὴν ἐνδεδυκότας ἑκάστους. σὺν τοῖς ἵπποισι μὲν ἱππέας, σὺν δὲ ὅπλοις ὁπλίτας.

In pleriſque civitatibus Graeciae, ſi non in omnibus, equeſtris militia erat honoratior. non tamen conſtituebant ordinem, qualis equeſtris ordo Romae. nec, ut equites, politicis rebus admoti erant. Strabo tamen L. X. 738. A. in Cretenſium & Lacedaemoniorum πολιτεία τὴν τῶν γερόντων ἀρχὴν κ̓ τὴν τῶν ἱππέων ἀρχὴν agnoſcit. ſed in aliis civitatibus, hinc non deductis, tale quid obtinuiſſe ignoro.

Illuſtris Scipio Maffejus in Inſcriptione Gelenſi, cum prius edidiſſet, ἔδοξε τᾷ ἁλίᾳ καθὰ κ̓ ταῖς ἴλαις, & vertiſſet, *viſum eſt ſenatui, ſicuti & turmis*, videtur cogitaſſe de *equitibus*. ἴλαι. *equeſtres copiae.* ſed in duabus ſecutis ejusdem marmoris editionibus, hac verſione repudiata, reddidit *viſum eſt ſenatui ſicuti & plebi.* At dupliciter hic labitur vir doctiſſimus, qui ἴλαις putarit poſſe reddi *plebi*: & qui ἁλία interpretatus ſit *ſenatum.* nusquam enim vox ἴλαι id ſignificat. & multo minus ἁλία *ſenatus.* quae nihil aliud notat in Dorienſibus civitatibus quam quod apud alias, ὁ δῆμ@. ἡ ἐκκλησία. *comitia populi.* ſignificatio a multis illuſtrata. Et ex hac voce jam dudum *J. B. Carauſus in Hiſt. Sicula* p. 55. collegit Gelae *Popularem Statum* obtinuiſſe.

Antiquarius tamen ille praecellentiſſimus plurima culpae parte vacat: cum error non ipſi, ſed hallucinationi legentis & cum ipſo marmor hoc communicantis ſit tribuenda. legitur enim Alicatae ΤΑΙ ΑΛΙΑΙ ΚΑΘΑ ΚΑΙ ΤΑΙ ΒΟΥΛΑΙ *populo. plebi* (*eccleſiae*) *ſicuti & ſenatui.* ut apud Gualterium in Inſcriptione Agragantina N. CCCC. p. 62. Εδοξε ται αλιαι καθα και ται συγκλητωι. quae ap. Gruterum p. CCCCI. In Inſcriptione Corcyrenſi ap. Montefalconium in Diario p. 413. 417. eodem modo βο-

βυλᾶς ϗ ἀλίας ὑπερθεμένας. p. 415. ἐμβουλαῖ ἡ ἀλίᾳ. quam illustris Purpuratus Quirinus, in Corcyra sua amoenissima, reposuit accuratissime: Muratorius vero dein p. DCXXXII. spurcissime repetivit. Ita ἐν τᾷ ἀλιᾳ ap. Demosthenem in Decreto Byzantinorum olim emendarat nostras Vandalius in Dissert. 543. quod illi ereptum non oportebat. Vox ἀλία apud Hesychium corrupta latet sub litera Λ. cum enim ille Lexicographus alicubi invenisset, ut accidit alias, scriptum ΑΛΙΑΝ pro ΑΛΙΑΝ [ΛΛΙΑΝ utramque interpretationem admittet] corruptionis admonuit scribens ΑΛΙΑΝ. ΑΛΙΑΝ, ἐκκλησίαν Δωριεῖς. ΛΑΙΑΝ. κλῆσιν Δωριεῖς, ἀπὸ τῆς λείας. nunc legitur Λάιαν ἐκκλησίαν. κλῆσιν Δωριεῖς λαίαν ἐπὶ τῆς λείας.

P. 10. Vs. 1. Αὐτοῖς ἵπποις] Plato l. l. diserte addit ἱππέας σὺν τοῖς ἵπποις. κεκοσμημένοι autem velim intelligas tam de *equis* quam *equitibus*.

P. 10. Vs. 2. Σημεῖα] Ut imagines Romae & tropaea in exsequiis praeferebantur. nescio vero utrum mori Graecanico respondeat, ut in feminae funere tropaea praeferantur. imagines quidem feminis illustribus Romae praelatas constat.

P. 10. Vs. 3. Ἑρμοκράτει δορυφοροῦντες] Notum, qui dicti proprie principum δορυφόροι. sed hic intelligendi vel in primis cognati, amici honoratiores & devotissimi. L. v. IV. 85. 1. δορυφορούμενος ὑπὸ φίλων ϗ συγγενῶν. VIII. 1. 128. Χαιρέου ϗ Πολυχάρμου μέσην αὐτὴν δορυφορουμένων. Achill. Tat. VIII. 529. ϗ γάρ ἐμὲ σφόδρα ἐθεράπευε ϗ ἐκάλει πατέρα, ϗ κατὰ ἀγορὰν ἐδορυφόρει. cum dativo & cum accusativo, propria & minus propria notione: sed hic casus longe usitatior. vid. Herodot. III. 108. Xen. Hieron. 909. A. Demosth. in Aristocr. 745. B. C. Hemsterh. ad Lucian. VI. Mort. Dial. 351. ubi merito nostrum verbum praefertur. licet δωροφορεῖν & Plato habeat in Phaedro. p. 266. C.

P. 10. Vs. 3. Ἐφέρετο] L. III. v. 51. 2. ἐσχάτῳ γήρᾳ ϗ νόσῳ φερόμενος. φοράδην κομίζεσθαι. Achill. Tat. I. 47. ἐπικείμενος τοῖς οἰκέταις ap. Lucian. Nigrino p. 76.

P. 10. Vs. 4. Κυρίαν] δέσποιναν. honoris titulus, quem viri uxoribus inpertibant a quarto decimo aetatis anno, ut Epictetus in Encher. C. XXXVII. ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν κυρίαι καλοῦνται. quamvis & maritus κύριος. Sch. Aristoph. Eq. 965. Peculiaris igitur reverentia si nurus ita a socero adpelletur.

Ἐπὶ τούτοις αἱ γυναῖκες] Videntur hae etiam ante torum funebrem processisse. Athenis ex praecepto Solonis mulieres sequebantur. adeatur Cl. Taylorus in Lect. Lysiacis C. I. p. 677. certe & Plato de L. L. XI. 947. C. feminas sequi jubet. ϗ κόρας ἑπομένας ἐξόπισθεν, ὅσαι τ' ἂν γυναῖκες. Dion Cassius in funere Augusti L. LVI. 598. A. fere similem seriem adfuisse scribit. παρῆν δὲ ϗ συνεξέφερεν αὐτὸν ἡ γερουσία ϗ ἡ ἱππὰς, αἵ τε γυναῖκες αὐτῶν

-τῶν καὶ τὸ δορυφορικόν. Mirum duarum matrum non fieri mentionem nominatim.

P. 10. Vs. 6. φερνῆς] Male aliter typi dedere. Salvin. in ora alleverat *Lectiere*. credo id voluisse adnotare ad τὸ φερόμενος. quasi Ariston in *lectica*, ἐν φορείῳ, delatus fuisset.

P. 10. Vs. 7. Ἐσθήτων κάλλος καὶ κόσμος] Per κόσμον intelligo *gemmas*, *monilia*. κάλλος refero ad *colorem*. ad *panni pretium*. quod *purpurae*. *sericae* & *babyloniae vestes*.

P. 10. Vs. 7. συγγενῶν δωρεαὶ] Notissimus mos pretiosissima in rogum conferendi & una concremandi. Casaubonus & alii ad Suet. Caesarem C. 84. Habemus autem hic aliquot nominativos, quos inter unus ponitur accusativus: συνέπεμπε πολλά. jam hi nominativi praeterea ne verbum quidem adjunctum habent. sed post ἐφέροντο in his debet verbum aptum intelligi. ut in ἐπὶ τούτοις αἱ γυναῖκες ᾔεσαν. In reliquis illud ipsum ἐφέροντο vel ἐπηκολούθει potest intelligi. saepe tales ellipses. nec quidquam hic duri. magis ἀνακόλουθος constructio apud Longum Pastor. II. p. 32. κῆπος, πάντα ἔχων. ἦρος, ῥόδα, κρίνα. καὶ ὑάκινθος καὶ ἀμφότερα ἴα. θέρους, μήκωνες καὶ ἀχράδες καὶ μῆλα πάντα. νῦν ἄμπελοι, καὶ συκαῖ καὶ ῥοιαὶ καὶ μύρτα χλωρά. nempe ἔνεισι vel φύονται ἐν ἐκείνῳ.

P. 10. Vs. 8. Δ' ἐπηκολούθει] Illud Δ' ablega. Codex enim non habet.

P. 10. Vs. 10. Συγκαταφλέξαι τῇ γυναικὶ] Eadem voce in re simili utitur Lucian. de Luctu T. I. p. 928. & in Nigrino T. I. 72. οἱ μὲν ἐσθῆτας ἑαυτοῖς κελεύοντες συγκαταφλέγεσθαι. *Hi quidem vestes una secum jubentes comburi*, in eodem scilicet rogo.

At diximus superius cardinem totius fabulae in eo verti, quod auctor sumserit arbitrium ponendi, Callirrhoae corpus non fuisse crematum, sed integrum conditum, ut ita piratarum raptui locus fieret. Videtur igitur hic sui oblitus Charito συγκαταφλέξαι pro συγκαταθάψαι imprudenter adhibuisse. nam quid aliud significant haec, quam quae Euripid. Rheso vs. 959. dicit.

> Καὶ νῦν ἕτοιμος τῷδε καὶ τεῦξαι τάφον,
> Καὶ συμπυρῶσαι μυρίων πέπλων χλιδήν.

Verum hic nodus ita solvi debet, ut partes quidem rerum pretiosarum, & quae proprie non ad ornatum ipsius defunctae pertinerent, intelligantur esse crematae in honorem mortuae: cetera autem esse condita cum corpore in hypogaeo, vel adpensa. vid. Lindenbr. ad Ammian. XVI. VIII. 96.

Et

Et moris hoc fuisse apud Graecos & Romanos constat. quare sic fingendi Romanensium libellorum architectis potestas non neganda est: praecipue cum omnium horum scriptorum aetatibus combustio corporum pene exolevisset & sepultura integrorum cadaverum jam tum, tam inter gentes, quam inter Christianos & Judaeos, obtinuisset. Adponam Xenophontis locum Ephesii ex L. III. 48. Ἐκόσμει δὲ αὐτὴν πολλὴν ἐσθῆτα ἐνδύων. πολὺν δὲ περιθεὶς χρυσόν. καὶ οὐκ ἔτι φέρων τὴν θέαν, ἡμέρας γενομένης ἐνθέμενος κλίνῃ τὴν Ἀνθίαν, ἡ δὲ ἔκειτο ἀναισθητοῦσα, ἦγεν εἰς πλησίον τῆς πόλεως τάφους. κἀνταῦθα κατέθετο ἐν τινὶ οἰκήματι, πολλὰ μὲν ἐπισφάξας ἱερεῖα, πολλὴν δὲ ἐσθῆτα καὶ κόσμον ἄλλον ἐπικαύσας. καταλειφθεῖσα δὲ ἐν τῷ τάφῳ ἡ Ἀνθία ἑαυτῆς γενομένη. κ.τ.λ. ubi prudenter Ephesius ἐπικαύσας non συγκατακαύσας. Eruditissimus autem Abreschius ad hunc locum in Miscell. XI. III. 20. adposite adfert loca ex Herodoto L. V. C. 92. §. 7. & Jamblicho ap. Photium p. 240. quibus haec consuetudo confirmari valde videtur. scilicet ut res pretiosae cremarentur, licet corpora ipsa non cremata essent, vel dudum essent cremata. ad honorandum enim defunctum & placandos ejus manes haec concrematio spectabat. unde etiam fiebat aliquando, ubi dudum ipsum corpus crematum erat. sic Tacitus L. III. *Ann.* 2. narrat in coloniis & municipiis, quacumque cineres transveherentur Germanici, in Oriente defuncti & cremati, ibi *vestem, odores aliaque funerum sollemnia fuisse concremata*. Unde & vestium & pretiosarum rerum per ignem abolitio in sacrificiis aliis locum habebat. Inde *Croesus Delphis lectos aureos & argenteos, phialas aureas & amictus purpureos & tunicas ingenti pyra extructa cremavit*, teste *Herodoto. L.* I. 50.

Hermocratis autem tempore plus quam quatuor ante N. C. seculis. Syracusis obtinuisse tantum corporum cremationem, verosimile est: & non dubito, quin verum sit Luciani in *de Luctu* p. 932. effatum. ὁ μὲν Ἕλλην ἔκαυσε. de istis temporibus. Posses obmovere Thucydidis L. VI. 71 & 72. ubi gravissimus auctor, postquam de Atheniensibus in praelio caesis dixisset, eos ἐπὶ πυρὰν fuisse positos, addit, Συρακούσιοι δὲ τοὺς σφετέρους αὐτῶν νεκροὺς θάψαντες, quasi ita καίειν de Atheniensibus, θάπτειν de Syracusanis studio adhibuisset. Quin vero similem talem sepeliendi ritum facerent ingentes Cryptae, quae sub tota Achradina, praecipua Syracusarum parte, discurrunt longe lateque & aliis vicinis locis. in quibus loculamenta, unius corporis capacia, in vivo saxo incisa hodieque cum magna admiratione conspiciuntur: quorum pleraque in plano solo juxta sese excisa: alia duo vel tria, imo quatuor unum alteri superimposita visuntur: omnia, ut innui, in vivo saxo. Verum mihi probabilius fit antiquis temporibus has cryptas non fuisse factas, nisi ut

inde extraherentur ſaxa in aedificationem domorum & moenium, qualem ceterae lapicidinae originem habuere. ſed poſterioribus temporibus has ſpeluncas fuiſſe converſas in ſepulcrorum commoditatem & uſum, poſtquam integra cadavera ſepeliri coeperunt. quamvis nihil vetat, quo minus hae arcae lapideae, licet in vivo ſaxo excavatae ſoloque haerentes ſervierint recipiendis cadaveribus crematis. vide dicenda ad L. I. VI. 10. 10 & 10. 12. malim tamen poſterioris aevi eſſe.

Proinde quoque ſtatuerim, quotiescumque apud Graecos in vetuſtioribus libris occurrat vox θάπτειν & huc ſpectantia vocabula, iſta ita eſſe accipienda, ut praeceſſiſſe combuſtio intelligatur, & de cineribus & oſſibus, non de integris corporibus interpretanda. Caſus quosdam peculiares, ut in principalibus viris & regibus, excipias. quod eo minore difficultate fieri poteſt, quia haec vocabula de omni ritu, quo circa funera curanda uſi ſint, uſurpari conſtet, & diſerte corpora ſepeliri θάπτεσθαι dicantur, in quibus ſola crematio locum habuerat, necdum ſecuta humatio fuerat vel in hypogaeum vel alium locum, condendis reliquiis deſtinatum, delatio. videantur G. Cuperus in Obſerv. L. I. C. 7 Tiber. Hemſterhuſius in Miſcell. noſtris Vol. V. 21. P. Weſſelingius ad Diodor. III. 323. De poſteriorum temporum ritu poſſunt conſuli docti interpretes ad Petronii Satyricum C. CX. loquimur enim de uſu circa Hermocratis ſeculum. Scias interim in Gregorii Nazianzeni Epigrammate CLXXVI. *in Cl Muratorii Anecdotis*, conſtanter in Codice Palatino ſervari lectionem δάψατε. qui praeterea pro πολυχεύστησιν habet πολυχεύστοισιν. utrumque recte. ſed non piget epigramma adſcribere.

Λίσσομαι, ἤν γε θάνω, ποταμῷ δέμας, ἠὲ κύνεσσιν
 Ρίψατε, ἠὲ πυρὶ δάψατε παντοφάγῳ
Λώϊον, ἢ παλάμῃσι φιλοχρύσοισιν ὀλέσθαι.
 Δείδια, τόνδε τάφον τοῖα παθόνθ' ὁρόων.

Apud Pauſaniam V. XX. legitur [a Muratorio p. CXIX. vitioſe & ſine fructu repetitur]

Καὶ γάρ ἐγὼ κείνων εἰμ', ὦ ξένε, λείψανον οἴκων
 Στυλὶς, ἐν Οἰνομάου πρίν ποτ' ἐοῦσα δόμοις.
Νῦν δὲ παρὰ Κρονίδην κεῖμαι τάδ' ἔχουσα τὰ δεσμὰ
 Τίμιος· οὐδ' ὀλοὴ δέξατο φλὸξ με πυρός.

[uterque Cod. Nob. Roveri ποτε ἔσα. fruſtra.]

ubi δέξατο non inmerito diſplicuit Fr. Sylburgio, ideoque conjicienti δαίσατο. quod firmat ex loco Phrynichi Tragici ἐν δράματι Πλευρῶνι, apud Pauſan. X. XXX.

'Ωκεῖα

Ὠκεῖα δέ νιν φλὸξ κατεδάσατο.

cui addi poteſt ejusdem Tragici locus ex eadem Tragoedia ap. Tzetzen ad Lycophr. 433. ſed ubi Πλευρωνίᾳ non Πλευρὼν fabula vocatur.

Ὠκεῖα μάργοις φλὸξ ἐδαίνυτο γνάθοις.

quae verba δαίνυσθαι & καταδαίσασθαι non parum adjuvant illud apud Gregorium, Δάψαι aeque tributum igni. vid. Heſych.

In Epigrammate apud Pauſaniam reſcripſi Στυλὶς pro Στῦλος. quis enim dixit ἡ στῦλος. fefellit ὁ, ἡ τίμιος. ſed ἴσσα & ἔχουσα debuiſſet admonere.

P. 10. Vs. 10. Ἔφερον δὲ τὴν κλίνην οἱ ἔφηβοι] Torum, in quo efferebantur. L. IV. 1. 62. 21. Plato de L. L. XII. 947. ἕωθεν δ' εἰς τὴν θήκην φέρειν αὐτὴν μὲν τὴν κλίνην ἑκατὸν τῶν νέων τῶν ἐν τοῖς γυμνασίοις. ubi θήκην proba eſt lectio. Θήκη eſt *fornix. conclave cameratum.* in quo [diverſus ab exſequiali] *lapideus torus* κλίνη ſive πύελος. *arca lapidea.* in qua reliquiae reponebantur. quae Philoſophus l. l. optime deſcribit: θήκην δὲ ὑπὸ γῆ αὐτοῖς εἰργασμένην εἶναι, ἀψῖδα προμήκη, λίθων προτίμων καὶ ἀγήρων εἰς δύναμιν, ἔχουσαν κλίνας παρ' ἀλλήλας λιθίνας κειμένας. quae κλῖναι conſtituebant πύελον. plurima docte & vere magnus Salmaſius in Plinianis p. 848. Animadvertis Platonem nullam facere καύσεως, *uſtionis* mentionem. & quum jubeat ἀψῖδα προμήκη. *camaram longiorem quam latiorem fieri*, poſſe ſuſpicionem naſci eum loqui de corpore iſtius μακαρίου γεγονότος Pontificis integro inter κλίνας illas παραλλήλας κειμένας ponendo. quin Platonem forte in Pontificis corpore praecipuum hoc voluiſſe obſervatum, ut non cremaretur. & ſicuti Romae aliquae familiae ſepultura integri corporis uſae fuerunt, ſic Athenis id non plane inſolitum fuiſſe contendere quiveris. Atqui nec de *Curando*, nec de *Unguendo* facit mentionem funere: quae tamen certo fiebant: & quidem in primis circa tam ſanctum, phalaris enim ad populum ſemper & ubique opus fuit, Pontificis cadaver. Praeterea ſi corpus integrum erat ſepeliendum, quid opus, Philoſophum monere, ut facerent camaram oblongam: cum certe in rotunda capſa niſi conplicatum corpus condi nequiret: nec in erecta turricula ſepeliri in Graecia moris eſſet. Quare locum Platonis intelligendum credo, de reliquiis, oſſibus & cineribus, ſed quae forte ſolebant condi in arca lapidea oblonga, ut aliquam ſpeciem haberent remanentis totius corporis. Quod ſi Plato re vera intellexerit de integri corporis humatione, plane eam deſcripſit talem, qualem eſſe in uſu coepiſſe conſtat, ut res Chriſtiana radices agere occoepit. vid. dicta p. 74.

Τὸ πλῆθος] Separat a τῷ Δήμῳ cujus modo meminit. πλῆθος ὄχλος. *faex po-*

populi. capite censi. & ne ipsi quidem. *advenae. subreptitii. non cives.* qui nullum suffragii jus habebant nisi in tumultibus Gracchianis & similibus.

Tamen πλῆθ@ aliquando idem cum δήμῳ. & sic Ammonio δῆμ@, πλῆθ@ τῆς πόλεως. ubi opponitur τῷ δημός. λίω@. aliquando magistratibus & optimatibus opponitur.

P. 10. Vs. 12. Πλησίον τῆς θαλάσσης] Hic propter oeconomiam totius operis ita fit. Alioquin Syracusis in parte urbis Neapoli, quae remotior a mari, quamvis tamen ad magnum portum non nihil forte pertinebat, frequentia sepulcrorum erat. ut patet ex Archimedis sepulcro a Cicerone L. v. Tuscul. 23. celebrato, *ad portas Achradinas.* sic enim legendum J. Davisius recte censet cum codice Fulviano. nempe quibus ex Achradina in Neapolim transibatur. In Neapoli autem fuisse sepulcra ideo est vero simile, quia, cum sueverint veteres extra urbem sepelire, primo in hac parte suburbani agri sepeliverunt: mox, urbis opulentia pomeriorum propagationem suadente, tamen ob religionem sepulcra intra moenia remanserunt.

Potuerunt tamen & sepulcra fuisse aliis in locis non procul a mari. ut in omni Syracusarum agro versus Septentrionem. Sed non versamur in historico. L. iv. 1. 63. 10. dicit. κάκεῖ πρὸ τῆς πόλεως [*Mileti*] ὑψηλὸν ϰ ἀρίδηλον κατασκευάσωμαι τάφον,

Ὡς κεν τηλεφανὴς ἐκ ποντόφιν ἀνδράσιν εἴη.

Tali loco situs fuit in insula Capreis tumulus Masgabae, unius e dilectis Augusti, cujus meminit Suetonius in Augusto. Cap. 98. & quem spectans e triclinio Imperator pronuntiavit versus

Κτίστου δὲ τύμβον εἰσορῶ πυρούμενον.
Ὁρῶ φάεσσι Μασγάβαν τιμώμενον.

Nam Augustus e continenti Surrentini agri spectavit hunc tumulum, tam facile conspectui non patentem, nisi in litore locatus esset. ubi certe lectionem Scholiastae Juvenalis *Vicinam Capreas insulam* non inprobarim.

Sexentis autem testimoniis constat, sibi suisque viventes sepulcra facere solitos fuisse. in *Excerptis de Theodorico* post Ammianum editis p. 514. *se autem vivo fecit sibi monumentum ex lapide quadrato.* ad stylum Inscriptionum. Adponam modo duo Epigrammata, quia gratiam novitatis habent: saltem alterum.

Αὐτῷ ϰ τεκέεσσι γυναικί τε τύμβον ἔδειμα
Ἀνδρολίων, ἔπω οὐδ' ἑνός εἰμι τάφ@.
Οὕτω ϰ μείναιμι πολὺν χρόνον, εἰ δ' ἄρα ϰ δεῖ,
Δεξαίμην ἐν ἐμοὶ τοὺς προτέρους προτέρως.

ubi

ubi malim οὔπω δ' οὐδ' ἑνός.

Παύλου Σιλεντιαρίου.

Εἰς τάφον Ἀττικοῦ τινὸς ζῶντος ἑαυτῷ κατασκευάσαντος.

Ἀττικὸς εἰς ξυνὴν με παναγρέος ἐλπίδα μοίρης
Θυμῷ θαρσαλέῳ ζῶν ἐλάχηνε τάφον.
Παίζων ἐξ ἀρετῆς θανάτου φόβον, ἀλλ' ἐπὶ δηρὸν
Ἠέλιος σοφίης μιμνέτω ἠελίῳ.

Jensius in istis suis pro Anecdotis p. 335. *primum versum gravi laborare vitio adseverat, forte & ultimum.* At in utroque fallitur. ultimus, ut ipse edidit non forte, sed certo gravissime laborat. barbarum μίμνετο pro μιμνέτω. at primus sanus est. Male ipsum, credo, habuit illa μοῖρα. παναγρεύς. at cui notus fuerit Ποσειδῶν Ἀγρεὺς *piscator Neptunus* e Luciani *Revivisc.* p. 615. & Bacchus Ἀγρεὺς ap. Eurip. in Bacchis vs. 1189. Ἀρισταῖος Ἀγρεύς. *Aristaeus venator.* ap. Pindar. Pyth. IX. 115 Μοῖρα παναγρεύς. *Parca omnes reti suo capiens* non potest obscura esse vel displicere. praecipue si ei obversetur Ὁ χθόνιος Διόνυσος cognonime Ζαγρεύς, qui idem cum *Plutone* habetur. Vid. Interp. in hac voce ap. Hesychium. *Pluto defunctorum animas venatur & captat*, recte H. Stephanus. ejusdem originis haec vox atque ἔπαγρος. Hesychio Ἔπαγρον, ἀγρευτικὸν, ἄγριον. ἐν τῷ ἀγρεύειν εὐτυχῆ, sic recte emendavit Cl. Reiskius, ut patet ex Phavorino, qui habet εὐτυχῆ. apud eundem Lexicographum ἄπαγρος. ἀτυχὴς περὶ τὰς ἄγρας. Ἔναγρος, ἔπαγρος. In Anth. VI. 3. 16. 415. δι' ἐυάγροιο λίνοιο. hinc & ipsum nostrum vocabulum, sed alia forma, πάναγρος. Hesych. Πάναγρα. πανάγρια. ἐν οἷς (λίνοις) τὰ λεπτὰ καὶ ἁδρὰ θηρεύεται. *retia, in quibus pisces minuti & magni capiuntur.* Πανάγρου. τοῦ πάντα θηρεύοντος. Quod si opus foret, posset legi πανάγρου ἐλπίδα μοίρης. vel παναγρίδος. sed nulla necessitas cogit, cum μοῖρα παναγρεύς non aliter dicta sit atque Ἐριννύες λαγχητῆρες apud Soph. Antig. 1087. cui Schol. comparat τὸ σωτῆρ ψυχῆ. Nonn. Dionys. XXXVII. 551.

ὀρθωθεὶς δ' ἰάχησε πάλιν σημάντορι φωνῇ.

sed passim talia a viris eruditis notata.

Elegantissime igitur Mors omnes *Venari*, *pueros*, *viros*, *senes* dicitur, ceu λίνον πάναγρον τὰ λεπτὰ καὶ τὰ ἁδρά. V. D. quidam autem non leviter errat, quando putat Herodem Atticum intelligi. profecto Ἥλιος σοφίης bene conveniret in Herodem. sed Paulli Silentiarii aetas, qui sub Justiniano floruit, quomodo conveniet Attici aetati, qui sub Antoninis claruit?

ruit? unde bene epigraphe Ἀττικοῦ τινος. *ignoti alicujus.* non istius famosi Rhetoris.

Vertit hoc epigramma & sanum putavit Erudit. Leichius in praefatione ad Sepulcralia Epigrammata p. XIII. En ejus versionem, ut constet, quam intellexerit.

Atticus, in communem expectationem fati omnia rapientis,
Animo strenuo vivus me sepulcrum sortitus fuit,
Ridens ob virtutem mortis terrorem: sed diu
Sapientiam ejus dies diei memorabit.

egregie. λαχαίνω. *fodio.* & λαγχάνω. *sortior.* confudit. & ita hominem vivum sepulcro inclusit, qui modo vivus sibi sepulcrum procuraverat. μίμνετο sanum putavit & deduxit a μιμνήσκω. *memoro*: cum a μίμνειν sit μιμνέτω. *maneto.* & sententia sit. *in longum tempus sapientiae sol* [Atticus] *maneat soli, id est, a sole adspiciatur & vivat.*

LIBRI PRIMI CAPUT SEPTIMUM.

P. 10. Vs. 16. Θήρων] Operae pretium est, ut conferas locum Xenophontis Ephesii ex L. III. p. 48. ubi plane eadem est fictio: omnes fere pares casus & eventus. ut vix fieri possit, quin unus ex altero, vel ambo ex eodem profecerint.

Pro more autem Charito huic archipiratae conveniens inposuit nomen Θήρων a θηριότητι, a *morum feritate.* quin & latro *Thero* Appulejo memoratur. L. VII. 136. etiam Agrigantinorum Tyrannus Theron forte ob oculos versatus.

Appulejus inter alios in nominibus, plane ut noster, elegans est. quod bene hic illic animadvertit J. Pricaeus. L. II. 24. p. 77. 531. *Fotis* a *fovendo.* ut ap. Juven. v. 141. *Migale* a *coitione* μίξει. ubi Cod. Amstelaed. *Micale.* II. 29. p. 92. *Cerdo.* a *lucro*, a κέρδει, *negotiatori* nomen apte affictum. sic L. I. p. 22. negotiator magnarius dicitur *Lycus.* quia minores ceu *lupus* devorat. L. IV. 68. p. 192. *Lamachus* ab instituto vitae adaptatum. Hesych. λάμαχος ἄμαχος. ἀκαταγώνιστος. IV. 199. *Alcimus.* ita *Thrasyleon.* p. 202. *Demochares. qui voluptates publicas instruit.* L. IX. 177. *Coquus Hephaestion.* a *Vulcano ignis promo. Apollonius medicus* a *praeside medicinae deo.* sic L. X. 216. p. 605. In servis id observatum. hinc Παρμένων. Πιστός.

σὸς Δρόμων. Inde apud eumdem Appulejum L. VIII. p. 158. legendum puto. *Sed Thrasyllus praeceps alioquin* & de ipso nomine *temerarius*. nempe a θρασὺς θράσυλλος. ubi illa *&* *de ipso nomine* fere desunt. in meo Codice autem *de se ipso nomine*. Pluscula haec exempla attulimus ex uno auctore, ne inanis forte quibusdam videretur plane suspicio, quam proposuimus de nominibus, *Chariton Aphrodisieus & reliquis*.

P. 10. Vs. 16. Ἐξ ἀδικίας] Alciphro. III. LXX. de latronibus. λῃσταῖς . . . ἐκοινώνησα. ἔνθεν ὁ βίος μοι ἀργὸς ἐξ ἀδικίας πορίζεται. ita Democrates *in Sententiis* p. 629. (60) Strabo VI. 479. B. θαλάττης ἀπτόμενοι λῃστηρίων οὐκ ἀπέχονται, οὐδὲ τῶν τοιούτων ἀδικιῶν. saepe ἐξ ἀδίκου & ἐκ τοῦ ἀδίκου. Demosth. πρὸς Εὐβουλ. 887. E. Xen. K. Π. 241. C. I. K. A. 268. A. ita in opposita formula. ἐκ δικαίου & ἐκ τοῦ δικαίου. Plat. de l. l. 743. A. Xen. Oecon. p. 837. sed abunde Cl Hemsterh. egit de his ad Aristoph. Plut. 755. Διὰ τοῦ δικαίου πορίζεσθαι dicit Xen. VIII. K. Π. 204. E. ἐξ ἀδίκων χρηματίζεσθαι. vid. ad L. V. X. 95. 6. Κέρδεα ἃ μὴ θέμις vocantur in Epigrammate Anthologiae Ineditae, sed quod placuit prodere eruditissimo Leichio in Sepulcralibus Carminibus p. 26. Illud est Hegesippi, de quo, licet Meleager *in Corona* testetur *vehementem & furore percitum esse poëtam*, μαινάδα βότρυν Leichius pronunciat *ejus carmen exile & languidum esse*. Verum nemo dubitat eum, qui de aliquo scriptore sit judicaturus, quin prius bene intelligere illius scripta necesse habeat. en Leichii editionem & versionem.

Εἰς ναυηγὸν, ὃν οἱ ἁλιεῖς ἔθαψαν.
Ἐξ ἁλὸς ἡμίβρωτον ἀνηνέγκαντο σαγηνεῖς
  Ἄνδρα, πολύκλαυτον ναυτιλίης σκύβαλον.
Κέρδεα δ' οὐκ ἐδίωξαν, ἃ μὴ θέμις. ἀλλὰ σὺν αὐτοῖς
  Ἰχθύσι, τῇ δ' ὀλίγῃ θῆκαν ὑπὸ ψαμάθῳ.
Ὦ χθὼν, τὸν ναυηγὸν ἔχεις ὅλον· ἀντὶ δὲ λοίμης
  Σαρκὸς, τοὺς σαρκῶν γευσαμένους ἐπέχεις.

In Naufragum, quem piscatores sepeliverunt.
E mari semianimem piscatores traxerunt
  Virum, funestum naufragii ejectamentum.
Non lucra nefaria venati, sed una cum
  Piscibus: inque exigua posuerunt arena.
O terra, naufragum totum habes: pro peste autem
  Carnis, eos, qui nutriti carne sunt, contines.

Fateor sic versum & sic lectum carmen non modo esse exile & languidum, sed fatuum & omni acumine destitutum. At sane Poëta nec ita sensit,

ſenſit, nec ita ſcripſit. Leichius ἡμίβρωτος deduxit a βροτὸς *homo*, & ſibi eſt viſus optime reddere ἡμίβροτος. *ſemianimis.* at ἡμίβρωτος omnibus Graece callentibus eſt *Semieſus*, a βιβρώσκειν. *comedere.* jam in hoc vocabulo totum acumen epigrammatis verti Lector mox percipiet. λοίμης σαρκὸς vertitur *peſtis carnis.* ſed λοιμὸς novi *peſtis.* λύμη quoque novi *lues.* ſed λοίμη omnino non novi. novam vocabuli formam notare ſaltem debuiſſet vir Eruditus. At eſt vocabulum nihili. Quod tamen hic peccatur non adeo Viro erudito, quam futilibus, quibus utitur, chartis tribuendum. En ut profectum ab auctore fuit hoc carmen, & quale harum conpetentibus rerum arbitris pulcrum & rotundum adparebit, ſcio. nam poëtices, metri & omnis grammaticae ignaros quis curet? ſed non opus tamen eſt ut totum adponam: modo emendes vs. 3. τῇδ᾽. *hic. hoc in loco.* in verſu quinto autem lege ἀντὶ δὲ λοιπῆς. *pro reliqua carne.* & potius accipe verſionem.

E mari ſemeſum ſuſtulerunt verriculo piſcatores
Hominem, valde flebilia naufragiorum ejectamenta.
Lucra non ſectabantur, quae non fas ſectari. ſed cum ipſis
Piſcibus hoc in loco ſub exigua poſuerunt arena.
O terra, naufragum habes totum. pro reliqua autem
Carne, habes piſces, qui eam carnem comederunt.

quod ſit ἡμίβρωτον *ſcubalum*, diſcas ex Anthol. L. I. C. 2. §. 2. p. 3.

ὡς ἂν ὁδίταις
Εἴη νισσομένοις ἡμιδαὲς σκύβαλον

arroſum fruſtum, quod canibus projicitur. ita naufragus erat ejectamentum maris, ſemicomeſum a piſcibus. & ex Anth. L. III. C. XXII. 24. p. 248.

Τέφρης λοιπὸν ἔτι σκύβαλον.

In Anthol. Ined. Ἐρρίφθω ξηροῖς φυόμενον σκυβάλοις. Illa autem *lucra illicita*, ſunt *piſces*, *paſti naufragorum corporibus*, quales *expetebantur* olim, teſte Plinio L. XII. H. N. I. Sed illi piſcatores non, ait, piſcandi animo & impii lucri cauſſa rete jecerunt, ſed ut naufragum extractum terrae mandarent. *Integrum terra habet corpus*, *licet ſemieſum*: quia *reliquae & deficientes carnes ſunt in piſcibus*, *& ipſi piſces cum corpore ſepulti ſunt.* hoc eſt θῆκαν σὺν αὐτοῖς ἰχθύσιν ὑπὸ ψαμάθῳ. qui autem intellexerit Leichius ἔχεις ὅλον patet, cum doceat, quaſi reſpiceretur eo dicto, *quod non*

non crematum esset corpus, quia funera naufragorum nefas erat cremare. quam sane doctrinam esse imaginariam satis ostendit Pompeji funus crematum in litore Aegyptio. quamque Codri pietatem fusissime Lucanus L. VIII. 719. celebrat. ne alia exempla congeram. Vides, lector, ut non illotis manibus haec sacra sint tangenda, nisi ea profanari velis. Exemplum aliud adponam. Idem Leichius in eadem praefatione divertitur ad Epigrammata ab Jensio inconsulto consilio edita. P. 312. Jensius hoc Epigramma dedit.

Ταύρῳ φοινικαλέον νάπ@- ἐκβαίνοντι δοβήρου . L. Πευκέστης.
Πευκέτης ἵππῳ κάρτερ@- ἠντίασεν.

Jens. *quid istud* δοβήρου! Leichius σοβηρῷ Πευκείτης ἵππῳ. At ego rogo, quid σοβηρῷ? quis umquam dixit σοβηρός. an ut τρηχὺς & τραχὺς dicitur, ita σοβηρὸς & σοβαρός. nesciri non oportebat σοβαρὸς secundam corripere. non opus autem ut doceam, quid Δοβήρυ. Holstenius docebit ad Stephanum, quid sit νάπ@- Δοβήρου. nempe Δόβηρ@- est *urbs Paeoniae.* reliqua tangere nolebam. verum in gratiam lectoris & reliquos adpono versus, quia corruptum quid & apud Holstenium.

Ἀλλ' ὁ μὲν ὡρμήθη, πρίων ἅτε; τῷδ' ἀπαλοῖο
Παιονίδα λόγχην ἧκε διὰ κροτάφυ.
Συλήσας κεφαλῆς δὲ διπλῦν κέρας, αἰὲν ἐκείνῳ
Ζωροποτῶν ἐχθρῦ κόμπον ἔχει θανάτυ.

ut serra incitatus fuit. πρίων ἅτε. an congitandum de πρηστήρ. alia quaedam ad illustrationem spectantia praetermitto.

Leichius deinde rursus vertere aggreditur epigramma quod exstat ap. Jensium p. 318. sed ambo Musas non amicas habere merentur, qui non consuluerint eundem Holstenium in Ἴκαρ@-. quod si fecisset Leichius saltem sibi cavere potuisset ab enormi errore, quo ultimum versum pronuntiet *Hendeca-syllabum.* sane habet undecim syllabas. At undecim syllabae fortuito positae non faciunt versum Hendecasyllabum. vocabula ὅσσον ἀπ' deerant: quibus adjectis Pentameter reliquis similis conspicitur.

Πλώοιμι συγεροῦ [ὅσσον ἀπ'] Ἀΐδεω.

Rursus acumen ostendere conatur Leichius ad Epigr. XC. Jensianum. In versu quinto repone modo κραδίης μέγα δεῖγμα pro σήματι τῷ δὲ. ad hoc autem epigramma plura notari possent.

Mox versionem Epigrammatis XVIII. praebet & lacunam supplet [cetera enim non tango] in ἄντια δειλὰν Οἶδα. . . . τελέθεις. vitiosissime legens, δειλὸν Πρὸς θάνατον τελέθεις. quod non capio. sed potuisset verum supplementum discere ex L. Kustero ad Suidam voce Ἄρης. Nempe δειλὰν Οἶδα φυγάν. Suidas autem septem locis hoc epigramma laudat. nec integrum tamen plane editum. Ignoverim sane facile editum aliquo in angulo epigramma latere ei, qui obiter haec tractet. ut in hoc accidit. sed in singulis falli eum, qui adfectet partem literaturae ad se nihil spectantem, quia viribus suis & facultatibus gravior sit, nescio an adeo veniam mereatur. Ut lapidem hunc porro volvam. Eruditi hi rursus ambo ignorarunt Epigramma CXXXIX. exstare ap. Plutarch. in *de Exilio* p. 599. ap. Salmasium in *Plinianis* p. 580. & partim p. 37. & denique ap. Holsten. *ad Stephan.* in Δασκύλιον. Non itaque injuria sacra haec tam illotis manibus ab his tractata esse doluerit. Fateor tamen haec jocum & ludum esse, si compares cum iis, quae nescio quis in Miscellaneis Lipsiensibus Vol. IV. p. I. ad Jensiana illa Epigrammata conscribillavit, nec sine fastu. quibus nihil par aut secundum in his literis umquam obvium habuisse fateor.

P. 10. Vs. 16. Πλέων τὴν θάλασσαν] Vindicant hanc locutionem Cl. J. Markland. ad Lysian p. 112. Noster iterum utitur. I. XII. 16. 24. Demosth. Phil. I. 52. B. Lucian. Prom. T. I. p. 197.

P. 10. Vs. 17. Ὑφορμοῦντας] Siciliae litora valde piraticae obnoxia & accommodata. Herodot. VI. 17. Cicer. *Verr. quartae* C. LII. vid. ad L. III. VII. 54. 21. de voce ὑφορμεῖν.

P. 10. Vs. 18. ὄνομα πορθμίου πειρατήριον συγκρύπτων] ὄνομα, *praetextus. falsa species. nomen* etiam Latinis. Virgil. IV. Æn. 172.

Conjugium vocat: hoc praetexit nomine *culpam.*

Ovid. V. Heroid. 131.

Vim licet adpelles, & culpam nomine *veles.*

Aristoph. Plut. 159.

Ὀνόματι περιπέττουσι τὴν μοχθηρίαν.

noster V. VII. 90. 26. Σὺ δὲ ὀνόματι τοῦ νεκροῦ τὴν γυναῖκά μου διέφθειρας. Herodot. VII. 138. Ἡ δὲ στρατηλασίη ἡ βασιλέως οὔνομα μὲν εἶχε, ὡς ἐπ' Ἀθήνας ἐλαύνει, κατίετο δὲ ἐς πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα. Lysias p. 364. τῷ μὲν ὀνόματι, ἔργῳ δὲ

τῷ

τῷ δ' ἔργῳ, σφίσιν αὐτοῖς. Demosth. πρὸς Βοιωτὸν ὑπὲρ Προικὸς p. 1008. A. ὀνόματι ἀδελφὸς, τῷ δ' ἔργῳ.

Valde autem dubito, an recte dicatur συγκροτεῖν πειρατήριον, ὄνομα πορθμίῳ. nam licet κατὰ possit intelligi, ut saepe & apud Manethonem I. 117.

> Ἀνέρα γέννησεν μόνον ὄνομα, πάντα δὲ θῆλυ. L. θῆλυν.
> Πάντα γυναικὸς ἔχοντα καὶ ἤθεα καὶ φιλότητα.

merito interpres suspicatus videtur ὀνόματι. illud ι ab sequenti π in πορθμίῳ, ut crebro accidit, absorptum fuit.

P. 10. Vs. 18. Πορθμίῳ] Πορθμίον apud Lucianum ter quater pro *Naulo* scribitur. ut in *Cataplo* T. I. 640. de *Luctu*. T. II. 926. Dial. Mort. XXII. tamen in Codd. πορθμεῖον. & sane πορθμίον & πορθμεῖον nihil nisi scriptura differunt. originem eandem habent πορθμεύω. quamvis πορθμεῖον apud Lucianum non minus quam apud alios centies pro *navi vectoria* vel *trajectoria*. Hesychius Πορθμεῖον. σκαφίδιον διαπερᾶν μισθῷ. Plutarchus Alex. 84. πορθμεῖα καπήρη καὶ σχεδίας πηξάμενος. & sic noster II. III. 26. 3. III. II. 43. 26. at πορθμεῖον recte quoque pro *Naulo* adhibueris. sicut enim Herodot. VII. 35. ὁλκάδας & πορθμήια, ita apud Callimachum in Fragm. Bentlejano CX. p. 361. Πορθμήιον pro *naulo* occurrit. Usum obtinuisse, ut hoc significatu potius simplex vocalis Ἰῶτα adhiberetur, in tanta codicum circa diphthongum incertitudine, non adfirmarim. forte quis suspicetur, num scribendum πόρθμιον. ut διδασκαλεῖον & διδασκάλιον differunt. hoc *mercedem*, illud *locum doctrinae* notans. ap. Pollucem L. VI. 186. sed novare quid in talibus non placet. In nostro loco πορθμῖον non notat *naulum*, sed *navigium trajectorium* potius. verum qua notione H. Stephanus Tom. III. Lexici p. 187. mavult scribi πόρθμιον, derivans a πορθμός. ut πόριον. a πόρος. pro quo jam πορεῖα ap. Diodor. XX. C. 42. In MSS. licet πόρια. & Michael Apostolius in Stephani sententia videtur fuisse, quando exhibet πόρθμιον *genus barcae ad trajiciendum flumen*. idem πορθμεῖον *naulum*. quin rursus sistens πορθμεῖον *navicula ad trajiciendum* correxit sua manu πόρθμειον, ut mutaretur in πόρθμιον. agnoscit in plurali πορθμεῖα. *genus naviculae*. & haec non rejicienda. at cum ponat πορθμία *trajectio*. merito rescriberetur πορθμεία, ut simili in caussa Stephanus jussit. Dixi πορθμίον hic notare *navim vectoriam*. mallem tamen paullo diverso significatu accipi pro *loco ubi trajectio agitatur*: ubi *naves & nautae ad trajiciendum morari solent*. pro ἐργαστηρίῳ πορθμευτικῷ, πορθμείων, *officina portitorum*. & sic tale ἐργαστήριον recte opponeretur πειρατηρίῳ, pro quo Heliod. V. 242. dicit ἐργαστήριον πειρατικόν. *collegium piratarum*. Appul. VII. Met. 135. Bel-

P. 12. Vs. 5. Οὐδὲν ἐγίνετο πλέον] Locutio obvia. Οὐδὲν γάρ μοι πλέον ἦν Plat. Conviv. 217. ap. Heliod. v. 227. προσετίθει δὲ μηδὲν αὐτοῖς εἶναι πλέον. iste ordo in Cod. Taur. ex quo paullo ibidem antea lege τὴν ἐμοὶ πάντων ἡδίστην θέαν. vulgo ἐμήν.

P. 12. 5. Ἀπήλπισε τὴν σωτηρίαν] male σωτερίαν in Apogr. locutio apud alios & Zosim. II. I.

P. 12. Vs. 5. Ἔτι] *in posterum. deinde.* Soph. Trach. 261.

ξὺν παισὶ καὶ γυναιξὶ δυλώσειν ἔτι.

Sch. πλεονάζει ἔτι. non puto: *aliquando. posthac.*

P. 12. Vs. 5. Ἐνθεῖσα τοῖς γόνασι τὴν κεφαλὴν ἐθρήνει] Paullo aliter L. VII. VI. 124. 12. ἡ Στάτειρα ἐνθεῖσα τὴν κεφαλὴν εἰς τὰ γόνατα Καλλιρρόης, ἔκλαιε. habitus lugentium & desperantium. Aristaen. II. v. τότε μὲν οὖν εἰς τὰ γόνατα ἡ κεφαλὴ ἔρριπτο. Apollonius Rhod. III. 707.

Νειόθι δ' ἀμφοτέρῃσι περίσχετο γύναλα χερσὶ.
Σὺν δὲ κάρη κόλποις περικάββαλον. ἔνθ' ἐλεεινὸν
Ἄμφω ἐπ' ἀλλήλῃσι θέσαν γόον.

Salvi-

Salvinus adposuerat Theocriti versum 11. Idyllii XVIII.

Τυχεῖς ἐν γονάτεσσι κάρη μίμνοντι βαλοῖσαι.

sic Ovid. III. Fast. 755.

Desinit in lacrimas, intentaque fila remittit,
In gremio vultum deposuitque suum.

Appul. III. Met. 43. *Complicitis denique pedibus ac palmulis in* (inter Cod.) *alternas digitorum vicissitudines super genua connexis, sic grabatum cossim* [cessim Cod.] *insidens, ubertim flebam.* ubi Pricaeus. Idem L. IV. Met. 80. *Quid ni? quae inter genua sua deposito capite sine modo flebat.*

P. 12. Vs. 7. ζῶσα κατώρυγμαι, μηδὲν ἀδικοῦσα] Charito respexerit poenam Vestalium apud Romanos. aliae etiam gentes hoc supplicio usae. sic Persae loco poenae vel ad deum, qui sub terra esse dicitur, placandum, viros, feminas, pueros, puellas vivos defodiebant. Herodot. VII. 114. Chesiae Excerpta C. 54.

P. 12. Vs. 7. θάνατον μακρὸν] Nam *subitam & celerem mortem* Julius Caesar apud Suet. C. LXXXVII. exoptat. Horat. Serm. I. 7.

——— Quid enim! concurritur: horae
Momento, aut cita mors venit, aut victoria laeta.

noster. III. III. 26. 23. μακρὸν αὐτοῖς ποιῶν τὸ νεκύσιον. Lucian. in Asino. II. 594. θάνατον δὲ αὐτῇ τὸν ἀλγεινότατον καὶ μακρότατον ἐξευρόμεθα. Unde Ammian. L. XVII. C. XIII. p. 140. ut constantiae signum memorat de Sarmatis, *nemo exoravit celerem mortem.* Haec noto, ne pruriant forte manus quaedam, & μικρὸν reponant.

P. 12. Vs. 7. ἀποθνήσκω θάνατον] Achill. Tat. V. 293. VII. 447. & alii.

P. 12. Vs. 8. Υγιαίνουσάν με πενθοῦσι] Videretur dicere debuisse ζῶσαν. at *aegrum* quoque *depositum* lugebant. Ovid. III. Tr. III. 40.

Nec mea consueto lanquescent corpora lecto.
Depositum nec me qui fleat, ullus erit.

videantur Marchio Maffejus ad *Marmor Parisinum*, & Auctor *Monumentorum singularium* ad *eundem lapidem* C. I. §. IX.

P. 12. Vs. 8. Τίνα τις ἄγγελον πέμψει;] id est, *qui potuero, sepulcro con-*

conclusa, ullum nuntium mittere de meo extremo periculo admoniturum parentes. Non inusitatum, ut quis de se in tertia loquatur persona. vide notata ad I. VII. 10. 23. si tamen respici credas ad morem mittendi libamina & invisendi sepulcra, per me licet. vid. L. III. III. 45. 7.

P. 12. Vs. 9. Ὅτι με ἔσπευσας ἐκβαλεῖν τῆς οἰκίας] ita Cod. & viderat Reiskius. utitur vocabulo injurioso ἐκβάλλειν pro ἐκφέρειν. Artemid. IV. 84. p. 249. ἔδοξε τεθνάναι καὶ ἐκφέρεσθαι. συναντήσαντά αὐτῷ τινα ἀλείπτην, χαλεπαίνειν πρὸς τοὺς ἐκφέροντας, ὅτι ταχέως καὶ κενοσπούδως αὐτὸν ἐκφέροιεν, δύνασθαι γὰρ αὐτὸν ἀναβιῶναι. Herodot. II. 89. de spectabilioribus & pulcris Aegyptiorum feminis. Τὰς δὲ γυναῖκας τῶν ἐπιφανέων ἀνδρῶν, ἐπειὰν τελευτήσωσι, οὐ παραυτίκα διδοῦσι ταριχεύειν, οὐδὲ ὅσαι ἂν ὦσι εὐειδέες κάρτα καὶ λόγου πλεῦνος γυναῖκες. ἀλλ' ἐπειὰν τριταῖαι ἢ τεταρταῖαι γένωνται, οὕτω παραδιδοῦσι τοῖσι ταριχεύουσι.

Erat autem id amoris non vulgaris indicium, vel diu servare, vel domi etiam sepelire mortuos. Xenoph. Eph. v. 65. Καὶ τέθνηκεν ἐνταῦθα οὐ πρὸ πολλοῦ Θελξινόη, καὶ σῶμα οὐ τέθαπται, ἀλλὰ ἔχω γὰρ μετὰ ἐμαυτοῦ, καὶ ἀεὶ φιλῶ καὶ σύνειμι. vid. ad hunc locum notata in Miscellaneis Vol. XII. p. 498. Lucian. *de Luctu.* II. 932. Diod. I. 91. haec erat ταφὴ Αἰγυπτίη. etiam Aethiopes τοὺς νεκροὺς οἴκοι κατέχουσι περιχέαντες ὕαλον, teste Strabone. *L.* XVII. p. 1178. A. Quin etiam antiquiores Graeci domi sepeliebant. Plato in Minoe p. 315. C. Οἱ δὲ αὖ ἐκείνων πρότεροι αὐτοῦ καὶ ἔθαπτον ἐν τῇ οἰκίᾳ τοὺς ἀποθανόντας. hinc intelligendum vetus epigramma, quod dudum publicatum in *Descriptione Aedium Barberinarum* ex ipso marmore, Muratorius tamen ex nescio quibus futilibus schedis reposuit p. MCCCLXXVI. II. nec contentus eo non sine aliis vitiis repetivit p. MMLXXV. I.

Ἡλικίῃ, μορφῇ, φρεσί, μούσαις, σωφροσύνῃτε
Ἐν πᾶσιν πρέψασα κατὰ χθόνα φῶς λίπες ἠοῦς,
Κάμ' ἔφυγες ποθέοντα, καὶ οὐκ ἐσάθρησας ἴσοα.
Τοιγὰρ ἐγὼ τόδε σῆμα φίλοις σταθμοῖσιν ἔτευξα,
Ὄφρα σε καὶ νεκὺν οὖσαν ἐμοῖς μελάθροισιν ὁρώην,
Οὔνομά μοι γλυκὺ, Μέσσι', ἀειμνήστη παράκοιτι.

Perscripsi autem non ut vel in Descript. Aed. Barb. vel ap. Murator. exstat, sed quemadmodum legi & intelligi credebam oportere. vs. 2. κατάφρονι, at Mur. primo loco ἀκαλάφρων. hoc & illud, qui potest, intelligat. quod reposui aptum. vs. 4. majoris momenti mutationem institui. legitur enim ubique φίλοις σταδίοισι pro σταθμοῖσι. quod quidem satis lepide Dom. Bricherius Columbus vertit,

Fors ego dilectis *tumulum fabricatus* amicis.

quasi

quasi στάδιοι φίλοι. *stabiles amici* celebrarentur. Aliis versum *In amicis Stadiis.* Credo ipsos intellexisse *Stadia*, *in quibus decurritur.* Sed prius discant, φίλος hic & centies non *amicus*, sed *meus*, *tuus*, *suus*, significare apud poëtas: deinde me vicissim doceant *Stadia* talia fuisse adjecta *aedibus privatis*, & qui cadaver, ut mox sequitur, *in talibus stadiis sepultum*, possit tamen in aedibus ipsis esse & conspici.

Quare credo levi literarum duarum mutatione recte repositum σταθμοῖσι *postibus.* & loca busto recipiendo apta esse σταθμοὺς, non dubitaveris, si inspicias Hom. Il. Z. 19. & sic hanc feminam domi a marito servatam sepultamque constabit.

P. 12. Vs. 12. Κἀκείνη] Video in Latinis hanc periodum in sequens caput a me fuisse collocatum. parum refert. accidit simile quid in Artemidori L. IV. C. 65 & 66.

LIBRI PRIMI CAPUT NONUM.

P. 12. Vs. 13. Μεσονύκτιον] Phrynich. pronuntiat ποιητικὸν οὐ πολιτικόν. vid. ibi Hoesch. Plutar. Caes. 146. Diod. XX. 48. idem etiam de Μεσονύκτιος Thomas. Anacreon. Od. III.

Μεσονυκτίοις ποθ' ὥραις
Στρέφεται ὅτ' Ἄρκτος ἤδη
Κατὰ χεῖρα τὴν Βοώτου.

ubi Barnes. dicit στρεφέτην ἄρκτοι in Cod. Vaticano sive Palatino esse. sed fallitur partim. nam ἄρκτος legitur. si quid mutandum, ἄρκτω praestaret. sed *praesens* ob sequens κίαται praetulerim.

P. 12. Vs. 13. Ἀψοφητί] D. Scottus plures auctoritates attulit. videatur doctiss. J. Alberti ad Hesychium in Ἀδούπητοι, cui omnino adsentior ἀδούπητοι, ἀπρόσκοποι legenti cum Stephano, licet vocem ἀπρόσκοπος probam esse ostendit & Manetho II. 444.

Αὐτοὺς δ' ἀπροσκόπους καὶ δειμαλέους περὶ πρῆξιν
Ἐυσινέας τε τίθησι.

Epigramma, unde clariss. Alberti vocabulum protulit ἀδούπητος, [*insoni passus* Ammiano] integrum exhibuit Dan. Heinsius inter *Poëmata Versa e Graecis* p. 477. Edit. Quartae, ubi bonae quaedam lectiones. vs. 7.

 tamen

tamen sine caussa posuit μελάθρω pro θυρέθρω. vs. 9. male ῥαπίσμασι pro ῥιπίσμασι. vs. 23. male σήσωσι pro σχήσωσι. addo. vs. 2. male ἐρεισαμφύη pro ἐρεισαμφύη. vs. 3. legit οἷα δὲ πυρρῇ. una. quod ne Graecum quidem. οἷη enim *una. sola*. Guietus cogitavit de voce πύργος. ut vs. 19. πύργωμα. sed parum elegans foret, tum quia praecedit ἔπαλξις. tum quia *vestis* nihil cum turri habet commune. In Cod. πυρὶ. L. οἷα δὲ πήρα. velut *pera, saccus puellam contegebat ampla vestis stragula*, ut ne musca eam tangere posset.

Οἷα δὲ πήρα
Ἔσκεπε τὴν κούρην ἁπλοῖς ἐπλαδίη.

P. 12. Vs. 14. Ταῖς κώπαις ἁπτόμενος τῆς θαλάσσης] Saepe pro *in mari versari. mare colere.* ἅπτεσθαι τῆς θαλάττης. cujus locutionis hic pulcre habemus supplementum. Polyb. I. 24. Ρωμαῖοι γὰρ ἅμα τῆς θαλάττης ἥψαντο. Strabo VI. 479. θαλάττης ἁπτόμενοι.

P. 12. Vs. 14. Ἐμβαίνων] Hic ponitur pro ἐμβαίνειν εἰς τὴν γῆν ἐκ νεώς. cum saepius occurrat ἐμβαίνειν εἰς τὴν ναῦν ἐκ τῆς γῆς. alioqui ἐκβαίνειν & ἐμβαίνειν facile se loco trudunt. vid. Doctiss. Wessel. ad Diod. XIII. p. 553 & 603.

P. 12. Vs. 13. Τὴν ὑπειρεσίαν] ap. Thucyd. VI. IV. 104. 25. VI. 106. 24. [vid. Cl. Duker.] & alias ὑπηρεσία. licet L. VII. 40. παρεξειρεσίας & εἰρεσία obtineat tum apud Poëtas tum apud Prosaicos, quare ἠρεσία recte per Cl. Editorem amotum a Diodoro L. XI. 18. 418. tamen neutram scripturam omnino damnarim, quia ἐρεσία tam per H quam per EI produci potest.

Ista permutatio Ἠτα & EI non minus frequens quam illa I & EI, qua de egimus paullo ante. tribus locis defungar. ap. Herodot. L. VI. 83. in ultima editione legitur Ἄργος δὲ ἀνδρῶν ἐχηρώθη οὕτω. At optime Jungermanni Edit. ἐχηρώθη. in qua mox quoque bene ἐπέβησαν pro ἐπέβησαν. hoc pronuntiationis ambiguum vel fefellit Scholiasten Luciani vel ipse auctor est corruptus. *in Piscat.* T. I. p. 618. Σὺ δὲ, Πόσειδον, ἐπιτέλει τὴν ἄγραν. at Sch. hic subjicit. προσυπακουστέον τὸ πάρεχε. legit igitur (πάρεχε) ἐπιτελῆ τὴν ἄγραν. ap. Maneth. V. 78.

Πᾶς ἀνὴρ πέλεται πανείμερος ἠὲ πονηρός.

ubi bene *Suprascrip.* πανήμερος, hactenus. [vid. v. 108.] sed ut legi pediae satisfiat, rescribere praeterea debemus πανθήμερος. ut πανταυγής. IV. 122. praecedentes ibi versus corrupti, sic legendi.

Οὗτος γὰρ κακός ἐστιν, ὅταν ἐπίκεντρος ἰδῶν,
Ὅσσ' ἀνέχων λεύσσει καταλαμπομένην Ἀφροδίτην.

nunc

nunc legitur ὅσσον ἔχων. sed Ἄρης ὅσσε ἀνέχει, dum Ἀφροδίτη καταλάμπεται. oppositio haec correctionem facere probabilem videtur. Vitium de quo loquor obsedit & Manethonis L. II. vs. 28. ubi, ut brevis sim, lege

Κύκλοι δ' αὖ πολλοὶ ϗ ἀπείριτοι οὐρανῦ εἴσω
Δινεῦνται, οὓς αὐτὸς ἀεὶ σφαίρηΣ Στροφάλιγγι
Τεύχει.

editur σφαιρεῖ στροφάλιγγι. cogita vero Manethonem Ionice loqui, unde σφαίρης pro σφαίρας. supra monuimus. inde saepius, saltem rectius, etiam Ἑρμείης quam Ἑρμείας. sic Τιτὴν. idem mox dicit vs. 63.

Τάπερ αὐτὸς ἀπειρὴς αἰὲν ἀγινεῖ
Οὐρανὸς ἐν στροφάλιγγι περὶ χθόνα δῖαν ἑλίσσων.

nam ἀγινεῖ est ἰωνικώτερον quam ἀγίνει.

P. 12. Vs. 15. ... τῦτον] De lacuna hac Cl. Cocchius. *Lacuna haec videtur esse ab ipso scriptore, cum nulla prodat deletarum literarum indicia. forte legendum* τὸν τρόπον τῦτον. Vel potius τῦτον τὸν τρόπον. quoniam nulla auctoritate *lacuna* in apographo relicta erat, ideoque supplementum & praemitti & sequi vocem τῦτον potest.

P. 12. Vs. 15. Τέσσαρες] In Codice sic quoque videtur fuisse pro τέσσαρας.

P. 12. Vs. 16. κατασκοπὴν] ad L. I. IV. 7. 16. hic locus facit.

P. 12. Vs. 17. συνθήματι μηνύειν] Hesych. σύνθημα. σημεῖον. συνθήκη. idem σύνθεμα. σημεῖον. usitatissimum prius. σύνθημα διδόναι. Julian. Misopog. 361 & 362.

P. 12. Vs. 18. Πέμπτ☉] L. II. III. 26. 3. πλεύσεται Χαιρέας πέμπτ☉ αὐτός. II. II. 26. 9. VII. IV. 120. 17. ἀνεπήδησεν ἐπὶ τὰ τείχη δέκατ☉ αὐτός. Haec locutio saepius illustrata, tamen non raro fefellit. Lucian. *Ver. Hist.* §. 15. p. 82. T. II. Τρίτ☉ αὐτός. *cum tertio collega* vertitur. *at ipse cum duobus collegis*, reddendum erat. recte ap. Theocr. Idyll. II. 119. Schol. explicat

Ἢ τρίτ☉, ἠὲ τέταρτ☉ ἰὼν φίλ☉ αὐτίκα νυκτός.

Cum duobus aut tribus amicis comitatus de nocte.

Apud Thucyd. I. 61. Καλλίαν τὸν Καλλιάδου, πέμπτον αὐτῶν στρατηγόν. ubi optimo jure Celeb. C. A. Dukerus αὐτὸν reponendum censet. vid. Thucyd. I. 46. II. 13. J. Wasseum. Xenoph. H. H. II. p. 460. A. μετὰ ταῦτα ᾑρέθη πρεσβευτὴς δέκατ☉ αὐτός. *cum* X *aliis*. immo, *cum* IX *aliis*. ita ap. Lysian.

Lysian. p. 376. τὺς μετὰ Θρασύλλου δέκα. Demosth. *de Corona*. p. 490. A. Erudit. Nath. Forsterus in Platonico Indice voce πέμπτος frustra huc advocavit Juvenalis ex Satyr. I. vs. 64. locutionem *Sexta cervice feratur*. toto caelo differt. Alia quoque formula, quando σὺν additur. ut ap. Xenoph. H. H. II. 470. E. ὁρμηθεὶς ὡς σὺν ἑβδομήκοντα. in quo modo nominatus in numero concluditur, modo extra numerum accedit. ap. Platon. III. de L. L. 695. C. διὰ Δαρεῖυ καὶ τῶν ἑπτά. consulantur J. Fr. Gronovius ad Scriptor. Eccl. C. 3. & in Mantissa Pec. Vet. p. 420. Interpr. Diodor. XIX. 16.

P. 12. Vs. 19. Ἑκκαίδεκα] Ita scribi jubet Th. Mag. non ἑξκαίδεκα. Schol. Aristoph. Plut. 195. ap. nostrum L. IV. II. 65. 21. ἑξκαίδεκα. ap. Lucian. Prometh. p. 203. vocibus divisis ἕξ καὶ δέκα. In Codd. Diodori variatur, ut saepe.

P. 12. Vs. 20. τὰς κώπας ἐπτερωμένας] *In remigationem paratos remos, ab utroque naviculae latere in modum alarum protensos & surrectos*. Polyb. I. 46. ἐπτερωμένας πρὸς ἐμβολήν. mox πλερώσας τὴν ναῦν. Eustath. de Ism. & Ism. VIII. 277. ἐπεὶ δ' ἀποβῶσι τῆς γῆς, ὅλα συναγαγόντες τὰ πείσματα κώπαις πλεροῦσι τὴν ναῦν, ὅσας αἱ τριήρεις αὐχοῦσι πυκνάς. mox, περὶ δὲ τρίτην φυλακὴν τῆς νυκτὸς ἀναςάντες τῶν ὕπνων, κώπαις πάλιν πλεροῦσι τὴν ναῦν, καὶ τῦ λιμένος ἐξάγυσι. p. 290. καὶ πάλιν ἡ τριήρης τοῖς συνήθεσι κατεπτέρωτο πτεροῖς. Achill. Tat. VIII. 523. ἐπεὶ δὲ ἁρπάσαντές με, ὡς εἶδες, ἐνέθηκαν τῷ σκάφει, καὶ πλερώσαντες αὐτὸ ταῖς κώπαις ἔφυγον. Eurip. Iphig. in Taur. 1346.

Κἀνταῦθ' ὁρῶμεν Ἑλλάδος νεὼς σκάφος
Ταρσῷ κατήρει πίτυλον ἐπτερωμένον.

de mutua tralatione *alarum & remorum*, item *velorum* copiosissime egit Arnold. Drakenborchius, vir seculorum memoria dignissimus, nostro nimis matura morte nuper ereptus, ad Silium Italicum. L. XII. 98. & Th. Stanlejus ad Aeschyl. Agamn. vs. 52.

Paullo alia metaphora *extremitates remorum* vocantur ταρσοὶ & πλερά. vid. Suidan *in voce*. cui eadem habet Lexicon in Bibl. Coisliniana p. 485. J. Hudson. ad Thucyd. VII. C. 40. quaedam notavit. Ap. Herodot. VIII. I. perspicue pro parte remi, quae mari inmergitur, ponitur. licet saepe alioqui pro *totis remis* & *omni remigio* accipiatur. uti apud Plutarch. Nicia p. 240. ἐπλήρησαν ἑκατὸν καὶ δέκα τριήρεις. αἱ γὰρ ἄλλαι ταρσῶν ἐνδεεῖς ἦσαν. ita ταρσὸς, στίχος τῶν κωπῶν. *ordo. series remorum*. Cum vero πλερὸν ad *remum* & ad *velum* transferatur, aliquando sibi non caverunt eruditi in his metaphoris discernendis. ex. gr. Barnes. in Eurip. Helena vs. 146.

Ὅπη

Ὅσπη νεὼς σπάλαιμ᾽ ἂν ὄυριον πλερόν.

de *remo* male interpretatur, ut oſtendit additum epitheton ὄυριος. licet ejusdem dramatis vs. 673. dicat πετομένας κώπας. Eleganter in Epigrammate ap. Muratorium DCCCIX. ordo remorum in triremi vel hexeri, vocantur ἐξήρεϑμοι πλέρυγες; ſed quae vox miſere corrupta, & proinde nec intellecta, ibi cubat. θεξηρητμοις enim pro ἐξηρέτμοις πλέρυξιν ibi legitur. ita δολιχήρετμος. εἰκοσήρετμος. En totum epigramma, ut legi debet.

Ἤμην σολάρχης Ποντικῶν νεῶν ἐγώ,
Ἐξηρέτμοις πλέρυξιν ἐξηγαλμένος,
Ἀνὰ σρατὸν Κρισπεῖνος εὐκλεὴς ἀνήρ.
Ῥάβεννα δ᾽ ἦν μοι πατρὶς, ἀρχαία πόλις.
Ἔγνως τις ἤμην, καὶ τινὸς γένους κυρῶ.
Λοιπὸν φυλάσσου, μή τιν᾽ ἐνθήσῃς τάφῳ,
Δίκην θ᾽ ὑφέξῃς παρανόμου τυμβωρύχου,
Φίσκῳ τε δώσῃς ✱ Β καὶ τῇ πόλει ✱ Α.

ita verte.

Eram claſſis praefectus Ponticarum navium,
Sex remorum alis exornatus,
In exercitu Criſpinus celeber vir.
Ravenna vero mihi erat patria, antiqua urbs.
Noſti quis eram, & quo de genere exiſto.
Ceterum cave, ne aliquem inferas huic ſepulcro,
Et poenam ſubeas injuſti violatoris buſtorum,
Et fiſco ſolvas denarios MM, & urbi denarios M.

Ποντικὸς interpretatus non fui *marinus* ex oppoſitione *fluviatilium* navium, uti in *Danubio*, *Rheno*, quia conſtat in Ponto claſſem ordinario fuiſſe conſtitutam. ſecundus verſus ita corrupte legitur totus,

ΘΞ ΗΡΗΤΜΟΙΣ ΠΤΕΡΥΞ ΙΝ ΗΓΑΙΜΕΝΟΣ

primo repoſui ἐξηρέτμοις. quod explicui. nec offendat ſecunda ſyllaba correpta. ſic paſſim. inde fere in Antholog. L. VI. III. I. p. 412. refinxerim,

Τρηχύν τε τριόδοντα, Ποσειδαώνιον ἔγχος,
Καὶ τοὺς ἐξ ἀκάτων διχθαδίους ἐρετμούς.

ceu ab hujus proſodiae ignaris ibi ſubſtituta foret vulgata lectio ἐρέτας. & *remiges* dedicare ita jam perhibeatur piſcator, non *remos*. ſed reti-

O net

net constantia lectionis, scholiastae auctoritas, & quod non inèleganter *remi* dicantur *remiges*; nec metus sit, ne vivi videntesque remiges templi parietibus adfigi intelligantur. Pro ultimis reposui πτέρυξιν ἐξηγαλμένος. desiderabatur sic syllaba. potuit facile ἐξ ob praecendens ξι delituisse. locutio proba. Homer. Odyss. ξ. 273.

Νηυσὶν ἀγαλλόμενοι πολιὴν περόωσι θάλασσαν.

Iliad. B. 462. de avibus ἀγαλλόμενοι πτερύγεσσι. Lucian. de *Merced. Cond.* p. 711.

Quia tamen auctoritas compositi ἐξαγάλλεσθαι deest, tentaram quoque

Ἐξηρέτμοις πέρυξιν ἦν ἠγαλμένος.

ut illud ἦν [mutato H in I, ut saepe] delituerit in ultima vocis πτέρυξιν. mallem praeterea, ut *ipsae naves* respicerentur,

Ἐξηρέτμοις πέρυξιν ἐξηγαλμένων.

Ἐπτερωμένους τῇ ποδωκείᾳ repone apud Heliod. L. VIII. 414. ex Codd. Taur. Vatic. & duobus aliis. ubi nunc exstat. ἐπερρωμένους τῇ ποδωκίᾳ συνειδότες.

P. 12. Vs. 20. Τοὺς ἀπὸ γῆς ἁρπάσαντες] οἱ ἀπὸ γῆς opponuntur τοῖς μένουσιν ἐν τῷ κέλητι. τοῖς ἀπὸ θαλάσσης. Noster L. VIII. VI. 40. 8. αἱ φωναὶ τῶν ἀπὸ τῆς θαλάσσης τοὺς ἀπὸ γῆς ἀσπαζομένων. iidem qui ἐν γῇ vel ἐκ γῆς. namque ita ap. Thucyd. VI. 32. ὁ ἄλλος ὅμιλος ὁ ἐκ γῆς opponitur τῷ ναυτικῷ ὁμίλῳ. sed ἀπὸ hic usitatissimum. Herodot. VIII. 94. οἱ ἀπὸ κέλητος. *qui in celoce sunt.* Xenoph. Eph. I. 13. βοὴ δέ τῶν ἀπὸ τῆς γῆς πολλή. καὶ τῶν ἐν τῇ νηὶ συμμιγής. Lucian. Dial. Mort. X. 375. ἀλλὰ μεταξὺ λόγων, ὦ κραυγή τις ἀκούεται, ὥσπερ τινῶν ἀπὸ γῆς βοώντων. ubi conjunge τινῶν ἀπὸ γῆς. Diodor. XIII. 16. τῆς κραυγῆς τῶν ναυμαχούντων καὶ τῶν ἀπὸ γῆς συμφιλοτιμουμένων. Ita vox ἀπόγειος notat eum, qui *in continenti* est, *in terra*; ex oppositione πλέοντος κατὰ τοῦ κλύδωνος ap. Lucian. Lexiph. T. II. p. 338. hinc in glossis ἀπόγειος. *terrestris.* ἀπόγειος ἄνεμος. *ventus terrestris.* longe melius quam qui interpretati sunt, *a terra remotus.* locutio non semper viris doctis patuit. unde hic Salvinus tentabat. τὴν ἀπὸ γῆς ἁρπάσαντες. id est τὴν ὁδὸν. *viam a terra rapientes: celeriter ingredientes.* Atqui ut nihil vetat, quo minus & ὁδὸν ἁρπάζειν dicamus, ut *rapere viam*, locutione egregie adstructa a N. Heinsio ad Ovid. XIX. Epist. 74. sic nihil tale opus habemus. Ἁρπάζειν τοὺς ἀπὸ γῆς est optima locutio. *in terra versantes celeriter rati imponere & periculo eripere.* ταχέως ἀναλαβεῖν. ita Plutarchus de Alexandro p. 85.

ἀρ-

ἁρπαϑεὶς. *celeriter hostibus ereptus.* Lucas in Actis XXIII. 10. ἐκέλευσε τὸ στράτευμα καταβὰν ἁρπάσαι αὐτὸν ἐκ μέσου αὐτῶν. sic fere Joann. in Euang. VI. 15. ἁρπάζειν αὐτὸν, ἵνα ποιήσωσιν αὐτὸν βασιλέα. Et pro *celeriter arripere* passim. Demosth. Olynth. III. 37. F. τὰ ὅπλα ἁρπάζειν ἐπὶ Κορινθίους. Aelian. V. H. II. XLIV. τὰ δὲ ὅπλα ἁρπάσας ἔοικε, ᾗ ποδῶν ἔχει, ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἄττειν. Lucian. de *Sacrif.* I. 528. *Ver. Hist.* II. p. 140. τὰ ὅπλα ἕκαστος καὶ εἴ τι ἄλλο οἷός τε ἦν ἁρπασάμενοι. itaque apud Lucian. *Cataplo* p. 641. Codicum plurium lectionem praetulerim. Μηδαμῶς, ἀλλὰ προσελάσαντες, ἀναλάβωμεν αὐτὸν, καὶ σὺ, ὦ Ἑρμῆ, συνάρπασον. cujus glossa συνανάσπασον nunc obtinet. apud eundem Lucianum de *Gymnas.* 910. legitur. εἰ δέοι φίλον τρωθέντα ῥαδίως ἀράμενον ὑπεξενεγκεῖν, ἢ καὶ πολέμιον συναρπάσαντα ἥκειν μετέωρον κομίζοντα. In priori isto membro respicitur casus saepe obvius in cive servato: at secundus casus obscurior. quomodo nimirum quis dicatur συναρπάσας ἥκειν μετέωρον πολέμιον κομίζων. *quo* ἥκει. *in quem locum venit. ad quem?* forte legendum. ἐκεῖν. *recedere*, post arreptum & abreptum hostem, eum in amica castra invitum deferre. quale factum celebrat Plutarch. in Camillo p. 289. καὶ ὑπάγων αὐτὸν [τὸν πολέμιον], ὡς πορρωτέρω τῶν πυλῶν ἐγεγόνεισαν, ἄιρει τε μετέωρον εὐρρωστερος ὤν. . . καὶ χειρωσάμενος καὶ κρατήσας, παρέδωκε τοῖς στρατηγοῖς.

P. 12. Vs. 22. Πληγὴ] ἐγένετο, vel potius ex superiori προσηνέχθη.

P. 12. Vs. 23. Θαυμασμὸς] Iterum utitur L. I. XIV. 20. 5. Heliod. X. 506. τοῦ δὲ περιεστῶτος Αἰθιοπικοῦ στρατοῦ θαυμασμῷ τε ἅμα καὶ σεβασμῷ. ita Cod. Taur. vitiose Commel. περιεστῶς. contra reliquas editiones. haec forma aliquando Grammaticis displicuit. λοιδορισμὸς improbatur Thomae Magistro. sed vid. Kuster. ad Aristoph. Ran. 770. ubi tamen Bergler. ad Alciphr. I. XXII. p. 88. merito mavult λοιδορησμός. qui & adprobat πατησμὸς ex Aeschyli Agamn. 770. quem versum dudum Canterus, Stanlejus, Abreschius recte legerunt. σελασμὸς nostrae formae ex σελάζω vel σελάω ap. Maneth. IV. 35.

> Ζεὺς δ' ἐπὶ γεινομένοισιν ὅταν κυδύσκοπον ὥρην
> Εἰσλεύσσῃ φαέθοντι πυρὸς θερμοῖο σελασμῷ.

ubi recte Gronov. φαέθοντι simpliciter *splendido* accipit. & eodem Libro vs 201.

> Ζῆνα δ' ὅταν φαέθοντα βάλῃ λαμπραυγέτις ἀκτὶς

& vs. 415.

> Ἀκτῖσιν φαέθουσι βάλῃ λαμπραυγέσι κόσμου.

quamvis ex eodem libro quis suspicari posset legendum. φαίνοντι. vs. enim 171. legimus. [nisi potius ibi φαέθοντι malis].

 ἥνικα

ἡνίκα ϗ Ζεὺς
Εἰς ἀκτῖνα βάλῃ Ἄρεως φαίνοντι σελασμῷ.

σελάω ex Nicandro Theriacis vs. 46. affertur. Σελασμὸς & σελάγισμα ap. Maneth. IV. 189. non animadversa.

P. 12. Vs. 14. Πόθεν ὁ ψόφ☉;] Quasi dubitabunda secum inquirit & sciscitatur. alioqui posses credere membrum hoc pendere a φόβ☉, ἀπιςία, πόθεν ὁ ψόφος [εἴη]. Principio autem hic ψόφος vectium remotior, & proinde obscurior, ποδῶν δῦπῳ erat similis.

P. 12. Vs. 25. Ἄρα τίς δαίμων κατὰ νόμον κοινὸν τῶν ἀποθνησκόντων ἐπ' ἐμὲ παραγίνεται] Alio sensu L. II. IV. 28. 7. πρὶν ἀφοσιώσασθαι τὺς τῆς ἀθλίας δαίμονας. ibi enim *manes* ipsius defuncti. Sed opinio obtinebat unicuique suum esse daemonem, vitae necisque socium & adseclam. Appulej. *de Deo Sacratis* p. 690. ubi & post mortem hominem in ejus custodia esse & potestate adfirmat. alii contendunt, morituros a genio relinqui. ut ap. Ammian. L. XXI. 14. de Constantio. *putabatur genius quidam tutelae salutis adpositus eum reliquisse, modo citius digressurum.* ubi vide Historicum personam Metaphysici gnaviter ferentem. locus Menandri ab ipso laudatus inter *Incerta* vs. 557. Luciano Necrom. T. I. p. 472. celebrantur ἀεὶ συνῦσαι ϗ μηδέποτε ἀφιςάμεναι τῶν σωμάτων σκιαί.

P. 12. Vs. 26. Ἀλλὰ φωνὴ καλούντων με τῶν ὑποχθονίων πρὸς ἑαυτὺς] Heliod. II. 70. ἐκ μυχῶν [Cod. μυχῦ] τῦ σπηλαίυ, φωνῆς τις ἦχ☉ ἐξηκούετο, Θεάγενες, καλύσης. ὁ δὲ ὀυδὲν ταραχθεὶς, ὑπήκυσέ τε, ϗ ἥξω, φιλτάτη ψυχὴ, ἔλεγεν· εὔδηλ☉ εἶ περὶ γῆς ἔτι φερομένη. Virgil. IV. Aen. 460.

Hinc exaudiri voces & verba vocantis
Visa viri.

Ovid. VII. Heroid. 100.

Hinc ego me sensi noto quater ore citari.
Ipse sono tenui dixit, Elissa veni.

P. 12. Vs. 26. Τῶν ὑποχθονίων] Explicuimus, quasi intelligerentur *umbrae, manes defunctorum.* at duobus locis, quibus utitur voce ὑποχθόνιοι, adduntur θεοὶ. L. V. VII. 91. 15. & IX. 95. 4. ubi igitur *Pluto* : *Proserpina* & reliqui intelliguntur Inferi. & re vera *manes* saepius καταχθόνιοι δαίμονες perhibentur. qui Manethoni δαίμονες βροτοὶ dicuntur L. VI. 569.

Οἱ μὲν γάρ τ' ὀλοοὶ κῆρας ϗ δείματ' ἄγυσιν,
Εἰδώλοντε βροτοῖς ἰνδάλματα δαίμοσιν ἶσα,
Καὶ ζαθέοις ὀμφαῖσι κλειζόμενοι ἀνέφηναν.

quamvis.

quamvis καταχθόνιος & de Plutone & aliis. at ὑποχθόνιοι de *umbris* jam non succurrit. sed *umbrae* & *manes* apud inferos. quare nihil vetat quo minus hos & illos intelligamus, qui L. v. x. 96. 17. auctori vocantur οἱ κάτω δαίμονες.

P. 12. Vs. 26. Τυμβωρύχους] Etiam Xenoph. Ephesius in Fabulae scenam *sepulcrorum violatores* induxit. & quarto seculo haec inpietas in primis grassata severisque legibus coercita fuit. Inspiciantur modo Gregorii Nazianzeni Epigrammata.

P. 13. Vs. 1. τοῦτο] εἶναι τυμβωρύχους. vel πάσχειν τυμβωρύχους.

P. 13. Vs. 1. Πλοῦτος ἄχρηστος νεκρῶν] Haec periodus per se stat. nec referenda ad superiorem sententiam.

P. 13. Vs. 3. Κατὰ μικρὸν] *Paullatim*. οὐκ ἀθρόως. Demosth. Παραπρ. 328. C. καταμικρὸν ὑποῤῥέουσα ἀθρόως τῇ πόλει γίνεται βλάβη. dicitur & κατὰ μικρά. vid. Perizon. ad Aelian. V. H. II. 22. licet Nostri forma frequentior. Plato Phaedro 262. A. κατὰ σμικρόν. Xen. de R. P. Athen. 700. B. IV. Memor. 861. C. Aeschin. Παραπρ. 251. C. Κατὰ βραχὺ proprie de *tempore*. Thucyd. L. IV. 96. III. & VII. 79. ut κατὰ μικρὸν de *rerum portionibus*. sic Plato VIII. de R. P. 553. C. κατὰ μικρὸν φειδεσθ. Demetrio Phalereo CCXXIII. utrumque conjungere placuit. κατὰ μικρὸν καὶ κατὰ βραχὺ προϊών. licet adeo obvia haec formula, tamen non raro interpretes fefellit. sic ap. Demosth. II. Olynth. 24. C. ubi *paullulum* pro *paullatim*. ap. Maneth. IV. 501.

> Νευρονόσους, ποδαγροὺς, ἀχθήμονας ἄνδρας αὔτει.
> Ἔστεσθ, κατὰ μικρὰ νεκρούμενα δάκτυλ' ἔχοντας.

ubi *ferme emortuos digitos*. imo *sensim*. Podagricis *paullatim* emoriuntur digiti, in calcis speciem corrupti & dilabentes.

Rescripsi autem αὔτει ibi pro αὔτει, quod non credo justae formae; nisi in *imperfecto*. gravius autem circa hanc vocem peccatur in ejusdem L. v. 322.

> Ἀῤῥήτοις ἔργοισι μιαίνεται, ἤυτε ἔργα
> Ἐκ στομάτων αἰσχρῶς διαβαλλομένη κακοφήμως.

ubi illud ἤυτε *audiit* vertitur. At αὔτω numquam *audio*, sed *clamo* notat: vid. Hesych. αὔτει, ἐβόα. deinde αὔτειν semper mediam producit. quare legendum, ἠΰτε *sicut*, videtur. sed sic corruptus manet locus, nec plane medicina dignus. certius restitutione vocis ἠΰτε juveris ejus libri V. vs. 246. [ubi αὐτάρ.]

Σκορπίος, Ἀιγοκέρως, καὶ Καρκίνος, ἠύτε ἰχθῦς, vel ἠύτ' ἄρ' ἰχθῦς,
Ἐκ φολίδων πολλῶν συγκείμενοί εἰσι τὸ σῶμα.

P. 13. Vs. 5. Δαίμων φυλάττει τὰ ἔνδον] Ad daemonum curam spectabant, quae in sepulcris vel viis divitiae conditae vel casu amissae. Plato XI. de L. L. 914. B. Ἄν τις τῶν αὑτοῦ τι καταλίπῃ που ἑκὼν, ἢ ἄκων, ὁ προςτυγχάνων ἐάτω κεῖσθαι. νομίζων φυλάττειν ἐνοδίαν δαίμονα τὰ τοιαῦτα, ὑπὸ τοῦ νόμου τῇ θεῷ καθιερωμένα. Hinc genii, sub figura draconum, crediti thesauris custodiendis incubare. Festus, *Dracones dicti* ἀπὸ τοῦ δέρκειν. . . . *qua ex caussa incubantes eos thesauris custodiae caussa finxerunt veteres.* Artemid. II. 13. p. 101. δράκοντες σημαίνουσι πλοῦτον καὶ χρήματα διὰ τὸ ἐπὶ θησαυροὺς ἱδρύεσθαι. In sepulcris, vel in mortuorum honorem vel celandi caussa, thesauros conditos fuisse innumeris constat testimoniis. Hinc fabulae verosimilitudinem duxit Phaedrus L. I. XXVII. 3.

Humana effodiens ossa, thesaurum canis
Invenit. & violarat quia manes deos,
Injecta est illi divitiarum cupiditas.

Spectris insideri sepulcra communis quoque opinio. unde miles iste, apud Petronium C. CXI. intrans in conditorium, ubi Ephesina matrona maritum lugebat, visa pulcerrima muliere, primo, quasi quodam monstro inferisque imaginibus turbatus, substitit.

P. 13. Vs. 7. Νεκρότερον τῆς τεθνεώσης] Nam prae timore dicimur *emori*: νεκροί. Appul. II. Met. 37. 26. de dormiente. *nec Deus quidem Delphicus facile discerneret, duobus nobis jacentibus, quis esset magis mortuus.* Ammian. Marcell. I. VI. 45. *terrore instantis necis praesepultus.*

P. 13. Vs. 9. Λάμψαντος τοῦ σιδήρου] Omnia arma, quia *ex aere, ferro, alio metallo*, dicuntur λαμπρά. Apoll. Rh. III. 1355. [III. 1228]

Δούρασι τ' ἀμφιγύοις, κορύθεσσί τε λαμπομένῃσιν.

sic Cod. Florent. vulgo λαμπομένοισιν. sed in primis *enses*, quando *stricti* sunt.

P. 13. Vs. 10. Πρὸς τὴν γωνίαν ἐξέτεινεν ἑαυτὴν] Corpus, quantum potuit, in adversum sepulcri angulum extendit. προτείνειν ἑαυτὸν dicitur, qui accedit προσκύψας. ap. Plat. IV. de R. P. 449. B. mox ἱκέτευε Codex.

P. 13. Vs. 13. Σύννους] Soph. Antig. 284.

Ἄναξ, ἐμοί τοι μήτι καὶ θεήλατον
Τοὔργον τόδ'; ἡ ξύννοια βουλεύει, πάλαι.

Hesych.

Hesych. Σύννες, κατηφής. ξύννοια. λύπη. ἔννοια. *qui mentem intendit.* quod deliberantes & saepe in adversis constituti.

P. 13. Vs. 14. Ἐμπόδιον] Sane sicce hanc vocem substantive sumtam instruxit H. Stephanus: quum ubique obvia hoc sit habitu. Lucian. de *Non Tem. Cred.* III. 141. conjungit τί κώλυμα ἢ ἐμπόδιον. Demosth in Aristocr. 749. B. Revera natura sua esto adjectivum, at quodvis substantivorum, non solum κώλυμα reticetor.

P. 13. Vs. 15. Διὰ τὸ κέρδος] Xenoph. Eph. III. 49. in eadem re. μέγα δὲ ἢ τοῦτο κέρδος ἡγήμενοι, ἀνίστων τε αὐτὴν ἢ ἄγειν ἐβούλοντο. quem omnino locum conferas.

P. 13. Vs. 16. αὐτὴ] Aeque bene atque αὕτη.

P. 13. Vs. 18. Τὸν συνεργὸν] Modo vocavit ἑταῖρον. mox συστρατιώτην. In bonam & malam partem. Sch. Thucyd. VIII. 92. συναίτιος redditur. Grammaticorum distinctio inter σύνεργος & συνεργὸς nondum mihi se probavit. ap. Sch. *ad Luciani Timonem.* 146. σύνεργος occurrit.

P. 13. Vs. 21. μηκέτι μηδὲ τῆς νεκρᾶς αὐτὰ τηρούσης] Nedum τινὸς δαίμονος.

LIBRI PRIMI CAPUT DECIMUM.

P. 13. Vs. 25. Βουλὴν προσέθηκε] Legendum προέθηκε vel πρόυθηκε. Noster IV. IV. 69. 24. προτεθείσης τῆς γνώμης. V. VIII. 92. 19. Olim in Ulpiano ad Demosth. παραπρ. 309. legebatur προσήκω τοὺς λόγους pro προήκω. Sophoc. Antig. 166.

> Ὅτι σύγκλητον, τήνδε γερόντων
> Προύθετο λέσχην
> Κοινῷ κηρύγματι πέμψας.

ap. Plutarch. Alex. p. 64. cum Solano videtur legendum προέβαλε λόγον. vulgo προσέβαλε. corruptio haec obvia. vid. I. XIV. 20. 18. Ap. Aeschin. de Fals. Leg. 255. B. λόγον προτιθέναι. *copiam dicendi facere.* bis. semel corrupte. Xenoph. IV. Memor. 792. B. τῆς πόλεως λόγον περί τινος προτεθείσης. est ecclesiasticum sive comitiale verbum. vid. Scholia ad Demosth. I. Phil. 47. A.

P. 14. Vs. 1. Τὸ παρὰ τῆς τύχης] Obvia forma. ap. Lucian. Hermotimo I. 752. τὸ ἀπὸ τοῦδε. ut p. 744. τὸ ἀπ' ἐκείνου.

Κατὰ

P. 14. Vs. 4. Κατὰ συνήθειαν ἁλιευτικὴν] Quia ſub litora piſcari ſolent vel ex litore funes alligare. ſed ſaepe ſpecie piſcatorum latuere piratae. λῃςὰς ἁλιεῖς memorat Achilles Tat. II. 103.

P. 14. Vs. 6. Ὀρχίσωμαι μαρτυρεῖν] ἐξορκίσαι cum infinitivo praeſenti habes ap. Diod. III. C. 70. p. 240.

P. 14. Vs. 9. Πρὸς ἀνθρώπους δίκαια καὶ πρὸς θεοὺς ὅσια] ita Latinis *jus* & *fas* diſtinguuntur.

Plato in Eutyphr. p. 12. E. τὸ ὅσιον dicit eſſe μέρος τοῦ δικαίου. Tamen τὸ δίκαιον ad *homines*, τὸ ὅσιον ad *Deos*, *religiones*, refertur peculiari & communiſſimo uſu. ita ipſe Philoſophus mox ſubdit τὰ εὐσεβῆ καὶ τὰ ὅσια. Nec id tamen perpetuum adeo, ut non etiam ὅσιος ad *homines* & *humana* referatur. Ita Max. Tyr. XIV. I. de Socrate. εὐσεβεῖ εἰς τὸ θεῖον, ὁσίῳ τὰ ἀνθρώπινα. Praeterea ὅσιος opponitur ſaepe τῷ ἱερός. ut docuit multis H. Stephanus in Graecitatis Theſauro ſuo inaeſtimabili. & tum ἱερά. *religioſa*. ὅσια. *profana*. *communia*. *publici uſus*. Id Leunclavius non percepit ad Xenoph. de *Reditib*. 930. C. quando ἱερῶν ἢ ὁσίων mutatum ibat in καὶ δημοσίων. nec hic cavit Cl. Editor Lyſiae Orat. XXX. p. 483. quando ὅς καὶ τῶν ὁσίων καὶ τῶν ἱερῶν emendandum cenſuit in τῶν δημοσίων. in Aeſchine quoque idem tentans: ubi poſt ἱερὰ & κήρυκας & πρέσβεις, perſonas ἱεράς, ſubjunguntur τὰ ὅσια. id eſt, revera τὰ δημόσια. τὰ κοινά. *publici & profani uſus*. Max. Tyr. XXII. I. μεταχειρίζων ἱερῶν καὶ ὁσίων καὶ νόμων. ſic capiendus Plutarchus Theſeo p. 23. ad Lyſiam laudatus. Εὐπατρίδας μὲν γινώσκειν τὰ θεῖα, καὶ παρέχειν ἄρχοντας ἀποδοὺς, καὶ νόμων διδασκάλους εἶναι, καὶ ὁσίων καὶ ἱερῶν ἐξηγητάς. ubi interpres quoque erravit, omittens τὸ καὶ. Dextre hanc vocabuli notionem adſtruxit Cl. Valkenarius ad Ammon. Animadverſ III. VI. p. 184.

P. 14 Vs. 10. Νῦν ἡμᾶς κελεύεις φιλοσοφεῖν;] Appul. X. Met. 236. 10. *ſed nequis indignationis meae reprehendat impetum, ſecum ſic reputans: Ecce nunc patiemur philoſophantem nobis aſinum!* Achill. Tat. VI. 407. φιλοσόφων ἦν τὸ πειρατήριον; οὐδεὶς ἐν αὐτοῖς εἶχεν ὀφθαλμούς;

Ἆρα] lege ἄρα cum apographo.

P. 14. Vs. 12. Ἀδικήσει τὰ μέγιστα] Nempe indicatura eſt nos piraticam exercere. ita intellige Appul. III. Met. 62. 29. *exitum inter latrones offenderem, vel artis magicae ſuſpicione, vel indicii futuri criminatione.*

P. 14. Vs. 13. Ἂν ἀποδῶμεν αὐτὴν τοῖς προσήκουσι] ſignificatio τοῦ ἀποδιδόναι vulgatiſſima etiam obtinet ap. Manethon. L. II. 155.

Πολλάκι δ' ἀλλοτρίων τέκνων πατέρας καλέεσθαι
Δῶκεν, ἢ ἐκθρεψοὺς παῖδας σφετέροις ἀπέδωκε.

ubi

ubi male legitur σφετέρους. sed versus pene iidem recurrunt. vs. 164. at magis corrupti.

Πολλάκι δ' ἀλλοτρίων παίδων πατέρας καλέεσθαι
Δῶκεν, ἢ ἐκθεμένους ἢ καὶ σφετέρους ἀπέδωκεν.

quos credo instar praecedentium versiculorum legendos esse. sunt in Manethone etiam foedius habita loca.

P. 14. Vs. 14. Ὑποπτευῆσθαι] vel ὑποπτεῦσαι vel ὑποπτεύεσθαι vel ὑποπτευθῆναι legendum.

P. 14. Vs. 18. Χαρίσωνται τὴν τιμωρίαν] Ita Paullus *Ep. II. ad Corinth.* 13. τὴν ἀδικίαν χαρίσασθαι.

P. 14. Vs. 18. Τυμβωρύχους ἄγοντας κατ' αὐτῶν τὸ φορτίον] Interpres dederat. *Qui contra se sarcinam hanc in conspectum suum, quasi illusuri & provocaturi, advebant.* Sed haec non in Graecis. κατ' αὐτῶν vel referendum ad ἄρχοντας & δῆμον, ut feci. vel referendum ad τυμβωρύχους. & vertendum, *qui sarcinam hanc contra se advebant.* si Chariton scripsisset, ut mox καθ' αὑτῶν, hic unicus foret sensus. nunc ex abusu pronominis haesitatur. τὸ φορτίον an mutandum esset, in τὸ φώριον. *ipsam rem furtivam*, dubitari posset. Suidae φωρεία est λῃστεία.

P. 14. Vs. 18. Τιμὴν εὑρήσει] Locutionem illustravit Cl. Salmasius ad Vopisci D. Aurelianum T. II. C. 45. p. 546. τὸ εὑρὸν pro τὸ εὑρεθὲν τίμημα apud Xen. II. Memor. 748. D. accipiunt quidam. sed quod ipse explicationis hujus pater Franc. Portus *durius* esse merito fassus fuit. Vid. similia ap. Appulej. VII. Met. 138. Pricaeus p. 358. consulendus.

P. 14. Vs. 22. Ὅτι δούλην ἐρῶμεν] Si εἴτε vel ὅτε scriptum invenissem, non mutassem. sed & ὅτι non sollicitandum videtur.

P. 14. Vs. 25. Ἐπεψήφισε] Ab Attica loquendi norma recedit, secundum quam dicendum fuerat ἐπεψηφίσατο. vid. Doctiss. V. V. T. Hemsterh. ad *Lucian. Tim. p.* 157. & J. Aug. Ernestum ad *Xenoph.* IV. *Memor. p.* 182.

P. 15. Vs. 1. Πωλουμένη . . . πραθεῖσα] *dum venditur . . . jam vendita.* hujus loci interpres esto Artemidorus L. IV. *Oneirocr.* 16. Τὸ δὲ πεπρᾶσθαι τοῦ πωλεῖσθαι ταύτῃ διαφέρει, τὰ μὴ τελείως τι γίνεσθαι, καὶ τὸ τελείως γίνεσθαι. καὶ τὸ μὲν πεπρᾶσθαι πάντη καὶ πάντως ἀποβαίνει. τὸ δὲ πωλεῖσθαι, ἔστιν ὅτε καὶ οὐκ ἀποβαίνει. ἐνδέχεται τὸν ἐπιπωλούμενον, μὴ πραθῆναι. ubi illud ἐπὶ libenter in ἔτι mutarim. *Evenit, ut, qui adbuc venditur, non venditus fit.*

P. 15. Vs. 3. Πρὸς ἡμέραν] *prope diem. sub diluculum.* Schol. Theocr. Idyll. V. 126. in πρὸς ὄρθρον docet praepositionem adhiberi *propter temporis motum.* διὰ τὴν τοῦ χρόνου κίνησιν. Noster L. IV. 11. 65. 12. alio sensu

πρὸς ἡμέραν adhibet: id est *singulis diebus*. & ita Schol. Bucolici, ad vs. 113. ejusdem Idyllii, τὰ ποθέσπερα explicat. κατὰ τὰ πρὸς ἑσπέραν, ἢ καὶ κατὰ πᾶσαν ἑσπέραν.

LIBRI PRIMI CAPUT UNDECIMUM.

P. 15. Vs. 4. Ἡ ναῦς ἐφέρετο λαμπρῶς] id est ἀνέμῳ λαμπρῷ. Polyb. L. 1. C. 44. λαβὼν δὲ οὔριον καὶ λαμπρὸν ἄνεμον. 1. 60. φορὸν ἄνεμον καταῤῥέοντα καὶ λαμπρόν. Plut. Sertor. p. 511. ζεφύρῳ λαμπρῷ τοῦ πελάγους ἀνισταμένου. ubi plura ex auctore suo exempla Mos. Solanus sistit, ut deterreat emendaturientes λάβρῳ. Apud Max. igitur Tyrium servaverit; *Diss.* XXXII. 8. τοῦ ποταμοῦ οἰδαίνοντος καὶ ἀνισταμένου λαμπρῷ καὶ συνεχεῖ τῷ κύματι. ubi Cl. Markland. λάβρῳ suspicatur. uti κύματι λάβρῳ ap. Apoll. Rh. II. 596. recte in Cod. Florent. nec obloquor praestantissimo Critico. Nam nec me retinet creber usus τοῦ λαμπροῦ de *vento* & *navigatione*. licet enim hanc vocem sua sede non movendam censeam, ubicumque de *forti*, *sed ferente vento & secundo* sermo sit; tamen ubi de *tempestate* & *turbido mari* agatur vocabulum λάβρος accommodatius habeo. quare & in adductis Plutarchi & Maximi locis lubenter cesserim Codicibus hoc vocabulum exhibentibus. sch. Iliad. Ο. 625. λάβρον κῦμα. ἀθρόον. συνεχὲς. πολύ. & Il. Φ. 271. λάβρος ποταμός. de hoc ipso Maximi fluvio Scamandro. Hae autem voces saepissime dubiam lectionem faciunt. ap. Heliod. v. 233. Τοῦ πότου δὲ λαμπρῶς ἤδη βράζοντος. *jam egregie fervente compotatione*. at malim sequi scripturam Cod. Palatini. λάβρως ἤδη βρυάζοντος. cui adstipulatur in ultima voce Vatic. Cod. exhibens βριάζοντος. Facit huc *Timothei fragmentum ex Cyclope* apud Eustath. in Odyss. I. 346. p. 1631. 62. Ἓν μὲν δέπας κίσσινον μελαίνας σταγόνος ἀμβρότας ἀφρῷ βρυάζον, εἴκοσι δ' ὕδατος μέτρ' ἔχευε.

P. 15. Vs. 4. Ἐβιάζοντο πρὸς κῦμα καὶ πνεῦμα] Diodod. Sicul. XIV. 68. p. 696. πρὸς τὰ κύματα βιαζόμενοι. L. XX. C. 74. eodem sensu simpliciter βιαζόμενοι. Thucyd. VII. 79. Ἐβιάζοντο πρὸς τὸν λόφον ἐλθεῖν. L. VII. 69. βουλόμενοι βιάσασθαι εἰς τὸ ἔξω. Schol. μετὰ βίας ἐξελθεῖν. Theocr. Idyll. XXII. 8.

> Νᾶας θ' αἳ, δύνοντα καὶ οὐρανοῦ ἐξανιόντα
> Ἄστρα βιαζόμεναι, χαλεποῖς ἐνέκυρσαν ἀήταις.

Dionys. Perieg. 532.

Οἷον ὅτ' ἀννεφέλοιο δι' ἠέρος ὕδεται ἄστρα,
Ὑγρὰ νέφη κρατεροῖο βιησαμένου Βορέαο.

ubi Cod. Vatic. βιασαμένου. sed alterum rectius. Apol. Rhod. I. 1299.

Λαῖτμα βιησάμενοι ἀνέμου τ' ἄλληκτον ἰωήν.

Sch. ἀντὶ τοῦ μαχεσάμενοι τῷ κατεπείγοντι ἀνέμῳ καὶ βιασάμενοι.

P. 15. Vs. 5. Τῷ μὴ προκειμένως τινα πλεῖν.] C. Plinius Secundus Paneg. XXXV. *Delatorum classis permissa omnibus ventis, coactaque, vela tempestatibus pandere iratosque fluctus sequi, quoscumque in scopulos detulissent.* piratarum melior hic conditio, licet omnibus ventis vela panderent.

P. 15. Vs 6. Καὶ κατὰ πρύμναν εἱστήκει] Thucyd. II. 97. ἢν αἰεὶ κατὰ πρύμναν ἱστῆται τὸ πνεῦμα νηὶ στρογγύλῃ. Aristaen. I. 7. τοιγαροῦν αὐτοφυῶς ἠρεμαίᾳ καὶ ἀταράχῳ ῥοῇ κυβερνώμεναι, καθάπερ νῆες ταχυναυτήσουσαι κατὰ πρύμναν ἱσταμένου τοῦ πνεύματος. Talis *ventus secundus* Nonno Dionys. XXVIII. 252. adpellatur πρυμναῖος

Πρυμνεὺς εὖδιος ἦλθεν, ἅτε πρυμναῖος ἀήτης.

ubi Lubini balbuties reddit, *Prymnaeus* ventus. Sophocli Philoctetae vs. 640. *adversus ventus* proinde dicitur ὁ ἐκ πρῴρας.

Οὔκουν ἐπειδὰν πνεῦμα τοὐκ πρῴρας ἀγῇ,
Τότε στελοῦμεν. νῦν γὰρ ἀντιοστατεῖ.

ubi profecto reddunt *secundus*, immo & commentatores exponunt. At nesciverunt quid ἀγῇ significet. bene Schol. ἐπὰν παύσηται ὁ ἄνεμος ἐναντιούμενος. Namque ab ἄγνυσθαι *frangi* deducitur. *adversus ventus fuerit fractus*. vid. Hesych. in voce. ἀγῇ. hinc & ista nullius momenti Lectio Varia ἀνῇ. *flet*. Auctor Epigrammatis, nuperius post Wellerum, Sponium, Fleedwodum, Chishullium, longe accuratissime editi ab elegantissimo J. Tayloro in Commentario *ad L. Decemviralem de Inope Debitore in partes secando. p. V. praefationis.*

Οὔριον ἐκ πρύμνης τις ὁδηγητῆρα καλείτω
Ζῆνα, κατὰ προτόνων ἱστίον ἐκπετάσας.

L. VIII. VI. 138. 19. eadem locutio: sed forte alio sensu.

P. 15. Vs. 6. εἱστήκει] καθεστηκὸς & λεῖον πνεῦμα Aristophani nominatur in *Ranis* vs. 1034.

P. 15. Vs. 7. ἐπινοίαις] 1. 2. 4. 26.

P. 15. Vs. 9. Πιϛεύειν] Cod. πιϛεύσειν. quod nescio an sit praeferendum. certe apographum secuti fuimus, hic non spernendum.

P. 15. Vs. 10. Μὴ φέρειν τὴν θάλασσαν] id est, ναυτιᾶν. vid. L. I. XIV. 19. 11.

P. 15. Vs. 11. Τριακοσίας] Rotundo utitur numero. vid. J. Perizonium ad Aelian. V. H. L. v. 1.

P. 15. Vs. 14. τὴν εὐχὴν] Vide similem querelam ap. Appulejum. L. IV. Met. 86. 10.

P. 15. Vs. 14. Αγοράσει] Th. Magister ὠνήσομαι καλλίον ἢ ἀγοράσω. Eruditiss. Th. Hudchinson ad Xenoph. K. A. p. 53. putat Grammaticum ideo improbare, quia ἀγοράζειν apud Atticos significat ἐν ἀγορᾷ διατρίβειν. putarem modo respici futurum in his verbis: & in aliis saepe inprobat quaedam tempora. ita ἄξομαι καλλίον ἢ ἄξω. sed ἀγοράζειν hac notione videtur inter εὐτελῆ δημοτικά & πτωχικά reponere ὀνόματα etiam Lucian. in *Quom. Hist. Scr.* p. 30. οἱ ϛρατιῶται ἠγόραζον τὰ εγχρήζοντα. ubi tamen Graevius τὰ ἐγχρήζοντα damnari modo censet. & merito. nam ἀγοράσαι cui bono scriptori non frequentatum.

P. 15. Vs. 15. Δεσπότης Αθηναίων] Scripserim potius Αθηναῖος.

P. 15. Vs. 15. μοί κρεῖττον κεῖσθαι νεκρὸν] Hic accusativus saepe obtinet, licet adsit alius casus ante vel post verbum. Asseruerunt in Latinis P. Burmannus, optimus Veterum Scriptorum Vindex, ad Phaedrum III. VII. 14. In Graecis J. Jensius ad Luciani Piscat. T. I. p. 583. Plutarch. Agide p. 299. Συνέβαινε τοῖς πλείϛοις, ὥσπερ ἐπὶ δεσπότην ἀγομένους ἐκδρασμὸν δεδιέναι καὶ τρέμειν τὸν Λύκουργον. ubi frustra Bryanus ἀγομένοις emendandum arbitratur. agendi iterum de hac re occasio praebebitur L. VII. VI. 123. 24.

P. 15. Vs. 16. Ἐκηδεύθη] L. VI. II. 101. 3. ubi similia occurrunt.

P. 15. Vs. 17. Οἱ δὲ λῃϛαὶ νήσους μικρὰς καὶ πολλὰς παρέπλεον] Nescio qui describenti in mentem venire potuerit, ut nobis hic daret πολλὰς, cum aperte & optime codex habeat, ὅλως. *Omnino. Parvas insulas plane praetervehebant & invisitatas relinquebant.*

P. 15. Vs. 19. Ὑπό τινα χηλὴν] *Molem. Pilas.* Vox non ita ignorabilis, ut apud Xenoph. VII. A. K. 395. A. etiam in nuperrima Anglicana Editione *Chelen* verti debuerit. Satis enim declaravit Is. Casaub. ad *Strabonis* L. III. 230. ne commentatores Thucydidis & Diodori, aliosque excitem. Dion Cassius XIX. p. 845. A. de *Byzantii portubus.* Οἵτε λιμένες ἐντὸς τείχους ἀμφότεροι κλειϛοὶ ἁλύσεσιν ἦσαν καὶ αἱ χηλαὶ αὐτῶν πύργους ἐφ' ἑκάτερα πολὺ προέχοντας ἔφερον. ubi *promontoria* vertitur. sed melius ap. Zonaram. L. XIII. p. 6. *Brachia.* Mich. Apostolius. Χηλή. *promontorium. eminentia. cervix. Ungula.* unde *hi aggeres* & χηλαὶ vocantur, quia

quia χέονται e continenti, ceu *ungulae* ex animalium artubus, praecipue *brachia* sive *forcipes* ex cancris. tales *aggeres*, *moles* quodam curvamine productae in mare, sive naturae sive artis opera, in plerisque portubus maris mediterranei visuntur, quemadmodum Messanae, ut fabulantur ob immensitatem Orionis opus, Liburni, Genuae.

P. 15. Vs. 21. Φαιδρύνεσθαι] Hesiod. Ἔργοις vs. 753.

Μηδὲ γυναικείῳ λουτρῷ χρόα φαιδρύνεσθαι.

Mosch. II. 31.

Ἤ ὅτε φαιδρύνοιτο χρόα προχοῇσιν Ἀναύρου.

In Epigrammate edito a L. Holstenio ad Stephanum in Ἐρκύνιον.

Οἷσι [λουτροῖς] γὰρ οὐδὲ πέριξ δρυτόμοι ἀπεφαιδρύναντο,
Λουτρὰ καὶ ἠπείρων ἔσσεται ἀμφοτέρων.

Quibus enim neque vicini lignatores se lavabant,
Balnea etiam ambarum continentium [Asiae & Europae] erunt.

sed quae nescio quis in *Miscell. Lipsiensibus Vol.* IV. p. 127. vertit. *Quibus enim ne circumjectae quidem silvae hilares se praebuerunt, Hisce lavacra erunt utriusque continentis.* Condonemus illam notionem *hilares se praebere* τῷ ἀποφαιδρύνασθαι adfixam. Sed miraberis unde δρυτόμοι *silvae* audiant; cum apud ipsum Homerum legamus Iliad. Λ. 86.

Ἦμος δὲ δρυτόμος μὲν ἀνὴρ ὡπλίσσατο δόρπον.

& Sch. explicet ὑλοτόμος. ξυλοτόμος. *mercenarius qui in silvis ligna excidit & secat.* Longa est injuria. longae ambages. Nimirum *nomen* δρυτόμος [sunt ipsius verba] *propter longam syllabam* δρυὸς *in versu nostro vix locum invenerit.*

At δρυὸς omnibus brevis est, qui non ἀπὸ δρυὸς ἠδ' ἀπὸ πέτρης. sic in Nicandri versiculo ex *Georgicis* ap. Athenaeum L. II. C. XIX. p. 60.

Ῥοιῆς τε πρίνου τε δρυός τ' ἄπο πήματα κεῖται.

sane ex Hesiodo *Oper. & dieb.* 436. producunt Prosodiae.

Δρυὸς ἔλυμα, πρίνου γύην, βόε δ' ἐννεατήρω.

sed hic versus vix sanus videtur, quamvis & sic in codicibus duobus meis. vel aliter dimetiendus. nam male prima in πρίνου corripitur, ut ex Ni-

Nicandro patet & πρῖνος ap. ipsum Hesiodum vs. 428. Aristophanem aliosque. In ἔλυμα autem secunda producitur alias etiam ipsi Hesiodo.
Quin & ap. Q. Calabrum L. XIII. 56. legitur

Δρυτόμος, οἱ δ' ἄρα πάντες ὀρινομένοι περὶ θυμῷ.

sed id per συναίρεσιν pro δρυοτόμος, cum Homerus & alii per apocopen vocem composuerint. Inde haec quantitatis varietas. Sed producta syllaba haec bis ter inveniatur: bis centies correpta occurrit.

Sed unde tamen δρυτόμοι *silvae*? pergit. *Et si maxime systolen hic valere credamus, dubitandum tamen superest, δρυτόμοι legere malis, an δρύτομοι. posterius ego malim, ut intelligantur*, quercus in partes sectae, *quibus hostiae & piacula quaevis concremantur.* Verum ubi δρυτόμοι vocabulum hac notione legatur, forte ignoraverit hic commentator solus. mox tamen aliquid reconditius promit. *Fortasse satius fuerit* τρίτομοι *reponere, ut discissa ligna felicia intelligantur, quorum usus fuit in sacris. vid. Macrob. Saturn.* III. C. 20. sed nihil quoque de his τριτόμοις ex Macrobio vel alio discere potui. nec tu noris, Lector. Vides tamen unde hae *silvae*, sive *quercus in partes sectae*, *sive felicia ligna sint*, enatae fuerint. Verum ad L. IV. VII. 76. 6. occasio erit alia quaedam excutiendi eorum, si non taeduerit, quae in hoc epigrammate, *Ope divina & artis criticae subsidio fretus, debitae integritati restituit*, ut praefatur in limine incomporabilis hujus diatribae.

P. 15. Vs. 21. Ἀναπαύσασθαι κατὰ μικρὸν] Versum *etiamsi paullum modo.* sed κατὰ μικρὸν recte hic *Paullatim*, ut supra. nec opus refingere κἂν vel καὶ.

P. 15. Vs. 21. Ὅποι χρὴ τὸν στόλον ὁρμίσαι] Dictum ut ὁρμίσαι τὴν ναῦν. L. II. I. 23. 23. *Lucian. Ver. Hist.* II. 109. & passim. ipsa locutio ap. *Arrian. de Exp. Alex.* II. p. 109. ὡς μὴ ἐς τῶν λιμένων τινὰ ἐγκαθορμισθῆναι τῶν πολεμίων τὸν στόλον; idem ac si in activo dixisset ὡς μὴ οἱ πολέμιοι ἐγκαθορμίζωσι τὸν στόλον. ita περιορμίσαι τὸ ναυτικὸν. ap. Plut. Pompejo p. 507. ubi non opus παρορμίσαι. quod verbum recte Cl. J. Taylorus restituit Lysiae p. 241. παρορμίσαντες δύο πλοῖα Μουνυχιᾶσιν. ubi vulgari vitio παρορμήσαντες. Eurip. Iphig. in Taur. 18. ἀφορμίσαι ναῦν χθονός. Anton. Liber. XXXVII. ἐπὰν ναῦς καθορμίζηται Ἑλληνική. ita malim. vulgo καθορμίσηται. Στόλος autem hic, ut alias, de *una nave.* Heliod. V. p. 251. πειρατικὸς ὁ στόλος.

Verum si ita interpretemur, ὅποι pro ὅπου positum fuerit. quo de usu mox dicemus.

Hanc difficultatem effugerimus, si legamus, ὁρμῆσαι. non ab ὁρμεῖν. ut L. I. XIII. 18. 8. τὸ πλοῖον ὁρμεῖ. nam tum eadem remaneret difficultas

in

in voce ὅποι. sed ab ὁρμᾶν. haec vocabula autem identidem turbantur. ἐφώρμησαν pro ἐφώρμισαν in Cod. Reg. *Dionis in Bibl. Coislin.* p. 431. ap. *Heliod.* IX. 429. in Cod. προσορμηθέντες pro προσορμισθέντες. ut ap. *Demosth. in Aristocr.* p. 752. B. male Εἰς Πέρινθον ὁρμησαμένων pro ὁρμισαμένων.

Quando autem sic reponas, possis accipere ὅποι δεῖ ἡμᾶς ὁρμῆσαι τὸν στόλον. *quo conveniat, ut nos cursum, navigationem dirigamus.* ita ἐξορμᾶν ναῦν. *e statione educere.* ap. Thucyd. VIII. 18. & ὁρμᾶν τὴν στρατείαν ap. Xenoph. K. Π. VIII. 233. A.

Vel potius ὅποι χρὴ τὸν στόλον ὁρμῆσαι. *quo conveniat, ut navigatio nostra vel expeditio vel navis contendat.* ὁρμᾶν & ὁρμᾶσθαι sic frequentissimum. *Strabo* II. 158. A. ὁρμῆσαι πρὸς τὸν αὐτὸν περίπλουν. II. 158. A. ita ἐξορμῆσαι. *Xenoph. K.* A. III. 294. E. μέλλοντα ὁρμᾶν τὴν ἄνω ὁδόν. & nostra hac formula utitur *Herodot.* V. 34. οἱ γὰρ ὦν Νάξιοι οὐδὲν πάντως προσεδέκοντο ἐπὶ σφέας τὸν στόλον ὁρμήσεσθαι.

Verum enim vero ὅποι ὁρμίσαι recte se habet. sic *Eurip. Troad.* 1155. ὡς . . . οὐκ ἂν ὁρμίσῃ πλάτην. ubi cum Suida & Hesychio πλάτην accipe πλοῖον. Demosth. κατὰ φιλ. A. 53. A. ποῖ προσορμιούμεθα: quod idem ac si scripsisset ὅποι τὸν στόλον προσορμίσωμεν. ὅπου & ὅπαι hic recte se habere patest: sed minus bene diceretur ὅπαι ἡ ναῦς ὁρμεῖ vel ὡρμισμένη ἐστι. uti ap. Eurip. Iphig. in Taur. 1327. non quadraret οὗ.

οὗ ναῦς Ὀρέστου κρύφιος ἦν ὡρμισμένη.

Temerarium autem mihi videtur usum particularum harum ὅποι, ὅπου, ποῖ, ποῦ, οἷ, οὗ ex arbitrio ubique coarctare, cum nobis non plane pateat, quid usus, quid licentia sibi in his permiserint. Modeste *Hier. Commelinus ad Heliod.* VI. 276. ubi ὅπῃ [vulgo ὅπου] Taur. Pal. Vat. Xyl. habent, ait. *mirum quam in his inconstantes Msti libri.* vid. & Cl. *Valkenar.* ad *Ammon.* p. 113 & 121. ap. *Soph. Oed.* Col. 23.

Ἔχεις διδάξαι δή μ' ὅποι καθέσταμεν.

ubi tamen Cod. Vat. ὅπου. *Philoct.* 496.

——— ——— ——— ὅποι
Ἥκειν μέλλω τοὺς ξυνόντας ἀλγυνεῖν.

Eurip. Iphig. in Taur. 113. ὅπου κενόν. *in quo loco vacuitas.* 118.

Ὅπου χθονὸς κρύψαντε λησόμεσθα δέμας.

contra

Contra ap. *Lucian. in Asino.* 581. δάκτυλοι ᾤχοντο οὐκ οἶδ' ὅπου. 611. ὅποι ἀπάγοι. Noster III. III. 48. 2. ποῦ πλεῖτε. *Ad quem locum.* II. IV. 28. 20. ὅπου ἀπῆλθε. ita Latini *ubi* pro *quo*. vid. J. Pricaeum ad Appul. IX. 205. 570. *Aristoph. Ranis.* 190. ποῦ σχήσειν δοκεῖς. *Kuster.* „ MS. *Vatic. U. rectius* ποῖ. *quo cursum dirigis.* Per me licet, quia ex Cod. sed non obsecutus fuerim ita *Richardo Dawesio* soloecismos metuenti ad *Aristophanis Aves*, quia vs. 9. legitur

Ἀλλ' οὐδὲ ποῖ γῆς ἐσμὲν οἶδ' ἔγωγ' ἔτι.

ubi vult omnino ποῦ γῆς. & vs. 45.

ὅπου καθιδρυθέντε διαγενοίμεθ' ἄν.

ubi nunc, ut credo, recte ὅποι. vid. ad L. III. VIII. 58. 23.

P. 15. Vs. 24. Πλῆθος γὰρ πλουσίων] Cod. recte δέ. ut viderat Reiskius. *Demosth.* περὶ συμμορ. 136. E. Ἐν Ἀθήναις χρήματα ἔνεστιν, ὀλίγου δεῖν πρὸς ἁπάσας ἄλλας εἰπεῖν πόλεις.

P. 15. Vs. 26. Ἐν Ἀθήναις τὰς πόλεις ἐστὶν ἰδεῖν.] Alciph. II. III. p. 234. Ὅλην ἐν Ἀθήναις τὴν Ἑλλάδα, ὅλην τὴν Ἰωνίαν, τὰς Κυκλάδας πάσας. ubi ap. *Bergl.* plura videantur. laudatum epigramma *ex Anthol.* III. XXV. 32. p. 273. Cod. quoque Θουκυδίδει τῷ ἱστορικῷ adscribit, legitque

Πατρὶς δ' Ἑλλάδος Ἑλλὰς, Ἀθῆναι. πλεῖστα δὲ Μούσαις
Τέρψας, ἐκ πολλῶν καὶ τὸν ἔπαινον ἔχει.

Vulgo μούσαις. quod non rejecerim tamen. *Lucian. Scytha.* T. I. p. 865. in uno Solone, τὴν πόλιν Ἀθηναίων, μᾶλλον δὲ τὴν Ἑλλάδα ὅλην καὶ τὰ Ἑλλήνων καλὰ inesse dicit.

P. 16. Vs. 1. Ἡ περιεργία] Haec Charitonis de Atheniensibus elogia non multum honestiora noto D. Paulli de ipsis testimonio in Actis C. XVII. 21. vid. IV. V. 72. 10.

P. 16. Vs. 1. Μόνοι γὰρ ὑμεῖς] Primae voculae sunt ambae increpantis. ap. Lucam in Euang. XXIV. 18. Σὺ μόνος παροικεῖς ἐν Ἱερουσαλὴμ καὶ οὐκ ἔγνως;

P. 16. Vs. 3. Φιλόδικος] Vid. Thucyd. I. 17. & ibi Scholiastes. Cl. Hemsterh. ad Aristoph. Plut. 171. Vesp. 649. Xenoph. de R. P. Athen. p. 699. 4. videtur autem iniquior in Athenienses Charito: magis tamen ex argumenti necessitate, quia loquuntur hic Syracusani Atheniensibus infestiores, quam forsan ex animi sententia.

P. 16.

P. 16. Vs. 3. Ἐν τῷ λιμένι μυρίοι συκοφάνται] Res verissima & decantatissima. mox male iterum Apogr. κακοήθως.

P. 16. Vs. 5. Ἄρχοντες] *Judices*. vid. Platon. VII. de L. L. 767. A. nostrum III. IV. 49. 16. I. V. 8. 19. IV. 14. 70. 14.

P. 16. Vs. 6. Ὑμῖν] Cod. & Apogr. recte ἡμῖν.

P. 16. Vs. 7. Βασιλικὸς] istis temporibus unus fere nobilis βασιλεὺς βασιλέων. igitur βασιλικὸς fere Περσικός.

P. 16. Vs. 7. Ἐκ τῆς μεγάλης Ἀσίας ἄνωθεν] Ex oppositione τῆς Ἀσίας τῆς κάτω, τῆς δυτικῆς. Compellatio *Asiae Magnae* circa seculum quintum coepta quodammodo ostendit auctoris aetatem. quamvis illud ἄνωθεν retuleris potius ad ἐπιῤῥέων. quae enim ex elevatis partibus fluunt, abundanter defluunt. & sic ista compellatio μεγάλη Ἀσία non opponeretur τῇ μικρᾷ dictae, sed quia regiones Asiae Orientalis re vera sunt magnae & inmensae: & divitiae inde omne genus devehebantur. ἐπιῤῥεῖν dici, quae magna copia & quasi sponte proveniunt, tralatitium.

P. 16. Vs. 8. Τίνας αὐτόθεν γνωρίμους] *Quosdam ex ipsa Ionia*. Theocr. Idyll. XXV. 171.

Οὐκ οἶδ' ἀτρεκέως ἢ Ἄργεος ἐξ ἱεροῖο
Αὐτόθεν, ἢ Τίρυνθα νέμων πόλιν, ἠὲ Μυκήναν.

Appul. VII. Met. 138. in re simili. *Nam & ipse quosdam lenones pridem cognitos habeo.*

P. 16. Vs. 10. Ὁλκάδων] Quae nempe in Atticam frumentum advehebant: sed obiter portionem aliquam vendere non detrectabant. erant ὁλκάδες partim σιταγωγοί. vid. Thucyd. VI. 30. illae autem erant in ancoris ad istam Χηλὴν, Athenas petiturae.

P. 16. Vs. 10. Ἐπισιτισμὸν] ab ἐπισιτίζω. repone ap. *Hermian in Irrisione Gentil.* C. XVIII. fine dubitatione ἐπισιτισάμενος pro ἐπισιτιασάμενος.

P. 16. Vs. 10. Εὐθὺ Μιλήτου.] *Cl. Valken. ad Ammon.* II. 11. 90. hoc de vocis usu plene.

P. 16. Vs. 11. Τριταῖοι] Commodum temporis spatium, quo Athenis Miletum navis, vento usa secundo, perveniat. *Thucyd.* III. III. Geraesto, Euboeae portu ἐν ὁλκάδι solvens, πλῷ χρησάμενος, τριταῖος ἐκ τῶν Ἀθηνῶν εἰς Μιτυλήνην, Lesbi urbem, pervehitur. Apud *Lycurg.* §. 17. *in Leocr.* quatuor diebus Athenis Rhodum adpellitur. Credo Nostrum in his versatum fuisse regionibus. & si quid minus geographicum occurrat, id tuto esse attribuendum librariorum inperitiae. uti L. VIII. V. 136. I.

P. 16. Vs. 11. ὀγδοήκοντα σταδίους] Nostro more computandi horae spatium.

P. 16. Vs. 12. Ευφυέστατον] Polyb. I. 57. p. 77. Πολισμάτιον, ἀλίμενον μὲν, σάλους δὲ ἔχον καὶ προβολὰς περικλειούσας ἐκ τῆς γῆς εὐφυεῖς. ubi in versione indicium vocabuli εὐφυὴς nullum. quod incommodum inest versionibus, quae a verbis recedunt liberius. εὐφυὴς enim quae non *arte*, sed *natura*; φύσει, facta in commoditatem.

P. 16. Vs. 13. Κώπας ἐκφέρειν] *eximere & solvere e scalmis*. de aqua tollere & ad latera navis reponere. ἀναφέρειν dicuntur κώπας, ad κέλευσμα, quando navigaturi sunt. *Longus* III. 87.

P. 16. Vs. 15. Φιλοκερδίας] vid. IV. v. 72. 9.

LIBRI PRIMI CAPUT DUODECIMUM.

P. 16. Vs. 16. Εἰς ἄστυ] Centies de quibusvis magnis urbibus, ut *Syracusis*, *Roma*. Lucian. *de Merc. Cond.* I. §. 24. p. 680. Καὶ ἐν τοσούτῳ πλήθει ἀστικῶν μόνος ξενίζων τῷ τρίβωνι, καὶ πονήρως τὴν Ρωμαίων φωνὴν βαρβαρίζων. sic enim duo fere non contemnendi codices. nec offendere non potest vulgata lectio πλήθει Ρωμαικῷ mox sequente Ρωμαίων. quod & ipsum sapit Glossam.

P. 16. Vs. 17. ἐβουλεύετο] Hoc longe efficacius & aptius hic quam ἐβούλετο.

P. 16. Vs. 17. Περιβόητον] ut *famosus* plerumque in malam partem, ita περιβοήσεις. *diffamationes* ap. Artemid. II. C. 42. p. 134. sed eodem capite male περιβοησίας. vocabulo περιβόησις caret Scotti Lexicon. mediae notionis ap. Menandrum in Plocio vs. 3. cui fragmento restituendo vix credo Veteres Gellii Editiones multum collaturas. interim primos malim versus legi

Ἐπ' ἀμφότερα νῦν ἡ 'πίκληρος ἡ καλὴ
Μέλλει καθευδήσειν. κατείργασται μέγα
Καὶ περιβόητον ἔργον.

vid. Vann. Criticam p. 232. vox περιβόητος apud Diodorum & ejus aetatis scriptores passim in laude. sed vid. *Animadv. in Ammon.* L. I. C. XV.

P. 16. Vs. 18. Διὰ χειρὸς ἔσπευδε τὴν πρᾶσιν] *pecunia parata, nullo contractu emtionis venditionisque intercedente*. ita νόθοις διὰ χειρὸς χρήματα ἐδίδου, qui-

quibus νόμῳ ex testamento, per scripturam, nihil adquirere licebat. vid. Aristoph. Sch. *Avibus* vs. 1655. ideo *statim*. nos dicimus *uit de bandt*.

Alioqui διὰ χειρὸς diversam & multiplicem habet significationem. ut διὰ χειρὸς ἔχειν χάρτην. vid. *Bergl. ad Alciphr.* I. 2. p. 6. *Interpr. ad Lucian. Nigr.* T. I. p. 40. *Sophocl.* Ant. 1270. *Aristoph.* Vesp. 595. *Lucian. de Merc. Cond.* I. 710. ita apud *Aeschyl. Sept. Contra Theb.* 519. & 439. διὰ χερῶν. quamvis διὰ χερῶν ap. *Sophocl.* Antig. 928. significet χειρί. *vi. manu. violenter.* rursus alia significatio διὰ χειρὸς ἔχειν πόλιν. *in potestate. Plutarch. Demetr.* p. 11. τὰς ἡνίας. *Numa.* p. 138. *J. Pollux* L. II. 153 & IV. 28. sed alieniora haec.

P. 16. Vs. 18. Δυσδιάθετον] Vid. L. III. III. 46. 15.

P. 16. Vs. 21. Ού φέρειν ὑπέμεινε τὴν παροληλὴν] Sane alterutrum suffecisset verbum. non abit Demostheneum παθεῖν ὁτιοῦν ὑπομείναντας in secunda Philipp. p. 65. C.

P. 16. Vs. 22. Καθεύδειν μὲν οὐκ ἐδύνατο]. Pone Comma ante primam vocem, & intellige quasi παρενθετικῶς dictum: ne quid mutandum censeas.

P. 16. Vs. 22. Οἶδας] Per interrogationem lege. & mox in φοβοῦμαι nota personae mutationem, de qua egimus, C. VII. 10. 23.

P. 16. Vs. 26. Οὐδέπω] Non habet hic locum, licet Codex sic videatur exhibere. Apographum οὐδέπου. quod vix probandum credo. οὐ δήπου malim. ut. VII. I. 113. 8. οὐ δήπου γὰρ καὶ αὐτὴ στρατεύεται. *Demosth. de Coron.* 477. B. *Adv. Boeot.* 1004. 8. *Canterus in Syntagm.* p. 33. in Aristide reponit οὐ δήπω pro οὐδήπου vel οὐ δήπου. nescio an bene. sane οὐ δή πω separatim interjectisque vocabulis ap. Demosthen. de Coron. 475. & alias. sed aliud hoc, licet Cod. etiam in superiore Demosthenis loco οὐδήπω sistat. Οὐδέ πω aliud ap. Plat. Sympos. 211. A. οὐδέπω nescio an quid significet praeter *nondum.* licet ap. Lucian. Philop. T. III. 585. aliter vertatur. οὐ δέ τι πω ap. Poëtam Iliad. B. 252. οὐδαμῶς. Schol. Ut ap. Hesych. οὐδέποτε. οὐδαμῶς. sed & ibi & aliis in locis malim *nondum* verti.

P. 17. Vs. 5. Κεκλιμένας θύρας] κλίνειν τὴν θύραν. *claudere.* vid. doctiss. *J. Alberti ad Hesych.* in ἀγκλίνας & ἀνακλῖναι. παρακλίνειν τὴν πύλην *aliquantum aperire* ap. *Herodot.* III. 156. Sch. *Aristoph. Pace.* 981. aliud est illud *Sophocleum in Oed. Tyr.* 1285.

——— ——— ἐκ δὲ πυθμένων;
Ἔκλινε κοῖλα κλῇθρα, κἀμπίπτει στέγῃ.

Hesych. κεκλιμένοι. περικεκλεισμένοι. περιεχόμενοι. videtur Glossa spectans ad Iliad. O. 740. κεκλιμένοι. παρακεκλιμένοι τῇ θαλάσσῃ. vid. Iliad. X. 3. sed

tamen

tamen illud κεκλιμένοι, licet exponatur περικεκλεισμένοι, nihil commune habet cum nostro κεκλιμένας θύρας. sequens apud eundem κεκλειμένοι. προσανακείμενοι eodem spectat. ne ad κλίνεσθ. *claudi* quis referat, quia ἐπικεῖσθ & fores dicuntur. κλείειν enim saepe pro κλίνειν scribitur. ut ap. Manethon. VI. 62.

Καὶ κέντρον Τιτῆν⊕ ἀποκλεινέ⊕ τελέθοντ⊕.

pro ἀποκλινέ⊕. ubi vitiose praeterea κέντροιο Τιτῆν⊕ est. utrum autem ἀπὸ τῦ κλίνειν an ἀπὸ τῦ κλείειν nuncupentur θύραι κλισιάδες vel κλεισιάδες alii inquirant. quamvis mihi prima derivatio & orthographia probaretur. ita enim ap. *Herodot.* L. IX. 9. ap. *Philon. Jud.* T. I. 520. *de Congr. Quaer. Erud. Gr.* αὔλειοι πρόκεινται κλισιάδων. & *de L. L. special.* T. II. p. 327. *Edit. Turneb.* p. 550. ita ap. *Polluc.* L. IV. §. 125. etiam in Codice meo: licet cum vulgatis L. IX. §. 50. κλησιάδες, ut & *Hesychius*, habeat. quamvis Cl. interpres cum aliis ad *Max. Tyr.* XXXVI. §. 2. in alia ire videatur. quo in loco κλεῖδας non sollicitarim. *Mich. Apostolius* κλεισιάς. *tentorium. regia domus.* ipse caveat de hac notione. Non in his solum hae voces sibi inimicae, sed & in nonnullis temporibus controversae creberrime. ap. Heliod. II. 115. Καὶ καθ' ἣν νύκτα συγκατεκλίθη τῷ γήμαντι in Cod. Taur. συγκατεκλείσθη. quod defendi posset ex *Theocriti Idyll.* XVIII. 5.

Ἁνίκα Τυνδάρεω κατεκλάξατο τὰν ἀγαπατὰν
Μναστήσας Ἑλέναν ὁ νεώτερ⊕ Ἀτρέος υἱός.

& *Idyll.* XV. 77.

——— ἔνδοι πᾶσαι. ὁ τὰν νυὸν εἶπ' ἀποκλάξας.

in quorum primo loco Cod. non unus κατεκλίνατο. multi κατελέξατο. vitiose & ex glossa. & in Heliodoro servanda vulgaris lectio. *Aeschin.* παραπρ. 267. A. παρακατακλίνειν γυναῖκα τινί. *Eurip. Alcest.* 1090.

Οὐκ ἔστιν ἥτις τῷδε συγκλιθήσεται.

& huc referri potest *Herodoti* L. VI. 129. κατάκλισις τῦ γάμυ. contrariae favet scripturae *Theodorus Prodromus* L. III. p. 105.

Ὁ τῆς Ροδάνθης ϗ Διοκλέ⊕ γάμ⊕,
Ἔλεξεν, εἰς Ἄβυδον ἐκλείσθη μέσην,
Θεῶν προνοίᾳ τῶν ἐκεῖ κεκλεισμένων.

P. 17. Vs. 6. ἐπισχεῖν] Erat somnium prohibitorium. Artemid. II. 2. τὸ δὲ μὴ δύνασθαι προϊέναι, τὰς ἐξόδυς τῆς οἰκίας. . . . μὴ εὑρίσκειν, ἐμπόδια τοῖς πράττειν τὶ βυλομένοις. Achill. Tat. V. 21. Ἐγὼ δὲ τὴν μὲν ἀναβολὴν ἠχθόμην. . . . ὡς δὴ πλησίον ἐγενόμην προσευξάμεν⊕, ἐδόκυν ὁρᾶν κλεισθῆναι τὰς θύρας . . .

κατα-

καταλέγω δὲ τοῦτο τῇ Λευκίππῃ τὸ ἐνύπνιον, καὶ οὐκέτι ἐπεχείρουν βιάζεσθαι. sic *Prohibitoria signa* erant. Ammian. XXIII. 279.

P. 17. Vs. 8. Οἷα δὲ ἀλγῶν ἐπί τινος ἐργαστηρίου καθῆστο] Se contulit ad aliquam officinam, ut confabulando curas falleret. moris licet notissimi, aliquot exempla sistere libet. *Artemid.* II. 64. Ποτὲ οὖν ἐν δυσθυμίᾳ ὢν καὶ φροντίδι . . . καὶ εἰσελθὼν ἐν ἐργαστηρίῳ τινί. ista ἐργαστήρια explebant vicem, nostrorum θερμοπωλίων. *Plutarch. Nicia.* 221. ὥστε καὶ νέους ἐν παλαίστραις, καὶ γέροντας ἐν ἐργαστηρίοις καὶ ἡμικυκλίοις συγκαθεζομένους ὑπογράφειν τὸ σχῆμα τῆς Σικελίας. Lysias p. 413. ἕκαστος γὰρ ὑμῶν εἴθισται προσφοιτᾶν, ὁ μὲν πρὸς μυροπώλιον. ὁ δὲ πρὸς κουρεῖον. ὁ δὲ πρὸς σκυτοτομεῖον. ὁ δὲ ὅπη ἂν τύχῃ. καὶ πλεῖστοι μὲν ὡς ἐγγυτάτω τῆς ἀγορᾶς κατεσκευασμένους, ἐλάχιστοι δὲ ὡς οὐ πλεῖστον ἀπέχοντας αὐτῆς. ubi credo omnino nihil mutandum. Nulli ad omnino remotos ibant. *Athenaeus* XIII. 581. D. ἐν σκυτοτομείῳ τινὶ μετά τινων καθήμενος. *Xenoph. Memor.* IV. 791. E. Εὐθύδημον καθίζοντα εἰς ἡνιοποιεῖόν τι τῶν ἐγγὺς τῆς ἀγορᾶς. *Theophr. Char.* VIII. ποίᾳ γὰρ οὐ στοᾷ, ποίῳ δὲ ἐργαστηρίῳ, ποίῳ δὲ μέρει τῆς ἀγορᾶς οὐ διημερεύουσι. vide magnum interpretem ad ejusdem *Charact.* XV. *J. Perizon. ad Aelian.* V. H. III. VII. *Mos. Solanum* ad Luciani, *Quom. Hist. Scr.* T. II. p. 32. Apogr. male ταραχώδη.

P. 17. Vs. 9. Ἡλικίᾳ καθεστώς] Media aetate inter juventutem & senectutem. *Ammon.* in Γέρων, vocat ἄνδρα μέσον. *Eranius Philo* eundem definit τριακοντάετη. quem subsequitur προβεβηκὼς vel προεληλυθώς. vid. doctiss. Viros *J. Markland. ad Lysiae Orat.* XXIII. p. 412. *& P. Wesseling. ad Diodor.* XIX. 341.

Herodot. VII. C. 205. ἐπιλεξάμενος ἄνδρας τε τοὺς κατεστεῶτας καὶ τοῖσι ἐτύγχανον παῖδες ἐόντες. *Cebes* p. 37. *Edit. Gronov.* celebrat γυναῖκα καθεστηκυῖαν τὸ πρόσωπον, μέση καὶ κεκριμένη ἤδη τῇ ἡλικίᾳ *Plato* VII. de L. L. 802. D. ἡλικία ἑστηκυῖα καὶ ἔμφρονος. in his omnibus *stans aetas*, ea dicitur, *quae neque crescit, neque decrescit, media.* licet re vera talis *aetas* non detur, quia nihil suo statu manet, sed vel augetur vel imminuitur. sed, ut *solstitium perfectum* in natura non datur, tamen dies aliquot sol stare videtur, prae non perceptibili dierum incremento vel decremento, sic *aetas stans* illa dicitur, quae non prodit ullius momenti augmenta vel imminutiones facultatum animi corporisque. Ita τὸ πρόσωπον καθεστηκυῖα. Κεκριμένη autem ἡλικία in Cebetis loco, aetas ea est, *quam talem futuram confidere possumus, qualem cognitam habemus*, tam quod ad animi facultates, quam quod ad vires corporis. *certam* bene interpretati sunt, quantum permittit Lingua Latina.

P. 17. Vs. 9. Μελανειμονῶν] Hujus verbi aliquot exempla protulit D. Scottus, Jureconsultus φιλελληνέστατος.

P. 17. Vs. 10. περίεργον] I. III. 5. 9. VIII. VI. 139. II. Achill. Tat. VII. 415.

P. 17. Vs. 11. ξένος εἶναι μοι δοκεῖς] Est illud *Lucae in Euang.* XXIV. 18. σὺ μόνος παροικεῖς ἐν Ἱερουσαλὴμ. *Hesych.* ξένοι. παρεπίδημοι. *Appul.* II. 35. 5. *satis peregrinus es, medioque ignoras Thessaliae te consistere.* ut recte J. Pricaeus. vulgo *meritoque*. quod tamen & Cod. meus agnoscit.

P. 17. Vs. 11. πλούτῳ καὶ γένει καὶ παιδείᾳ τῶν ἄλλων Ἰώνων ὑπερέχοντα.] L. VIII. VII. 142. 4. Καὶ πλούτῳ καὶ γένει καὶ δόξῃ πάντων Ἰώνων ὑπερέχοντος. *Achill. Tat.* v. 387. φύσει πρῶτος ἁπάντων τῶν Ἰώνων, πλοῦτος μείζων τοῦ γένους, ὑπὲρ τὸν πλοῦτον ἡ χρηστότης. *Demosthen.* παραπρ. 340. B. καὶ πλούτῳ καὶ φύσει καὶ δόξῃ πρῶτος. *Diodor.* L. XIII. C. 37. dixit de Alcibiade. ἦν γὰρ καὶ λόγῳ δυνατώτατος, καὶ τόλμῃ πολὺ προέχων τῶν πολιτῶν, ἐν δὲ εὐγενείᾳ καὶ πλούτῳ πρῶτος Ἀθηναίων. ubi non male forte illud ἐν δὲ per se accipias, idemque significare reputes, quod ἔτι δὲ. πρὸς δὲ. & ἐν δὲ non ita infrequens prorsa vorsaque locutione usis. *Herodot.* II. 79. Ἐν δὲ δὴ καὶ τὸν Λίνον ἀείδει ἄλλον τοὔνομα. *Hesiod.* ἔργοις. 280.

> Ὃς δέ κε μαρτυρίῃσιν ἑκὼν ἐπίορκον ὀμόσσας
> Ψεύσεται, ἐν δὲ δίκην βλάψας, νήκεστον ἀάσθη.

ubi frustra Guietus ἠδὲ. certe & contra duos meos libros. vid. *Hesiodi fragmenta* vs. 11. *Sophocl. Trach.* 210.

> Ἀναλόλυξον δόμοις
> Ἐφεστίοις ἀλαλαγαῖς
> Ὁ μελλόνυμφος. ἐν δὲ
> Κοινὸς ἀρσένων ἴτω κλαγγά.

Nicander Alex. 428.

> Ἐν δέ τε νάπειαν, ῥάφανον θ' ἅλις, ἐν δέ τε λεπτὰς
> Ἄμμιγα κρομμύων γαθυλλίδας.

Et sic legendum ap. Oppian. IV. Halieut. 495. ex Cod. vetusto

> ——— Καὶ ἄγγεα πάντ' ἀφύῃσιν
> Ἐν δ' ἀκάτους ἔπλησαν. vulgo ἠδ'.

Anthol. III. X. 5. 224.

> Ἡῷον δ' ὀλολυγμὸν ἀνέκραγον. ἐν δ' ὑμέναιος
> Συγαθεὶς γοερὸν φθέγμα μεθαρμόσατο.

ubi scriba Cod. Palat. Criticorum hodiernorum ad exemplum plurimorum id non intelligens, dedit suum phantasma ἐκ δ' ὑμέναιος.

P. 17.

P. 17. Vs. 14. γυνὴ] ἡ γυνὴ recte Cod.

P. 17. Vs. 15. φιλογύναιος] *Thom. Mag.* φιλογύνης Ἀττικοί. ὐ φιλογύναιος. *Moeris Atticista* eadem. Ex ipsorum placitis Noster loquitur L. II. I. 23. 8. Alia forma Aristaen. I. XII. φιλογύναικες ἐρωτικοί. Alciphr. I. XXXIV. 142. Μισογύναιος. in Hesychio legitur Μισογύνης. μισογύναιος.

P. 17. Vs. 16. Τίνα χώραν ἔχεις] *Munus.* ita *locus* ap. Latinos. vid. *Is. Casaub. ad Suet. Aug.* LIV. *Polyb.* I. 43. μεγίστας χώρας ἔχειν ἐν τοῖς μισθοφόροις. *Max. Tyr.* XI. §. 3. p. 11. αἰτεῖν χώραν ὁπλίτε. ap Heliod. VIII. p. 377. legitur. Πάντως δὲ παράδοξος, ἢ αὐτὸς ἴσθι δέσμιος ἀχθήναι προστεταγμένος, τῆς δορᾶς ἀφαιρεσόμενος. ubi vertitur *officio tuo privandus.* legerunt igitur χώρας. At longe aliud hic dicitur. Nempe vertendum, *pellis, cutis tibi detrahetur. vivus excoriaberis.* notae crudelitatis inter Persas supplicium. Quo de satis Barn. Brissonius de R. P. I. §. CXXXIII. & II. §. CCXVII. Ctesias. p. 636. 652. 58. Edit. Gron. Diod. XV. 10. cum nota Cl. Wesselingii. Ammian. Marcell. XXIII. 6. 290. G. Cuperus ad Lactant. de Mortib. Persecut. C. V. p. 138.

Praeterea ex Cod. Taur. in Heliodoro lege ἀφαιρεθησόμενος. quemadmodum J. Gronovius optime restituit ex Cod. Mediceo in Herodoti L. V. 35. ἀπαιρεθήσεσθαι pro ἀπαιρέεσθαι. plura hujus farinae sistentur vitia ad L. VI. VIII. III. 14. In Heliod. L. VII. p. 334. etiam controversia movetur voci χώρα. ubi enim nunc editur. ἐν πατρὸς ὑμῖν χώρᾳ γεγονώς. nihilo deterius in Cod. Taur. exstat ἐν μοίρᾳ. *Dionys. Halicarn.* IX. *Ant.* C. 39. p. 571. ἐν ἀνδραπόδε μοίρᾳ τὸν ἐλεύθερον καὶ πολίτην ἔθεντο. *Theocr. Idyll.* XIV. 3.

Δύστανοι Μεγαρῆες, ἀτιμοτάτῃ ἐνὶ μοίρᾳ.

P. 17. Vs. 17. Διοικητὴς εἰμι τῶν ὅλων] L. IV. V. 71. 19. ὃν καὶ διοικητὴν εἶχεν ἐν Καρίᾳ τῆς ὅλης ἐσίας. Herodoto L. I. 108. Harpagus celebratur Astyagis πάντων ἐπίτροπος τῶν ἑαυτῦ. de Habrocoma vero ap. Xenoph. Ephes. II. 32. ex persona Absyrti. ἀλλὰ νῦν μὲν σε ἐλεύθερον ἀντὶ δέλε ποιήσω. δίδωμι δέ σοι τῆς οἰκίας ἄρχειν τῆς ἐμῆς, καὶ γυναῖκα ἄξομαι τῶν πολιτῶν τινὸς θυγατέρα. cui tribuitur mox ἐπιμέλεια τῶν Ἀψύρτε χρημάτων. Achilli Tatio V. 319. 321. Οἰκονόμος vocatur οἰκέτης & ei διοίκησις tribuitur. vid. Lucae Euang. C. XVI. Appul. VIII. 168. *servus, cui cunctam familiae tutelam dominus permisserat.*

Quae ex infinitis sisto, ut pateat voces διοικητής. ἐπίτροπος. ἐπιμελητής. οἰκονόμος in familiis privatis confundi saepe, & omnes hos esse servilis conditionis homines: Quod de *Dispensatoribus*, οἰκονόμοις, recte adseveravit Raphael Fabrettus ad Inscript. Cl. IV. p. 294.

Quam ejus sententiam convellere conatur non uno loco Cl. Muratorius

torius in Thesauro suo, haud firmis semper exemplorum testimoniis. Quamvis, quin etiam libertinae conditionis homines hanc curam, & post manumissionem, continuarint aliquando, nihil vetare videatur.

Certe multi διοικηταὶ talis conditionis fuerunt. sic ἐπίτροποι Καίσαρος, qui διοικηταὶ Καίσαρος Straboni L. XVII. p. 1197. C. audiunt, partim fuerunt libertini, partim equites Romani. quem locum animadvertit H. Valesius in Emendationibus. L. II. C. XX. quas praeter alia egregia eruditionis monumenta debet literatus orbis Cl. Petro Burmanno Juniori. qui Valesianis ibi plurima optimae frugis subnexuit. Quaedam de διοικηταῖς habet Cl. Tib. Hemsterhusius ad Aristophanis Plutum vs. 908. ubi distinguit merito inter διοικητὴν & ἐπιμελητὴν, quando propriis est vocabulis locus. ita διοικητὴς & οἰκονόμος etiam inter privatos differunt. latius patet ampliorique prior ista administratione procuratio. ita διοικητὴς Λεωνᾶς dicitur κελεύειν οἰκονόμῳ Φωκᾷ. ap. Nostrum L. II. I. 22. I.

Verum liber de his conscribendus esset, si quis singulas has personas in singulis officiis distinguere vellet & enarrare. quaedam dicenda erunt L. II. I. 23. 23.

P. 17. 17. Τρέφω δὲ αὐτῷ καὶ τὴν θυγατέρα] Viri puellis praepositi, loco paedagogorum, passim occurrunt. Eurip. Electra 489. Senex

Ποῦ ποῦ νεᾶνις πότνι' ἐμὴ, δεσποινά τε,
Ἀγαμέμνονος παῖς, ἥν ποτ' ἐξέθρεψ' ἐγώ;

Non raro in Inscriptionibus talium exstat memoria. ap. Gruterum p. DCLIII. 2.

PUDENS. M. LEPIDI. L. GRAMMATICUS.

procurator. eram. lepidae. mores. que. regebam
dum. vixi. mansit. caesaris. illa. nurus
attejus. philologus. discipulus

In Columbario Liviano ap. Fr. Bianchinium, quem frequenter & lubenter olim Romae coluimus, p. LXV. & doctiss. Ant. Fr. Gorium, p. XCIX. [ubi plura huc facientia]

HYMNUS A . .
PAEDAGOGUS AN . . .
IULIAE GERMANICI
FILIAE

Cl.

Cl. vero Muratorius, ex eodem Blanchinio repetens, ita mutilam & interpolatam edidit.

hymnus
paedagogus
juliae germanici
filiae ann

nec dubitavit subnotare. *Nihil fortasse in Elogio isto desideratur, nisi quot annis Hymnus vixerit.* immo procul dubio desideratur alterum integrum Elogium alius Liberti Libertaeve, ut in quam plurimis hoc genus titulis. nulla quoque auctoritate vides literas in primi & secundi versus calce omissas, & majore temeritate ultimo versui literas *ann* adjectas. & tales passim grassationes in toto immenso isto corpore animadvertere licet; quin in singulis tales suspectare cogeris, nisi falli velis. atque utinam saepe non omnis occasio certiora & sinceriora indagandi praecisa foret. Nam qua via hoc faciemus in monumentis quae primus & solus vir πολυγραφώτατος edidit! in quorum his quam illis majorem adcurationem fidemque fuisse adhibitam profecto temere poneremus. Addo hunc titulum fuisse postea editum splendidissime ab artificiosissimo Gezzio, atque ibi haberi tantum

HYMN
PAEDAG
JULIAE GER
FIL

nempe intra triennium, quo hae editiones distant, lapis hic nova damna sentire potuit.

P. 17. Vs. 18. Μητρὸς ἀθλίας] Saepe de *mortuis*. Ex vulgi opinione. II. IV. 28. 7. III. IV. 49. 9. & ita Callirrhoe hujus libri C. IX. 12. 24. se ἀθλίαν quasi nihil a mortua distantem vocavit. Sed mortem, saltem sapienti, miseram esse negabant multi philosophorum.

P. 17. Vs. 18. πρὸ ὥρας ὀρφανὸν] Illud πρὸ ὥρας ad filiam, non ad matrem referas: quamvis ille usus τοῦ ἄθλιος alteram interpretationem non repudiaret. & πρὸ ὥρας proprie de iis, qui in juventute moriuntur. Ammon. p. 120. πρὸ μοίρας . . . ὁ βιαίως ἀποθανών. πρὸ ὥρας, ὁ ἐν νεότητι. ap. *Suidan.* πρόωρος. πρὸ τῆς ὥρας. *Hesych.* πρόωρον. πρὸ καιροῦ. ita accipe apud Nostrum. Ap. *Ulpianum* ad Demosth. περὶ παραπρ. 319. E. προώλης exponitur. ὁ πρὸς εἱμαρμένης τελευτῶν. legendum πρό. nescio an Wolfius vitium sustulerit. *Theod. Prod.* VI. 237. conjungit ἄωρος & πρὸ τῆς εἱμαρμένης. μοῖρα πρόωρος in Epigrammate *Crinagorae* L. III. Anthol. XII. 51. 233. quod adponam emendatius.

Ὑμνίδα τὴν Εὐάνδρου ἐράσμιον, αἰὲν ἄθυρμα
Οἰκογενὲς, κούρην αἱμύλον ἐνναέτιν,
Ἥρπασας. ὦ ἄλιτ' Ἀΐδη, τί πρόωρον ἔφ(εις
Μοῖραν τῇ πάντως σεῖο ποτ' ἐσσομένῃ.

tertio versu ex Cod. Palatino ἄλιτε reposui pro ἄληστε. ἄλιτος. ut τέλιτος. Sed non in quarto ex eodem οἰναέτιν pro ἐνναέτιν. licet aliquis posset suspicari ab οἰνός. *unus. solus.* μόνος. Crinagorae κατὰ γλῶσσαν [Ἰώνων] potuisse placere οἰναέτιν κούρην. *unius anni puellam.* vid. *Hesych.* in οἰνίζειν. μονάζειν. κατὰ γλῶσσαν. & *Criticam Vannum* C. VII. p. 137. nec prohiberet, quod epigramma Capiti de γυναιξὶν inseritur: nam in Codice antiquo minime hoc loco positum. & ita ad βρέφη posset spectare. omnia iste Monachus conturbavit. sed αἱμύλον vehementer obstat.

P. 17. Vs. 18. Θήρων; τίς καλῇ, Λεωνᾶς. εὐχαίρως, φησὶν, ὦ Λεωνᾶ.] Illud Θήρων a scriba additum videtur, ad distinguendas loquentium vices. sed quod auctores alii, nec Charito solent facere in similibus dialogis. vel forte excidit aliquid. τίς καλῇ; [sint Leonae verba] Θήρων. [respondet Thero.] Τίς καλῇ, [καὶ σύ;] sint verba Theronis] Λεωνᾶς. [respondet Leonas.] ut deinde Thero sermonem resumens, subjungat: εὐχαίρως Λεωνᾶ. & in vicem sciscitati ambo fuerint nomen.

P. 17. Vs. 19. Λεωνᾶς] Nomen hoc aliis etiam non infrequens. Leonae meminit τοῦ Σύρου. *Artemid.* IV. 84. quem non omisit diligentia *J. Alb. Fabricii ad Marinum de Vita Procli.* C. VIII. p. 16. ubi memoratur Λεωνᾶς σοφιστὴς Ἴσαυρος τὸ γένος. quibus addatur *Leonas* Quaestor Sacri Palatii, ad quem exstat *Epistola Libanii* MCCXXIX. ad quam consulatur amicissimus olim nobis *J. Christophorus Wolfius*, cui literae omne genus plurimum debent. vid. etiam *H. Valesius L.* XX. *Ammian.* C. IX. p. 196. Videtur nomen contractum instar vocabulorum Θωμᾶς. Λυκᾶς. pro λεοντίδας. vel λεόντιος. nisi scurrile nomen putemus, huic servo διοικητῇ inditum, uti in sequentibus occurrit οἰκονόμος nomine Φωκᾶς. observavit dudum H. Valesius ad laudati Historici L. XIX. C. XII. p. 178. *hujusmodi scurrilia cognomenta* [addamus servilia nomina] *fere per ᾶς efferri. ut Pittacas. Mattiocopas. Chytras. Phacas. Saccas. Trachelas. Phagas.* Inde posterioribus temporibus hae terminationes frequentatissimae. ut *Suidas. Malalas.* vid. magni *R. Bentleji.* Epistolam ad J. Millium, ubi etiam *Leonas* aliquot recensitos inventurus es p. 83. si autem etiam huic homini non sine consilio hoc nomen inditum velimus ex more Charitonis, dictus sic hic dioecetes Leonas esto, quia inter ceteros οἰκέτας Λέων ὡς ἄγρια οἶδεν. & sic Jesus Sirachides C. IV. 30. de duro domino. Μὴ ἴσθι ὡς Λέων ἐν τῷ οἴκῳ σου. καὶ φαντασιοκοπῶν ἐν τοῖς οἰκέταις σου. profecto hoc nomen Persas adver-

vertit, qui Leonem nomine e classiariis ideo occiderunt, ut narrat Herodot. VII. 180. quia τῷ δὴ σφαγιασθέντι τούτῳ τοὔνομα ἦν Λέων. τάχα δ' ἂν τὶ καὶ τοῦ ὀνόματος ἐπαύροιτο.

P. 17. Vs. 19. Συνέβαλον] Recte. nihil opus συνέβαλες.

P. 17. Vs. 20. Συβαρῖτις] Rursus aptum locum, deliciis & divitiis affluentem, eligit, unde hanc Ἅβραν potentis feminae excitaret. sed sibi in temporibus non cavit: nam jam aliquot annis ante haec Hermocratis tempora Sybaris non tantum ab opulentiae fastigio deciderat, sed jam penitus deleta fuerat. At quis talia in fabularum hoc genus scriptoribus reprehendat!

P. 17 Vs. 21. διὰ ζηλοτυπίας ἐπώλησε] vid. Xenoph. Ephes. II. p. 34. ubi superiore pagina Eruditi exputent, quid significet Codicis lectio, πασῶν, ἔφη, δυστυχεστάτη γυναικῶν ἐγὼ τὴν ζήλην περιάξομαι δι' ἣν τὰ μὲν [sic Cod] πρῶτα ἐν Φοινίκῃ ἀφῃρέθην ἐραστήν. nam pro τὴν δειλὴν ibi legitur τὴν ζήλην. sed ζήλη est nihili vox. an δυστυχεστάτη . . . τὸν ζῆλον. περιάξομαι. ap. Maneth. v. 67. lege Ζῆλον, δυσγαμίην. forte typis modo tribuendum.

P. 17. Vs. 22. Σοὶ οὖν] Tota periodus sic legatur. Σοὶ οὖν ἀφιέσθω τὸ κέρδος, εἴτε σεαυτῷ θέλεις τροφὸν κατασχεῖν τοῦ παιδίου. πεπαίδευται γὰρ ἱκανῶς. εἴτε καὶ [hoc addit Cod.] ἄξιον ὑπολαμβάνοις χαρίσασθαι τῷ δεσπότῃ.

Libet male habitum de τροφοῖς locum Manethonis juvare; in L. IV. 371. legitur de Martis stella.

πρὸς ἔκθεσιν ἢ ἀτίθηνον
Θηλυτόκων βρεφέωντε καὶ ἀρρεγόνων βιόν ἕλκει.
Οὐ μὴν ἐς θάνατόν γε πορεύσεται ἔκθεσις ἥδε.
Ἀρνυμβίαις δὲ γυναιξὶ, τροφοῖς ὑποβάλλετ' ὀθνείαις.

ubi hae feminae ἀρνύμβιαι accipiuntur, quasi ἀρνυμβίαις scriptum esset: *negantibus*. immo τροφοὶ hae per adpositionem vocantur γυναῖκες ἀρνύμεναι nempe μισθὸν. μισθαρνοῦσαι. *quae mercede aliarum liberos educant*: cum matres nutrire vel nolint vel nequeant.

Inde & illud ἀτίθηνος rursus male intellectum & *immitis* redditur, quasi a τιθασός, *mansuetus*. cum a τιθηνεῖν *nutrire* descendat, & ἀτίθηνοι dicantur hic pueri, quos ipsa mater non lactat. mox fere idem dicit

Ζήσεται ἀλλοτρίων γονέων, οὐχ ὥνπερ ἔβλαστεν,
Χρήμασι καὶ στοργαῖς καὶ παιδοσύνῃσιν ὀθνείων.

ubi nihili vocabulum χρηματίαι obtinet. nisi χρηματίαι a χρῆμα dicantur, ut στιγματίαι a στίγμα. non puto. pro versione autem *Idque ex amore per pecunias orto ac adoptationibus extraneorum*, repone *Opibus & pietate & nutri-*

nutricatione extraneorum. παιδοσύνη est παιδεία, παιδοτροφία. non ἐκποίησις παίδων.

P. 17. Vs. 22. Εἴτε θέλεις . . . εἴτε ὑπολαμβάνοις.] Non quidem admodum peccaris, si rescribas θέλοις. sed non opus. noster L. v. VII. 91. 8. πότερον ἀφίσταται, ἢ ἐμμένοι. Plato Phaedro p. 275. C. γέμοι . . . ἀγνοεῖ. vid. ibi Steph. Xen. H. H. III. 506. D. Λογιζόμενος ὡς Λύσανδρος τετελευτηκὼς εἴη, καὶ τὸ μετ' αὐτοῦ στράτευμα ἡττημένον ἀποκεχωρήκοι, καὶ Κορίνθιοι μὲν παντάπασιν οὐκ ἠκολούθουν αὐτοῖς, οἱ δὲ παρόντες οὐ προθύμως στρατεύοιντο. Apud Sponium in Miscell. Erud. Ant. p. 343. Ἵν' οὖν καὶ εἰς τὸν λοιπὸν χρόνον ἀπαράκλητον ἑαυτὸν παρεσκεύασο, καὶ ἡ σύνοδος φαίνηται φροντίζουσα διακειμένων ἀνδρῶν εἰς ἑαυτὴν εὐνοϊκῶς. uti ibi legendum. ita nihil opus mutari ap. Lucian. Tom. II. p. 568 & 917. Theognis vs. 925.

Εἰ μὲν γὰρ πλουτεῖς, πολλοὶ φίλοι· εἰ δὲ πένηαι-
Παῦροι. οὐκ ἔθ' ὁμῶς αὐτὸς ἀνὴρ ἀγαθός.

videatur G. J. Vossii Aristarchus L. VII. C. LXVIII. Et saepe aliqua ratio fuit auctoribus modos variandi, sed quae potius sentitur quam verbis explicatur.

P. 17. Vs. 23. Πεπαίδευται ἱκανῶς] Servos, & ancillas non modo artibus ingenuis tinctos, sed penitus inbutos saepe sibi curasse priscos Graecos & Romanos, affatim exemplorum probant.

P. 17. Vs. 24. Εἴτε καὶ ἄξιον ὑπολαμβάνοις χαρίσασθαι τῷ δεσπότῃ] *sive etiam justum, dignum putes gratificari hero.* malim εἴτε καὶ ἀξίαν ὑπολαμβάνοις. . . *sive etiam dignam censeas, quae gratificetur hero.* & τὸ χαρίσασθαι tum sensu acceperim, quo femina viro dicitur gratificari. v. Demosth. Sch. περὶ τῶν ἐν χεῤῥον. p. 180. A. nec hoc consilium alienum a persona piratae. vid. L. II. I. 23. 10. & sequentia huc ducunt. nam dicit magis e re alumnae, filiae Dionysii, esse, ut pater habeat ancillam in istos usus, quam si novercam ducat Veneris caussa.

Si tamen τὸ χαρίσασθαι referas ad Leonam, & *dono offerre* vertendum censeas, idem tamen sensus enascetur. I. XII. 18. 3.

P. 17. Vs. 25. Λυσιτελεῖ δὲ σοὶ μᾶλλον ἀργυρώνητον ἔχειν αὐτὸν, ἵνα μὴ τῇ τροφίμῃ σου μητρυιὰν ἐπαγάγηται.] Ita *J. Capitolinus* de M. Antonino C. XXIX. *Sed ille concubinam sibi adscivit procuratoris uxoris filiam, ne tot liberis superduceret novercam.* videatur ubi J. Casaubonus. ubi & de voce in hac re propria ἐπάγεσθαι tractatur. αὐτὸν, id est, τὸν δεσπότην.

Et res usitatissima, ut patris concubina simul ab educatione liberorum foret matre orbatorum. Menander in Pseudohercule ap. Suidam in Ἄβρα.

Μήτηρ

Μήτηρ κέθνηκε ταῖν ἀδελφαῖν δυοῖν
Ταύταιν. τρέφει δὲ παλλάκη τις τοῦ πατρὸς
Αὐτὰς, ἄβρα τῆς μητρὸς αὐτῶν γενομένη.

Dicit autem λυσιτελεῖ σοι. *tibi proficuum erit.* fidelis enim altor utilitatem alumnae a suo commodo non segregatam habet.

Utitur autem hic & alias ἡ ἀργυρώνητος. L. VIII. VII. 6. ἡ ἀργυρωνήτη. illud probum magis. en autem versionem interpretis hujus loci : si forte magis alicui arriserit. *sive illa censes hero gratificari. te vero illam habere pretio redemtam magis, quam herum, expedit, ne forte alumnae tuae novercam superinducat.*

P. 18. Vs. 1. Θεός σε κατέπεμψε] *De coelo misit. Artemid.* I. 7. p. 14. ἀλλὰ Θεόπεμπτα, ὡς ἤδη καὶ ἐν τῇ συνηθείᾳ τὰ ἀπροσδόκητα καλοῦσι. quem locum cum aliis J. Pricaeus commode contulit ad *Appul.* L. IX. 178. p. 482. *Ammian. Marcell.* XXII. III. 229. *effundebatur aetas omnis & sexus, tamquam demissum aliquem visura de coelo.* Lucian. III. Dial. Meretr. T. III. p. 285. εἰ μὴ τοῦτον ἡμῖν ἡ Ἀφροδίτη ἔπεμψε.

P. 18. Vs. 1. ἃ γὰρ ὀνειροπόλουν, ὕπαρ μοι δεικνύεις] vid. ad L. II. I. 23. I.

P. 18. Vs. 2. Καὶ φίλος ἤδη γένου καὶ ξεῖνος]. Summae benevolentiae. Virgilius II. Æn. 148.

> *Quisquis es, amissos hinc jam obliviscere Grajos,*
> *Noster eris.*

utrum vero ξεῖνος studio scripserit auctor, necne, ambigo. certe Εὔξεινος in vulgari usu. ap. *Max. Tyr.* XX. 2. habes ἄξεινος. at *dissert.* XXXII. I. ἄξενος. *Aristoph. Avib.* 409. sine necessitate.

Ξεῖνω, σοφῆς ἀφ' Ἑλλάδος.

ξεῖνοι. οἱ ἀπὸ ξένης φίλοι. *Glossae Bibl. Coslinianae* p. 474. at *Hesych.* in eadem voce ξένοι. ap. Tragicos saepe ξεῖνε occurrit, etiam non cogente metro, quos tamen scimus extra choros rarius ad Dialectos delabi. *Sophocl. Oed. Col.* 31. ὦ ξεῖνε. 50. 583. ubi tamen Cod. Vat. ξένον. an credemus Leonam, Milesium, Ionice loqui, quemadmodum apud *Aelianum Var. Hist.* XXI. ὦ ξεῖνε Θηβαῖε, dicit Tithraustes, censente Tanaquillo Fabro ?. aliquando dialecti peregrinae quaedam sparsa inveniuntur apud ipsos Atticos. ἦα pro ἦν habes ap. Platon. Theaet. 80. C. ἐοῖ pro εἶ ap. Max. Tyr. XXXVIII. I. Xenophonti non raro κεῖνος pro ἐκεῖνος dicitur. ἐκεῖ ipsis Platoni, Thucydidi, Isocrati, Lucian. II. 925. non infrequens.

LIBRI PRIMI CAPUT DECIMUM TERTIUM.

P. 18. Vs. 6. Εἰς ὑποδοχὴν τῶ Περσῶν βασιλέως] L. VIII. 1. 128. 21. Καθ' ἑκάστην γὰρ πόλιν οἶκος ἐξαίρετος ἀποδέδεικται τῷ μεγάλῳ βασιλεῖ. Quae palatia simul Satrapis inserviebant. talia Pharnabazis βασίλεια *Xenophonti* memorata L. IV. H. H. 509. Absente nimirum ipso Persarum rege. Heliod. VII. 308. Καὶ ἐπὶ τὰ βασίλεια πάντες ὥρμησαν, ταῦτα ἐχόντων εἰς οἴκησιν τῶν σατραπῶν, βασιλέως μὴ παρόντος. In ipsa Babylone autem singuli Satrapae habebant suos σταθμούς. L. V. 11. 80. 13. Μιθριδάτης ἐκείνην μὲν τὴν ἡμέραν ἡσύχασε παρ' ἑαυτῷ. πάντες γὰρ σατράπαι σταθμοὺς ἔχουσιν ἀποδεδειγμένους.

P. 18. Vs. 7. ἐκέλευσε περιμένειν αὐτὸν περὶ τὴν θεράπειαν τῶ δεσπότω πρῶτον] Interpres dederat. *Leonas primum exspectare se & spectare ad heri ministerium jubet.* inde recessimus, ut vides. cogitaveramus deinde utrum jungenda essent πρῶτος περὶ τὴν θεράπειαν τῶ δεσπότω. *primus a cura domini.* vel an excidisset περὶ τὴν θεράπειαν γενόμενον. vid. 1. XIV. 20. 4. scilicet illud αὐτὸν pro αὑτὸν acceptum. nunc malim vertere *Leonas vero jussit Therona expectare & morari circa, inter servitia domini* primum. deinde *ipsum.* .... ἡ θεράπεια. *famulitium. ministri. servi.* obvia notione. Herodot. V. 21. Καὶ οὗτοι μὲν τούτῳ τῷ μόρῳ διεφθάρησαν, καὶ αὐτοὶ καὶ ἡ θεραπηίη αὐτῶν. & L. VII. 83. πρῶτον & ἔπειτα sunt relata.

P. 18. Vs. 9. Ἐλευθερίαν οἴκησιν] dicitur ὁ, ἡ ἐλευθέριος. sed ἐλευθέριος ἐλευθέρα. quare usitatius hic haberemus ἐλευθέραν vel ἐλευθέριον. quod praeferendum ob differentiam, quam inter haec vocabula esse monstravit Interpr. doctissimus ad *Aristoph. Plut.* 190. verum ne quid mutemus, similis flectio, licet rarior, in aliis vocabulis; in hoc ipso prohibent duo loca Diodori in *Excerptis* p. 571. 22 & in msto, 581. 29. ubi ἐλευθερία φυλακή. vid. ad ejus L. IV. 46.

Saepe alia vocabula, quae plerumque una terminatione utrumque complectuntur genus, variata inveniuntur. ita vidimus modo ἀργυρωνήτη. sic ἐρασμία ap. Anacr. Oda. IX. non tantum, sed in Heliod. L. VII. 326. ἐρασμίαν ὁμιλίαν agnoscit *Cod. Taurin.* & L. VII. 349. ὡς ἐρασμία, καὶ ἐνόμιλος. *in Taur. & Vat. Palat. Xyl. Codd.*

P. 18. Vs. 11. Ἥπτετο τροφῆς] Rustici enim pudoris est, vel fastidium indicat, si quis adpositis cibis non lubenter fruatur. Heliod. VII. 345. Οἱ δὲ, ἅμα μὲν τῆς Κυβέλης προτρεπούσης, ἅμα δὲ προορῶντες μὴ δοκεῖν ἀγροικίζειν

ζειν τὴν δεξίωσιν, ἀπεγεύοντο πρὸς βραχὺ τῶν προκειμένων. illud ἅπτεσθαι ne compares cum Heliodori ἀπογεύεσθαι. nam *comedere ad satietatem* notat, non *attingere. delibare. Theod. Prodr.* VII. 353. καὶ πάντες ἂν ἥπτοντο τῶν προκειμένων. & ita in multis locutionibus ἅπτεσθαι *leviter attingendi* respuit significationem.

P. 18. Vs. 12. Εφιλοφρονεῖτο] In eo ἁπλότητος ἔνδειξις, quod ipse magistri in convivio partes suscipiat, quae potius essent Leonae

P. 18. Vs. 12. Κοινωνίας πίστει] Interpres quid dederit, vides. verterim, *magis vero fiducia benignitatis*. virtus ea κοινωνία, quam possidet κοινὸς καὶ φιλάνθρωπος καὶ τοῖς δεομένοις ἐπαρκῶν ap. *Demosth. de Cor. p.* 517. *B.* illa κοινωνία in Sacris Literis celebratur. *liberalitas* proprio magis sensu & strictiore. *Epist. ad Hebraeos* XIII. 16. εὐποιΐα & κοινωνία junguntur. uti Artemid. II. 14. p. 103. κοινωνία καὶ εὔνοια. ea virtus etiam in amico excipiendo ad mensam se exserere solet, quando non maligne genio ejus indulgemus. An mavis *familiaritatis fiducia*! ut ap. *Achill. Tat.* I. 35. τὸ σύνηθες τῆς κοινωνίας. ita ap. *Appul.* VIII. *Met.* 154. *coena poculoque communi carior cariorque factus.*

P. 18. Vs. 12. Τὰ μὲν . . τὸ δὲ πλέον] *Partim quidem . . . magis vero.* Thucyd. VIII. 48. Τὰ μὲν καὶ Ἀλκιβιάδου προσπέμψαντος λόγους . . . τὸ δὲ πλέον καὶ ὑπὸ σφῶν αὐτῶν. diversa aliquantum haec formula ab illa communi. τὸ μὲν. τὸ δέ. vel τά μὲν. τά δέ. nam pro ultimo membro succedit τὸ δὲ πλέον. apud Heliod. I. 37. τὸ μὲν ἐκείνου πρόφασιν· μνήμην δὲ τῶν ἰδίων ἕκαστος ἐδάκρυον. ita Cod. Taur. sed Vat. cum aliis τὰ μὲν ἐκείνου πρόφασιν, μνήμη δὲ ἰδίων ἕκαστος. vulgo μνήμης. saepe in similibus vacillant Libri Veteres. ubi illud τὸ μὲν ἐκείνου jungendum censeo. κατὰ τὸ ἐκείνου μέρος, πρόφασιν. τὸ πλέον passim pro *maxime. in primis.* simpliciter πλέον *Euripid. Suppl.* 157. dixit

> Θη. οὐκ ἦλθες, ὡς ἔοικεν, εὐνοίᾳ θεῶν.
> Αδ. τί δέ; πλέον ἦλθον Ἀμφιάρεω πρὸς βίαν.

vid. *Lucian. T.* III. p. 288. 78.

P. 18. Vs. 13. Ὁμιλίας . . . . ἐγίνετο πολλή] Elegans Graecismus, quemque multi illustrarunt. Herod. I. 214. ἡ πολλὴ τῆς στρατιῆς. Thucyd. VII. 3. ἡ πλείστη τῆς στρατιᾶς VI. 105. ἡ πολλὴ τῆς γῆς. Strabo IV. p. 273. ἡ πολλὴ τῆς εὐδαιμονίας. sic & in genere potiore. Thycyd. I. 78. ὁ παράλογος τοῦ πολέμου. consulantur ibi viri doctissimi J. Wasseus & C. And. Dukerus. L. Kuster. ad Aristoph. Plut. 694. Herodot. I. 24. dicit τὸν πολλὸν τοῦ χρόνου ad hanc formam. At Graece peritos rogatos velim, an hunc Graecae linguae idiotismum observare possint, si scriptum inveniant εὕρηκα σε πολλοῦ τοῦ χρόνου. Credo omnem proprietatem & naturam hujus locutionis perire:

perire per genitivum. nam [διὰ] πολλῦ τῦ χρόνυ sunt genitivi ab communi praepositione recti. *Richardus* tamen *Dawesius in Observ.* p. 203. in Aristoph. Pluto. vs. 98. ubi nunc legitur, nemine vitium suspicante,

Πολλοῦ γὰρ αὐτοὺς οὐχ ἑώρακα χρόνου.

reponere jubet

Πολλῦ γὰρ αὐτὺς οὐχ ἑώρων τῦ χρόνυ.

vel etiam magis temerarie

Πολλῦ γὰρ αὐτὺς οὐκ ὄπωπα τῦ χρόνυ.

vel quod inpensissime probat,

Πολλῦ γὰρ αὐτὺς οὐκ ὄπωπ' ἐγὼ χρόνυ.

soccum in cothurnum mutans. Et in prioribus ut agnoscamus istum Graecismum persuadere conatur. Cui tamen bono hoc fiat, rogas! ut canoni a se ficto accommodet Aristophanicam versificationem, in qua negat produci inter alia brevem syllabam ante duplicem ΧΡ.

Cui legi cum hic versus & triginta fere alii, ipso calculum ineunte, obstent: obstabunt forte totidem ab ipso non animadversi, in hos tamen Critici cultri exercendi veniam sibi vindicat, licet nullo alio laborent morbo, nisi hoc imaginario. sane si liceat novam Prosoediam [sic quidam scribere adfectant] Etymologiam atque Syntaxin comminisci, in quovis auctore duo mille loca ad hos canonas refingere, quod in Aristophane promittit, facillimae, sed perniciosissimae fuerit operae.

Porro animadvertas hic dici πολλὴ ὁμιλίας, cum alioqui fere ἡ πολλὴ τῆς ὁμιλίας ad formam vulgarem dicendum foret. id quod an recte dicatur, dubito. quare & Salvinus ὁμιλία emendavit. non inconsiderate, cum Tib. Hemsterhusio, qui, si quis, in numerato habet Graecas elegantias, *nondum apertum satis sit, an vulgata lectio Zosimi* L. 1. C. 6. Τιβέριος . . . *εἰς ἐσχάτην ὠμότητος ἐκτραπεὶς, adversus Stephanum defendi possit scribentem, ἔσχατον ὠμότητος vel ἐσχάτην ὠμότητα.* „ videatur vir doctissimus ad Luciani Timon. p. 117. sane parum adeo mihi probatur ὁμιλίας . . . πολλὴ, ut illud μεταξὺ ὁμιλίας jungendum censeam, & post vocem πολλὴ aliquid excidisse mihi persuadeam. μνήμη vel simile vocabulum.

P. 18. Vs. 17. Περιέστημεν τὴν πόλιν] Vertendum erat. *vitavimus, cavimus urbem.* περιΐστασθαι. περιστῆναι. idem quod φυλάττεσθαι. videatur J. Casaub.

Casaub. ad Athenaeum. L. xv. 5. p. 955. Aliquot loca suggeret J. G. Graevius ad Luciani Soloecist. T. III. p. 566. 5. Paullus Ep. ad Timoth. II. 16. ubi *Vulgata*, rectius quam Th. Beza, *devita.* quem locum tangit ibi Graevius & ante ipsum Th. Gatakerus ad Antonin. L. III. 4. 92. Socrates Hist. Eccl. IV. XIII. atque ibi Valesius. Porphyr. de Abstin. IV. 367. ὅπως οὖν μὴ λάθοιεν τοσούτῳ περιπεσόντες, ἅπαν αὐτῶν περιΐσταντο τὸ γένος. *vitant. cavent.* male ibi *abdicant.* Hesych. περιΐστασο . . . περίφευγε. At vulgatae locutiones περιστῆσαι στράτευμα ἐπὶ πόλιν. & περιΐστασθαι πόλιν στρατεύματι. ap. Xen. K. Π. III. 62. D. VII. 188. E. huc non faciunt. Interpres dederat. *circa urbem supini spe substitimus.*

P. 18. Vs. 17. ἀπὸ ὀγδοήκοντα σταδίων τὸ πλοῖον ὁρμεῖ] ἀπὸ *spatium loci vel temporis* saepe exprimit. sicuti etiam ἐξ adhibetur. τὸ πλοῖον πόῤῥω τῆς πόλεως ὁρμεῖ ἐξ ὀγδοήκοντα σταδίων vel ἐν ὀγδοήκοντα σταδίοις. hoc modo acceperim hoc in loco. ap. Maneth. VI. 326. haec praepositio vulgariore multum sensu non intellecta.

> Εἰ δὲ θέλοις δεδαῆσθαι, ἀπαὶ πατέρων μὲν ὑπόσοι,
> Μητρώης δ' ἀπὸ γαστρὸς ὅσοι γεγάασιν ὅμαιμοι·
> Ὃς μὲν γὰρ φαίνει πατρὸς γόνον. ἢ δ' ἄρα μητρός.

ubi ἀπαὶ πατέρων. *sine patribus.* immo *a latere paterno. a patre.* ut mox *a matris utero.*

P. 18. Vs. 18. Ἐν ταῖς ἡμετέραις] Edidimus ita, licet codex ὑμετέραις. Interpres recte personas divisit. ἔφραζε nempe Θήρων. φησί. nempe Λεωνᾶς. verba καὶ τοῦτο . . . ἐπὶ Διονύσιον. sunt tribuenda Theroni.

Quod autem ἡμετέραις pro ὑμετέραις substituerimus, nemo aegre feret, qui cogitet millies haec vocabula confundi, & ex sensu talia constituenda, cum inconstantiae codicum confidere nequeamus. male Cod. ὡρμίσασθαι.

P. 18. Vs. 21. ἐπαυλις] *Villa rustica.* vid. *Hesych.* in hac voce & in σταθμός. *Th. Gatakerus* ad *Anton.* L. I. 16. p. 40. ap. Lucian. *Asino* p. 584. ita verterim. ibi vid. *Schol.* Ap. Apol. Rhod. I. 800.

> Δήμου ἀποστρεφθέντες λαοὶ πέρθεσκον ἐπαύλεις.

Sch. Ἐπαύλεις. τὰς ἐπαύλεις. τὰς μάνδρας. ἢ καταχρηστικῶς τὰς οἰκίας τῶν Θρηκῶν ἐπόρθουν οἱ Λήμνιοι. recta est ultima expositio. Athenaeus L. v. XIV. 215. A. πολλὰς δὲ καὶ συμφυγόντας κατιδὼν ὁ Ὀρόβιος εἰς ἐπαύλεις, συγκατέφλεξεν αὐταῖς οἰκίαις. at in Cod. Florentino Apollonii legitur ἐναύλους. & ita legisse videtur etiam *Schol.* nam cur alioqui repeteretur vox ἐπαύλεις.

τὰς ἐπαύλεις, nisi quia fuit ἐναύλους] τὰς ἐπαύλεις. τὰς μάνδρας. & eodem libro vs. 1226. ἢ ἐναύλους. Schol. ἐναύλους. τὰ σπήλαια ΝΥΝ. quasi diceret, antea explicuimus ἐπαύλεις. *Hesych.* ἔναυλοι . . . διατριβάς. & sane Thracum οἰκίαι fuerint ἔναυλοι, plerarumque gentium *domus antra fuerunt*. Hesiod. Theogon. 129.

> Γείνατο δ' οὔρεα μακρὰ θεῶν, χαρίεντας ἐναύλους·
> Νυμφέων, αἳ ναίουσιν ἀν' οὔρεα βησσήεντα.

ubi licenter admodum *Guietus Hesychium* laudat. Verum enim vero ἐπαύλεις praetulerim. codex iste porro turbat exhibens vitiose πόρθεσκεν ἐναύλους. ut ex male repetito ΕΝ ista syllaba prima in ἐπαύλεις periisse videatur.

P. 18. Vs. 22. Ἐυκολωτέραν πρᾶσιν] De *rebus* aeque ac *personis*. I. III. 5. 24. διαλλαγαί. II. VIII. 35. 12. ἔκτρωσις.

P. 18. Vs. 24. Ἄξω] *Th. Magister* in ἀγνοήσομαι . . . ἄξομαι καλλίον ἢ ἄξω. frustra. vid. Xen. K. A. VII. 413. D.

P. 19. Vs. 1. Παρέπλευσε] *Ammon.* in πλεῖν exponit τὸ τόπον τινὰ διὰ πλοίου διέρχεσθαι. *praetervehere. legere.* III. III. 48. 7. sed nihil vetat, quominus *Trajicere* hic vertamus, ut L. II. I. 23. 20. παρέπλευσεν ἐπὶ τὴν ἀκτήν.

P. 19. Vs. 3. Ἐπέστη] L. I. I. 3. 20.

P. 19. Vs. 4. Τὴν πρᾶξιν] Non dubito, quin alicui πρᾶσιν arriserit.

P. 19. Vs. 5. Θύγατερ] Vicem reddit mox eum vocans Πάτερ.

P. 19. Vs. 7. Τὸ μέγιστον] vid. L. VI. I. 98. 2.

P. 19. Vs. 8. Ἀπολήψεται ὡς ἐκ θαλάμου τοῦ τάφου] *Recipiet ex sepulcro ceu ex thalamo.* ita distingue. omissio autem haec praepositionis & transpositio vocabulorum per quam familiaris Charitoni. debuisset enim scribere, ἐκ τοῦ τάφου ὡς ἐκ θαλάμου. L. III. II. 43. 2. καθάπερ ἐκ τρικυμίας τοῦ πάθους pro ἐκ του πάθους καθάπερ ἐκ τρικυμίας. VI. V. 105. 22. ἐπλήγη ὥσπερ ὑπὸ ξίφους τοῦ λόγου. non abit illud Platonis in Timaeo p. 91. C. Καρπὸν δρέψαντες ὡς εἰς ἄρουραν τὴν μήτραν. *Demophilus in Similitud.* p. 614. (18) τὸν πεπαιδευμένον ὥσπερ ἐκ συμποσίου τοῦ βίου εὐσχημονοῦντα δεῖ ἀναλύειν. Heliodor. L. I. p. 5. ὥσπερ ὑπὸ πρηστῆρος τῆς ὄψεως. VII. 360. ὁ Θεαγένης ἐξέβλητο μὲν ὡς ἀπὸ τρώσεως τῶν λόγων. IX. 429. καὶ οἱ Αἰθίοπες πλησιάσαντες ὥσπερ ἀπ' ἐκκλησίας τῶν πορθμείων ἔλεγον. IX. 429. ὥσπερ ἐκ λόχου τοῦ ἐλέφαντος ἐκδρομὰς ποιεῖσθαι. ubi paullo ante Cod. Taur. bene ὥστε pro ἴσως. IX. 452. ὥσπερ ἀπὸ σκοπῆς τοῦ πύργου. 455. ὥσπερ ἀπ' ἐλέφαντος τοῦ ἅρματος.

P. 19. Vs. 9. Μέχρι Λυκίας] Et hunc locum apte fingit. Lycia mer-

caturis

caturis celebrata. *Myris Lyciae* Paullus invenit navim Alexandrinam in Italiam navigantem, ut *Lucas* narrat *in Actorum C.* XXVII. 5.

P. 19. Vs. 14. Τηρούμενον] Religioni ita pro πληρούμενον reponere nulli fuit. contra ap. Herodianum L. II. 6. 3. lege συμφορὰν κοινὴν ἐθρήνουν, repudiato ἐτήρουν.

P. 19. Vs. 14. Πρὸς ἑαυτὴν ἐγέλασεν Καλλιῤῥόη] κατὰ ἑαυτὸν γελᾷν alii λάθρα γελᾷν dicunt. πρός τινὰ γελᾷν *propter aliquem ridere*, quia ridiculus.

Risus hic autem tristi tribuitur, sed etiam simul indignanti. nam λύπη *iram* non excludit. Nonnus Dionys. I. 325.

> Ζηλομανὴς γελόωντι χόλῳ ξυνώσατο φωνήν.

vid. *Pricaeum* ad *Appul. Apolog.* p. 12. & *Miles.* VI. p. 307. quod autem litera N ante consonantem verbo adhaesit, tralatitium in Codd. vid. *Cl. J. J. Breitinger. ad Gen.* I. 5. *St. Bergler. ad Alciphr.* III. LVIII. *Criticam Vannum* p. 70.

P. 19. Vs. 15. Καί τοι σφόδρα λυπουμένη, παντελῶς αὐτὸν ἀνόητον ὑπελάμβανε] Haec stribliginosa. aliquid forte deest. Interpres de suo adjicit. *qui talia persuadere vellet ei.* forte rescribendum, ἐγέλασεν . . . . . ὅτι παντελῶς αὐτὴν ἀνόητον ὑπελάμβανεν. scriba nescius ὁ & ἡ ἀνόητος pronomen mutarit.

P. 19. Vs. 19. Ἀποδοῖεν δὲ, ἔφη, πᾶσιν ὑμῖν οἱ θεοὶ τὰς ἀξίας ἀμοιβάς] *Eurip.* Helen. 158.

> ——— ——— θεοί δέ σοι
> Ἐσθλῶν ἀμοιβὰς ἀντιδωρησαίατο.

Bis ter autem per ominosa quaedam dicta praeparat lectorem ad eventura. sic hic re vera omnes piratae dignas sceleribus poenas subierunt. L. III. II. 43. 14. Dionysius in principio amoris jam ominatur, se de matrimonio Callirrhoae caussam dicturum esse coram rege Persarum. τὴν δίκην τάχα ἐρεῖ ἐπὶ τοῦ μεγάλου βασιλέως. quod accidit. VII. VI. 124. 21. Miles ad ignotam Callirrhoen de Chaerea dicit quod αὐτὴν ἡ γυναῖκα ποιήσεται. VIII. I. 127. 25. Chaereas. Ἕξεις δὲ ἄνδρα ὃν θέλεις. quod & ominata fuerat Statira. L. V. IX. 93. 25. Antigone apud Sophoclem in cognominis fabulae vs. 93.

> Εἰ ταῦτα λέξεις, ἐχθρανῇ μὲν ἐξ ἐμοῦ,
> Ἐχθρὰ δὲ τῷ θανόντι προσκείσῃ δίκῃ.

Ubi Schol. Καλῶς δὲ τὸ χείσῃ. ἵνα τὴν μετὰ θάνατον αὐτῇ προσγεγενημένην τιμωρίαν αἰνίξηται. Turnus ap. Virgilium L. XII. Aen. 50.

Et nos tela, pater, ferrumque haud debile dextra
Spargimus, & nostro sequitur de vulnere sanguis.

istic Servius. *nostro. quod nos inferimus. & dubie est locutus.* nempe quia potest intelligi non modo *vulnus*, quod faciet Turnus, sed *vulnus* quo Aeneas Turnum occidet. potuisset forte addere omen quoque in voce *spargere* inesse. *Achilles Tatius* L. VI. 387. a nostro non abit. Τοιαῦτά σοι, ἔφη Λευκίππη, γένοιτο εὐτυχήματα, οἷα μοι κομίζων παρεῖ. ὁ δὲ Σωσθένης τὴν εἰρωνείαν οὐ συνεὶς, ἀλλὰ νομίζων αὐτὴν τῷ ὄντι λέγειν. at pessima Sostheni evenerunt.

P. 19. Vs. 20. Δακτυλίδιον μικρὸν] Notissimum adjectivum diminutivo magis minuens accedere. Xen. Agesf. p. 13. Edit. Hudchinf. παιδάρια μικρά. Aristoph. Vespis 799. etiam adverbio diminutionem intendit δικαστηρίδιον μικρὸν πάνυ. & Xenoph. K. A. p. 605. Edit. Angl. μάλα μικρὸν γήδιον. cui *minuti pisciculi* apud Terentium & Suetonium incogniti?

Ὃ εἶχον καὶ νεκρά] Nam annuli & reliquus ornatus morituris detrahebantur. vide quos laudavi I. VIII. 12. 8. unde dicit καὶ νεκρά. *licet mortua.* Propert. L. IV. VII. 9. ut ostenderet plane viventis specie sibi adparuisse Cynthiam, modo humatam, ideo dicit

Et solitum digito beryllon adederat ignis.

at Harduinus ad Plinii H. N. XXXIII. C. I. §. VI. hinc satis facete concludit *annulos mortuis fuisse redditos.* An igitur crematis etiam *oculi* & *capilli* reddebantur, nam praecedit.

Eosdem habuit secum, quibus est elata, capillos;
Eosdem oculos: lateri vestis adusta fuit.

sed talia accidunt, quando non ex auctoribus ipsis, sed ex indigestis compilatorum horreis thecae instruuntur & exornantur. Quamvis *gemmas* & pretiosissima quaevis fuisse saepe concremata ostendimus supra L. I. VI. 10. 8. & *Passeratius* ad locum Propertii ex *Statii Thebaid. VI.* 202. docuit. ubi consulatur Barthius. Sed haec extra ordinem nihil faciunt contra morem detrahendi annulos morientibus.

P. 19. Vs. 22. ἄγε μὲ] Ita Cod. & viderat Cl. Reiskius.

LIBRI PRIMI CAPUT DECIMUM QUARTUM.

P. 19. Vs. 24. Ἐστρατήγησε] ἐμηχανήσατο. L. II. VIII. 34. 12. τὰ μὲν πρῶτά σοι ἐστρατήγηται. Sch. Iliad. Φ. 23. μηχανῇ τινὶ καὶ στρατηγίᾳ ἐφελκυσάμενος. στρατήγημα. sic crebro.

P. 19. Vs. 25. Ἀποκαλύψας τὴν Καλλιῤῥόην καὶ λύσας αὐτῆς τὴν κόμην] Ut ita omnis pulcritudinis amplitudo explicaretur. *Coluthus de Raptu Helenae* vs. 80. de Venere Paridis judicium subitura.

> Πᾶσα δὲ λωιτέρην καὶ ἀμείνονα δίζετο μορφήν.
> Κύπρις μὲν δολόμητις ἀναπτύξασα καλύπτρην,
> Καὶ περόνην θυόεντα διαστήσασα κομάων,
> Χρυσῷ μὲν πλοκάμους, χρυσῷ δ' ἐστέψατο χαίτην.

ubi Charitonis hunc locum politae eruditionis juvenis J. D. a Lennip, me suggerente, adponere dignatus fuit. Lucian. Herodot. I. 835. Ἔρως ἀπάγει τῆς κεφαλῆς τὴν καλύπτραν καὶ δείκνυσι τῷ νυμφίῳ τὴν Ῥωξάνην. contra Helena, ad Graecorum exercitum, post excisum Ilium, rediens prae pudore ap. Quintum Calabrum L. XIV. 45.

> Καί ῥα καλυψαμένη κεφαλὴν ὑπένερθε καλύπτρῃ,
> Ἕσπετο νισομένοιο κατ' ἴχνιον ἀνδρὸς ἑοῖο,
> Αἰδοῖ πορφύρουσα παρήϊον.

ubi L. Rhodomannus vertit *superne*, ἐφύπερθε, censens non recte dici καλύψασα κεφαλὴν καλύπτρῃ ὑπένερθε. & sane de pileo id absurdum foret. unde recte Hesiod. in ἔργοις vs. 545.

> κεφαλῆφι δ' ὕπερθεν
> Πῖλον ἔχειν ἀσκητόν, ἵν' οὔατα μὴ καταδεύῃ.

sed an non calyptra etiam ultra cervices & mentum pendere potuerit, inquirant alii. mirum Rhodamannum id in versione mutasse, nec tamen in notulis admonuisse. sic certe furi occasionem praecidisset.

P. 20. Vs. 1. Οἱ μὲν] Non insolens οἱ δὲ poni singulariter: quan-

do significantur τίνες. sic Noster οἱ μὲν. L. IV. I. 64. 8. Οὐδεὶς μὲν οὖν οὐδὲ τῶν ἄλλων τὴν μαρμαρυγὴν ὑπήνεγκε τȣ̃ κάλλȣς, ἀλλ' οἱ μὲν ἀπεστράφησαν. Egerunt multi de hoc usu. *J. Casaub. ad Strabon.* II. 167. A. *Nath. Forstner.* Indice Platonico, in *Ellipsis.* ad *Xenoph.* K. A. p. 84. *Edit. Hudchins.*

P. 20. Vs. 2. Ἀφροδίτην ἐπιφανεστάτην] Vulgatissima superstitio. saepius ejus noster meminit. L. II. II. 25. 3. ἐπιφανὴς δὲ ἐστιν ἐνθάδε ἡ θεός. L. III. II. 44. 18. L. III. VI. 53. 18. ἐπιφανὴς γάρ ἐστι καὶ δείκνυσιν αὐτὴν ἐναργῶς. V. IX. 93. 18. Herodot. III. 27. Ἆπις ἐπιφανὴς γενόμενος. Aristoph. Vesp. 732. τὶς τῶν θεῶν παρὼν ἐμφανής. Achilles Tat. VIII. 531. τῶν θεῶν ἐπιφανείας illustrarunt multi. vid. H. Valesius ad Histor. Eccl. II. VI. & quos Cl. Wesselingius conduxit ad Diodori L. I. XXXV.

P. 20. Vs. 4. γένε περὶ τὴν ὑποδοχὴν] L. II. IV. 27. ἐγίνετο περὶ τὴν ὑποδοχὴν τȣ̃ δεσπότȣ. Polyb. V. 24. αὐτὸς ἐγίνετο περὶ πλȣ̃ν. Plato Phaedro. 261. D. γινόμενος περὶ σπȣδαῖα. Diodor. XIV. 26. XVII. 1114. ubi H. Stephanus & P. Wesselingius videantur. ubi pro περὶ male παρὰ vel ἐπὶ. γενέσθαι πρὸς τινι πράγματι pene eodem sensu ap. Demosth. de Corona p. 503. A. Nostram locutionem non bene perceptam apud *Lucianum. Quom. Hist. Scr.* p. 30. reor. ὡς δὲ λελȣμένοι περὶ αὐτȣ̀ς ἐγίγνοντο. vulgo αὐτȣ̀ς & vertitur. *jam loti ad illos aderant.* in quo hic τὸ εὐτελὲς contineatur, interpretes non indicant. puto in verbis non esse, sed in re ipsa. *jam loti se curabant* vile est in Historia.

P. 20. Vs. 7. Ἡσυχάνειν] Non valde peccassem, si ἡσυχάζειν reposuissem. ἡσυχαίνειν mihi se non potest probare. licet λεχάζω & λεχαίνω occurrant. vid. *Etym. M.* in Ερίχηλος. p. 374. 52. & Phavor. Lexicon in λέχη. Cl. Valkenar. observavit ἀντιλεχαίνειν ex Stobaeo. Tit. LXXVII. p. 458. 3. vid. ejus *Animadv.* ad Ammon. III. XIII. 213. ap. Hesych. λεχηνεῖ. ὁμιλεῖ. μυθολογεῖ videtur in λεχηνεύει mutandum. ita ὀνομάζω. & ὀνομαίνω. poeticum & Doricum. quo *Timaeus* de *Mundo* saepe usus est.

P. 20. Vs. 11. Καταγραφὰς] Instrumenta emtionis & venditionis. quibus patere necesse erat revera esse servam, emtam in urbe Sybari, non fugitivam, non raptam, non liberam. L. II. I. 23. 13. δεῖ δὲ ἐνταῦθα γενέσθαι νομίμως τὴν καταγραφὴν . . . Ἄδραστος . . . διοικήσει τὰς καταγραφάς. . . . ἀνδραποδιστὴς γὰρ καὶ ἀλλοτρίαν, σοὶ πέπρακε δȣ́λην. II. IV. 28. 9. τάχα καὶ ἀλλοτρίας, οὐκ ἔχεις γὰρ αὐτῆς ȣ̓δὲ τὴν καταγραφήν. *Glossae.* καταγράφει. *mancipat. perscribit.* καταγραφή. *mancipatio.* Servi & ancillae mancipabantur. videatur erudita *Diatriba de rebus Mancipi* p. 27 & 117. conscripta a nobiliss. Gerardo Meermanno, a cujus eruditione & ingenio patria & literae sibi plurimum promittunt. *Glossae Verb. jur.* καταγράφειν. τὸ διεκδικεῖν ἀπὸ δίκης. sed ista huc nihil faciunt.

P. 20.

P. 20. Vs. 14. Πολλὰς γὰρ ἐν τῇ πόλει ηὑρέσθαι τὰς ἐθέλοντας ὠνεῖσθαι.] ᾤετο. ἡγεῖτο. ἐνενόει. ἐνόμιζεν. ὑπελάμβανε. πιθανὸν, εἰκός ἐστιν & similia intelliguntur in talibus infinitivis, quibus non raro Noster utitur. L. II. III. 26. 7. πειθοῦντί τε γὰρ μὴ πρέπειν πομπήν. III. VII. 55. 16. μὴ γὰρ ἀπολείψειν αὐτὴν Διονύσιον οὐκ ὄντος ἔτι Χαρέα. IV. IV. 69. 26. μὴ γὰρ ἂν μηδὲ Καλλιρρόην ἐμμέμφεσθαι ἰδοῦσαν αὐτόν. IV. VI. 74. 24. ἀρχὴν γὰρ ἔχειν τὸν Μιθριδάτην καταφρονήσεως. Lucian. Gymn. T. II. 901. τὰς γὰρ τοιούτους σφίσι τε αὐτοῖς καλῶς χρήσεσθαι ἐν εἰρήνῃ συμπολιτευομένους. & III. 405. ἤπου γὰρ γεγράφθαι τοῦτον τὸν νόμον. Ad Diodorum L. XII. C. 95. p. 546. consulatur doctissimus interpres.

P. 20. Vs. 15. Τάλαντον ἀργυρίου] Charitonis tempore talentis non amplius numerabatur. sed more seculi Hermocratis loquitur. Talentum autem servi vel ancillae pretium mediocre. Aeschin. παραπρ. 260. A. *Talentum argenti*, quod Demosthenes secum tulerat ad Alenses redimendos, dicit maligne vix esse λύτρον ἑνὸς ἀνδρὸς, οὐ λίαν εὐπόρου. sed contrarium patet ex Demosth. παραπρ. 299. F. Apud Thucyd. VIII. 83. Ἀθηναίων ὁμήρους ἕνα κατὰ τάλαντον. ibi cives Attici obsides dantur singuli in singula talenta, quae debebantur. sed viliores longe captivi promiscui L. VIII. 28. στατὴρ δαρεικὸς καθ' ἕκαστον. imo ap. Herodot. VI. 79. δύο μναῖ. sed ordinarium pretium servi mediocris fere colligitur fuisse intra talentum. pro servi & ancillae praestantia, ut in ceteris rebus, pretium intendebatur. unde ancilla ap. Homerum Il. ψ. 715. venditur duobus fere talentis, sed quae

Πολλὰ δ' ἐπίστατο ἔργα, τίον δέ ἑ τεσσαράβοιον.

nam bos valebat aliquid ultra dimidium talenti. vid. Il. ψ. 752. Quin Euryclea, ancilla, sed quae loco uxoris a Laerte honorabatur, ultra decem talenta. εἰκοσάβοιος aestimata. Hercules Omphalae venditus fuit tribus talentis, ut Pherecydes testatur ap. Schol. Iliad. φ. 23. Sed Lycaon, Priami filius, centum bubus redemtus fuit. Il. φ. 79. Verum haec a vulgari pretio abeunt & sunt redemtiones non pretia partim. Certe hoc ipso capite p. 21. 6. τάλαντον vocat μεγάλην τιμήν. quamvis Dionysius L. II. IV. 28. 21. talentum ceu parvum pretium tam formosae puellae cum despectu memoret. Apud Theodorum Prodromum p. 254. Rhodante, pulcritudinis exemplum, ἀποδίδοται εἰς μνῶν χρυσίων τριακάδα. id est *dimidio talento aureo*, & ideo, cum aureum talentum decies vel duodecies superet argenteum, quintuplo pretio ejus, quo hic venditur Callirrhoe. Iste Theodorus non crepat nisi aurea talenta. sic paullo ante χρυσοῦ ταλάντων οὐ μικροῦ πεπρακότες. & Gilb. Gaulminus videtur

tur frustra ἀλαζονείαν Theodori excusare p. 522. Plato ap. *Diog. Laertium* L. III. §. 20. ipse redimitur viginti vel triginta minis argenti. Quid ni formosa puella pretio decuplo vincat barbatum Philosophum, & id quidem in libris ἐρωτικοῦ συγγραφέως! Sed Democritus Diagoram, δοῦλον ὄντα, ὠνήσατο μυρίων δραχμῶν, apud *Hesych. Illustrium. Diagora.* Noster autem pro sua modestia argenti talento aestimat heroida suae epopoeiae.

Saepe autem solent scriptores voci τάλαντον adjicere ἀργυρίου. ut ap. *Aeschinem Socrat Dial.* II. p. 30. *Demosth.* III. *Olynth.* 35. *E. in Leptin.* 546. C. *in Aristocr.* 757. E. Aelianus V. H. I. 22. Τάλαντον ἐπισήμου ἀργυρίου. *Aeschin.* παραπρ. 270. C. τάλαντα νομίσματος. *Theophr. Char.* XXI. ἀποδοὺς μνᾶν ἀργυρίου. *Theocr.* Idyll. XV. 36.

Πλέον ἀργυρίω καθαρῶ μνᾶν Ἢ δύο.

quae ibi scholiastae & meliorum codd. lectio. Lucian. Dial. Meretr. XIV. 320. δραχμὴν ἀργυρᾶν.

Scio haec variorum populorum & temporum esse exempla: sed lucem sibi in vicem aliquam conciliant.

P. 20. Vs. 15. Προκομίσας] *Xenoph. Ephes.* L. III. 45. 23. Ex Codice. προκομίσας εἴκοσι μνᾶς ἀργυρίου περιδέῤῥειά τε αὐτῆς. & sic acriter emendarat Tib. Hemsterhusius in Miscellan. Nostris L. V. T. III. p. 58. ubi aliquoties *Longum* & alios eadem corruptela liberat. ap. quem L. III. 77. προέμεμπον reponendum ex Codd. duobus, uti monet ad ipsum *Raph. Colymbanus* p. 91. adeatur. C. A. Dukerus ad L. VII. Thucydidis C. 3. ap. *Porphyr. de Abstin. Anim.* III. 304. πρόθεσιν παρασκευὴν lege. *propositum. praeparationem.* nunc πρόσθεσιν. *appositionem.* Apud *Lucian.* T. II. *Asino* p. 580. ἐκ κιβωτίου πυξίδα ἀναιρεῖται καὶ φροφέρει μίαν. uti tuto credo reponi posse. uti T. II. *Abdicato* p. 181. e contrario προσδεδωκότες, licet ex conjectura. quod genus aliquot receptas deteriore jure lectiones in contextum duorum posteriorum tomorum Samosatensis quis merito adfirmarit. Apud *Nemesium de N. H.* C. 34. p. 253. male in Cod. προκεῖσθαι pro προσκεῖσθαι. Ap. *Polyb.* IX. 788. recte Cod. meus ὀνείδους καὶ προσφορᾶς. nam licet saepius πρός pro πρό perperam irrepserit, tamen peccata opposita non infrequentia. ap. Xenoph. K. Π. VI. 159. A. (436. Ed. Hudch.) προεστάναι ἀκουσόμενος τῶν λόγων. at ibi Cod. Bodlej. & Editiones quaedam, quod malim, προσίστασθαι. & recte redditur, *adstare.* apud Artemidorum L. I. C. 17. p. 20. Προσεπισωρεύσει αὐτῷ τὸ δαιμόνιον καὶ ἄλλα τινὰ κακὰ, πρὸς τὸ μὴ ἀπολυθῆναι. vulgo προεπισωρεύσει. licet recte vertatur. Ap. Demosth. in Leptinen p. 546. A. recte προσκατασκευάσας in Wolfiana.

Nec mirum has praepositiones confundi, cum iisdem literis, at diverso modo

modo tantam positis scribantur a librariis veteribus in compositis. sic πρβάλλειν est προσβάλλειν, nam πρ est πρός. verum altera solito more exaratur προβάλλειν, πρό. uti observavit *B. Montefalc. Palaeogr.* p. 343. in *Xenophonte* τὸ προσίσασθαι confirmarit *Platonis* locus in *Lyside* p. 207. B. ubi habes καὶ οὕτω προσεστὼς ἠκροᾶτο. sed ubi paullo ante de eadem persona & actione προίστη ἢ μὴ ᾤετο κατόψεσθαι τὸν Λύσιν. προσίστη videtur reponendum. in *Demosth.* in *Aristog. Pr.* 840. E. μητέρας τῶν κινουμένων προσεστηκυίας. ubi παρεστώσας in ora *Edit. Benenati.* sed alterum significantius. haeret *Casaub.* ad *Strabon.* L. xv. 1050. A. utrum praeferat προβάλλειν ἰχθύων, an προσβάλλειν. certe ubi casus accusativus accedit, uti in *Philostrato Imag. Comi.* p. 750. ἢ ἡ προσβάλλει σε κρόταλα. recte προσβάλλειν. at in προβάλλειν μύρου necessario ὀσμὴν intelligas, & tum, sed minus elegante locutione, dativus personae subjungi posset.

P. 20. Vs. 16. Ἀκκισάμενος] *Mos. Solanus* ad *Lucian. de Merc. Cond.* T. 1. p. 669. de iis usurpari dicit, *qui cum indignatione ea renuere videntur, quae cupiant maxime.* sed nimium hoc. cum *simulatione & quadam dedignatione* suffecerit. *Scholiast.* exponens προσποιησάμενος, ὑποκρινάμενος non explicat omnem verbi vim. meliora *St. Bergler.* ad *Alciphr.* I. xxxvII. p. 165. ad quem locum non inutilia *G. Arnald.* notavit in *Miscell. Vol.* v. p. 57. *Philippides* ap. *Athenaeum* L. IX. VIII. 384.

——— τὰ μὲν οὖν γύναια τ' ἄλλ' ἠκκίζετο.
Ἡ δ' ἀνδροφόνος Γνάθαινα γελάσασα.

ubi *Casaubonus* secundum versum emendat Ἡδ' ἀνδροφόνος αὐτη Γνάθαινα γελάσασα. quasi penultima in γελάσασα posset corripi. potius reponendum Ἡ δ' ἀνδροφόνος Γνάθαινα γελάσασα σφοδρῶς vel γελάσασ' ἡδέως. *Aelian. Epist.* IX. ἀκκίζειν & θρύπτειν jungit. pro ἀκκίζεσθαι & θρύπτεσθαι. Haeseris utrum ap. *Heliod.* L. VI. p. 277. μὴ δέ τι μοὶ καὶ (omittit *Cod.* καὶ) πρόσκρουσμα ἐρωτικὸν ἡ βραδύτης ἐνέγκῃ. δεινὴ δὲ ἐκείνη καὶ ἀπροφασίστους αἰτίας, ἐγκλήματά τε καὶ ἀκκισμοὺς ἀναπλάσαι κατ' ἐμοῦ. dico, dubitaveris, utrum lectionem receptam serves, an ex *Taurin.* malueris αἰκισμούς? certe ἀκκισμοὶ nunquam significarint *insimulationes.* quare lectio, quam *Codex* praefert, non rejicula. amicae in amatorem αἰκισμὸς non male adscribitur. nisi ἀκκισμοὶ *fastidiosae recusationes* verti possent. uti *Philemon* apud *Athenaeum* XIII. III. 569. F. Οὐδὲ εἷς Ἀκκισμὸς, οὐδὲ λῆρος. *Theod. Prodr. in Amaranto* p. 438. dicit ἀκιζομένην καὶ ἀναινομένην τὸ φίλημα. & sic ἀναπλάσαι aptius.

P. 20. Vs. 17. Κατέχοντος ἐπὶ δεῖπνον] Abiit in idiomata. *ten eeten houden.* vid. Animadversa L. I. I. 3. 4. ad vocem νυμφαγωγοῦσαι.

P. 20. Vs. 17 Ὀψὲ τῆς ὥρας. *Plutarch. Alex.* 22 ὀψὲ τῆς ὥρας οὔσης. ita ὀψὲ τοῦ καιροῦ *Synesius Dione.* 37. D. elegans est *Cl. Valkenarii* emendatio ad *Ammon* I. xx. in *Alciphr. Epist.* I. XXI. σιτεῖται μὲν τῆς ἡμέρας ἅπαξ, καὶ τοῦτο ὀψὲ τῆς ὥρας ἡλίου λοιπὸν ἀμφὶ δύσιν ἔχοντος *Codex* meus nihil mutat. at

 in

in alia temporis nota apud *eundem* L. III. LXXII. 450. mire variat. ἠπιάλῳ συσχεθεὶς, εἰς τὴν ἕω ἀπέψυξεν. exhibet enim εἰς τὴν τρίτην. sed quae locutio mihi videtur e glossa nata, non editae lectionis, sed sono vicinae, & forte verae. εἰς ἕνην. hujus *Glossa* est εἰς τρίτην. vide L. II. III. 26. 2.

P. 20. Vs. 18. Ἀφ' ἑσπέρας] *De vespera. statim cum vespera. Homer. Iliad.* Θ. 52. Οἱ δ' ἄρα δεῖπνον ἕλοντο . . ἀπὸ δ' αὐτοῦ θωρήσσοντο.

P. 20. Vs. 19. Συμβαλούμενοι] τὸ συμβόλαιον ἀπαρτισόμενοι. verti. *contractum perficiemus*. sed jam malim simpliciter vertere, *conveniemus. coibimus.* quia L. II. I. 23. 5. scribit ἐν ἀγρῷ συμβαλόντες ἀλλήλοις ἔργῳ μὲν τὴν πρᾶσιν ἀπηρτίκαμεν. ubi haec duo distinguit: & tertium quoque quid memorat τὸ γενέσθαι τὴν καταγραφὴν νομίμως. quod intellexeram. sed συμβάλλειν tam late non patet. συμβολεῖν nostro sensu ap. *Hesych.* & *Theod. Prod.* IX. 401.

P. 20. Vs. 19. Ἐπὶ τούτοις ἀπηλλάγησαν] *Ea conditione. sic.* vel *dehinc.*

P. 20. Vs. 23. Μόνη δὲ Καλλιρρόη σωφρονοῦσα, ἤδε . . ἀπωδύρετο] similis pleonasmus ap. *Crisp. Sallust. Catil.* XXXVII. *Urbana plebes, ea vero praeceps ierat multis de caussis.* ita saepe οὗτος. vid. ad *Lucian. Dialog.* III. *Mar. Deor. T. I. p.* 297. & *Godl. Cortio* ad *Sallust.* & *Drakenb.* ad *Livii* L. XXV. XXVII. convocatos.

P. 20. Vs. 24. Ἐρημότερος μᾶλλον] Auget μᾶλλον, licet alioqui saepe abundet cum comparativo. *Aristoph. Eccles.* 1123. *Themistius* XII. 177. A.

P. 20. Vs. 24. Μήτηρ γὰρ ἐκεῖ προσῆλθε καὶ πατὴρ] Transpone vocabula Πατὴρ & μήτηρ ad fidem *Codicis. Apographum Florent.* has turbas dedit.

P. 20. Vs. 25. Ἐπέσπεισε δακρύων] ut πίνειν ὕδατος. Accusativus ap. *Theocr.* XXIII. 37. Ἐπισπείσας δὲ τὸ δάκρυ. ubi *Cod.* male ἐπισπείρας. ap. *Plut. Alcibiad.* 44. legimus πολὺ δὲ καὶ δάκρυον τῷ χαίροντι τῆς πόλεως ἀνεκέκρατο. ubi *Bryanus* subtilius illud in δακρύον mutandum censet, uti sic respondeat participium participio. at non ita scrupulosi auctores. *Lucian. Ep. Saturn.* T. III. 412. πλέον τοῦ εὐφραίνοντος ἐνεῖναι τὸ ἀνιηρόν. non τὸ ἀνιῶν. & puto tum Τὸ δακρύον τῷ χαίροντι opponendum fuisse.

P. 20. Vs. 25. Ηὐξάμην ἂν καὶ τεθνεῶσα] L. III. VIII. 57. 12. V. X. 96. 16.

P. 20. Vs. 26. Γινώσκεις, Τύχη] *Ipsa nosti. contradicere nequis. Theocr. Idyll.* XXIX. 4. Οὐχ ὅλας φιλέειν μ' ἐθέλησθ' ἀπὸ καρδίας. Γινώσκω. *Plato Theaeteto.* 144. C. Γινώσκω. Ita voce *Scire* utimur, quando aliquid vel aliquem ad testimonium citamus, vel quando confitemur ultro. *Statius* L. V. *Thebaidos* 456. *Scit cura Deum.*
uti unus e *codicibus* meis agnoscit & *J. F. Gronovius* emendat ad *Papinii* L. II. *Theb.* 108. *P. Burmannus* ad *Gratii Cyneg.* 202. *scit fama.* Quare nihil mutes. in *apographo* male οὐκέτι πληρωθῆς, unde feceramus, οὐκέτι ἐπληρώθης. sed in *Cod.* simpliciter οὐκ ἐπληρώθης. animadvertimus alias π saepe abire in τι. Si quis vim non perceperit τῆς γινώσκεις, facile eo delabatur, ut emendandum censeat: Διώκεις, Τύχη

βασ-

βάσκανε, διὰ γῆς ϰ̀ θαλάσσης, τῶν ἐμῶν κακῶν οὐ πληρωθεῖσα. id est ἀναγκάζομαι φεύγειν γῆν πρὸ γῆς. sive γῆν πρὸ γῆς ἐλαύνομαι. quam formulam nuperus Aeschyli notator ad Prometheum vs. 683. ausus fuit in barbaram locutionem contorquere γῆν ποτὶ γῆν ἐλαύνομαι. licet *Lucianus Alexandro* T. II. 252. dicat, ἔδει γῆν πρὸ γῆς ἐλαύνεσθαι, ὡς ἀσεβῆ. & V. V. Doctissimi ad ipsum Tragicum illustrarint.

P. 21. Vs. 2. Πλήξας] ad L. I. v. 9. 5.

P. 21. Vs. 4. ἐπέστησας] Habet fere vim, quam adscribit voci *addere* Servius ad Virg. Aen. VI. 6.

—— *Nec Teucris* addita *Juno*
Usquam aberit.

exponitur, *inimica*.

P. 21. Vs. 6. μεγάλην τιμὴν] L. I. XIV. 20. 15.

P. 21. Vs 6. ἐν ἐρημίᾳ.] L. II. I. 24. I.

P. 21. Vs. 7. εὐγενῆ δόξῃ] Ne ab aliquo in libertatem adsereretur. vid. *Tit. ff. de liberali caussa*. Lucian. *Vit. Auct*. I. 547. Πωλεῖς τὸν ἐλεύθερον. εἶτα οὐ δέδιας, μὴ σοὶ δικάσηται ἀνδραποδισμοῦ, ἢ ϰ̀ προκαλέσηταί σε ἐς Ἄρειον πάγον. Quae omnia non patebant Callirrhoae in deserto, non in foro venditae, ubi mancipia venum sub praeconis voce dabantur. vid. *Propert* L. IV. El. 5. 52. atque ibi J. Scaligeri notas.

P. 21. Vs. 8. Ὡς σκεῦος] Ut res vilis & sensu orba. servi pro nullis, pro mortuis habebantur.

P. 21. Vs. 12. Πάθει]. Non satis bene capio vel sensum vel venerem hujus dicti. an *vehementiam amoris* notat hic, ut alias?

P. 21. Vs 21. Τάφῳ κενῷ.] In quo nullum corpus. Intelligit quod sibi ac suis pater Hermocrates comparaverat mausoleum, unde educta & abrepta fuerat. Τάφος κενὸς hic multum differt a κενοταφίῳ. sic ap. *Herodot*. IX. 84. χώματα κενὰ & τάφοι πλήρεις opponuntur. ita enim credo Th. Galleum optime emendare. nam vulgo κοινά. κενὰ Ionice κεινά. revera ap. *Ulpianum* ad Demosth. de Corona 508. B. occurrunt κοινοτάφια. sed haec diversa. Ut edidi, codex videtur habuisse. sed in apographo erat, ἀτάφῳ κενῷ. unde incidit suspicio, an scripserit Charito ἀτάφῳ τάφῳ, quod quam eleganter in nostro argumento dici possit, quivis videt. Locutionem a poeta aliquo mutuatus fuerit. flosculorum talium abunde obvium.

P. 21. Vs 12. παρακάθησαι] *Aristoph. Thesm*. 896.

Τί δὲ σὺ θοάζεις τάσδε τυμβήρεις ἕδρας φάρει καλυπτός.

T 2 ubi

ubi vitiato metro in omnibus editionibus, quantum ſcio, legitur θάωσεις. At in Euripide aliisque tragicis taxandis totus eſt hic Comicus. potuit ſumſiſſe ex Sophocl. Oed. Colon. vs. 2.

> Τίνας ποθ' ἕδρας τάσδε μοὶ θοάζετε
> Ἱκτηρίοις κλαδοῖσιν ἐξεστεμμένοι.

nam in Euripidis Helena obvium non habui. potes etiam reponere. Τὶ δαὶ σὺ θάωσεις.

J A-

JACOBI PHILIPPI D'ORVILLE
ANIMADVERSIONES
IN
CHARITONIS APHRODISIENSIS
LIBRUM SECUNDUM.

LIBRI SECUNDI CAPUT PRIMUM.

P. 22. Vs. 1. Φωκᾶ] Vide quae dicta fuerunt ad L. I. XII. 17. 18. de propriis ita terminatis nominibus. An ejusdem originis ac Φωκίων? Nomen frequens medio aevo. sed jam *Phocas Augusti libertus.* apud *Murat.* CMXCII. 2.

DIS MANIB
ARTEMIAE
CAESARIS
AMOMIANO
FEC. AUG. LIB
PHOCAS. F. SUO
PIENTISSIMO

qui titulus procul dubio non uno loco male habitus. malim certe ARTEMAE. obvium cognomen *Artemas. Artema. Artemias* tamen legeris ap. Fabrettum p. 297. 259. sed item corrupte. Muratorius *In Indice* etiam dat. *Artemias Amomianus Caesaris.* illud *Aug. lib.* suo loco motum. ita conceperim totum

dis manibus
artemae
antoniano
phocas. aug. lib
f. suo. pientissimo. fecit

hic Artemas fuit *Caesaris* libertus vel servus, & dicitur *Antonianus*, a priori domino *Antonio*. vid. Celeb. Ant. Fr. Gorium ad *Columbarium Livianum*. LXXXVI. p. 137. *Amomianus* si velis servare propius, fuerit *Ammonii* servus *Ammonianus*. quin & *Amoenianus* ap. Gruterum p. XXI. II.

Porro Cl. Ant. Cocchius testatur libri hujus & reliquorum scripturam esse vividiorem, ideoque in hisce minus aberratum fuisse in describendo. tamen mox sive antiqui sive recentioris scribae hallucinatio animadvertitur in κεκείμημαι, pro κεκοίμημαι. immo & statim in apographo erat ἀναγγελίσαθαι pro εὐαγγελίσαθαι.

P. 22. Vs. 6. Ποθέσης αὐτὸν τῆς πατρίδος.] L. II. III. 25. 27. καὶ ποθεῖ τὰ ἐκεῖ τὴν σὴν ἐπιδημίαν. *Demosth.* περὶ συντάξεως p. 124. C. πολλὰ τῶν πραγμάτων ποθεῖ τὴν ὑμετέραν παρουσίαν. Horat. IV. Od. 5.

> *Sic desideriis icta fidelibus*
> *Quaerit patria Caesarem.*

P. 22. Vs. 9. Εἶδον αὐτὴν ἐναργῶς] Videre in somniis uxorem praemortuam, infelix. *Artemid.* L. II. C. 62. ἐγὼ δὲ ἐτήρησα τινὰ τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα προτελευτήσασαν θεασάμενον ἐν ὕπνοις. κ. τ. λ. . . . συνέβη τοὺς πλείονας νοσῆσαι. Igitur neglexerit artis canonas, quod non decebat, quia, vanissima licet, frequentabatur & cognoscebatur vulgo. sed vide L. V. v. 87. 7. quaedam huc facientia.

P. 22. Vs. 11. Νυμφαγωγεῖν] hic de ipso sponso. qui & nymphagogus alioquin diversissimi. vid. *Theod. Prodrom Amaranto* p. 451. vid. I. I. 3. 4.

P. 22. Vs. 12. Ευτυχὴς εἶ] Apogr. male εὐτυχός. est enim vulgatissimum proprium nomen. Εὔτυχος. vid. *Lucam in Actis* C. XX. 9. & *Artemid.* III. 38. passim in monumentis lapidariis. In Epigrammate, quod Cl. Muratorius p. DCL. e schedis Ligorii & aliis schedis vitiosis publicavit, postquam dudum *J. Gruterus* p. CCCXXIII. & postea *Fleedwodus* p. 131. male Ευτυχὴς ceu nomen proprium obtinet. Adscribemus, uti, partim ex sententia maximorum virorum Salmasii & Grotii, legi debet.

> Κῆρυξ καὶ τάφος εἰμὶ βροτοῦ πάρος ἀρχεχόροιο
> Ευτύχου, αἰάζων κῆρα μινυνθάδιον. — vulgo Ευτυχῆ
> Ὡς θνητοῖς ψυχὴν πείσασ᾽ ἐπὶ σώμασιν ἐλθεῖν, — vulgo ὃς; vulgo πείσας
> Τήνδ᾽ αὐτοῦ μελέεσσ᾽ οὐκ ἀνέπεισε μένειν. — sic lego. alii μέλεσιν vel μέλεσιν. Grot. ἐν ἴσοισι.

Ex

Ex *Grotii* Versione.

Eutychis hic ego sum tumulus praecoque choragi:
Non levis est de te, Parca, querela mihi:
Auctor namque animae cum sis in corpus ut intret,
Crudelis, cur non auctor es ut maneat?

Eutyches retinuit Vir doctus. & alias id probum. vide *Gruter.* DLXXVI. 8. at *Eutychus* vulgarius & hic necessarium. *Martial.* VI. 68. Ἀρχέχορος est χοροστάτης. ὁ προηγούμενος τοῦ χοροῦ καὶ τῆς ᾠδῆς. is potuit esse diversus a *Chorago*, qui sumtus faciebat ludorum. quamvis antiquitus haec fuerit notio vocis χορηγός. vide *Casaub.* ad *Athen.* XIV. VIII.

P. 23. Vs. 1. Καὶ ὄναρ καὶ ὕπαρ] Recte interpres. *somnians & vigil. Polyb.* V. 5. 806. οὐ μόνον κατὰ τὸν ὕπνον, ἔτι δὲ μᾶλλον ὕπαρ καὶ μεθ' ἡμέραν. vid. L. I. XIII. 18. I. & III. I. 41. 8. VI. II. 101. 4. Hic praemittitur ὄναρ ob *somnium* modo narratum, alias ὕπαρ. *Et videris & es revera*, οὐ κενῶς μακάριος, aut modo ὀνειροπολῶν & ὀνειρώττων, ut philosophi vel amantes. vid. *Luciani Hermot.* I. 814. *Plato Phaedro* p. 277. D. ἀγνοεῖν ὕπαρ τε καὶ ὄναρ. est *plane ignorare. omni modo. omni tempore.* vid. Cl. *Valkenar.* ad *Ammon.* III. XV.

P. 23. Vs. 4. Κἀγὼ συνταξάμενος ἀπῆλθον εἰς ἀγρὸν] Interpres. *condicto ego die & tempore.* nempe *venditionis peragendae.* sane *Glossae.* συντάσσει. *condicit.* συντάττομαι μετὰ παραγγελίας. *condico. Xenoph.* VI. K. Π. A. p. 397. ὁ δὲ Κυρατάδης συντάσσεται αὐτοῖς εἰς τὴν ὑστεραίαν παρέσεσθαι ἐπὶ τὸ στράτευμα. sed ibi non modo *Cod. Etonensis*, sed etiam *Regius* συντίθεται habet. quod non ausus fuerim ut *Glossam* proscribere. Συντάξαι est *constituere.* etiam ap. *Nostrum* III. VI. 53. 25. & συντάξασθαι *jubere.* de qua notione *J. G. Graevius* ad laudandum *Luciani* locum. plane aliud hic significat συνταξάμενοι. nempe simpliciter *valedicentes. valedicto.*

Ita saepe loquuntur hujus aetatis scriptores. *Himerii* p. 55. occurrit μελέτη συντακτική. *Ducangius* in *Glossario* multa exempla dabit & hanc nostram locutionem, animadvertens jam *Hesychio* innotuisse, qui συντάξασθαι reddidit ἀσπάσασθαι. videatur quoque *H. Valesius* ad *Eusebii Vit. Const.* I. XVIII. & in primis L. III. XX. Apud auctorem *Soloecistae*, T. III. 566. ita capiendum hoc vocabulum. Λέγοντος δέ τινος, συνετάξατό μοι, καὶ λόχους, ἔφη, Ξενοφῶν συνετάξατο. ubi redditur. *conjunxit, injunxit mihi.* Immo. *Valedixit mihi.*

Pro eo non semel ἀποτάξασθαι in N. F. *Marci Euangel.* VI. 46. *Lucae* IX. 61. sed quod *Phrynichus* πάνυ ἔκφυλον & nuperus ejus notator urbanissimus *rusticum* pronuntiavit. Vid. ibi *Hoeschelium.* In *Coisliniana Bibl.* p. 476. & 505. χαίρειν φράσαντες. ἀποταξάμενοι. καταγνόντες.

Nec

Ne dubitemus ita in hoc loco hoc vocabulum esse accipiendum, evicerint duo loca *Nostri Auctoris.* L. VIII. IV. 134. 5. εὐχομένων. συνταττομένων. ubi recte Interpres. *valedicentium.* & VIII. IV. 135. 22.

P. 23. Vs. 5. Συνβαλόντες] L. I. XIV. 20. 19.

P. 23. Vs. 5. Ἔργῳ τὴν πρᾶσιν ἀπηρτίκαμεν. ἐγώ τε γὰρ ἐκείνῳ τάλαντον δέδωκα. δεῖ δὲ ἐνταῦθα γενέσθαι νομίμως τὴν καταγραφὴν] Immo non solutum modo pretium, sed etiam merx tradita fuerat, ut merita emtio & venditio *perfectae*, ἀπηρτημέναι possint videri.

Tamen solebat *Scriptura* accedere per *Tabellionem. Justinianus in Institutionibus.* L. III. T. XXIV. *In iis autem quae scriptura conficiuntur, non aliter perfectam esse venditionem & emtionem constituimus, nisi & instrumenta* (καταγραφαὶ) *emtionis fuerint conscripta, vel manu propria contrahentium, vel ab alio quidem scripta, a contrahentibus autem subscripta. & si per tabellionem fiunt, nisi & completiones acceperint & fuerint partibus absoluta.* Ut pateat *Nostrum* in Jure non hospitem fuisse, & ideo inde etiam probabilitatem eventuum petivisse, ista hic locum habere volui. *Aeneas Epist.* III. p. 423. Ἔδοξε. καὶ περὶ τῆς ὠνῆς γράμματα γίγνεται. ἤδη δὲ καὶ τὸ χρυσίον φέρων ὁ Κορνήλιος ἕτοιμος ἦν καταθεῖναι τὴν τοῦ χωρίου τιμήν.

Juridicum vocabulum ἀπαρτίζειν. ut L. VI. I. 99. 12. τὴν δίκην ἀπαρτίζειν. *Glossae.* Ἀπαρτίζει. *peragit. transfigit.* forte, *transfigit. Transfigit.* ἀπαρτίζει. διακόπτει. At rectius mox legitur. *Transfigere.* διακόψαι. vid. διακόπτω & διακόπτει. Διακόπτειν & *transfigere* non pugnant. at ἀπαρτίζειν & *transfigere* non concinunt.

P. 23. Vs. 6. Ἐγώ τε γὰρ] καὶ γὰρ ἐγώ. ne quis de ἔγωγε cogitet.

P. 23. Vs. 9. Βασιλικὸς] βασιλέων ἀντάξιος. Ponebant veteres Philosophi regibus & principibus aliquam virtutum vim ultra privatum hominem a diis inditam inesse. experimenta seculorum placitum in ambiguo reliquerunt.

P. 23. Vs. 10. Κοίτην τῆς θεραπαινίδος] Non dubito, quin aliquis περίεργος illud τῆς hic delendum sit arbitraturus. ast in talibus & aliis vel levissimis multa nobis minus perspecta.

P. 23. Vs. 11. Ἀδύνατον καλὸν εἶναι σῶμα μὴ πεφυκὸς ἐλεύθερον.] L. I. XIV. 21. 8. Μή τις ἰδὼν εὐγενῆ δόξῃ. *Achill. Tat.* V. 319. κέκραγεν γάρ σου καὶ ἐν κακοῖσιν ἡ μορφὴ τὴν εὐγένειαν. vid. *Theod. Prodr.* III. 126 & 128.

P. 23. Vs. 12. Θεῶν παῖδές εἰσιν οἱ καλοὶ] Ut omne *praecellens divinum*: sic forma & pulcritudo inter praecipuas divinitatis notas habitae fuerunt.

Quod autem omnes vocentur θεῶν παῖδες, *Aristaen.* I. XVIII. restringit ad solos λευκοὺς. *Candidos.* Μέλανας δὲ ἀνδρικοὺς ὀνομάζεις. λευκοὺς δὲ θεῶν παῖδας προσείρηκας. in eo imitatus *Platonem L. V. de R. P.* p 474. D. qui saepissime commemorat θεῶν παῖδας. passim alii & *Dio Chrysost.* XXI. 273. XXIX. 297. C. & heroas intelligit *Plato*, & ut ex L.

IX.

II. de LL. 853. C. patet, & priscos legislatores, οἱ αὐτοί τ' ἐκ θεῶν ἦσαν. puta Minoa & alios. & ex *Plut. Cleom.* 356. Ἥρωα τὸν Κλεομβρόην καὶ θεῶν παῖδα προσαγορεύοντες. *Max. Tyr.* XVII. 5. Ὅτι θεὸς εἷς, πάντων βασιλεὺς, καὶ θεοὶ πολλοί, θεοῦ παῖδες, συνάρχοντες θεῷ. *Plin. Paneg.* C. LXXXII. *Video enim jam antiquitus maritos dearum, ac deorum liberos, nec dignitate nuptiarum magis, quam his artibus inclaruisse.*

P. 23. Vs. 13. Τοῖς ἀγροίκοις] Forte hic malint ταῖς ἀγροίκοις. uti mox II. 24. 8. αἱ ἄγροικοι γυναῖκες. *Alciphr.* III. XVIII. γραῦς ἄγροικος. *Plato Phaedro* 229. D. ἄγροικος σοφία. Atqui οἱ ἄγροικοι non minus feminas includant, quam οἱ καλοί modo τὰς καλάς. uti apud *Aristaen.* I. 10. μάλιστα δὲ τοὺς ἀμελοῦντας τῶν ὅρκων πικρότερον τιμωρεῖται. vid. *J. Aug. Ernestum* ad *Xen.* II. *Memor.* p. 92. in duali & plurali passim. vid. *Sch. Sophocl. Oedip. Col.* 1747. *J. Barnes.* ad *Eurip. Alcest.* 385.

Verum *Rich. Dawesius* in *Observ.* p. 317. edicit. *ubicumque de femina reperitur masculini generis adjectivum, ibi etiam pluralem numerum adhiberi.* Sane loca, quae *Barnesius* hic illic adducit in contrarium, vacillant. de participiis singularibus vera videtur *Dawesii* sententia. Quod tamen ap. *Aristoph. Eccles.* 512. ubi chorus mulierum loquitur, συμμίξασ' pro συμμίξας reponat, an necessarium sit, dubito, quamquam ita ad ipsum hunc Comici locum dudum jam rescribere jusserat *Tanaq Faber.* Nam de choro feminarum adhiberi masculinum participium patet ex duobus *Euripidis* locis, *Barnesio* laudatis, uno ex *Androm.* vs. 420. ubi chorus dicit feminarum: Ὤικτειρ' ἀκούσας. verum ubi facili manu ἀκούσασ' rescribatur, si opus foret. altero ex *Hippolyto* vs 1105. 1107. ubi κεύθων & λεύσσων non mutari possunt, vel ob auctoritatem scholiastae, qui, ut hoc incommodum evitet, poëtam interposuisse adseverat suam personam. quod non placet. potius, quoniam poetae choros, licet multitudine constantes, loquentes & compellatos inducunt sub una persona, ut testatur *Schol. Pind. Olymp.* XIV. 28 & patet ex plurimis *Tragicorum* locis, vid. *Aeschyl. Agamn.* 1414. femininum chorum, ut plurimis mulieribus constantem, etiam masculine compellatum rite esse autumarim, ceu plures feminae sine vitio masculine compellari possunt. gaudeat chorus jure vocabulorum collectivorum.

Occurrunt apud alios scriptores participia masculina singularia de feminis: sed quantum novi perperam. Ut ap. *Aristaen.* mulier ait. II. 5. Ταῖς ἐμαῖς γὰρ θεραπαινίσιν οὐ μάλα θαρρῶν. sed ubi *Douza & Tiara*, ut credo, malunt θαρρῶ. alii θαρροῦσα. ita recte in *Diodori* L. IV. 51. V.V.D.D. ἀφελοῦντα mutarunt in ἀφελοῦσαν. Quin & plurale participium tale non ubique ferunt. & ap. *Thucyd.* L. V. 79. in Cl. *Dukeri* sententiam ὄντων damnantis pro οὐσῶν lubens ierim. Verum contra apud *Diodor.* L. XVIII. 50. 70.

 Συ-

Συνακολυθεῖ δὲ πλῆθος, παρθένων καὶ γυναικῶν, παιᾶνας ᾀδόντων . . καὶ . . . καλοῦντων. nam, illo πλῆθος ᾀδόντων per se stante, definitur per voces interjectas παρθένων καὶ γυναικῶν, qui fuerint οἱ ᾄδοντες. religioni meae sit venia. vid. L. III. X. 61. 2. VI. VII. 109. 16. VIII. I. 128. 16.

P. 23. Vs. 14. Ἄδραστος] Notum in fabulis & historiis nomen. fuit quidam *Adrastus Aphrodisiensis*, *Peripateticus*. Tabellioni, servilis conditionis homini, non inconveniens nomenclatura ἄδραστος. *non fugitivus*. vel ἀπρακτος. *Lentus*. vid. *Hesych*. in voce. & mox II. II. 24. 10.

P. 23. Vs. 15. Ἔχαιρεν ἀπισύμβολος] *Longus* II. 65. ἥδετο ὁ Δάφνις ἀπισύμβολος.

P. 23. Vs. 17. Τραπέζας] *Trapezitarum* mensas. ad has respicit *Manetho*. L. III. 192. εὐκλεανοῖσι τραπέζαις. non ad *convivales*. & loco intricatissimo L. VI. 361.

Ους δὲ καὶ ἀλλοτρίων κλεάνων ἰθύντορας ἔρξαν,
Καὶ δ' ἄρα κ' ἦν τροπικοῖς μῦ, ἑῆς πάτρης διέποντας.
Χρήματι δὲ ξοινὸν πλῦτον στερεοῖσιν ἕποντες
Ἑζομένους, ὅθι τ' αἰὲν ἀμείβεται ἀργύρου αἴγλη.
Alios etiam alienarum opum dispensatores fecerunt;
Quin etiam si in Tropicis, suam patriam administrantes.
Pecuniis autem communes divitias spissis sequentes.
Sedentes, ubi semper mutatur argenti fulgor.

primo observa διέπειν contra omnem usum componi cum *genitivo* & ἕπειν cum *accusativo*. deinde ἕποντες in *nominativo* exhiberi, cum vel cum τῷ διέποντας vel cum τῷ ἑζομένους casu deberet congruere. tum χρήματι στερεοῖσιν barbare conjungi. quod si jam emendes χρήμασι. quae χρήματα στερεὰ sint, cupio edoceri, & quale vocabulum ξοινόν. tandem absurdum & δυσνόητον totius sententiae potuisse admitti, mirare. tu emenda.

Ους δὲ καὶ ἀλλοτρίων κλεάνων ἰθύντορας ἔρξαν.
Καὶ δ' ἄρα κ' ἦν Τροπικοῖς μῦ, ἑῆς πάτρης διέποντας
Χρήματ' ἰδὲ ξυνὸν πλῦτον. Στερεοῖσι δ' ἐπόντες
Ἑζομένους, ὅθιτ' αἰὲν ἀμείβεται ἀργύρου αἴγλη.
Alios vero etiam alienarum opum directores facere solent.
Quin etiam, si sint in Tropicis quidem signis, faciunt administrantes
Patriae opes & communem gazam. in Solidis vero signis versantes
Faciunt sedentes viros, ubi semper permutatur argentum.

fraudi fuit mala literarum distinctio & inconsiderantia, quae sint ζῶα στερεὰ quae hic & ζῶα τροπικὰ memorantur, effectusque docetur *Mercurii* & *Lunae*, quando sunt vel in *Tropicis* vel in *Solidis signis*. notum signa Zodiaci distingui in ἀρσενικὰ & θηλυκα. χερσαῖα & ὑγρά, κάθυγρα. ἔνυγρα. πάρυγρα. καμπτόμενα. ὀλιθηρά. ἀνθρωποειδῆ. διμόρφωτα. δίσωμα. & ὀυ δίσωμα. & in plu-

plura genera: sic quaedam dicta στερεά. *solida.* ita enim vocanda, praeeunte *Firmico* L. III. v. qui χερσαῖα. *terrena.* & στερεὰ *solida* distinguit. licet ea *J. A. Fabricius* ad *Sext. Empiricum* p. 338. perperam *fixa* malit dici, quam *solida.* *Philosophus* docet p. 340. quae sint στερεά. nempe *Taurus*, *Scorpius*, *Leo* & *Aquarius*. *Scaliger*. quoque ad L. II. *Manilii* 186. p. 115. & p. 159. praeivit *Fabricio* in errore, quo στερεὰ *fixa* dicenda putant; & opposita credunt τροπικὰ: ideo, quia haec τρέπονται. *vertuntur*, *moventur*. illa autem, quia στερεοῦνται. *figuntur*. *fixa sunt*. at sic octo reliqua signa possent dici στερεὰ oppositione τῶν τροπικῶν. quod secus se habet. meliorem rationem adpellationis dat ibidem p. 339. *Sextus*. Τροπικὰ μὲν, ἐν οἷς γινόμενος ὁ ἥλιος μεταλλάσσει καὶ ποιεῖ τοῦ περιέχοντος τροπάς. *vocantur*, *in quibus sol mutat cursum* & *aëris facit mutationes*. sed haec habeant se quocumque modo. jam vides non στερεὰ χρήματα, *spissas pecunias*, sed *solida signa* intellexisse poetam, & totum locum perspicuitate summa perfusum. En *Firmici* locum ex L. VI. XXXII. XI. haec confirmantem. *utrum signum solidum sit*, *an duplex*, *an tropicum*. ut autem ἐν τροπικοῖς. sic ἐν στερεοῖς: nempe, ζῴοις. εἰδώλοις elliptice. L. VI. 419. ἐν χερσαίοισι. VI. 415. ἐν τετραπόδεσσι. ab *Hephaestione Thebano* eadem *signa* aliquando χερσαῖα & στερεὰ & στερεώδη perhibentur. vide p. 6 & 13. 15. 9. quod autem ἕποντες mutarim in ἐπόντες, legitima mutatio. quamvis, an re vera & in *Codice* nescio, saltem in editione *Manethonis* passim ἕπειν & ἐπεῖναι, quin ἐφέπειν confundantur, quae tamen longissime distant sensu apud *Astrologos*. vide modo L. VI. 115. ubi male ἑπείη. *sequatur*, quasi ab ἕπω. cum sit ab ἐπεῖναι. 185. male ἐπίῃ. pro ἐπείη. 372. & 367. idem vitium. 410. recte ἐπείη. sed *incedat*. quasi ἐπίῃ. redde. *adsit*. *praesens sit*. *sit in*. quin VI. 155. ἐφέπωσιν. *sequantur*. immo *abeant*. *sunt circa*. sed longum foret singula in his peccata persequi. quod hic vero *trapezitae* dicantur *administrare patriae opes & communem gazam* dilucidius docet aliis locis. ut L. IV. 580.

> Ἀνέρες ἔσσονται βαθυχρήμονες, ἔντε τραπέζαις
> Πιστόφρονες πόλεως ταμιεύτορες, ἔντε τοκισμοῖς,
> Καὶ χρείαις ζήσουσι βίον πολὺν ὀλβονομοῦντες.

quaestores Athenis aliquando in privum lucrum publicas pecunias mutuas dederant Trapezitis, mox forum vertentibus [ἀνατρέπουσι τὰς τραπέζας]. quare quaestores, ne populo damnum pateret, incenderunt τὸν ἐπισθόδομον τῆς ἀκροπόλεως. ut narrat *Ulpian.* ad *Demosth* in *Timocr.* 791. B. Ἐξομβοὺς vero vocat, ut *Joann.* in *Euang.* II. 14. τοὺς κερματιστὰς καθημένους. ipse L. III. 100. —— Τοὺς δ' αὖτε τραπέζης ἀργυραμοιβοὺς εἶσε. & L. II. 256. Καὶ δίφρῳ ἐξομβοὺς, ὅθι ἄργυρος ἐστὶν ἀμοιβή de mutatione τοῦ ξοινὸν in ξυνόν. verba non faciam. mox idem vitium tolle, nec cum doctissimo *Gronovio* dele δ' post εἰδώλοις, at ante ὅτε. sed ad alia.

P. 23. Vs. 19. Κωπῆρεις] *Remiges* si sequeremur *Is. Vossium*, in *Alciphr.* L. I. *Ep.* II. κωπῆρεσι Ῥοδίοις ita accipientem. sed accesserim *Berglero*, κωπήρης λέμβȣ praeferenti. & sic *Cod.* noster. κωπήροις tamen male. Ut passim πλοῖον. σκάφ☉· κωπῆρες occurrit. *Thucyd.* IV. 118. *Eurip. Helen.* 1397. & etiam hic κωπῆρες restituendum. Noster VIII. VI 13. 9. 2. modo in *Apogr.* ἐξέταζε.

P. 23. Vs. 23. Ἀπολώλεκά σȣ τάλαντον] cur mutaretur in σοί?

Dioecetae & Oeconomi pecunias dominicales tractabant: uti etiam publici pecunias publicas, & collegiorum. inde ap. *Gruter.* CXXV. junguntur. Χαλκολόγοι. φροντισαὶ. διοικηταὶ. δεδανεισμένοι. Libro *Tobiae* C. I. 20. ita διοικητὴς & ἐκλογιστὴς conjunguntur. vid. *H. Valesii Emendationes*, & ad eas *Celeb. P. Burmannum Juniorem* L. II. C. XXII. *J. Pricaeum* ad *Appul.* L. II. 48. 118. vid. L. I. XII. 17. 17.

P. 23. Vs. 23. Συμβαῖνον] an τὸ συμβαῖνον . . . τȣ̃το praetuleris?

P. 23. 24. Εἶπε ὁ] Ante adspiratam literam N ἐφελκυστικὸν negligi posse videtur. ap. *Heliod.* II. 114. εἶπε ὁ. quamvis *Taur.* adjicit solitum fulcrum. VIII. 342. ἔλεγε ὅν IX. 440. ἐπιχωρήσȣσι. οἱ. *Achill. Tat.* VI. 389. φιλȣ̃σι οἱ. Noster VIII. VI. p. 124. 26. ἐστὶ ȣ̃τ☉. & vero simile saepius extitisse hujus rei vestigia, sed abolita esse a librariis. *Alciphr.* I. XXXVIII. 171. οἷον ἔζλεπε. ἔσαι. sic *Cod.* vid. *Vannum Criticam* p. 393. Levissima sunt, sed faciunt ad linguae nitorem. cur, ex gr. in nupera etiam editione *Isocr.* in *Paneg.* p. 125. [*Wolf.* 53. A.] legitur ἐπὶ τοῖς παισὶ ἐκείνȣ. & notula subjicitur. „ τοῖς ἐκείνȣ. ap. *Ald. & in Cod. Coll. N.*" Quin ita habet & princeps *Edit. Mediolanensis.* scilicet illud παισὶ a *glossa.* cur ap *Lycurgum* in *Leocr.* p. 9. etiam in *Stephaniana* ὡμολόγηκε ἀληθῆ. cum tamen *Vitebergensis* habeat recte adjectum N.

P. 23. Vs. 25. Ἀποδέδρακεν] Quia nesciebat ὅπȣ ἦν, dicendum fuisset ἀπέφευγεν, si credere vis *Ammonio* in ἀποδρᾶναι.

P. 23. Vs. 26. Ἀνδραποδιστὴν] Recte animadvertit *Cl. Marklandus* ad *Lysiae Orat.* XI. 551. non solum ἀνδραποδιστὴν dici, qui liberum hominem in servitutem abducit, verum etiam qui alienum servum servamve rapit & vendit. vid. *Vales.* ad *Harpocrat.* in Ἀνδραποδιστής.

P. 23. Vs. 26. Ἀλλοτρίαν] *Agathias in Anthol.* L. II. C. LVI. 15. p. 171.

Ἡμετέρη θεράπαινα φύγεν ποτέ. τὴν δέ τις εὑρὼν,
Ἀλλοτρίην τ' εἶναι λάτρειν ἐπιστάμεν☉.

Callirrhoe poterat esse fugitiva & suscepta & occultata. quod si sciens talem emeret, vel plagii vel furti tenebatur. *L. 4. ff. ad L. Fab. de plag. L. 6. C. de furt.* si inscius, actionem habebat in venditorem. sed qui hic ignorabilis & aufugerat. inde supra ἀπολώλεκά σȣ τάλαντον. mox *Apogr.* Ζητεῖ. vel simile quid.

P. 24. Vs. 5. Εὐτυχȣ́σης πραγματείας γεγενημένης] Certe εὐτυχὴς ἡμέρα saepius

pius dicitur quam εὐτυχῦσα. sed istud habes ap. *Diod* xx. 71 hoc ap. *Alciphr. Ep.* III. XLVI. ita χεὶρ δυςυχῦσα. ap. *Lucian. Tyrann.* T. II. 157. in *Bruti Epist.* III. 117. λυσιτελῦς ἕνεκα. at *Cod.* meus λυσιτελοῦντος. & illud γεγενημένης abundat. at saepe talia participia. similia a nostro auctore aliena non duco. quem offenderet, si scriptum foret, ὅτι οὐκ εὐτυχῦσα ἡ πραγμάτεια αὐτῷ ἐγένετο. passim ἦσαν ὄντες. *Demosth.* in *Theocrin.* p. 801. 13. *Achill. Tat.* v. 299.

P. 24. Vs. 6. Ἐπετήρει καιρὸν] idem quod ζητεῖν καιρὸν, L. I. I. 2. I. ἐζήτει τοιόνδε τινὰ καιρὸν. ubi ἐπετήρει non minus foret efficax.

P. 24. Vs. 6. Λοιπὸν] *jam. dehinc.* ne Attico more jungas τῷ ἐλπίδα.

LIBRI SECUNDI CAPUT SECUNDUM.

P. 24. Vs. 8. Ἀι ἄγροικοι] *Lucian.* xx. *Dial. Deor.* 264. Notae de hujus vocis accentu grammaticorum lites.

P. 24. Vs. 9. Οἰκονόμῳ] Hic *Villicus.* vid. *Glossas Pricaeo* laudatas ad *Appulej. Met.* L. VIII. p. 451. ἀνὴρ οἰκονόμος ap. *Maneth.* L. IV. 610. *Firmic.* L. v. XI. 6. *villarum moderatio.* III. XI. III. *actor villarum. Murator.* p. LXXXIX. 3. sed haec potius in διοικητὴν quadrant.

P. 24. Vs. 9. Πλαγγὼν] Apud *Demosthen.* πρὸς Βοιωτὸν περὶ ὀνόμ. p. 1002. D. habes Πλαγγὼν, Πλαγγόνος. & *Anaxillan* ap. *Atheneum* L. XIII. I. 558. B. cum ap. Nostrum semper exaretur Πλάγγων, Πλάγγωνος.

Πλαγγὼν est *puppa infantium ex cera. Etymol. Magn.* πλαγγὼν οὐκ ἀπὸ τῦ πλάσω. ἐῤῥέθη γὰρ ἂν πλάδων, ὡς σπάσω σπάδων [vid. *Sch. Theocr.* II. 110.] ἀλλὰ παρὰ τὸ πλάζω. πλαγὼν, καὶ πλεονασμῷ τῦ γ πλαγγών. τῦτο γὰρ εἰς πλάνην γίνεται καὶ εἰς ἀπάτην τῶν κορωνῶν. ubi non invitus accesserim *Sylburgio* emendanti κορῶν. *puellarum.* licet *Codex* meus contra stet. in Articulo sequenti V. D. emendat quoque πλαγγηδών. sed tota illa periodus videtur a manu recentiore. nam a membrana nostra exsulat. vocem plurimis illustravit *Ez. Spanhem.* ad *Callim.* in *Cer.* vs. 92. ubi *Schol.* κηρὸς Νύμφη. *Casaub.* ad *Athen.* IX. XVIII. & Cl. *Trillero In Observ.* p. 385. laudati videantur. *Pupa.* apud Romanos quoque femininum nomen esse, nisi aliunde constaret, frustra adstrueres ex *Muratorii* titulo 2. MCCXXXIX. & repetito 14. MCCLXXIII. si conferas *Gruterum* DCCXXVIII. 8. & DCCCXXVIII. & DCCCXCVI. 7. ubi aliter plane exstat.

Alciphroni L. III. Ep. XXII. est πλαγγὼν caniculae nomen. concinna igitur Rusticae hujus nomenclatura. legitur hoc nomen apud *eundem* in *Epist. Ined.* ἡνίκα δ' ἀναςᾶσα κατωρχήσατο, καὶ τὴν ὀσφὺν ἀνεκίνησεν ἡ Πλαγγὼν, ὀλίγου ὁ Πὰν ἐδέησεν ἀπὸ τῆς πέτρης ἐπὶ τὴν πηγὴν αὐτῆς ἐξάλλεσθαι. In antepenultima ibi

voce *Codex* minus verax quam *Apographum*. in eo enim litera Phytagorica restituta est. occurrit quoque in *Asclepiadae vel Posidippi* epigrammate, ubi est meretricis nomen, quod quia ineditum & non intellectum adponam.

Πορφυρέην μάστιγα καὶ ἡνία σιγαλόεντα
Πλαγγὼν εὐίππων θῆκεν ἐπὶ προθύρων.
Νικήσασα κέλητι Φιλαινίδα τὴν πολύχαρμον,
Ἑσπερίων πώλων ἄρτι φρυασσομένων.
Κύπρι φίλη, σὺ δὲ τῇδε πόρης νημερτέα νίκης
Δόξαν, ἀείμνηστον τήνδ' ἐπιθεῖσα χάριν

Cod. Pal. a prima manu Πλαγγών. in *Antigraphis* quibusdam Πλαγγώ. nec non in epigraphe εἰς Πλαγγὼ ἑταῖραν.

Ex quarto versu *Guietus* colligit fuisse hanc *Plangonem Siculam* quia mentio fit πώλων ἑσπερίων. scilicet *Occiduae equae*. quia *Sicilia* in *Occidente* respectu *Graeciae*. at magis tum *Hispania* vel *Italia* foret. quibus *Hesperiae* cognomen proprium magis. Deinde emendat ἀντιφρυασσομένων. *quod Plangonis equae hinnierint contra equas Philaenidis*. cuja fuerit nescio *Plango*, nec nunc inquiro: sed scio *Guietum* a sensu *Epigrammatis* plane aberrasse. primum ab ista correctione eum debuerat deterrere aperta imitatio versiculi *Callimachiani* in *Dianam* vs. 2 Τὰν ἵππων ἄρτι φρυασσομένων. Longe aliud significant haec verba in hoc epigrammate. *Plango* hic dicitur *flagellum & habenas dedicasse Veneri*, *solitario equo postquam vicisset Philaenida bellicosam*. ne credas has duas meretrices alio in circo decucurrisse, quam Veneri sacro. & κέλης intelligatur huic curriculo adsuetus equus. mox probabilem rem reddemus. jam quid illi *Equi Hesperii*, *sive Occidui* notent, dicam. nempe significant tempus aetatis, quo decertavit in Cupidinis stadio *Plangon*. jam erat provectior *aetate*: *pene vetula*. & Ἑσπέριος hanc notionem habet non semel. In *Epigrammate inedito*

Ὄψομαι ἑσπερίην σε. τί δ' ἑσπερός ἐστι γυναικῶν;
Γῆρας ἀμετρήτῳ πληθόμενον ῥυτίσι.

quod si tamen non ad aetatis vesperam, sed ad serum diem referri malis, quo haec certamina plerumque celebrari solent, non multum pugnabo.

Jam ne credas temere in his allegoricum sensum me esse secutum, perpende & hoc epigramma ejusdem *Asclepiadae*.

Λυσιδίκη σοί, Κύπρι, τὸν ἱππαστῆρα μύωπα
Χρύσεον, εὐκνήμου κέντρον ἔθηκε ποδός.
Ὧι πολὺν ὕπτιον ἵππον ἐγύμνασεν, οὐδέ ποτ' αὐτῆς
Μηρὸς ἐφοινίχθη κοῦφα τιναασομένης.
Ἦν γὰρ ἀκέντητος, τελεοδρόμος. οὕνεκεν ὅπλον
Σοὶ κατὰ μεσοπύλης χρύσεον ἐκρέμασεν.

Sai-

Suidas primum distichon habet in μέρ. quod *Kusterum* latuit. Plura in his explicanda & forte emendanda forent.

P. 24. Vs. 10. ζῶον] L. VI. 1. 99. 7. Ἥλιος ἐξέτλε σοι τῦτο τὸ ζῶον [Καλλιῤῥόην] κάλλιςον ὧν αὐτὸς ἐφορᾷ. passim in laudem homo perhibetur βέλτιςον. ἡμερώτατον. εὐχαρίςατον. θειότατον ζῶον. quin ipse Deus Epicureis modo ἀνθρωποειδὴς, modo ἄφθαρτον ἢ μακάριον ζῶον perhibetur. & *Manethoni* IV. 341. hinc ζωοτόκη μακάρων. sed tamen etiam vituperantis est. *Plato* XI. de L. L. 936. C. ὅπως ἡ χώρα τοιῦτε ζώε [τῦ πτωχῦ] καθαρὰ γίγνηται τοπαράπαν.

P. 24. Vs. 11. Ἄπρακτον] Ἀργόν. Opponitur δραςηρίῳ. *Thucyd.* IV. 81. *Brasidas* dicitur ἀνὴρ δραςήριος ἐς τὰ πάντα. contra *Polybio* IV. 1. Επήρατος ἄπρακτος ὢν τῇ φύσει. *Plut. de Arato* p. 315. Ἔκδηλος ἀνὴρ φιλόσοφος ἢ πρακτικός. apud *Achill. Tat.* II. 103. πρακτικὸς, vertitur, quatenus dicimus aliquem *peritum alicujus rei esse*: *praxin habere.* immo *consilio manuque promtus.* πρακτικὸς aliquando & alio sensu non hujus loci pro *pollente*, *valente*, *impetrante* ponitur. ap. *Polyb.* I. 80. *Xenophontem* & alios. *Hesych.* ἄλρατος. ἄπρακτος. Apud *Sophoclem Antig.* 1047. etiam in *Vatic. Cod.* ἄπρακτος pro ἄπρακτος obtinet. ἄπρηκτος idem Ionice. *Maneth.* IV. 517. Νωχελέες τε πέλυσι, ἢ ἄπρηκτοι, ἢ ἄτολμοι. III. 378. Θηλύτεροι πράσσειν, βιότῳ δ' ἐνὶ πάμπαν ἀπρήκτοι. ἄπρακτος praeterea, *qui effici nequit.* ut ap. *Alciphr. Ep.* I. 11. ὅπως ἄπρακτα ἢ ἀνήνυςα διαμοχθῶμεν. ita *Cod.* vulgo ἀνήνυτα & μοχθῦμεν.

P. 24. Vs. 11. Τοὺς ἑαυτῆς] pro σεαυτῆς. hunc usum pronominis multi tetigerunt. Et optimus quivis, saltem hodie in Mstis etiam libris, sic abusus fuit his vocabulis. ex. gr. *Xen.* I. *Memor.* 726. D. οὐδὲ γὰρ τὴν ἑαυτῦ σύγε ψυχὴν ὁρᾷς. *Plat.* Ἐρασαῖς. p. 136. D. plura *Nath. Forster. in Ind. Platonico.* ap. *Heliod.* I. 49. τὸ μὲν γὰρ ἀδελφὸν ἑαυτῆς ἀναπλάττειν. Ita *Taurin.* vulgo σαυτῆς. II. 79. cum *Vat.* contra. ἢ γέγονας ἡμῖν αὐτάγγελος τῶν σεαυτῆς συμφορῶν. ubi vulgo ἑαυτῆς. & pro ἐμαυτῆς. L. X. 514. quae cum ita se habeant nihil mutare consultius. *Bryanus* proinde frustra *Plutarch. in Apophthegm.* p. 347. sollicitat. vid. ipsum ad *Vit. Flam.* p. 422. *A. Junius* ita in *Eunap.* 117. frustra ἐμαυτόν.

P. 24. Vs. 11. Καλῶς] *jure. merito.* ut saepe in locutione καλῶς ποιῶν. quae trita locutio & nihil praeter *jure*, *merito* notat. ita & εὖ ποιῶν. vid. *Plat. de R. P. V.* 474. B. *Heliod.* VI. 279. 288. VII. 363. saepe non intellecta, ut in Epistola X. *Æneae* p. 424. τύτων ἐθέλεις εἶναι ἢ πρῶτος, καλῶς γε ποιῶν. *benemerendo.* Immo. *horum etiam primus esse vis, & merito.* *Heliod. VI.* 279. καλῶς κατὰ τῦτο ποιῦσα. *Lucian.* de *Dipsad.* III. 297. *Epist. Saturn.* 409. 411. *Plato Lyside.* 204. alio sensu.

P. 24. Vs. 14. Ἄςιν] *Clemens Alex. Paedag.* I. II. 2. λούειν τὸ σῶμα διὰ τὴν ἄςιν, τὴν αὐτῷ ἐπιφυομένην. ubi ἄςην alii. ibidem paullo post pro ἀπεκλύειν malim

malim ἀπεκλύειν utrumque ἄσις & ἄση dicitur & explicatur *maris, fluviorum limus & sordes*. vid. *Hesych Schol. Nicandri Ther.* 174.

Porro in *Apogr.* videtur esse γῆν ἄσιν & saepe haec corruptela obtinet. contra L. v. 1. 79. 17. pro εἰδίδως τὴν reposuimus γῆν. Apud *Achill. Tat.* L 1. 97. *Salmas.* Γῆν Ἰνδικὴν pro τὴν restituit. & ita legendum non dubito ap. *Herodot.* 1. xxx. φιλοσοφέων γῆν πολλὴν θεωρίης εἵνεκεν ἐπελήλυθας. in primis postquam, teste *Berglero*, auctoritas *Regii Cod.* huc accedit. ita γῆν πολλὴν βαδίζειν ap. *Max. Tyr.* xiii. 7. nam licet obvia locutio sit ἡ πολλὴ [γῆ], tamen in *Herodoti* loco plena locutio praeferenda, credo, videbitur. ap. *Plat. Phaedro* p. 257. A. legendum videtur ἐννέα χιλιάδας ἐτῶν περὶ γῆν κυλινδουμένην αὐτὴν [τὴν ψυχὴν] καὶ ὑπὸ γῆς ἄνουν παρέξει. ubi τὴν x. licet interpretes γῆν legisse videantur. ap. *Artemidor.* iii. 26. ex omissione particulae & alias peccatum. Πολλάκις δὲ καὶ ὁ πατρῷος καὶ ἡ μητρυιὰ, ξενιτείας καὶ ἀποδημίας γίνονται σύμβολα. ἐοίκασι γὰρ πατὴρ τε καὶ μήτηρ τῇ οἰκείᾳ. πατρῷος δὲ καὶ μητρυιὰ τῇ ξένῃ. τῇ omissum. & male vertitur *domui & externitati*. pro *patriae* & *peregrinae terrae*. *Straboni* L. viii. 515. A. γῆν *MSS*ti. vindicant.

P. 24. Vs. 15. Εἰσελθοῦσαι] Forte quis malit εἰσελθοῦσαν. ipsam *Callirrhoen*. non *Ancillae* εἰσελθοῦσαι. *Ingressam vero unxerunt & deterserunt diligenter & magis exutam stupuerunt. quemadmodum ipsius indutae vultum admiratae, divinum vultum videre putaverant* sententia debebat decurrere. *Ingressae ancillae vero unxerunt & deterserunt diligenter, & magis exutam stupuerunt, quam quando, ejus adhuc vestitae vultum admirantes, divinum vultum vidisse putaverunt.* Ut pro ὥστε reponendum videatur ἢ ὅταν vel ὅτε. nempe respicit narrata L. 1. C. xiv. 26. 1. cum Callirrhoe primum in villae conclavi adparuit. quando πάντες οἱ ἔνδον ἐπιστάσης αἰφνίδιον κατεπλάγησαν, οἱ μὲν δοκοῦντες θεὰν [θεῖον πρόσωπον] ἑωρακέναι. *omnes domestici illa subito adparente obstupuerunt: quidam etiam deam* [divinum vultum] *vidisse reputantes.* Facilior comparatio inter pulcritudinem vestitae & nudae est illa *Aristaeneti* L. 1. 1. ἐνδεδυμένη μὲν εὐπροσωποτάτη ἐστίν. ἐκδῦσα δὲ ὅλη πρόσωπον φαίνεται. illud ἐστιν interposui, quia *Sambuciana* ibi habet δὲ. quod hic incongruum. credo natum esse ex sigla non intellecta ἐστὶ quae ἐστιν notat. *Alciphr. Ep. ined.* Λαΐς... ἐνδυομένη γὰρ, εὐπροσωποτάτη ἐστίν. ἐκδῦσα δὲ ὅλη πρόσωπον φαίνεται. οὔτε κατάξηρος, οὔτε κατάσαρκος, ἀλλ' οἵας λέγομεν ἡμεῖς τὰς ἰσχνὰς ἐγχύλους. vides gemella *Statius* L. vi. *Thebaid.* 570.

Effulsere artus, membrorumque omnis aperta est
Laetitia, insignesque humeri, nec pectora nudis
Deteriora genis, latuitque in corpore vultus.

ad

ad quem locum *C. Barthius* recte advocavit *Aristaenetum*. ubi duo Codd. mei, & Taurinensis a me commissus, quibus & aliena collatio accedit, *insignes humeri* sine copula, bene: Unus meus *in pectore*, pro *in corpore*, male, exhibent.

P. 24. Vs. 18. Ὁ χρὼς γὰρ λευκὸς ἔστιλψεν εὐθὺς, μαρμαρυγῇ τινι ὅμοιον ἀπολάμπων] *cutis enim candida nituit statim, splendoris radiantis instar relucens*. posses suspicari μαρμαρυγῇ τι ὅμοιον. *aliquid lucido radio simile repercutiens*. & sane ὅμοιον substantivum aliquod requirit. Interpres pro εὐθὺς legit ἐρευθὸς μαρμαρυγῇ τινι ὅμοιον. probabilitatem posset conciliare non ita magna mutatio τῦ εὐθὺς in ἐρευθὸς. quia etiam vis τῦ εὐθὺς non ita hic se omnibus in oculos ingerit.

Verum obstat, quod hic sermo fiat de *cute corporis*, non de *cute faciei*. In *Corpore candor*, at in *facie* laudatur mixtura *candoris & ruboris* suis locis. quasi ex formula passim poëtae & alii scriptores. *Aristaen*. I. I. λευκαὶ μὲν ἐπιμὶξ ἢ ὑπέρυθροι παρειαί. II. 21. αὐτόσκευον ἔρευθος ἐπιτρέχει ταῖς παρειαῖς. *Long*. I. 19. ὁ δὲ εἴκασε μήλῳ τὸ πρόσωπον αὐτῆς, ὅτι λευκὸν ἢ ὑπερευθές. *Lucian. Dial. Mort*. I. p. 331. ἐρύθημα ἐπὶ τῦ προσώπυ. X. 365. τὸ ἐπὶ τῶν παρειῶν τὸ ἐρύθημα. sic *Anacreon*. C. XXVIII. 23. nasum amicae lacti, genas rosis similes jubet fieri.

Γράφε ῥῖνα ἢ παρειὰς
Ῥόδα τῷ γάλακτι μίξας.

ut nasus referat lac inter rosas genarum. pictor enim stupidus non adeo, ut nasum rubrum in amica sua desiderare Teium putet vatem. *Theod. Prodr*. IV. 173. de Baccho

Καὶ τὴν πρόσοψιν τῦ θεῦ μαθεῖν θέλεις,
Ὁποῖος ἀπέξεσο ∴ τῷ λιθοξόῳ; ∴ vulgo ἀπέξεστο
Παῖς ἦν νεαρὸς, ἀγαθὸς τὴν ἰδέαν,
Ἔρευθος ἀνθῶν ἐκ μέσων σιαγόνων.

jam ubi de totius corporis membris agitur, *candida*, *eburnea*, *nivea brachia*, *pectora*, *terga*, *femina*, *pedes* a formarum arbitris celebrantur. posses *roseam* cervicem. ῥοδοδάκτυλον ἠῶ, ῥοδόχρουν obmovere. sed vix puto huc quidquam factura.

Forte scrupulosior quis contendat λευκότητα in *carne* ad vitium vergere: nisi subrubeat a sanguine & succo plena sit. at λευκὸς passim *candidus*. non tantum *albus*.

Deinde cur illi *Rubori* modo adscriberetur μαρμαρυγή, cum sane *candori*

X

ri propria magis μαρμαρυγή! si utrique colori adscriberetur μαρμαρυγὴ procederet. *Agathias* de corpore toto L. II. Anth. LVII. 29. 177.

Ἡ δὲ καλὴ ποτὶ ληνὸν ὑπερκύπτουσα Ροδάνθη,
Μαρμαρυγῇ κάλλους νᾶμα κατηγλάϊσεν.

L. VII. Anth. 50. p. 458.

Μάρμαρα σῆς χροιῆς ἀπολείπεται.

Noster. IV. I. 64. 7. Οὐδεὶς μὲν οὖν οὐδὲ τῶν ἄλλων τὴν μαρμαρυγὴν ἤνεγκε τοῦ κάλλους, ἀλλ' οἱ μὲν ἀπεστράφησαν, ὡς ἀκτῖνος ἡλιακῆς ἐμπεσούσης. V. III. 83. 20. ἐξέλαμψε δὲ τὸ τῆς Καλλιῤῥόης πρόσωπον, καὶ μαρμαρυγὴ κατέσχε τὰς ἁπάντων ὄψεις. ubi toti *faciei* tribuitur. ut ap. *Musaeum*. 56.

Μαρμαρυγὴν χαρίεντος ἀπαστράπτουσα προσώπου.
Ἄκρα δὲ χιονέων φοινίσσετο κύκλα παρειῶν.

Alciph. III. LXVIII. ἧς [παρθένου] αἱ παρειαὶ μαρμαίρουσι. ubi, credo, frustra Berglerus offenditur.

In his omnibus μαρμαρυγὴν *rubori* peculiariter non tributam vides: sed toti εὐχροίᾳ corporis.

Dure quoque *candor* diceretur ἀπολάμπειν. *e se vibrare, emittere. projicere ruborem*. & durius ruborem μαρμαρυγῇ similem. ubi igitur ipsius *candoris* μαρμαρυγὴ exstincta dilitesceret, cui tamen non minus proprie μαρμαρυγὴ adscriberetur! Servetur igitur edita lectio. illud εὐθὺς explicetur, *statim atque vestes deposuerat & balneatione aliquantum usa fuerat: ne dum ut bene lauta & detersa fuerat*. sic ap. *Achill. Tat*. II. 97. Εὐθὺς fere. ἐπεὶ καὶ ποταμὸς Ἴβηρικὸς, εἰ μὲν ἴδοις αὐτὸν, εὐθὺς οὐδὲν ἄλλου κρείττων ἐστὶ ποταμοῦ. ἢν δὲ. . . Ipse noster L. II. VIII. 35. 3. εὐθὺς μὲν οὖν ἐσίγησε. *in praesenti. statim*. & passim. ἀπολάμπειν ὁμοίως [nam ὅμοιον sic accipere potes] μαρμαρυγῇ τινὶ recte dicitur. si tamen vis τῷ ἀπολάμπειν casum adjungere, ita accipere potes ὅμοιον. vel lege: τί ὅμοιον. & hoc recte. ut ὑπολάμπειν. *Callistrat. in Imagin*. III. p. 894. πλόκαμοι νεοτήσιον ὑπολάμποντες ἄνθος . . ἰδόντι μὲν γὰρ ἔρευθος ἀπέστιλβεν, ἐξ ἄκρων βοστρύχων αἰρόμενον. ubi ne mireris *capillos* ruborem *evibrare*. nam loquitur de *statua aerea*. *Orpheus* Arg. 225. barbae juvenili nondum ἔρευθος inesse dicit.

Καλὸς Ὕλας· τὸν δ' οὔπω ὑπὲρ δροσέροιο γενείου
Ἀργεννῆς ἐρύθηνε παρηΐδος ἄβρὸς ἴουλος.

ita *barba aurea*. Ovid. XII. Met. 395. quamvis de *Centauro*.

Barba erat incipiens: barbae color aureus.

aëne-

aënobarbus hinc. sensim barba fit profundioris coloris. locus ille Orphei aliter & certe corrupte vulgo legitur.

P. 24. Vs. 19. Τρυφερὰ δὲ σὰρξ, ὥστε δεδοικέναι, μὴ καὶ ἡ τῶν δακτύλων ἐπαφὴ μέγα τραῦμα ποιήσῃ.] a nimio abstinere nequeunt hujus aetatis auctores. quamvis etiam antiquius hoc vitium, & Noster fere sit satis continens. nonne sufficisset τραῦμα sine adjecto augmento? quin non satius adhibuisset vocabulum *laesionem* quidem carnis, sed non *vulnus* significans? sed mittamus haec. Videmus saltem *carnem mollem*, & *digitis cedentem* in laude.

Quin non contenti sic tenerarum puellarum membra emolliisse, ipsa etiam ossa instar cerae, casei, lactis, aquae se flectentia laudant. *Antipater* in Anthol. I. XXVI. I. 39.

Ὑδατίνους φορέουσα βραχίονας· ᾗ μόνη ὀστοῦν
Οὐ λάχεν· ἦν γὰρ ὅλη τοῦν ταλάροισι γάλα.

Aristaen. I. I. οὕτω μὲν τοι σύμμετρα καὶ τρυφερὰ τῆς Λαΐδος τὰ μέλη· ὡς ὑγροφυῶς αὐτῆς λυγίσασθαι τὰ ὀστᾶ τῷ περιτυπωμένῳ δοκεῖν. τοιγαροῦν ταῦτα μικροῦγε ὁμοίως δι' ἁπαλότητα συναπομαλάττεται τῇ σαρκὶ καὶ ταῖς ἐρωτικαῖς ἀγκάλαις ὑπείκει. *Achilles Tat.* II. 149. eo nomine taxat feminas. καὶ μαλθάσσει τὰς ἐν Ἀφροδίτῃ περιπλοκὰς ὑγρότητι σαρκῶν, καὶ οὐκ ἀντιτυπεῖ προσάλληλα τὰ σώματα. *Appul.* X. *Met.* 226. *tam lucida, tamque tenera & lacte & melle confecta membra duris ungulis amplecti.* vid. *Pricaeus* p. 161 & 627 & 646. Madaurensis loco apte usus est *Alex. Cunninghamus* in Animadv. in Bentleji Horatium C. XIV. p. 253. contendentis *cerea brachia* non recte dici pro *mollibus vel flexibilibus.*

In isto autem Aristaeneti loco dubitant interpretes, quid sit τὸ περιτυπώμενον, *quo ossa ipsa instar aquae flecti & duci possunt.* intelligo, omne id, quo ossa, ceu materies typo, circumdantur. *carne*, *veste*, *amplexibus.* brachia non videntur regi & firmari ossibus: ita tota brachia flecti possunt. cum amator complectitur membra, non nisi carnes; non ossa sentit. vestis ita stringit omnes artus, ut non solum singuli exprimantur, ceu typo quaevis materia, sed ipsa ossa cedere videantur fasciis: nec exstent vel adpareant. quod accidebat Germanis, qui *veste ita stricta* utebantur, *ut singulos artus exprimeret.* apud *Tacit. de Morib. Germ.* C. 17. in quibus certo scapularum & coxarum ossa non latebant. contra *Clementi Alexand. Paed.* II. X. p. 234. vestis tenuis dicitur corpori προσυποῦσθαι & προσαναπλάττεσθαι. hic *membra* & *ipsa ossa* accipiunt *formam*, *typum* omnium rerum & corporum, quibus circumdantur & stringuntur.

P. 24. Vs. 20. Διελάλουν] *Suidas* in διεθρόησε *Alciphr.* I. VIII. τὰ πολ-

 λὰ

λὰ ταῖς ἄυραις διαλαλήσας. ut probabili conjectura Berglerus. vid. Miscell. I. 229. *Coluthus* 398.

Ὡς ἡ μὲν πολύδακρυς ἐς ἠέρα φωνήσασα.

vid. ibi Eruditiss. *J. D. a Lennip.*

P. 24. Vs. 21. Ταύτης θεραπαινὶς ἔδοξε] L. II. III. 27. 14. καθάπερ ὑπὸ τοῦ κάλλους δεσποίνῃ κεχειροτονημένῃ. vid. II. I. 23. 12.

In genere qui longe alicui cedebant in aliqua re, servi potiorum, vel ne quidem digni dicebantur, qui servirent tali. huc refer illud in *Euang. Matthaei* C. III. II. οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς τὰ ὑποδήματα βαστάσαι. vide ibi *H. Grotium* & aliis parallelis locis.

P. 24. Vs. 22. Καὶ τοῦ μέλλοντος οὐκ ἀμάντευτος ἦν] Nempe *Callirrhoe.* VI. VI. 107. 3. ἐγὼ προεμαντευόμην. II. V. 30. 8. μαντεύομαι ὅτι καὶ εὐφυής. *Heliod.* IX. 419. εὐμφυὴς ὑπὸ τοῦ μαντευτοῦ τῆς ψυχῆς γενόμενος. *Plato Phaedro* 242. C. dicit enim, ὡς δή τι, ὦ ἑταῖρε, μαντικόν γέ τι καὶ ἡ ψυχή. *Philo Judaeus* de Josepho C. 67. 20. T. II. τῆς ψυχῆς μαντευομένης τί ἀβέβλητον. apud *Max. Tyr.* XI. 6. habes nostram vocem, sed diverso sensu. τοιοῦτον ἡ Τύχη . . . ἀνήκοον καὶ ἀμάντευτον. *Vatibus non auscultans.*

P. 24. Vs. 23. Ἐπεὶ δ' ἐδέδοκτο, καὶ τὴν κόμην συνεδέσμουν (καὶ) καθαρὰς αὐτῇ προσήνεγκαν ἐσθῆτας] illud καὶ excidisse reor, ob sequentis syllabae κα similem sonum. quod saepissime accidit. illud ἐδέδοκτο explica locutione *Aristaenetea* L. I. VII. ὡς δὲ ἱκανῶς εἶχε τῶν θαλαττίων λουτρῶν. δοκεῖν ita non semel occurrit respectu eorum, qui ad libitum, ad satietatem quid faciunt. ita ap. *Theocr.* Idyll. XIV. 20.

Ἄμμες μὲν φωνεῦντες ἐπίνομες, ὡς ἐδέδοκτο.

Lucian. Cronosol. T. III. 400. ἔστ' ἂν αὐτοῖς δοκῇ; *de convivantibus.*

Cl. *Reiskius* conjecerat ἐπεὶ δὲ λέλουτο. non absurde. *Aristoph. Pace.* 868.

Ἡ παῖς λέλουται καὶ τὰ τῆς πυγῆς καλά.

ΔΕΔΟΚΤΟ & ΛΕΛΟΥΤΟ habent literas facile commissibiles. sed tamen proclivior error, ut Δ abeat in Λ, quam ut contra accidat. nam in accurate etiam scriptis codicibus inferior τῆς Δ linea potest aetate exteri & ita ansam describenti praebere ponendi ΛΕΛΟΚΤΟ pro ΔΕΔΟΚΤΟ. ita facilius Δ abit in Λ, quam contra. emendantis enim foret reponere Λ pro Λ & Δ pro Λ. at extritum codicem si quis ductibus tenus sequatur, necessario saepe Λ pro Δ & Λ pro Δ positurus est. ut Ο pro Θ. vid. notata ad L. I.

VI.

VI. 10. 1. p. 71. *Animadversionum.* Porro in Apographo ἃς δέδοικε; quod mallem expressum.

P. 24. Vs. 23. Τὴν κόμην συνεδήσαμεν] Ceu dominam compserunt. forte tamen non multum ornaverunt, contentae siccatum modo capillum collegisse, & incomtam Lacaenae more comam religasse nodo. nam incomta, quin inpexa coma etiam in feminis in laude. unde in *Anthol.* VII. 50. p. 458.

> Μάρμαρα σῆς χροιῆς ἀπολείπεται. οὐδὲ κομίζει
> Χρυσὸς ἀπεκτήτου σῆς τριχὸς ἀγλαΐην.

ubi frustra Cod. Pal. εὐπέκτου pro varia lectione habet. receptam firmat *Suidas* in hac voce. supra L. I. XIV. 19. 25. Theronem vidimus λύσαντα τὴν κόμην Callirrhoae, ut venustior adpareret.

P. 24. Vs. 23. Καθαρὰς προσήνεγκαν ἐσθῆτας] *Lucian. de Merc. Cond.* I. p. 670. Σὺ δ' ἐσθῆτα καθαρὰν προχειρισάμενος, καὶ σεαυτὸν ὡς κοσμιώτατα σχηματίσας, λουσάμενος ἥκεις. *Theodor. Prod.* L. VIII. 369.

> Κἂν τοῦ χιτῶνος τῆς κόρης δεδεγμένος
> Ὃν ἐνδῦναι δέδωκεν εὐθὺς ἡ Στάλη,
> Λευκὸν, καθαρὸν, καὶ Ροδάνθης ἄξιον.

ubi δεδεγμένος ex Gaulmini conjectura pro δεδεμένος, ut vicinius, quam δεδραγμένος ex ejusdem suspicione malim. ita ap. Polybium L. X. 31. p. 845. προσδεδεμένον in Cod. meo pro προσδεδεσμένον. & saepissime Γ vel revera a librariis omissum, vel a legentibus non animadversum, dum aliis cum literis compendiose coaluerit. apud *Manethonem* L. VI. 523. hinc emenda

> Ἐκ πριστοῦ ἐλέφαντος ἢ ἐκ Λύγδοιο φαεινῆς.

dum discas, qui lapis, quae gemma, vel metallum sit Λυδὸς φαεινή. *Lydus splendens.* nam nisi dudum notissimum fuerit *Lygdinum*, sive *Parium marmor*, *Cl. Blasius Caryophilus de Marmoribus p.* 12. & alii cognitissimum reddent. eadem corruptela etiam Codices Latinos obsedit saepe. certe ap. *Martialem* L. VI. Ep. 42. prima Editio exhibet

> *Et credas* vacuam *nitere* Lydon.

licet ibi Codices mei duo habeant *Ligdon.*

Ejusdem literae omissio corrupisse alium *Manethonis* locum videtur. ubi enim nunc legitur, L. IV. 275.

Κριοῦ τ' ἱαρόεντος ἐπ' ὠδίνεσσι βροτείαις
Ἰσχυρῶν ἔργων τεύχει πονοπαίκτορας ἄνδρας.

quod sic redditur.

Et arietis animadvertentis in puerperiis humanis,
Fortium operum facit laborem ludentes homines.

at quae sunt ista ἰσχυρὰ ἔργα, ab hisce ludendo perpetrata! describuntur

Turbae captatores, industrie & grate insanos in theatris, vestigia
Aëre figentes, in pegmatum operibus petauristarios.

his adduntur mox, *mimi, sannae artifices, quorum vita ludificationis artem expressit.* nihil hic video, quod adeo *magnas* requirat *vires* & *robur.* legendum arbitror. Αἰσχρουργῶν ἔργων. quis nescit, pantomimos, scenicos, sanniones turpes & infames habitos. nec offendaris, quia αἰσχρουργὰ ἔργα jungantur. omnes scriptores talia ceu elegantias captant. vid. *Vann. Criticam* C. VII. 172. sed & ipse Manetho his delectatur. L. IV. 338. γάλικες εὐσταθεῖς. L. V. 21. φλογεραὶ φλόγες.

Quod autem Ἰῶτα mutarim in AI, nec id peccat in sanam Crisim: praecipue apud Manethonem. sic loco difficili hac mutatione succurreris L. V. 7. ubi legitur.

Ἦν δ' ἄρα νύκτα μέλαιναν ὑπ' οὐράνιον χορὸν ἄστρων
Μυρίοισι μίτοισι λάλον τὸ μάθημα καθεῦρον.

quod secundum interpretem sonat.

Sed certe noctem nigram sub coelo sidereo astrorum
Infinitis filis loquentem hanc doctrinam adinveni.

sed illa *infinita fila* quomodo faciant ad Astrologiam, quam lucentibus per obscuram noctem stellis, se didicisse perhibet, non capio. deinde qua ratione secunda syllaba in μυρίος, quae ipsi decies & aliis semper est brevis, producatur, item nescio. tu totum locum lege:

Ἂν δ' ἄρα νύκτα μέλαιναν ὑπ' οὐράνιον χορὸν ἄστρων
Μοιραίοισι μίτοισι λάλον τὸ μάθημα καθεῦρον.

Per noctem enim obscuram sub coelesti stellarum choro
Fatalibus filis loquentem hanc scientiam inveni.

fata-

fatalia fila nentes Parcas, unde Astrologia pendet, quis ignorat! L. I. 7. canit

Μοιρῶν ἀῤῥήκτοισι μίτοις θεσμοῖσι τ' ἀνάγκης,
Νύκτας ἄυπν@ ἐὼν καὶ ἐν ἤμασι πολλὰ μογήσας

Libro eodem 201.

Εὐθύ τε μοιράων εἱλίοσεται ἀμφὶ μίτοισιν
Κλώσμασιν ἀῤῥήκτοισι σιδηρείοισι τ' ἀτράκτοις.

locum hunc libri quinti & primi conferas cum Lucretiano L. I. 140.

Sed tua me virtus tamen & sperata voluptas
Suavis amicitiae quemvis perferre laborem
Suadet,. & inducit noctes vigilare serenas.

posses etiam μοιριδίοισι. IV. 49. Syllabae mediae saepe omittuntur, ut alias dicetur.

In libro quarto Manethonis forte adhuc haeseris, qui nescias, quomodo ἰαρόεντ@ significet *animadvertentis. Aries animadvertens in puerperiis humanis* enim tibi non tam notus fuerit, quam

Auratis aperit vernum *qui cornibus annum.*

Quem & hic offendes, simul scripseris

Κριοῦ τ' εἰαρόεντ@. *Arietis verni.*

In eodem Manethone L. IV. 235. habes AI pro EI.

Καὶ καταναιδιστῆρας ἐν ἀλλοτρίῃσι βλάβῃσι.
Et inverecundos in alienis damnis.

quod animi vitium non capio. tu repone κατονειδιστῆρας. *qui alios damnis affectos incessunt. insultant probris.* ὀνειδιστής. notum vocabulum, uti κατονειδίζω. ab ἀναιδής nihil tale inveneris. his merito mox subjungit

ψέκτας, ἀνθρώπων διαβλήτορας.

L. III. 206. literae I pro EI & T pro Γ monstrum peperere.

Εὖτ' ἂν δ' Ἑρμείης μὲν ἐπιτητειδύσιν ἐλθεῖν.

ubi Gronovius edidit ἐπίτηδ' ἐς δύσιν. tu porro legas ἐπείγηθ' εἰς δ. ε. Verum videtur id vidisse vir doctissimus, qui reddidit, *urgueat.* L. V. 79. habes

Κριοῦ τ' ἰαρόεντος ἐπ' ὠδίνεσσι βροτείαις
Ἰσχυρῶν ἔργων τεύχει πονοπαίκτορας ἄνδρας.

quod ſic redditur.

Et arietis animadvertentis in puerperiis humanis,
Fortium operum facit laborem ludentes homines.

at quae ſunt iſta ἰσχυρὰ ἔργα, ab hiſce ludendo perpetrata! deſcribuntur

Turbae captatores, induſtrie & grate inſanos in theatris, veſtigia
Aëre figentes, in pegmatum operibus petauriſtarios.

his adduntur mox, *mimi, ſannae artifices, quorum vita ludificationis artem expreſſit.* nihil hic video, quod adeo *magnas* requirat *vires* & *robur.* legendum arbitror. Αἰσχρουργῶν ἔργων. quis neſcit, pantomimos, ſcenicos, ſanniones turpes & infames habitos. nec offendaris, quia αἰσχρουργὰ ἔργα jungantur. omnes ſcriptores talia ceu elegantias captant. vid. *Vann. Criticam* C. VII. 172. ſed & ipſe Manetho his delectatur. L. IV. 338. σάλικες εὐσταθεῖς. L. V. 21. φλογεραί φλόγες.

Quod autem Ἰῶτα mutarim in AI, nec id peccat in ſanam Criſim: praecipue apud Manethonem. ſic loco difficili hac mutatione ſuccurreris L. V. 7. ubi legitur.

Ἦν δ' ἄρα νύκτα μέλαιναν ὑπ' ὐράνιον χορὸν ἄστρων
Μυρίοισι μίτοισι λάλον τὸ μάθημα καθεῦρον.

quod ſecundum interpretem ſonat.

Sed certe noctem nigram ſub coelo ſidereo aſtrorum
Infinitis filis loquentem hanc doctrinam adinveni.

ſed illa *infinita fila* quomodo faciant ad Aſtrologiam, quam lucentibus per obſcuram noctem ſtellis, ſe didiciſſe perhibet, non capio. deinde qua ratione ſecunda ſyllaba in μυρίος, quae ipſi decies & aliis ſemper eſt brevis, producatur, item neſcio. tu totum locum lege:

Ἀν' δ' ἄρα νύκτα μέλαιναν ὑπ' οὐράνιον χορὸν ἄστρων
Μοιραίοισι μίτοισι λάλον τὸ μάθημα καθεῦρον.

Per noctem enim obſcuram ſub coeleſti ſtellarum choro
Fatalibus filis loquentem hanc ſcientiam inveni.

fata-

fatalia fila nentes Parcas, unde Aſtrologia pendet, quis ignorat! L. I. 7. canit

Μοιρῶν ἀῤῥήκτοισι μίτοις θεσμοῖσι τ' ἀνάγκης,
Νύκτας ἄυπνος ἐὼν ϗ ἐν ἤμασι πολλὰ μογήσας

Libro eodem 201.

Εὐθύ τε μοιράων εἱλίοσεται ἀμφὶ μίτοισιν
Κλώσμασιν ἀῤῥήκτοισι σιδηρείοισι τ' ἀτράκτοις.

locum hunc libri quinti & primi conferas cum Lucretiano L. I. 140.

Sed tua me virtus tamen & ſperata voluptas
Suavis amicitiae quemvis perferre laborem
Suadet, & inducit noctes vigilare ſerenas.

poſſes etiam μοιριδίοισι. IV. 49. Syllabae mediae ſaepe omittuntur, ut alias dicetur.

In libro quarto Manethonis forte adhuc haeſeris, qui neſcias, quomodo ἰαρόεντος ſignificet *animadvertentis*. *Aries animadvertens in puerperiis humanis* enim tibi non tam notus fuerit, quam

Auratis aperit vernum *qui cornibus annum.*

Quem & hic offendes, ſimul ſcripſeris

Κριοῦ τ' εἰαρόεντος. *Arietis verni.*

In eodem Manethone L. IV. 235. habes AI pro EI.

Καὶ καταναιδιστῆρας ἐν ἀλλοτρίῃσι βλάβῃσι.
Et inverecundos in alienis damnis.

quod animi vitium non capio. tu repone κατονειδιστῆρας. *qui alios damnis affectos inceſſunt. inſultant probris.* ὀνειδιστὴς. notum vocabulum, uti κατονειδίζω. ab ἀναιδὴς nihil tale inveneris. his merito mox ſubjungit

ψέκτας, ἀνθρώπων διαβλήτορας.

L. III. 206. literae I pro EI & T pro Γ monſtrum peperere.

Εὖτ' ἂν δ' Ἑρμείης μέσ̓ ἐπιτητειδύσιν ἐλθεῖν.

ubi Gronovius edidit ἐπίτηδ' ἐς δύσιν. tu porro legas ἐπείγηδ' εἰς δ. ε. Verum videtur id vidiſſe vir doctiſſimus, qui reddidit, *urgueat*. L. V. 79. habes

habes vitium idem in eadem voce, ſed facilius ſanatu. ὅτε οἱ παλίνορσο ἐπιχθεὶς. id eſt ἐπειχθεὶς.

P. 24. Vs. 25. Χιτῶνα δυλικὸν] Χιτών. virorum & feminarum. honeſtiores ſuperinduebant ἱμάτιον, veſtem aliam. viliores tunica contenti erant. quae & ipſa pro loco ornatior.

P. 25. Vs. 1. ἠρίστησαν] Lavabant ante prandium. vid. locum *Luciani* ad II. II. 24. 23. laudatum & paſſim.

P. 25. Vs. 2. εὖξαι περὶ σαυτῆς] ὑπὲρ ſaepe dicitur. vide pene ſequentem notam.

P. 25. Vs. 3. Ἐπιφανὴς] L. I. XIV. 20. 2.

P. 25. Vs. 4. Ἐπήκοος] ap. Gruterum 10. XL. legis

ΘΕΑ ΕΠΙΚΟΩ
ΑΡΤΕΜΙΔΙ.
∴ ΑΥΛΙΔΙ. ΣΩΤΕΙΡΙ — Boiſſard. ΑΤΑΙΙ
ΑΥΡ. ΕΛΠΙΝΕΙΚΗ

reſtituendum conjicio.

ΘΕΑΙ ΕΠΗΚΟΩΙ
ΑΡΤΕΜΙΔΙ
ΑΥΣΙΔΙ. ΣΩΤΕΙΡΗΙ
ΑΥΡ. ΕΛΠΙΝΕΙΚΗ

Diana Αυσὶς a *ſolvendo partu. & partus doloribus*. Bacchus Λύσιος alia de cauſſa celebratur *Orpheo Hymnis* p. 146. Nam fruſtra cogitaverimus de Diana, quae in oppido Aulide Iphigenian, cerva ſuppoſita, liberavit.

σώτειρα Diana in Numis aliisque monumentis audit. ἐπήκοος vocatur in lapide apud *Donium* Cl. I. 37. ſed quem in hac voce emendatius prodidit Cl. *Muratorius* XXXV. 3.

ἀρχονίκα, ζαυλαὶ
καὶ ἀέοσα ἀναζώσα
ἀρτέμιδι ἐυακόῳ
ἐυξαμένα ὑπὲρ
∴ ἑαυτᾶν ἐυχάν. — vel ἑαυτᾶν

non contendo veritatem ipſam me daturum. a vero forte tamen non plane aberrarim vertens.

Archonice, Zaulo & Aeſſa reviventes Artemidi facile exaudienti quae voverant ſuper ſalute ſua votum. editur αὐτ' αὐτας. forte duae vel tres puerperae ſimul voverunt vel votum ſolverunt. videantur quae diximus

mus in simili caussa in *Miscellaneorum Novorum nostrorum. Vol.* XI. T. III. p. 157. Dualis autem pro plurali non plane extra usum.

Θεασαμβύην] Recte interpres θεασαμβύη. occurrit quidem θεᾶσθ in passivo. sed huc non facit. Θεῶ certe non obvium habui, nisi apud Manethonem VI. 334.

> Ταῦτα δὲ ῥέζουσιν ᾗ ὅταν μεσάτω κατὰ κέντρα
> Ζῆνα θεῶσ' ἢ ὄπισθεν ἐπαντέλλοντες ὁρῶντο.

quod redditur *Jovem videant, aut post exorientes cernantur.* at corrige primum Ζῆνα τ' ἐῶσ' ab ἐάω & tum verte: *Jovemque sinunt in medio centro vel a tergo orientes* vident. ὁρᾶσθ passim active significat, ut hic. si hoc non placet, scribe Ζηνὶ θ' ἕπωσ' ἤ. *Jovem in medio centro sequantur, vel a tergo orientes cernantur.* alioqui Θ non semel pro Τ ibi scriptum. ut L. II. 259. Ρηθῆρας pro ῥητῆρας. L. VI. 437. σηκῶν θ' ἁγίων. τ' vulgo.

P. 25. Vs. 10. Πολλὰ μέμψασθ] *Ammian. Marcell.* XXVI. IX. p. 365. ait: *Cum fortuna expostulabat luctuosa & gravi.*

P. 25. Vs. 11. Τῶν ποδῶν] L. VIII. VIII. 144. 18. Λαβομένης δὲ αὐτῆς τῶν ποδῶν, ᾗ ἐπιθεῖσα τὸ πρόσωπον. *Heliod.* VII. 324. ῥιπτεῖ μὲν ἑαυτὸν ἐπὶ πρόσωπον, τοῖς δὲ ἴχνεσι προσφὺς τοῦ ἀγάλματος. *Eustath. de Ism. & Ism.* VIII. 294. καγὼ τοὺς πόδας περιχυθεὶς τοῦ θεοῦ, ᾗ ὅλως πλύνων τοῖς δάκρυσιν. & passim.

P. 25. Vs. 13. ζεῦγος] L. VIII. I. 127. 7.

P. 25. Vs. 13. Καίτοι ἡμεῖς σε ἐκοσμοῦμεν] Vel quia formosi in Veneris tutela & ei decori & gloriae sunt. vel dicit se semper plurimo cultu Veneris numen prosecutos esse. solebant precantes saepe sua in deos merita ipsis tantum non exprobrare. vide L. V. VIII. 91. 16.

P. 25. Vs. 15. Ἀνένευσεν] Vel simpliciter *negavit.* vel *nutu.* nam credebat vulgus statuas annuere & affici. Ovid. XX. Heroid. Ep. 20.

> *Adfuit, & praesens, ut erant, tua verba notavit.*
> *Et visa est mota dicta probasse coma.*

vid. L. II. V. 30. 14.

Cur autem ἀνανεύειν significet *abnuere. negare*: ἐπινεύειν *annuere. concedere*, eleganter explicat *Artemidor.* L. V. 71. 72. p. 265. Καὶ ὁ Ζεὺς εἶπε μὲν οὐδέν. ἐπένευσε δὲ τὴν κεφαλήν. . . . εἰς γῆν γὰρ ἔβλεπε, νεύων κάτω ὁ Θεός. Ἡ Θεὸς (Ἀφροδίτη) ἀνένευσε . . . . τὸ ἐναντίον σχῆμα τοῦ πρὶν εἰς οὐρανὸν βλεπούσης.

P. 25. Vs. 16. Ἐπολιτεύετο] L. I. I. 2. 6.

P. 25. Vs. 19. Εὐμορφοτέρας αὐτῆς βλεπομένης] Non puto hic locum habere locutionem, licet elegantem, εὐμορφοτέρα ἑαυτῆς. fateor tamen mihi dictionem βλέπεσθαι εὐμορφοτέραν non videri summae elegantiae.

Εὔμορφος Ammonio est proprie εὐπρόσωπος: cum εὐειδὴς ad totum corpus referatur. videtur nostrati vulgo vocabulum murf ab hac significatione vocis Μορφὴ confictum. Verum ἔνμορφος & alia a Μορφὴ composita latius patent. Apud Manethon. IV. 554.

Φάσμασι δαιμόνιοισι συναντήσουσιν ἐκεῖνοι,
Ψυχῇ δερκόμενοι νεκροδερκῆ νερτερόμορφα.
Ἔντε καταγγελίαισι θεῶν μηνίσμασι τ' αἰεί.

ubi νεκροδερκῆ νερτερόμορφα non sunt umbris videndae inferorum formae, sed moribundam faciem habentes formae morticinae. mox dubito an non melius legeretur μηνύσμασι vel μηνύμασι. Verum paullo ante locus difficilior, quem una opera cum vicinis leviter illustrare libet. legitur vs. 540.

Ἤτοι λυσσαλέῃ μανίῃ δεδαμασμένον αἰεί,
Μαρφακτὸν, νοσόθυμον, ἀεὶ θανάτοιο πάρεδρον.
Πᾶσα βροτῶν ψυχὴ γὰρ, ἐπὴν τά γε κοινὰ βίοιο
Μὴ φρονέῃ κατὰ θυμὸν, ἀναισθήτῳ τε παλαίῃ
Δυσκρασίῃ, προτέθνηκε, καὶ ἣν φάος ὄμμασι λεύσῃ.

ubi sane quid sit μαρφακτὸς & unde deducatur, nescio. redditur correptus. an a μάρπω deduxit interpres? Utrum compositum sit nec ne etiam dubitari potest. venerit tum ab ἄγεσθαι vel ἄγνυσθαι. subierat, utrum quid commune haberet cum μάργος. νοσόθυμος & μαινόμενος & μαργίτης pari passu ambulant. an μαιμάκτην legendum. quod ἐνθουσιώδης καὶ ταρακτικὸς & μαινόμενος. vid. Hesych. An μορφάζω. μορφάξω. μορφακτός. sed peritiores viderint.

Ultima hujus loci Manethonei male versa. mortua est etiam priusquam lucem oculis viderit: immo praemortua est, quamvis lucem oculis videat. ante mortem mortua est. licet vivat: vivens mortua est quod dicit Paullus I. ad Timoth. V. 6. Ἡ δὲ σπαταλῶσα, ζῶσα τέθνηκε. interpretatione Manethonem in proximis etiam juvabo versibus. vs. 548. legitur

Καὶ κραδίῃ θεόλημπτα καὶ ἀκρατόεντι λογισμῷ.
Et corde infatuata & instabili ratione.

videtur illud ἀκρατόεις ita vertenti ab ἀκρατὴς deductum fuisse. sed nusquam tale adjectivum hinc deductum inveneris. venit ab ἄκρατον. merum. quod cum semper producat secundam, per synizesin versui succurri debet. Uti τυρόεντα pro τυροῦντα. φοινικόεντα pro φοινικοῦντα: ἀκρατόεντα pro ἀκρατοῦντα. λογισμὸς autem ἀκρατόεις, temulentus facile intelligitur. fere qui vs. 562. dicitur ἄνομός τε φρεσὶν πλήθοντι λογισμῷ. modo δυσκρασίαν humanae naturae tributam vidimus, & v. 59. ἐυκρασίῃ. L. II. 400. σύγκρασις.

Cum

Cum autem statuam ἀιμάτων nusquam media syllaba corripi, objicere posses κεκραμένῳ. unde hoc vocabulum & talia, & quod correptum invenitur ap. *Orpheum Suffito Junonis* p. 114.

Κοινωνεῖς γὰρ ἅπασιν κεκραμένη περὶ σεμνῶς.

Verum versus est corruptissimus, nec solum in voce περι. pro quo περὶ eruditissimus Lennepius ad *Coluthum* p. 130. restituendum putavit. Antiquae Editiones exhibent

Κοινωνεῖς γὰρ ἅπασι κεκραμένη πέρι σεμνῶς

in Editione *Eschenbachii* substitutum ἅπασιν, quasi vulnus metri sic sanaretur, dum gravissimum caesurae & metro infligatur plaga. si reposueris H pro Π auctoris manum habebis & sanum versum.

Κοινωνεῖς γὰρ ἅπασι κεκραμένη ἠέρι σεμνῶς.

& accentus in prima τῆς πέρι syllaba positus vestigia verae lectionis manifesta servavit. nemo vero mirabitur Junonem adminiculo *aëris* omnibus permixtam rebus perhiberi.

LIBRI SECUNDI CAPUT TERTIUM.

P. 25. Vs. 20. Προσήνεγκε λόγυς] Alia ratione quam προτιθέναι λόγυς dicitur. vid. L. I. XII. 13. 25.

P. 25. Vs. 25. Περισπώμενῳ] L. III. VII. 55. 19. περιέσπασε τὸ πένθος ἐλπίς. Glossae περισπασθείς. ἀσχοληθείς. de occupationibus seriis, & laboriosis: sed etiam de avocamentis & delectamentis. vid. *Th. Gatakerus ad Anton.* L. III. §. X. *P. Wesselingius ad Diod.* XII. 38. p. 503. XVIII. 54. p. 298. διασπᾶσθαι πρός τι non multum abit, ut patet ex *Luciani Dial. Deor.* XXIV. p. 275.

P. 26. Vs. 2. εἰς τὴν ἡμέραν] Aperte haec corrupta. forte scripserit εἰς ἕνην καὶ νέαν. ut processionem conjecerit in trigesimum vel ultimum mensis diem, quo cum νεμηνία in agris esset. vel εἰς ἕνην. ut ἡμέρα Glossa sit. quamvis forte Charitoni placuerit ἡμέραν supplere, licet ἀπλωτέρως omitteretur. *Aristoph. Acharn.* 171. παρεῖναι εἰς ἕνην. *Schol.* εἰς τρίτην. ut *Hesych.* Νῆς. τὸ ἕνης, ὅπερ ἐστιν εἰς τρίτην. & in καὶ τὰς εἰς ἔρης, καὶ τὰς εἰς τρίτην. consulatur Celeb. *J. Alberti.* Saltem triduo in adparatum tam operosum fuerit opus. possis alia fingere. εἰς τὴν ἐννάτην ἡμέραν. vel εἰς Η' ἡμέραν. id est εἰς ὀγδόην ἡμέραν. Interpres conjecit εἰς ῥητὴν ἡμέραν. L. IV. I. 63. 23. προήγγελτο ἡμέρα ῥητή. non displicet.

P. 26. Vs. 4. Φίλοι παρεκάλουν τὸ συνοδεύειν] *Horat.* I. Epist. VII. 75.

Mane

Mane cliens & jam certus conviva: jubetur
Rura suburbana indictis comes ire Latinis.

P. 26. Vs. 4. Ἀπελευθέρων] Qui, secundo loco licet amici haberentur, saepe potentissimi, in familiis, in aulis. vid. L. v. IV. 85. 7. ubi ἐξελεύθεροι. qui his locis nihil distant, licet merito & recte horum discrimen observarit doctus *Ammonii* interpres L. I. *Animadv.* C. VII. *Maneth.* IV. 600.

Ἐξ ἀπελευθερίης βασιληΐδ@ ἥμισυ δοῦλοι
E manumissione regia semi servi

male *liberta.* aulici enim, licet etiam ingenui, merito servi vulgo audiunt.

P. 26. Vs. 7. Πενθοῦντί τε γὰρ μὴ πρέπειν πομπὴν] De talibus infinitivis, actum L. I. XIV. 20. 15.

Ἵππῳ ἐπέβη] Usitatius est ἵππου ἐπιβῆναι. ut L. X. I. 80. II. τῆς πορθμίδος. sed ita & *Achilles Tatius* VII. 441. ἐπιβὰς ἵππῳ. qui mox ἐπιβῆναι ἵππον. ita licet ἐφ' ἵππου sit usitatius, non damnarim ap. *Aelianum* V. H. L. I. 30. ἐπὶ ἵππῳ ἐτύχομεν ὄντες. *Lucian. Asin.* T. II. 599. ἐπ' ἐμοὶ (ὄνῳ) καθίζων.

P. 26. Vs. 9. Πέμπτος δὲ] L. I. IX. 12. 18.

P. 26. Vs. II. αὐτὴν προσκυνῆσαι] Alias jungit cum dativo. sic variat in μέμφεσθαι τινα & τινι scribens. vid. Miscellanea Nostra Vol. X. I. I. 211.

P. 26. Vs. 12. Ἑστῶσα] Hunc statum, qui precantium est frequens, ei dat, ut decentior Dionysio obvia fiat. nec τῷ προσκυνῆσαι pugnat. notat enim saepe simpliciter *Venerari. Deum adire.*

P. 26. Vs. 13. Ψόφου δέ ποθεν] Si incertum, unde audiebat sonum, quomodo tum ἀπεστράφη πρὸς αὐτὸν magis, quam in aliam partem. legendum videtur ποδῶν. v. IX. 94. 8. ἠκούετο ποδῶν ψόφος. *Thucyd.* III. 22. ψόφος ἐκ τοῦ προσιέναι αὐτοὺς. *Eustath. de Ism. & Ism.* IV. 105. ψόφος γὰρ ὡς ἐκ ποδὸς ἡμᾶς συνετάραξε. vid. L. I. IX. 12. 13.

P. 26. Vs 15. ἐπ' ἀγαθῷ] *Auspicato.* obvia formula. vid. *Lucian.* T. I. 791. unde boni ominis caussa formata fuerunt cognomina ἐπάγαθος & ἐπαγάθων & femininum ἐπαγαθώ. Apud *Fabret. Cl.* IV. 51. p. 254. MAGNIA. EPAGATHO. DULCIS. ANIMA. HAVE. BENE. VALEAS. &c. ap. *Cl. Gorium in Columbario.* CXI. p. 149. AGATHO. RHOSICE. TERTI. L. ubi etiam femininum videtur. apud *Murator.* MCCCXXXIX. 9. ἐπαγαθῷ σύμβιος. quem titulum rectissime restituit *Cl. Hagenbuchius* ad *Marmora Graeca.* p. 39. ap. Eundem *Muratorium* p. MDCCXXVI. 7. occurrit ἐπαγαθώ. quam inscriptionem item optime Vir ille eruditus tractavit. Nos ad eam pauca animadversuri sumus L. v. III. 82. 26.

P. 26. Vs. 16. Ὑπέλαβε] Proprie casuros ὑπολαμβάνομεν. *Plutarch. Artax.* 287. ἀδυνάτως δ' ἔχοντα ... ὑπολαβόντες ἦγον. *Plut. Symp.* 212. D. μεθύοντα ὑπολαβεῖν *Herodot.* II. 25. *Lucian. Dial. Mar.* VIII. 309.

P. 26.

P. 26. Vs. 19. ὀψὲ μεταμανθάνουσα τὴν ἐλευθερίαν] L. IV. II. 65. 16. *Aeschyl.* Agamemn. 717.

P. 26. Vs. 19. πλήξας τὸν Λεωνᾶν] I. V. 9. 5. I. XIV. 21. 2. patet & hinc Leonam, utut τῶν ὅλων διοικητὴν servum fuisse. II. VI. 31. 25. Erant autem quotidiana dominorum in servos injuria alapae & aliae verberationes. nec abstinuerunt principes viri. unde apud *Phaedrum* L. II. v. 25. ipse *Tiberius* ad Atriensem

Multo majoris alapae mecum veneunt.

nec erat ut hinc, ceu actione indigna tanto principe, argumentum inter plura alia, non tam pleraque stringentia quam blandientia, duceretur ad Phaedri fabulas ultimae interpolationis insimulandas.

P. 26. V. 20. Τοῖς θεοῖς] Saepe animadversum a viris Eruditis nomen *dii* θεοὶ adhiberi, licet de unius numine sermo fiat. quamvis etiam de hominibus ita loquamur. si unum hominem spreveris, quatenus sit homo, in humanitatem, in homines deliqueris. & nimium stricte dixisset ὡς ἀνθρώπῳ διαλέγῃ τῇ θεῷ. potes periodum per interrogationem accipere.

P. 26. Vs. 23. Καί γε οἱ θεοὶ] *Odyss.* P. 485. Quaedam mutat & versum medium omittit: sed quo & priore utitur *Max. Tyr.* XIV. 8. ita *Manetho* L. v. 15. ex *Iliad.* Z. 147. 148. 149. deinde vs. 488 & 489. una serie suo insuit poëmati. Unde patet quantum tribuendum sit istis apud veteres testimoniis ex aliquo auctore petitis. praecipue ubi agitur de γνησιότητι alicujus loci ex omissis convellenda. ceterum saepe suspicabantur Deorum praesentiam. ἐπιφάνειαν & ἐπιδημίαν. *Theodor. Prodr.* I. 9.

οὕτως ἀρίστη τὴν θέαν ἡ παρθένος
ὡς καὶ τὸν ἀγρεύσαντα λῃστὴν Γωβρύαν
Θεὰν ὑποπτεύσαντα τὴν ἀγρευμένην,
Δεσμῶν ἁπάντων ἐκλιπεῖν ἐλευθέραν,
Τρέσαντα πάντως οὐκ ἀνεύλογον φόβον,
Μή που θεά τις συνδεθῇ τῶν ἐν Ῥόδῳ,
Ὑποκριθεῖσα τὴν βροτησίαν πλάσιν.

P. 26. Vs. 25. Τὸ γοῦν λοιπὸν παῦσαί με καταγελῶν] Ne multis ratiociniis tempus perdam: simile quid in contextu fuisse reor. τὸ γοῦν λοιπὸν παῦσαι βλασφημεῖν, καὶ χρῆσαι θεοπρεπεστέροις λόγοις, ἢ σε τῆς χώρας ἐκβαλῶ. ἡ δὲ Καλλιῤῥόη ἔφη· Παῦσαί με καταγελῶν Vocabulum παῦσαι repetitum fraudi fuit, & omissionem peperit. ut centies.

Si ἀποσιώπησιν statuas, cujus exempla frequentia. vid. *Lucian.* VI. *Dial. Deor.* 217. *Hermot.* 837. nec sic sententia fuerit plena. Ut vero

 Callir-

Callirrhoae tribuas παῦσαί με, durum, nisi accedat ἔφη. εἶπε. quamvis talia omitti docuerit *P. Burmannus ad Sueton. Aug.* C. 42. p. 314.

P. 26. Vs. 25. Καὶ θεὸν εἶναι νομίζων τὴν οὐδὲ ἄνθρωπον ἐντυχῇ] Dii enim summa fruuntur beatitudine & felicitate, & ista ratione homines, si non dii, diis similes esse praedicantur. contraria fere sententia apud *Evangelistam Joannem* C. x. 33. Ὅτι σὺ ἄνθρωπος ὤν, ποιεῖς σεαυτὸν Θεόν.

P. 27. Vs. 2. Μουσικὸν γὰρ ἐφθέγξατο] *Max. Tyr.* xx. 1. ἡ ἀρετὴ φθεγγομένη μουσικῶς. Ut sermo deorum erat plane diversus ab humano sermone, sic ipsa deorum vox & loquela divinum quid sonabat.

P. 27. Vs. 2. Ὥσπερ κιθάρας τὸν ἦχον] *Achilles Tatius* II. 97. τὸ ῥεῦμα [τοῦ ὕδατος] ὡς κιθάρα λαλεῖ. *Euripid. Cycl.* 442.

Λέγ', ὡς Ἀσιάδος οὐκ ἂν ἥδιον ψόφον
Κιθάρας κλύοιμεν, ἢ Κύκλωπ' ὀλωλότα.

P. 27. Vs. 7. Προσεποιοῦντο τὴν Ἀφροδίτην προσκυνεῖν] *Musaeus* vs. 53.

Οὐ τόσον ἀθανάτων ἀγέμεν σπεύδουσι θυηλάς,
Ὅσσον ἀγειρομένων διὰ κάλλεα παρθενικάων.

P. 27. Vs. 10. Προκοπτούσης τῆς ὥρας] Mox II. IV. 27. 24. προέκοπτε τὰ τῆς νυκτός. Noster iterum ἡ νὺξ προέκοψε. IV. III. 68. προκοπτούσης τῆς εὐωχίας. *Zosim.* I. LXXI. Πόλεμος προκόπτων. Addantur haec exempla prolatis a φιλελληνεστάτῳ *Joanne Alberti in Observationibus Philologicis ad D. Paulli Epist. ad Rom.* XIII. 12.

Ἑστώτων ἐκεῖ καὶ κεκλημένων] Putaram an κεκυκλωμένων. *Xen.* K. A. VI. 378. C. περικεκυκλωμένοι ἦσαν. *cinxerant. Theodor. Prodr.* I. 9. Κύκλωθεν ὑμνήσασα καὶ περιστάδην. sed unice vera est lectio κεκλιμένων. quod etiam interpres secutus. modo ἑστῶσα ηὔχετο. sed etiam κεκλιμένοι ηὔχοντο. *Anthol.* II. LVII. 32. p. 178.

Ἡμεῖς δ' ἐσθίομεν κεκλιμένοι ἅλμυρὰ πάντα.

uti habet Palatin. pro vulgato κεκλημένοι. utraque lectio servari potest, *discumbentes* vel *vocati*, quod ad sensum. sed metrum receptam vindicat. Recte profecto Codex istud epigramma Palladae adscribit. est enim inepto ejus ingenio dignissinum. de hac variatione vid. Cl. *Hemsterh.* ad *Aristoph. Plut.* 373. *Lucian. Conv.* III. 423. παρεκέκληντο & παρεκέκλιντο miscentur. Unam mixturam H & I literarum addam. In glossis habemus Φοιβίτης. *bariolus.* sed legendum Φοιβήτης. ut ἡβήτης. quod accentu variato habet *Maneth.* I. 237. Δρῶσιν φοιβητὰς ἢ μάντιας. ap. eundem habes

L. IV.

L. IV. 550. φοιϐηπολ μύϛοισιν ἀποφθεγχθήμα χρυσᾶ. & φοιϐητὸς legitimum vocabulum. φοιϐήτωρ est ap. *Orpheum* de Lapid. vs. 45. p. 214. quod sistit D. Scottus: qui tamen Manethoneam penum non adiit, novis vocabulis instructissimam.

P. 27. Vs. 14. Ὅτι φύσει γίνονται βασιλεῖς, ὥσπερ ἐν τῷ σμήνει τῶν μελισσῶν] Pene ad verbum *Xenophonti* K. Π. V. 118. B. debet. βασιλεὺς μὲν γάρ ἐμοί γε δοκεῖς σὺ φύσει πεφυκέναι, οὐδὲν ἧττον ἢ ὁ ἐν τῷ σμήνει φυόμενος τῶν μελισσῶν ἡγεμών. *Plato* VII. de R. P. 520. ἡμᾶς ὥσπερ ἐν σμήνεσιν ἡγεμόνας τε καὶ βασιλέας ἐγεννήσαμεν.

Phrynichus Arabicus in Bibl. Coisliniana. p. 466. ἑσμὸς μελισσῶν, καὶ σμῆνος μελισσῶν, ἀμφω δόκιμα. Nempe Grammaticis ambo vocabula ἄθροισμα. σύστημα μελισσῶν. puto tamen σμῆνος prima notione potius esse *alveare. vas.* ἀγγεῖον μελισσῶν.

P. 27. Vs. 14. ὑπὸ τοῦ κάλλους δεσποίνῃ] vid. L. II. II. 24. 21.

LIBRI SECUNDI CAPUT QUARTUM.

P. 27. Vs. 17. Ἐξ αἱρέσεως] *Sua sponte. dedita opera.* ut *Diod. Sicul.* L. XV. 6. Λακεδαιμόνιοι πολέμιοι ταῖς αἱρέσεσιν ὄντες. προαίρεσις. βίου προαίρεσις. plenius dicitur *Alciphr.* I. XXXVIII. actionem hanc animi describit *Plat.* X. de R. P. 618. E. *Demosth.* II. Phil. 66. A. βιασθεὶς ἄκων opponitur facienti quid ἐκ προαιρέσεως.

P. 27. Vs. 19. Παρ' ὅλην τὴν ἑσπέραν] Usum hunc praepositionis animadvertit *Thom. Magister.*

P. 27. Vs. 20. Μοῖραν] Mos vulgatissimus honorandi absentes. vid. *Xen. Ages.* 665. E. *Heliod.* VII. 348. *Longus.* IV. 127. *Pricaeus ad Appul.* II. p. 116. VII. 361. & passim.

P. 27. Vs. 21. Παρὰ τοῦ Κυρίου, ἀλλ' ὅτι παρὰ Διονυσίου.] Nam *Callirrhoe* πρὸς ὄνομα τοῦ κυρίου πηγὴν ἀφῆκε δακρύων superiori capite. & Dionysius C. I. hujus libri. ἀπηξίου κοίτην τὴν θεραπαινίδος. non abit illud Byblidis apud *Ovidium* IX. *Met.* 465.

> —— —— *jam nomina sanguinis odit:*
> *Byblida jam mavult, quam se vocet ille sororem.*

qui locus non effugit *Interpretem ad Appulej.* L. X. 586.

P. 27. Vs. 22. Τὸν κῆτον προήγαγε] Amantes φιλοῦσι. *Alciphron* I. *Ep.*

XXXV.

XXXV. caussam aperit. Καίτοιγε ᾤμην τὸν ἄκρατον ἔσεσθαί μοι κατηγόρημα, ὃν παρ' Εὐφρονίῳ τρίτην ἑσπέρην πολύν τινα ἐνεφορησάμην, ὡς δὴ τὰς παρὰ τὴν νύκτα φροντίδας διωσόμενος. τότε δὲ ἄρα ἐναντίον ἔσχε. . . cui non nota illa *Nasonis.*

Saepe quidem vino volui compescere curas.
Sed vinum in venis ignis in igne fuit.

P. 27. Vs. 23. ἐπὶ πλεῖστον] L. II. v. 29. 25. ἐπὶ τὸ πλεῖστον. in priori χρόνον, in altero μέρος χρόνου intelligas licet.

P. 27. Vs. 24. Ἀναλύσας] τὸ συμπόσιον. sic λύειν. διαλύειν. καταλύειν. IV. III. 69. 16. IV. v. 73. 10. *Heliod.* VII. 368. *Eustath. de Ism. & Ism.* IX. 325. κατελύετο τὸ συμπόσιον. IV. 101. ἐλύετο τὸ συμπόσιον. ita λύσας θέατρον. *Heliod.* III. 130. ὁμῶς ἀνόιξας καὶ λύσας τὸ θέατρον. sic certe *Taur.* & *Vatican.* vulgo κλείσας. Verum enim vero an ἀναλύειν συμπόσιον recte dicatur, vehementer dubito. quare malim ἀναλύσας interpretari. *discedens.* plena locutio. ἀναλύειν τοὺς ἵππους, *iterum solvere equos a praesepe, ut revertamur, unde veneramus.* vel quod eodem redit τὰ ἀπόγεια. πρυμνήσια. ut optime explicat *J. Perizonius ad Aelian.* V. H. IV. 23. ὥσπερουν ἐκ συμποσίου ἀνέλυσαν. & quos conduxit industria *J. Christ. Wolfii* ad Epist. ad *Philipp.* I. 23.

P. 27. Vs. 25. Ὕπνου ἐλάμβανε] Ne prurientes manus in ὕπνον λαβεῖν mutent, vetat *Theophr. Char.* XXV.

P. 27. Vs. 25. Ὅλος δὲ ἦν] L. IV. II. 66. 13.

P. 27. Vs. 26. Πῶς ἐγράφη] superiore capite. πρὸς αὐτὸν ἐπεγράφη.

P. 28. Vs. I. Ἐξέχεε δὲ αὐτὸν τὰ δάκρυα] L. VI. VII. 108. 8. πῶς ἔκλαυσε. *Ovidius L.* I. *Art.* 532.

Clamabat flebatque simul: sed utrumque decebat.
Nec facta est lacrimis turpior illa suis.

non ineleganter *lacrimae aliquem incendere* dicuntur. In talibus praecipue neoterici sibi placent. VI. VII. 108. 8.

P. 28. Vs. 2. Τότ' οὖν ἰδεῖν] Scribendum Τότ' ἦν ἰδεῖν. quemadmodum. II. III. 27. 12. *Thucyd.* VII. 71. ἦν τε ἐν τῷ αὐτῷ πάντα ὁμοῦ ἀκοῦσαι. *Lycurg. in Leocr.* §. XI. p. 182. ὁρᾶν δ' ἦν. *Polyb.* I. 84. τότε γὰρ ἦν συνιδεῖν. uti ille saepe loquitur. languidius scripseris τότε οὖν ἦν ἰδεῖν.

P. 27. Vs. 2. βαπτιζόμενος] Hanc vocem Metaphorice frequentius longe adhibent scriptores paullo recentiores: quam veteres illi. qui potius ἐπικλύζεσθαι, βυθίζεσθαι. *mergi.* vid. Nostrum III. II. 43. I. *Achill. Tat.* I. 13. III. 179. VI. 403. VII. 413. *Eustath.* VIII. 290. *Heliod.* II. 68.

II. 68. IV. 198. IV. 205. ἡμεῖς δὲ μὴ συμβαπτιζώμεθα τῷ τούτου πάθει. ubi Cod. Taurinensis male negantem particulam omittit. vid. Doctiss. *Wesselingius* ad *Diodor.* I. 71. *Bergl. ad Alciphr.* I. XIII. in Apographo vitiose ἐπιθυμίαν.

P. 28. Vs. 3. Ἀντέχεσθαι] Ἀντέχειν. frequentius sane hujus aetatis scriptores activum pro medio adhibent: quam contra, ut hic.

P. 28. Vs. 4. Ἀνέκυπτεν ἐκ κύματος] Et hac voce translata nihil magis obvium. III. II. 43. 3. ἀνακύπτειν ἐβιάζετο καθάπερ ἐκ τρικυμίας τοῦ πάθους. *G. Budaeus in Comment. L. Gr. p.* 71. larga manu exempla adposuit. vid. etiam *P. Wessel. ad Diod.* XIII. 612. *Plato* VII. de R. P. 535. B. ἐξανadύεσθαι dicit. Eleganter *Sophocl. Oed. Tyr.* 23.

> Πόλις γὰρ, ὥσπερ κ' αὐτὸς εἰσορᾷς, ἄγαν
> Ἤδη σαλεύει, κἀνακουφίσαι κάρα
> Βυθῶν ἔτ' οὐχ οἵα τε φοινίου σάλου.

& in aliis compositis hujus verbi pulcrae tralationes, saepe non perceptae. ex. gr. apud *Demosthen. Phil.* I. 50. E. de copiis exteris & conductitiis dicitur. τὰ ξενικὰ παρακύψαντα ἐπὶ τὸν τῆς πόλεως πόλεμον, πρὸς Ἀρτάβαζον οἴχεται. *Copiae conductitiae leviter modo attingentes gerentesque bellum Atheniensium, abeunt ad Artabazum.* Morem ibi respicit orator meretricum, quae θρύπτονται & de fenestra modo praetereuntes amantes adspicere dignantur. non ad eos descendunt vel ipsos admittunt. *Aristoph. Eccles.* 202. *Thesm.* 804. illi milites *adspiciunt, prospiciunt*, obiter modo bellum: non serio gerunt. quae *Vincent. Lucchesinius* vertit. p. 31. *Quin istae peregrinorum copiae obliquis oculis bellum a republica susceptum prospicientes.* quis haec intelligat? satius hic & saepissime alias longe ipso peritiorem Graecitatis virum *Hieron. Wolfium* non deseruisset. sic in hac eadem oratione. p. 52. D. τριηράρχοις ἀντιδόσεις ποιούμεθα. ille p. 35. vertit. *Gubernatoribus Stipendia adsignamus.* an intellerexit vocem ἀντιδόσεις in medio relinquo. certe *Wolfius* intellexit, qui recte *opum permutationes* interpretatur. ita *Olynth.* I. 4. ἀγοραὶ vertuntur *vectigalia.* pro *foris, ubi commeatus veneunt. Aristoph. Acharn.* 625.

P. 28. Vs. 6. Παιδαρίου πράγματα πάσχων] id est, ποιῶν. *Aristoph. Nub.* 814. Ὦ δαιμόνιε, τί χρῆμα πάσχεις, ὦ πάτερ.
quid facis! ita malim verti. & saepe docuere Viri Eruditi.

P. 28. Vs. 7. Ἀφοσιώσασθαι τοὺς τῆς ἀθλίας δαίμονας] vid. *Herodian.* L. IV. XIV. ab *H. Stephano* laudatum. & Cl. *Alberti* ad *Hesychium. Aelian.* H. V. XII. 64. τῆς εἰς νεκρὸν ὁσίας. altera notio *leviter defungi* obvia saepe, & apud

apud *Heliod.* L. x. 495. loco male distincto. συγγνώμην δοῦναι καὶ ἀφοσιώσασθαι τὸ παρὸν πρὸς τὸν νόμον τῇ φύσει. πλέον καὶ τοῖς ἐκ ταύτης πάθεσι προσθέμενος. quasi recte dici posset ἀφοσιώσασθαί τινι πρὸς τινα. *alicui satisfacere contra aliquem.* quod si vel diceretur, sensui contrarium foret. at ἀφοσιώσασθαι construitur cum accusativo. ut ap. *Herodot.* IV. 151. 203. vel cum praepositione πρὸς, uti ap. *Sallust.* de *Diis* & *Mundo* C. XVIII. πρὸς τὴν ἀσθένειαν τῆς ἡμετέρης ἀφοσιούμενοι φύσεως vel περί τινός. ut ap. *Plat.* VI. de L. L. 752. D. distingue vero, ut credo voluisse Commelinum, ἀφοσιώσασθαι πρὸς τὸν νόμον, τῇ φύσει πλέον καὶ τοῖς . . . προστιθέμενος. *Cod. Taur.* πρὸς τῶν νόμων. nullo sensu vel constructione. *Codex Vat.* non male modo οὐδὲ ὀκλάζω, οὐδὲ εἰς ἱκεσίαν τρέπομαι. vulgo τρέψομαι. quod tamen sine potioribus Codd. non mutarim.

P. 28. Vs. 7. τοὺς τῆς ἀθλίας δαίμονας] *Lucian. de Luctu.* T. II. 934. ἴασον ἀναπαύσασθαι τοὺς τοῦ μακαρίτου δαίμονας. & *de Mort. Pereg.* T. III. 357. *Inscriptio* ap. *Grut.* MXV. 6.

θεοις
δαιμοσι
κασορος
βλαστου ∴ ∴ Grut, βλαστου, Casac, Castoi.
∴ hoc corruptum. ∴ κωρυκεωτ.

iidem qui passim καταχθόνιοι θεοί. Vid. V. VII. 91. 17.

P. 28. Vs. 8. Τούτου] Supple ἕνεκα. χάριν. plene L. III. III. 45. 11. τοῦ γεγονότος χάριν. *Plutarch. Alex.* 29. τούτου γε χάριν. sed ut hic, apud *Platon. Apol. Socrat.* 23. A. φαίνεται τοῦτο λέγειν. quod non videtur sollicitandum.

P. 28. Vs. 8. Μελανείμων γάμους θύσῃς] Id foret pessimi ominis respectu nuptiarum. & inpium erga manes deos. γάμους θύειν quis non illustravit.

P. 28. Vs. 9. Δούλους γάμους] Poëticum. ita δοῦλα λέκτρα dicit *Eurip. Ione* vs. 819.

P. 28. Vs. 9. ἀλλοτρίας] Intellige vel δούλης vel γυναικός. ut L. V. VIII. 92. 13. & passim. prius malim.

P. 28. Vs. 10. ἐφιλονείκει βουλευομένου] Genitivus absolutus. II. VII. 33. 8. Παρούσης ἀντειπεῖν οὐκ ἠδυνήθη. *Lucas in Actis* XXII. 17. ἐγένετο προσευχομένου μου ἐν τῷ ἱερῷ γενέσθαι με ἐν ἐκστάσει. *Lucian. Fugit.* III. 372. καὶ ἐπιτιμώντων ὑποπτήσουσι. Constructiones hae saepe supervacuae criseos ansam dedere. vid. III. II. 44. 25.

P. 28. Vs. 11. ἐπυρφόρει ψυχήν] πυρφορεῖν Lexica laudant ex *Eurip. Troad.* 348. *Philostrati Heroic.* XIV. p. 740. sed cum accusativo obvium non habui. longe usitatissimum πυρπολεῖν, πυρφόρος passim. *Herodot.*

VIII.

VIII. 6. *Sophocli Antig.* 137. Capaneus πυρφόρος & alias. Verum utrum vox πυρφέρος sit bonae notae, multos mecum dubitaturos credo. quae tamen ceu talis legitur ap. *Maneth.* IV. 188. & redditur *ignifer.*

Ἡνίκα δ' ἂν Κρονίου σέλας ἀστέρος αἰθέρος ἀγχοῦ
Πυρφορέαις ἀκτῖσι καθαντίπερ αἰγλοβολήσῃ.

sane suspicari potius libet scriptum fuisse πορφυρέαις. Si Saturno recte tribuuntur *nigricantes* radii. porro scripsi ἀκτῖσι pro ἀκτίνεσσι. nam ἀκτὶν semper producitur in obliquis. vid. *Seb. Trickin.* ad *Sophocl. Antig.* 100. ne loquar de prima syllaba. revera L. IV. 230. legitur

Ἄρης δ' Ἑρμείαν διαλαμπάδα ἀκτῖνι βάλλων

sed ille versus corruptus. forte recte reposueris

Ἄρης δ' Ἑρμεία διὰ λαμπάδα ἀστέρα βάλλων.
Mars vero face sua astrum Mercurii feriens.

vid. L. IV. 356. διαλαμπάδα una voce, ut nunc editur, non admittit Lingua Graeca. διαλαμπέα posses. in versu autem 188. illud καταντίπερ etiam vitiosum. si non aliter corruptum, scribendum saltem καταντίπερ. Ut posuerit καταντιπέρα pro καταντιπέρας. an *Hesychii* Ἀντιπέρα huc faciat non dixerim.

Porro pro πυρφερέαις posses etiam πυρσοφόροις. ut Mars dicitur etiam πυρσοτόκος. L. IV. 462. sed ubi male redditur *in puerperiis fulgens.* immo *igniparens. ignem pariens.* stella enim Martis Astrologis Πυρόεις audit. inde *Manethoni* αἰθαλόεις. πυριμάρμαρος. πυριλαμπής. pro quo semel scribitur, Ἄρεος περιλαμπέος ἀστήρ. quod licet sit vocabulum usitatum, tamen in *Manethone* hic mihi suspectum. vid. L. IV. 94. 122. 172. 218. Habes L. VI. *Anthol.* III. 8. 414.

Καὶ λίθον ἀντιτύπῳ κρούσματι πυρσοτόκον.

ita exhibet Palatina membrana.

P. 28. Vs. 12. Ἐν ἔρωτι φιλοσοφῆσαν] *Cum ratione insanite* de Amantibus dixit Terentius.

P. 28. Vs. 17. Ἀπόλωλας, ὦ Λεωνᾶ] Formulam debet *Xenophonti* K. Π. I. 10. B. ὦ Σάκα, ἀπόλωλας. ἐκβαλῶ σε τῆς τιμῆς. mox male typi dederunt ἄδλον pro ἄδηλον.

P. 28. Vs. 18. πῦρ ἐκόμισας εἰς τὴν οἰκίαν, μᾶλλον δὲ εἰς τὴν ἐμὴν ψυχήν] *Ovid.* XVI. *Epist. Par.* 45.

Arsuram Paridis vates canit Ilion igni.
Pectoris, ut nunc est, fax fuit illa mei.

videatur ad L. VI. III. 103. 6.

P. 28 Vs. 19. ἄμπορον πληνόν] Quem non potes assequi vel invenire. *Plato Eutyphr.* p. 4. A. πελόμενον τινά διώκεις. *Xenoph.* IV. K. H. 101. ἀπορία & πληνόν ἄνθρωπον componit. *Eurip. Iphig. in Taur.* 842.

Δέδοικα δ', ἐκ χερῶν με μὴ πρὸς αἰθέρα
Αμπτάμενος φύγῃ.

Hercule Furente. 627.

——— ——— μέθεσθ' ἐμῶν πέπλων.
Οὐ γὰρ πτερωτὸς οὐδὲ φευξοῦμαι φίλους.

Theocr. παιδικοῖς.

——— νεότατα δ' ἔχειν παλινάγρετον
Οὐκ ἔστι. πτέρυγας γὰρ ἐπωμοδίας φορεῖ,
Κἄμμες βαρδύτεροι τὰ ποτήμενα ὐλλάβην.

P. 28. Vs. 20. Ὅπη] L. I. XI. 15. 22.

P. 28. Vs. 21. Καλὸς] id est, γυναῖκα καλήν.

P. 28. Vs. 22. δαίμων δέ τις ἐξηπάτησεν] innumera sunt loca, ubi pronomina σὲ, μὲ, ἐκεῖνον reticentur. quare non necessarium δὲ in σε mutare.

P. 28. Vs. 22. Ἐπίστησον] τὸν νοῦν L. III. II. 43. 3. καὶ τότε οὖν ἐπέστησε τοῖς τοιούτοις λογισμοῖς. *Strabo* IV. 287. D. εὕροι ἄν τις ἐπιστήσας. Abunde illustrarunt Viri doctissimi *Tib. Hemsterhusius ad Luciani Nigrin. I.* p. 56. *P. Wesselingius ad Diodor.* XX. 457. apud *Polybium* saepe redditur *immorari.* & sane *quibus animum intendimus, iis immoramur*: verum notio τοῦ *immorari* aliquando parum apta. ex. gr. L. I. 65. Ἐπὶ τοῦτον τὸν πόλεμον ἐπιστῆσαι ἄξιον. *narrationi hujus belli inmorari*, pene contrarium τῷ ἐπὶ κεφαλαίου καὶ διὰ βραχέων αὐτοῦ ποιήσασθαι τὴν ἐξήγησιν. immo *considerare.*

P. 28. Vs. 24. Τοῦτο ἐκεῖνο] Obvia & elegans formula. *Hoc ipsum.* αὐτὸ τοῦτο. *Plato Hippia Maj.* 296. D. Ἀλλ' ἄρα τοῦτ' ἦν ἐκεῖνο, ὦ Ἱππία, ὃ ἐβούλετο τὸ κακόν, ὅ μ' ἀπολώλεκεν. *Aristoph. Ran.* 321. *Acharn.* 41. 820. *Eurip. Helen.* 628. *Heliod.* V. 257. *Lucian. Herodot.* I. 838. tetigit *Cl. Hemsterhusius* ad ejusdem *Nigrinum* I. p. 47.

P. 28. Vs. 25. Νηρηΐδων] Haec est Atticae & Jonicae dialecti scriptura. Νηρεΐδες ap. Nostrum I. I. I. & alios obtinet, ut aliquando *Lucian. Achill. Tat.* sed in scriptoribus, qui una dialecto usi sunt, una modo Orthographia obtinere debere videtur. vid. *Cl. Commentator ad Lucian.* T. I. 321. Attici poetae tam Tragici quam Comici Νηρῇδες scribunt. sive per Synize-

Synizesin sive per contractionem, sive per apocopen. ut placet *H. Stephano de Dial. p.* 18. *Art.* XXXIV. vide ad *Aristoph. Plut.* p. 414. nuperrimum interpretem. & *Vannum Criticam* 376. sic γρῦδες. παρῆδες. χερνῆδες. θνηῆδες. sive Iota subscribatur sive ad latus ponatur, sive omittatur. & olim quidem secunda & tertia rationes solae obtinebant.

Libet adponere Epigramma Φιλοδήμου, ubi Νηρηΐδων ut saepe pro Νηρείδων, nisi Iota ad latus positum, quasi subscriptum consideres, vel συνίζησιν admittas. nam longas vocales & diphthongos corripere non tam prompte licuerit.

Ἰνοῦς, ὦ Μελίκερτα, σύ τε γλαυκῆς μεδέουσα
  Λευκοθέη, πόντου δαῖμον ἀλεξίκακε,
Νηρηΐδων τε χοροὶ, καὶ κύματα, καὶ σύ Πόσειδον,
  Καὶ Θρήϊξ, ἀνέμων πρηΰτατε, Ζέφυρε;
Ἵλαοί με φοροῖτε διὰ πλατὺ κῦμα φυγόντα,
  Σῶον ἐπὶ γλυκερὰν ἠϊόνα Πειραέως.

In Epigrammate *Anthol.* IV. XVI. 2. p. 347. cujus meminit *Stephan. l. l.* hinc scriptum

Νύμφαι νηιάδες, νηρίδες, ἀδρυάδες ....

nimirum, pro νηρηΐδες. νηρῆδες. quod vitiose utrumque pro Νηρεΐδες, Δρυάδες. ut viderunt alii: *Cod. Palat.* νηρεῖς ἀδρυάδες. sic in nostro Epigrammate idem Codex habet ἴονα pro ἠϊόνα vel ἦονα. & in multis talibus Iῶτα modo ceu subscriptum considerandum est. ut ap. *Maneth.* I. 13.

Ῥυθμοῖς ἡρωικοῖς καὶ ἑξαμέτροισ' ἐπέεσσιν..

ut ap. *Homer.* Ἥρῳ Λαομέδοντι. *Iliad.* H. 453. Passim ap. *Manethonem* Ζωΐδιον. at ubi in syllabica mensura opus est, ceu Ζῴδιον considerandum. si jam scribas ἡρωικοῖς, per me licet. sed modo ne crepes correptam longam vocalem. Variatur in ea editione. quod non damno: cum sit ad fidem Codicis typis descripta. sed in aliis libris unus videtur servandus tenor.

P. 28. Vs. 25. Ἐκ θαλάσσης ἀνελήλυθε.] Praecedit μία Νυμφῶν ἢ Νηρηΐδων. illud ἐκ θαλάσσης tamen modo ad Nereidas spectat. ut L. III. II. 44. 17. Νηρηῒς ἐκ θαλάσσης. in Νυμφῶν intellige ἀναβέβηκεν ἐξ ὀρέων vel ποταμῶν. licet re vera alioqui Nymphae etiam Nereides. Leonidas in Epigrammate *Anthol.* III. XXII. 37. 250. ita distinguit Nymphas & Nereidas.

Ναυηγὸς γλαύκοιο φυγὼν Τρίτωνος ἀπειλὰς
'Ανθεὺς Φθιώτην ἐ φύγε αἰνόλυκον.
Πηνειοῦ παρὰ χεῦμα γὰρ ὤλετο. Φεῦ τάλαν, ὅστις
Νηρείδων Νύμφας ἔχες ἀπιστοτέρας.

Cod. Pal. male νύμφαις ἔχεν.

P. 28. Vs. 26. καταλαμβάνουσι δαίμονας καιροί τινες ἱμαρμένης] Nam fato dii suberant. *Philemo*, *Incertis fragm.* 284.

Μηδέποτε μέμφου τὴν Τύχην, εἰδὼς ὅτι
Καιρῷ πονηρῷ καὶ τὰ θεῖα δυστυχεῖ.

ubi consulatur *J. Clericus.*

P. 28. Vs. 26. ἀνάγκην ὁμιλίας μετ' ἀνθρώπων] Sponte, ut Catullus ait,

Praesentes namque ante domos invisere castas
Heroum, & sese mortali ostendere coetu
Caelicolae, nondum spreta pietate, solebant.

respicit autem Apollinem, qui Admeti pavit greges. quod etiam aliis accidit Diis.

P. 29. Vs. 1. Συγγραφεῖς] Procul dubio Pherecydes talia non nulla, non minus quam metrici mythographi, prodiderit memoriae.

P. 29. Vs. 2. 'Αποσεμνύνειν] μεγαλύνειν *Hesychio.* optimis auctoribus frequens, *Plato Theaet.* 168. D. *Max. Tyr.* x. v. & xxix. 1. *Jamblich. de Myst. Sect* 1. C. xxi. p. 38. τὰ μὲν ὡς θεῖα ἀποσεμνύνειν. *Aeneas Ep.* ix. *Aelian.* V. H. xiv. 34.

P. 29. Vs. 3. Καὶ . . ὁμιλίας] Nempe ἕνεκα. χάριν. vid. modo dicta hoc capite vs. 8. additur καὶ, quia jam ἀπεσέμνυ τοῦ κάλλους Callirrhoen in praecedentibus.

P. 29. Vs. 3. ἢ κατὰ ἄνθρωπον] L. iii. iii. 45. 26. locutio tritissima. adhuc reddenda tamen Historicorum parenti L. viii. 38. δύο γὰρ ὁπλίτας μέζονας ἢ κατὰ ἀνθρώπον φύσιν ἔχοντας. vulgo ἢ κατὰ ἀνθρώπων φύσιν ἔχοντας. *Diodor.* xvi. ii. μειζόνως ἢ καθ' ἄνθρωπον. *Joseph. Antiq.* i. xix. i. σεμνότερον ἢ κατ' ἄνθρωπον φύσιν ἐχούσας. vid. *Bergler.* ad *Alciphr.* i. xvii.

P. 29. Vs. 6. 'Αποτυγχάνεις] L. iii. i. 40. i & 12. ἀποτυγχάνων τοῦ Καλλιῤῥόης ἔρωτος. eo sensu simpliciter occurit. i. ii. 3. 24. τοῦ γάμου. ii. v. 31. 12. τῆς ἐπιθυμίας.

P. 29. Vs. 6. Ἐν ἐξουσίᾳ] L. iii. ii. 42. 25. ταμιεύεσθαι ἐξουσίαν ἐπιθυμίας.

μίαν. VI. III. 102. 6. ἐξουσία δὲ ἔρωτα καταλύει. III. I. 41. 10. παῦσαι μάτην σεαυτὸν ὀδυνῶν, καὶ τοῖς ἰδίοις ἀγαθοῖς ἀπιστῶν.

P. 29. Vs. 10. Ἐπὶ τῆς Ἀφροδίτης] L. II. V. 29. 22. VIII. VIII. 144. 5.

LIBRI SECUNDI CAPUT QUINTUM.

P. 29. Vs. 11. Ἥκεν] In apographo vitiose ἡμῖν. sed quis talia monstra sinat! sic supra monere neglexi μίαν νυμφῶν haberi.

P. 29. Vs. 13. Οὐκ ἀμελῶς σχηματίσας ἑαυτὸν, ἀλλὰ κοσμήσας] *Lucian. de Merc. Cond.* T. I. 670. σεαυτὸν ὡς κοσμιώτατα σχηματίσας.

P. 29. Vs. 13. Ἠρέμα] *leviter*. ut decebat μελανειμονοῦντα. an potius ita id fecit, ut nemo sentiret eo occupatum?

P. 29. Vs. 14. ὡς ἂν ἐρασμίως μέλλων ὁμιλεῖν] Noster L. VI. IV. 103. ἔστι γὰρ ἔρως φιλόκοσμον. vid. *Ovid. II. Met.* 730.

P. 29. V. 19. Οὐ γὰρ ἀτυχήσεις οὐδὲ μιᾶς δικαίως βοηθείας] Non defuturos arbitror, qui malint δικαίου vel δικαίας. sed puto admissa levi συγχύσει vulgatam stare posse.

P. 29. Vs. 20. Μηδὲν ὑποκρύψῃς τῶν ἀληθῶν] ap. *Xenoph.* I. K. A. 268. C. merito quoque locum suum tuetur hoc verbum contra ἀποκρύπτειν. quod in Etonensi & oris *Stephani* & *Leunclavii* adparet. verum *Regius* huic favet. In Apographo, ut centies peccatur, μὴ δέ.

P. 29. Vs. 21. Τοῦτο αὐτὸν ἐπικαλέσεται μᾶλλον τὴν εἰς σὲ φιλανθρωπίαν.] ut brevis sim, malim. τοῦτο αὐτοῦ ἐκκαλέσεται μᾶλλον. τ. ε. σ. φ. *Aeschin. de Falsa Leg.* 396. A. τὴν ὀργὴν ἐκκαλέσασθαι. *Diod.* XX. 64. εὔνοιάν τινος.

Novi multa verba duos adsciscere accusativos. sed id non hujus loci. ἐπικαλεῖσθαι praeterea diversum quid significat. ἐπικαλεῖσθαι vel ἐπικαλεῖν τὴν φιλανθρωπίαν τινὸς εἴς τινα. *inplorare. invocare alicujus humanitatem erga aliquem* notaret. an fuit ἐπεκκαλέσεται.

P. 29. Vs. 21. Ἀκούσασα μὲν οὖν ἐβάδιζεν ἡ Καλλιρρόη, θαῤῥοῦσα δὲ ὅμως] quo referas illud ὅμως? cui opponitur? quare amplector eruditissimi Reiskii emendationem. ἄκουσα. *invita* quidem, *confisa* tamen. Ita ap. *Aelian.* V. H. L. II. I. p. 721. ἡ δὲ ἀκούσασα καὶ ποτνιωμένη . . . ἐβιάσθη. *Leopardus* dudum, postea alii, ἄκουσα reponi possit. ap. *Demosthen.* περὶ παραπρ. 317. B. item habes ἀκούοντας pro ἄκοντας.

P. 29. Vs. 23. Ἐν ἱερῷ] *Xenoph. Agesil.* 667. A. Ἀγησίλαος εἰς οἰκίαν μὲν οὐδεμίαν ἰδίᾳ ἐν ἀποδημίᾳ κατήγετο, ἀεὶ δὲ ἦν ἐν ἱερῷ, ἔνθα δὴ ἀδύνατον τὰ τοιαῦτα [τὰ ἀφροδίσια] πράττειν. Ideo *Herodot.* VII. 23. ὃς [Ἀρταΰκτης] καὶ εἰς τοῦ Πρωτεσίλεω τὸ ἱερὸν ἀγινεόμενος γυναῖκας ἀθέμιστα ἔρδεσκε. Immo L. IX. 115. ἐν τῷ ἱερῷ ἀδύτῳ γυναιξὶ ἐμίσγετο.

P. 29. Vs. 26. Διονύσιός εἰμι] Omnino necessaria & proinde non reprehensibilis apud nescientes & ignaros sui etiam cum aliqua jactantia commendatio. vide quae diximus in *Miscell.* Vol. I. T. I. p. 19.

P. 29. Vs. 25. Τὰ ἐμὰ] τὸ ἐμὸν eodem sensu ap. *Sophocl. Trach.* 1084. revera potest explicari per ἐγώ. tamen hic & alias notat non solum personam, sed ejus *facultates*, *virtutes*, *vitia*, *casus*.

P. 29. Vs. 26. Μιλησίων πρῶτος] ut ille Λ. ΚΑΙΚΙΛΙΟΣ. ΚΥΡ. ΠΡΟΤΑΔΗΝΣ ΙΠΠΕΥΣ ΡΩΜΑΙΩΝ ΠΡΩΤΟΣ ΜΕΛΙΤΑΙΩΝ. ap. *Gruterum* p. CCCLXXVIII.

P. 30. Vs. 8. Εἶπον . . καὶ πρῶτόν γε τοὔνομα τὸ σὸν] *Musaeus* 185.

Εἰπὲ δὲ, μὴ κρύψῃς, τεὸν οὔνομα, καὶ σέο πάτρην.
Οὐ γὰρ ἐμόν σε λέληθε· ἐμοὶ δ' ὄνομα κλυτὸν Ἡρώ.

P. 30. Vs. 1. Καλλιρρόη] *Cl. Cocchius* animadvertit vocem hanc semper scribi neglecto spiritu tam leni quam aspero ad literas PP. sed id forte non peculiare huic voci, & nihil ad rem. Varie exaratur. ap. *Thucyd.* II. 15. Καλιρόη. *Euseb. Hist. Eccl.* I. VIII. *Sch. Luciani.* T. I. 173. aliae orthographiae Καληρόη. Καλληρρόη. Καλιρρόη. vid. *Fragm. Hesiodi* vs. 13. *Bergler. ad Alciphr.* I. II. 51. sed quae scripturae minus probandae videntur. Καλιρρόη ut Κάλιρρος. Χειμάρρος. poëtae literam P abjiciunt. ubi opus. ita *Ocyrhoe.* quamvis *Chr. Wasius* in *Senario* p. 24. inter alia multa absurda, quae in isto libro occurrunt, alioqui laboriose scripto, contendat: *geminum* P *cum aspiratione non semper valere ad brevem, quae praecesserat, producendam*, adductis his ipsis exemplis ex *Ovidio.* sed bene quod nec *Heinsii* nec *Burmanni* huic magistro auscultaverint. Sed tamen non minus contra prima prosodiae elementa, saltem Graecae, peccant, qui contendunt ante ΣΤ & ΣΠ vocalem brevem non produci, corruptis vel trivialium poëtarum locis inducti. Ut patientius feram *Rich. Dawesium* in *Miscell.* p. 4. hanc doctrinam de vi productrice in ΣΤ & ΣΠ, etiam apud Latinos castiores poëtas, Britannis paedagogis ambitiosa oratione inculcanti. nostrates enim paedotribae vix hoc ignorent, toties moniti a viris rei metricae peritis. Licet hujus per quam rara exempla licentiae inveniantur, tamen tam certa prostant, ut temerarii hominis sit apud *Virgilium* L. XI. 309. ubi nunc,

Poni-

Ponite; spes sibi quisque. *sed* haec *quam angusta*, *videtis.*

forte reponendum censere,

Ponite: *quisque sibi spes*: *sed quam angusta videtis.*

In his nulla fere Codicibus fides. ubi opus καλλίῤῥοος, exhibent καλίῤῥοος & contra, ut in hoc epigrammate Cod. Palatinus ipse peccat.

Νύμφαι Νηϊάδες, καλλίῤῥοον αἳ τόδε νᾶμα
Χεῖτε κατ' οὐρείης πρωνὸς ἀπειρέσιον.
Ὕμμιν ταῦτα πόρεν Δαμόστρατος, Ἄντλα υἱός,
Ξέσματα καὶ δοιῶν ῥινὰ κάπρων λάσια.

recte sic scribendum hoc vocabulum vidit *J. Jensius* p. 351. cetera exhibens, ut merito pro anecdotis etiamnum prodantur. ῥινὰ poëta dixit, ut δεσμὰ & similia. perhibetur vero Damostratus ipse Epigrammatis scriptor. nescio quam bene. quaedam de nomine Καλλιῤῥόη diximus L. I. I. I. 4.

Fuit tempore Constantini meretrix famosissima hujus nominis Constantinopoli, in cujus effigiem Agathias cudit epigramma non inelegans. inveneris L. IV. Anthol. C. V. 4. p. 300.

P. 30. Vs. 8. Ἤρεσε Διονυσίῳ καὶ τὸ ὄνομα] Est enim sonora vox & boni ominis, quia vocem καλὸς in se habet, & praeterea rem jucundam καλῶς ῥεῦσαν πηγὴν exprimit. *Plat. Theag.* 122. D. Εἰπὲ δή μοι τί καλὸν ὄνομα τῷ νεανίσκῳ. Θεαγένης ὄνομα τούτῳ. καλόνγε τῷ υἱεῖ τὸ ὄνομα ἔθου καὶ ἱεροπρεπές. *Aelian. Epist.* VII. ἐμὲ ἀρέσκεις διὰ τὸ ὄνομα, Ὀπώρα. de ominosis nominibus antea aliquid notatum. I. XII. 17. 18. apud *Herodotum* L. IX. 9. Ἡγησίστρατος hospitis nomen in auspicium accipitur. ap. *Eurip. in Rheso.* 158. Hector insidias successuras auguratur, quia structurus illas vocabatur a δόλῳ

Ἐπώνυμος μέν κάρτα καὶ φιλόπτολις Δόλων..

In memoriam revocor Epigrammatis, in quo nescio quis memoratur, cui καλὸν ὄνομα. videamus utrum id divinare possimus. Olim fuit in lucem protractum a *Georgio Gualtero*, in *Inscriptionibus Siculis* Edit. Panhormitanae p. 27. at Editionis Messanensis p. 6. ibique paullo accuratius. Cl. *Muratorius* p. DCCXLVIII. 4. & Erud. *Leichius* tentavit in *Miscellaneis Lips.* T. I. p. 500. & iterum proposuit in *Curis secundis* p. 51. quos conferas.

Proponam quemadmodum conceperam, antequam isti libelli in meas

pervenerant manus. nec id tamen quidquam ad rem. ante vero animadvertam Gualterum feliciſſime, ut reor, occaſionem & argumentum Epigrammatis detexiſſe in *Pauſaniae* L. v. C. xxv. ubi narrat, *triginta pueros cum tibicine & chori magiſtro Rhegium, ad feſtum diem ibi celebrandum fuiſſe miſſos trans fretum a Meſſanenſibus. ſed omnes periiſſe in tempeſtate. Meſſanenſes vero ſtatuam ex aere ſuam ſingulis poſuiſſe una cum chori magiſtro & tibicine. Inſcriptionem indicare Olympiae dedicatas a Meſſaniis. Statuas datas eſſe* Κάλλωνος *opus. Hippiam autem poſtea Elegiacis titulis eas exornaſſe.* En epigramma uti emendandum & ſupplendum cenſeo.

Σύζυγος ἦν μία πᾶσι πάτρις, καὶ μοῖρα δὲ πάντας
 Ὤλεσεν ἠιθέους, ὦ παροδεῖτα, μία.
Πάντας τ' αὐτὸς ἔχει πόντος, καὶ εἰκόνας αὐτός
 Τεῦξε, λυγροῖς πορθμοῦ ὀλλυμένων ῥοθίοις,
Οὗ τό καλὸν κοσμεῖ περικείμενον οὔνομα τύμβους.
 Οὗ γλυκὺς ἔσθ' ἡμεῖν κἂν φθιμένοισιν ἔρως.

Conjuncta erat una omnibus patria. fatum vero omnes
 Perdidit adoleſcentulos, o viator, unum.
Omnes idem habet mare, & imagines idem
 Fecit lugubribus freti perditorum fluctibus,
Cujus pulcrum ornat tumbos circumjacens nomen.
 Cujus dulcis eſt nobis quamvis mortuis nomen.

Nempe Κάλλωνος nomen erat pro more inſculptum aeri, ΚΑΛΛΩΝ ΕΠΟΙΕΙ. ut in illo

Πραξαγόρας τάδε δῶρα θεοῖς ἀνέθηκε Λυκαίου.
 Υἱὸς ἐποίησεν δ' ἔργον Ἀναξαγόρας.

ſaepe autem periphraſi nomen proprium exprimunt, praecipue ubi metro refractarium aliquod occurrit. ap. *Gruter.* xxv. 1. quia Ἀπολλόδωρος in verſum non intrabat

Μυσοπόλος τελετῶν τοῦτον συνθήκατο βωμόν
 Δῶρον Ἀπόλλωνος θεῖον ἔχων ἐπίκλην.

Mirum forte acciderit quomodo, cum *Olympiae* ſint dedicatae hae ſtatuae; epigramma hoc inventum fuerit *Meſſanae ad Fretum Siculum*. probabile videtur, Meſſanenſes non neglexiſſe exemplar harum inſcriptionum in ſua civitate illuſtri loco collocare.

P. 30. Vs. 13. Προήχθη κλαίειν] *Diod.* xv. 57. Τῆς διὰ τὴν ἐπιείκειαν μνήμης προαγούσης εἰς δάκρυα. *Idem* L. 11. 16. Σεμίραμις προήχθη πρὸς τὸν Ἰνδὸν ἐξενεγκεῖν πόλεμον. ubi male *Claremont.* προσήχθη. ita ap. *Anton. Liber.* xxxiv. male ἐπεὶ δὲ τὸ πάθ☉ αὐτὴν προσῆγεν. immo προῆγεν. uti apud *Lucian. Tyrann.* ii. 143. καὶ πρὸς γε τὴν ἀρχὴν τῶν ἀδικημάτων ὑπὸ τοῦ παιδὸς ἄκων προῆχθαι ἐλέγετο. vulgo προσῆχθαι. *Xen.* 1. *Memor.* 714. E. vid. *Demosth. de pace.* 61. D. 62. E. *de in Cherson.* 84. E. *de Coron.* 517. C. *in Lept.* 546. D. Σκοπεῖτε δὴ πρὸς ὅσης κακίας ὑπερβολὴν ὑμᾶς ὁ νόμ☉ προάγει. *Aeschin.* παραπρ. 226. C. ita ἐξάγειν & ἐξάγεσθαι. vid. v. viii. 92. 6. sic ἐκφέρειν & ἐκφέρεσθαι. *Xen.* K. Π. 1. 34. *Plutarch. Alex.* 45. *Diod.* xvii. C. 70. p. 215. συνεκφερόμενοι τοῦ θυμοῦ. L. v. viii. 92. 6.

P. 30. Vs. 14. Τὴν Ἀφροδίτην αὐτὴν σκυθρωποτέραν γεγονέναι] Saepe statuis divinis sensum tribuunt. vid. ii. ii. 25. 15. *Theocr. Idyll.* xxiii. 6.

Ἵστατ' ἀπὸ κρηπῖδ☉ Ἔρως, ὑδάτων ἐφύπερθεν.
Ἅλετο τὤγαλμα, κακὸν δ' ἔκτεινεν ἔφαβον.

Eurip. Androm. 245.

Ὁρᾷς ἄγαλμα Θέτιδ☉ εἰς σ' ἀποβλέπον.

Eunap. in *Maximo* p. 85. Ὥστε τὸ μὲν πρῶτον ἐμειδία τὸ ἄγαλμα, εἶτα καὶ γέλως ἦν τὸ φαινόμενον. uti recte emendat Cl. *Gesnerus* ad *Luciani Lexiph.* T. ii. 335.

P. 30. Vs. 17. Ἔστι γάρ τις καὶ τρόπου συγγένεια] *Aristoph. Therm.* 581.

Φίλαι γυναῖκες, συγγενεῖς τοὐμοῦ τρόπου.

sed ibi verba quidem, non res eaedem. proprius accedit locus Tyrii Maximi. xxxii. 3. ἀλλὰ τὴν γνώμην τῇ γνώμῃ προσάγω, καὶ τὴν συγγένειαν ὁρῶ. Et *Euclides* sive *Hypsicles Praef.* L. xiv. *Element.* συνδαθεὶς τῷ πατρὶ ἡμῶν διὰ τὴν ἀπὸ τοῦ μαθήματ☉ συγγένειαν.

Auctor *Dial. de Corr. Eloq.* 25. *Esse quamdam judicii ac voluntatis similitudinem & cognationem.* C. Plinius Sec. *Paneg.* C. vii. *nulla adoptati cum eo, qui adoptabat cognatio, nisi quod uterque optimus erat, dignusque alter eligi, alter eligere.*

P. 30. Vs. 19. Οὐδὲν γάρ σύνοιδα ἐμαυτῇ φαῦλον] *Apogr.* vitiose φίλον. *Demosth.* παραπρ. 326. C. ubi *Ulpian.* τὸ κακὸν καὶ εὐτελές. posses etiam φλαῦρον, *Demosth. in Midiam.* 622. D. 636. A. ad priorem locum vid. Cl. *Taylor.* p. 292. §. 20.

P. 30. Vs. 24. Λαμπρὸν διήγημα] L. viii. vii. 141. 11.

P. 31. Vs. 4. Πόλεως φιλανθρώπῳ] L. iv. iv. 70. 11. de Mileto. vitio obvio mox μετήληφας in Apographo.

P. 31. Vs. 6. Σῶμα] Ne Pollucis L. iii. C. v. iii. §. 178. crisin vereatur Charito, vetantis nude pro *mancipio* ponere, caverunt Viri docti ad istum Lexicographum, & *Th. Gataker.* ad *Antonin.* L. i. §. xvi. p. 39.

P. 31. Vs. 7. Οὐδὲν ἀπολέσεις] *Redemtionis* pretium largum dabit. vid. *J. Pricaeum* ad *Appul.* iv. *Metam.* p. 217.

P. 31. Vs. 8. Τὸν Ἀλκίνοον] Decantatissimam Corcyraeorum regis hujus hospitalitatem in Ulixem, nuper in suis hujus *Insulae Primordiis. C.* x. illustravit *Ang. Mar. Quirinus*, purpuratorum principum doctissimus.

P. 31. Vs. 10. Αἰχμάλωτον ὀρφανὴν] Ad affectus movendos his vocibus nimium significantibus utitur. nam neque αἰχμάλωτος nec ὀρφανή proprie erat Ὀρφανὸς tamen late patet. non modo liberi parentibus, & parentes liberis ὀρφανοὶ dicuntur: sed omnes desolati & privati amicis; consanguineis: rebus caris. ita ὀρφανίζειν. ut in hoc *Theocriti* Epigrammate, quod in gratiam hujus poëtae studiosorum hic emendatius adponam.

Λῆς ποτὶ τᾶν νυμφᾶν διδύμοις αὐλοῖσιν ἀεῖσαι
 Ἁδύ τί μοι; κἠγὼ πακτίδ' ἀειράμενος,
Ταξεῦμαί τι κρέκειν· ὁ δὲ βωκόλος ἄμμιγα θέλξει
 Δάφνις, καροδέτῳ πνεύματι μελπόμενος.
Ἐγγὺς δὲ στάντες λασιαύχενος ἄντρου ὄπισθεν
 Πᾶνα τὸν αἰγιβάταν ὀρφανίσωμες ὕπνω.

Mutationum reddendis supersedeo rationibus.

LIBRI SECUNDI CAPUT SEXTUM.

P. 31. Vs. 17. Ἐξ Ἀφροδίτης δῶρον] L. viii. i. 127. 4.

P. 31. Vs. 20. Ἀνέπλαττον] L. iv. ii. 66. 12. Καλλιρρόην ἀναπλάττων ἑαυτῷ τοιαύτην. vi. iv. 104. 10. ταῦτα ἀναζωγραφῶν καὶ ἀναπλάττων ἐξεκαίετο σφόδρα. *Aristaen.* ii. xi. τὴν εἰκόνα ταύτης ἐπὶ τῆς ψυχῆς ἀναπλάττων plura in Miscell. Vol. x. 204. Cl. *Abreschius* dedit ad *Xenoph. Ephes.* p. 7. i. proprie *Plat. de L. L.* v. 746. A πλάττειν καθάπερ κηροῦ τινα πόλιν.

P. 31. Vs. 21. Μενέλεων] L. v. 11. 82. 2. Μενέλεως utitur. nempe hic forte locum Attici alicujus scriptoris habuit pro oculis. vid. 1. vi. 9. 18.

P. 31. Vs. 21. Τῆς Λακεδαιμονίας γυναικὸς] Ita Helena absolute vocatur *Lacaena* Horat. L. ii. Odar. xi. 23.

Incomptam, Lacaenae
More, comam religata nodo.

si fides scholiastae.

P. 31. Vs. 22. Πάρεστι δὲ αὐτῇ καὶ ἡ τῶν λόγων πειθώ] *Alciphr.* i. xxxviii. ἐπ' ἄκροις μοι δοκεῖ τοῖς χείλεσιν αὐτῆς ἐκάθισεν ἡ πειθώ. ubi eleganter Berglerus commentatur. Videtur autem Charito cum iis facere, qui Helenae Νηπενθὲς interpretati fuerunt *suavitatem & leporem in narrando*. nam eo respiciens Callirrhoen non modo forma adaequat Helenae, verum etiam ceu parem flexanima eloquentia ipsi comparat. vide *Petri la Seine Nepenthes Homeri*. p. 116. *Maneth.* iii. 348. dicit

Ὄλβον μὲν πρώτιστα δόσαν, μετέπειτα δὲ μύθων
Πειθώ, καὶ φιλίην ἀγαθὴν τιμήν τ' ἐνὶ δήμοις.

ubi mox scribe

Τεύχουσιν μολπαῖσιν τ' ἀγαλλομένους καὶ ἀοιδῇ.

ubi nunc corrupte μολπαῖς τ' ἀγαλλομένους. levia talia multa, sed vitiosa apud hunc poëtam: quae si imam paginam occupassent, etiam chartae jactura facta fuisset. ex. gr. L. 1. 24.

Ἑρμείας δ' ἦν τούτοις ἰσόῤῥοπος ἀντήσειε.

ubi rescribe τοῖσιν vel Ἑρμῆς δ' ἦν τούτοις vel τούτοισιν ii. 235. ——— Ταῖς δ' αὖ γεράεσσ' ἱεροῖσιν. vulgo γεράεσι. ii. 428. legitur

Ἤτοι γὰρ δούλαις ἢ πενιχραῖς καὶ ἀνάγνοις

reponas velim

Ἤτοι γὰρ δούλαισι πενιχραῖς ἢ καὶ ἀνάγνοις
Ἢ καὶ πρεσβυτέρῃσι συνέζευξεν μάλ' ἀΐστως,
Ἢ ἔτι καὶ πιναροῖσιν ἐφεζομένους τεγέεσσιν.

ut hic δούλαισι abiit in Δούλαις ἢ sic L. iii. 386. Φάεσσι abiit in Φάος ἢ.

 Ἧμος

Ἦμος δ' Ἑρμείας Ζηνὸς φαέεσσ' ἰσόμοιρον
Ὁρμήσῃ, τῆμος μὲν ὁ φυόμενος μάλα θνητῶν.

L. III. 41. Ἐν τροπικοῖς δ' εἴωθε τελεῖν καὶ πάμπαν ἀτέκνους
Κηδεστῶν βιότου.

ita emendo pro τροπικοῖσι δ' & pro κηδεστάς. κηδεσταὶ βιότου sunt liberi, qui γηροκόμοι & γηροτρόφοι parentum. dixit ἄτεκνος κηδεστῶν. pro ὀρφανός τέκνων κηδομένων, vel ἄτεκνος τέκνων κηδομένων. *Musonius* ap. *Stobaeum* LXXIII. p. 450. περιέπειν γονεῖς κηδεμονικῶς. sic ἄπαις παίδων aliis & ipsi dicitur L. III. 149. nihil obstaret quominus diceres ἄπαις ἀρρένων. ἄπαις θηλειῶν. sic hic ἄτεκνος κηδεστῶν. L. IV. 574. πάτρης κηδέστορες ipsi celebrantur. L. III. 258. Ἢ ὑπὸ ληιστήρεσσιν ἢ ἐν χάρμῃ δοριληπτοι. vulgo λῃστῆρσι

L. IV. 481. Στίλβων ἀμφ' αὐτοῖς ἢ καὶ διάμετρος ὁραθῇ.

vulgo αὐτοῖσι καί. sic L. VI. 701. Ἀστὴρ σὺν Παφίῃ ἢ καὶ διάμετρος ὁροῖτο. ubi ἢ deest. & L. VI. 175. Ἦν δ' Ἄρης ὑπόγειος ᾖ, ἢ δυτικῷ ἐνὶ κέντρῳ. ubi ᾖ exsulat. Illud in αὐτοῖσι est idem fere vitium cum illo δούλαισι & δούλαις ἤ. nam αὐτοῖσΙ pro αὐτοῖς Ἡ. posses quidem αὐτοῖσιν. sed caesurae ratio sic habebitur nulla. quod vel ab ipso Manethone alienum: quamvis negligentior vulgo habeatur. Verum persuasissimum habeo pleraque librariis & interpolatoribus esse attribuenda. L. V. 63.

Σὺν τ' ἄστροις πᾶσιν πλὴν ἠελίου κακοεργός.

vulgo ἄστροισι ἅπασι. sed de hoc mendarum genere plus quam satis.

P. 31. Vs. 23. Βεβίωταί μοι] Inepte apographum βεβαίωται. quod ne Graecum quidem. posses etiam βεβούλευται. *decretum est*. sed recte interpres hanc lectionem secutus est. hae voces non semel sibi obstiterunt. ap. *Herodot*. II. 177. βιῶται pro βεβαιῶται. apud *Aelian*. III. H. V. XV. διαβεβαίωται item male adhuc in contextu restat pro διαβεβόηται. quamvis βεβεβαίωται non plane ausim damnare, quod ad Grammaticam. sic in Glossis habes πεπεταύρισται, *cernuit*. quod nescio cur *Cl. Salmasius* in *Plinian*. mutat in *Cernui* πεταυρισταί. At βεβίωται obvium & ap. *Demosth*. in *Mid*. 627. D. & passim. vox βέβαιος restituenda *Manethoni* L. IV. 514.

Εὔσημοι γενεήν τ', ἀγαθοί φύσιν, ἀξιόμορφοι,
Δοξοφόροι, πάτρης κηδέστορες, ἠδὲ βέβαιοι.

ubi nunc legitur βίαιοι. sic modo vs. 497.

Εὔμορ-

Εὐμόρφες τε τίθησι κ̀ εὐτυχέας, κ̀ ἐπόλβους,
Ἐν τ' ἀρχαῖς πλείςαις πάτρης τὰ βέβαια φρονοῦντας.

uti optima ratione edidit *J. Gronovius*. βίαιοι recte locum suum habent L. II. 469 & 85.

Ὑψηλοὺς, δράςας, μεγαλόφρονας, ἠδὲ βιαίους,
Πταίοντας τόλμῃ, κ̀ σφαλλομένους ἐπὶ δόξῃ.

Apud eundem *Manethonem* vitiosa illa mixtura τῶν Ἰῶτα & ΑΙ saepius turbavit, ut L. v. 8. ubi pro μυρίοισι reposuimus μοιραίοισι. eandem medicinam applicavit *Gronovius* vs. 598. L. IV. συναίῃ δὲ Κρόνῳ Ἄρης τε σὺν αὐτῷ. reponens συνίῃ. sed ex stylo Manethonis potius corrige συνέῃ. vid. L. VI. 640. ita possim ἐπείῃ & ἴῃ. & apud Astrologos συνεῖναι & συνιέναι differunt.

P. 31. Vs. 23. Ἀπαλλαγήσεται τοῦ ζῆν.] L. v. x. 96. 2. ἀπηλλαγμένην ζωῆς, *Plat*. VI. de R. P. 496. D. τὴν ἀπαλλαγὴν τοῦ βίου ἀπαλλάξεται. passim. porro de loquendi modo quo hic ἀπαλλάττεσθαι proprie & metaphorice simul sumitur vide ad L. IV. III. 68. 17.

P. 31. Vs. 25. Μή σύ γε] vel supple μή σύ γε ἀπαλλαγήσῃ, vel μὴ repetitum refer ad καταδράσῃ. prius malim. vid. II. VII. 33. 19.

P. 31. Vs. 25. Μή καταδράσῃ σεαυτῷ] Locus corruptus. Eruditiss. *Reiskius*, optime conjecit Μὴ κακὰ δράσῃς σεαυτὸν, quod ad Linguae genium. Καταδράσῃ namque non significat *facies* vel *interficies*, sed *decurres*. ut διαδράσῃ τὸ κίνδυνον. ap. *Heliod*. x. 480. & ap. *Herodot*. III. 135. διαδράσηται. etiam mutatio probabilis: κατὰ & κακὰ passim turbant. uti ap. *Artemid*. II. 34. p. 122. ἢ γάρ τυχόντες ἀγαθῶν, ἢ κακὰ φυγόντες ἄνθρωποι θεοῖς θύουσιν. sic enim merito legit Rigaltius. etiam posses dativum retinere. licet enim Attici ποιεῖν, ἐργάζεσθαι, δρᾶν cum accusativo etiam gemino, construant, non tamen tuto neges unquam dativum adhiberi. certe in nostro hic casus facile tolerari potest. *Heliod*. II. 68. δεδιὼς μή τι κακὸν ἑαυτῷ ἐργάσηται. ubi tamen Cod. *Taur*. ἑαυτὸν. verum certiora subministrabit Cl. *J. Marklandus ad Lysiae Orat*. XIII. p. 248. ubi habetur πρᾶξαι ἀγαθόν τι τῇ πόλει. sed ut verum fatear: differre credo πρᾶξαι ἀγαθὸν τὴν πόλιν & πρᾶξαι ἀγαθὸν τῇ πόλει. hoc significat *urbi aliquod bonum conciliare. comparare*. illud *urbem aliquo bono afficere*. *Rich Dawesius* in *Observ. Miscell*. 343. *Eurip*. locum in *Hercule fur*. 206. optime emendavit, ubi δρᾶσαι cum dativo occurrebat. item alterum locum in *Eurip. Med*. 92. p. 264. & tertium denique locum huic constructioni faventem ex Homero *Od*. ξ. 289. facessere jussit p. 185. — Ὃς δὴ πολλὰ

κάκ'

κάκ' ἀνθρώποισιν ἐώργει. rescribens ἀνθρώπους ἐεώργει sive suo more ἐωεώργει, quod etiam *Stephano* & *Basiliensi* editori placuisse docet Barnesius. Verum, uti innui, in nostro haec constructio non inprobanda. Quam facile potuit scribere καταχρήσῃ σεαυτόν. *Herodotum* auctorem habens: vel διαχρήσῃ, alios bonos scriptores secutus. potuisset etiam διεργάσῃ vel κατεργάσῃ. ut ipse loquitur L. III. VII. 55. 19. δεινόν τι ἑαυτὴν ἐργάζεσθαι. & sic *Herodot.* I. 24. Καταχρήσῃ non displicet. η & α saepe in ipso hoc apographo permixta. ut ἀγορῆσαι pro ἀγοράσαι. p. 15. χρῆσθαι χρᾶσθαι, χρῆται χρᾶται passim incerta scriptura vagantur. & δραστήρια pro χρηστήρια suspicatur irrepsisse apud *Sophoclem*, doctiss. *Valkenarius* ad *Ammon.* III. XIX. p. 236.

Verum enim vero in priorem emendationem jam proniorem plane inpulit locus D. *Lucae* in *Actis* C. XVI. 28. Ὁ δὲ δεσμοφύλαξ ἔμελλεν ἑαυτὸν ἀναιρεῖν· ἐφώνησε δὲ φωνῇ μεγάλῃ ὁ Παῦλος, λέγων. Μηδὲν πράξῃς σεαυτῷ κακόν. scribenti hic locus ante oculos versatus fuisse posset videri.

P. 31. Vs. 25. Κύριος γάρ εἰμι καὶ ἐξουσίαν ἔχεις αὐτῆς] Quid! an Charitonem adeo juris Graeci Romanique ignarum credemus, ut, quum dispensatorem hunc induxerit servum Dionysii [vid. I. XII. 17. 17. II. III. 26. 19.] jam ipsum faciat κύριον servae dominica pecunia emtae. L. II. I. 23. 23. ἀπολώλεκά σου, δέσποτα, τάλαντον. Melius profecto suae conditionis conscius erat ille pastor Lamon apud *Longum* L. III. 98. qui ait: Δοῦλος δὲ ὤν, οὐδενός εἰμι τῶν ἐμῶν [ne *filiae* quidem] κύριος. Aususne fuerit hic dioecetes tam inpudenter coram domino se jactare herum servae, & domino ita demum ejus copiam concedere! non fit vero simile. si vero contendas servum potuisse habere alium servum in peculio: nihil caussam hoc juverit. namque Ὁ δούλου δοῦλος aeque in domini potestate. Nec obstat, quod sequatur, ταλάντου αὐτὴν ἐπριάμην. nam pinguius loquendo, emerat eam Leonas: at cui? nonne domino? L. I. XII. 17. 23. Thero revera quidem Leonae optionem proponit, utrum sibi velit Καταχεῖν vel χαρίσασθαι domino. Atqui si sibi jam emisset, non minus emta, quam ipse, in domini ἐξουσίᾳ fuisset. Scripsisse igitur arbitror *Charitonem*: Κύριος γὰρ εἶ, καὶ ἐξουσίαν αὐτῆς ἔχεις. Nimirum haec describenti Monacho oberrarunt verba Decalogi, Ἐγώ εἰμι κύριος, ὁ Θεός σου. pari modo apud *Nemesium* de N. H. C. IV. p. 120. cum scribere deberet. οὐ κατὰ σωρείαν συντιθεμένων, dedit, οὐ κατὰ σάρκα σωρεία. locutione biblica κατὰ σάρκα ipsius menti obversante. ita in *Theophrasti Charact.* VI. Monachus scripsit μοναστήρια pro ἐργαστήρια. ita vocabula αἱρετικοί. ἅγιος pro aliis saepe irrepserunt. eademque ratione ῥήσεις Homericas aliis obtruserunt poetis. *Adrianas*, *Francinas*, *Joannas* suas amicas pro veteribus heroinis in poetarum

tarum libris substituere ἐρωτομανοῦντες Monachi. videatur *P. Burmannus ad Ovidii Artem* L. III. 35.

P. 31. Vs. 26. Καὶ ἐξουσίαν ἔχεις αὐτῆς] Certe servi servaeque erant ἐν ἐξουσίᾳ dominorum. dominis vero etiam vis erat fere inpunita: cum & vita ipsa servorum olim in manu ipsorum. sed quomodo haec in humanitatem peccans potestas fuerit coërcita a Romanis Imperatoribus patet ex L. I. *Instit.* T. VIII. §. II. & *L.* 2. *ff. de his qui sui vel alieni juris.* ita apud Athenienses domini cogebantur alii vendere servos, praesentis impatientes dominationis. quod vocabant πρᾶσιν αἰτεῖσθαι. vid. *Sam. Petitum ad LL. Atticas L.* II. *T.* VI. 258. Hic sumus in Asia.

P. 32. Vs. 1. Ἐπριάμην] Nempe dispensatores, actores, ἐπίτροποι, διοικηταὶ, non ipsi domini, pecuniam tractabant & erogabant. ut fuit dictum L. II. I. 23. 23.

P. 32. Vs. 2. Τῆς πολλῆς Σικελίας] *Thucyd.* VII. 13. jam hoc titulo insignivit. Πολλὴ δ' ἡ Σικελία. itam *Max. Tyr.* XVII. 6. Σικελία πολλή. ita Noster III. VI. 53. 7. πολλὴ γάρ ἡ Ἀσία. *Strabo.* II. 193. πολλή ἐστιν ἡ Καρχηδονία. *Achill. Tat.* IV. 247. Νειλὸς ὁ πολύς. abit aliquantum locutio. V. I. 79. 8. ἡ πολλὴ τῆς Ἰταλίας. vel πολλή τῆς Ἰταλίας. de quibus nuper Cl. *P. Wesseling.* ad *Diodor.* XI. 42. 506. & *in Excerpt. de Virt. T.* II. 561.

P. 32. Vs. 2. Ενκεχαραγμένον μεγάλως] *Scriptum cum magnifico Elogio in libro Regio* [qui forte τῶν διφθερῶν βασιλικῶν portio, memoratarum a *Diodoro Siculo* L. II. C. XXXII. p. 146.] in quo Euergetae & benefactores regni & regis Persarum consignabantur.

Ad hunc morem non semel respicit. L. VII. V. 123. II. Ἀναγράφω σε εὐεργέτην εἰς τὸν οἶκον τὸν ἐμόν. VIII. V. 137. 26. Πρῶτος εὐεργέτης εἰς οἶκον βασιλέως ἀναγραφήσῃ. *Esthero Libro* C. VI. vs. I. *Herod* VIII. 85. *Thucyd.* I. 129. *Diod.* XV. 12. & quos cum aliis congessit *Desid. Heraldus* L. I. *Animadv.* C. 9.

Persice *Orosangae.* voce composita, ut mihi videtur, more Linguae Persicae, frustraque credo *Hadr. Relandum* in uno vocabulo, *murum* denotante, originem quaesivisse.

Ita viri principes, immo reges, Reipublicae Atheniensis sive εὐεργέτας τοῦ δήμου γραφῆναι, ceu eximium decus, adfectaverunt. *Xen. de Redit.* 923. *Lysias* XX. p. 365. *Suidas* in Στήλη. Antiqua monumenta adfluunt exemplis. vid. *Gisb. Cuperum ad Marm. Antiq.* post *Homeri Apotheosin.* p. 284.

Vocem vero ἐγχαράσσειν nolim referri ad tempora, quibus *sculpebant* modo, nondum *scribebant.* hic enim ἐγγράφειν notat. χαράσσειν proprie de *nummis, sigillis, lapidibus* usurpari perseveravit. inde χάραγμα. *numus: pecunia.* quod notavit *Cl. Salmasius ad Histor. Aug.* T. II. 337. 518. &

Du Cangius in Glossario. At antiquiorem auctoritatem vocis in hac significatione χάραγμα praebet *Antipater* in Libro VII. *Anthol.* 161. p. 480.

Ἢν μὲν γάρ τὸ χάραγμα φέρῃς φίλ☉, ὅτε θυρωρὸς
Ἐν ποσὶν, ὅτε κύων ἐν προθύροις δέδεται.

Inde *Manetho* L. VI. 388.

Ἐν χοάνοις χρυσόντε καὶ ἄργυρον αἰγλήεντα
Τήκοντας ῥέζει, καὶ ἀμοιβαίοιο χαράκτας.

ubi numos fusos, at deinde signatos, animadvertas.
Scripturam autem ENκεχαραγμένον servavi, sive Codicis, sive modo apographi. obvia illa in Codicibus frequentissime, nec non in lapidibus & numis. vid. *Falconerius* ad *Athleticas Inscript.* p. 67. *Spanhemius* T. I. *de Praest. Num.* p. 119. non puto tamen scripturam per Γ deberi indoctis librariis, sed iis qui magis sono quam etymo obtemperabant. *J. G. Graevius* etiam G pro N poni apud Latinos ante G. C vel N animadvertit ad *Suetonii Vitell.* C. VI. p. 193. apud Arabas simile quid usu venit. quoties enim ω N Υ scribatur ante ϙ K A & ≐ KE accipit sonum τῆς γυ fere. Videatur *Th. Erpenii Grammatica Arabica* p. 14. [p. 10.]

P. 32. Vs. 4. κατ' ἔτ☉ δωρεὰν] *Herodot.* VII. 106. τῷ μόνῳ Ξέρξης δῶρα πέμπεσκε ἀνὰ πᾶν ἔτ☉. *Brissonius de R. P.* L. I. §. 135 & aliis locis abunde egit de Regum Persarum μεγαλοδωρίᾳ.

P. 32. Vs. 6. Ἢν οὐκ ἂν ὕβριστε Θήρων ὁ λῃστὴς] *Achilles Tatius* VI. 407. ὦ τόλμης καὶ γέλωτ☉. Παρθέν☉ τοσούτοις συννυκτερεύσασα πειραταῖς. εὐνοῦχοί σοι γεγόνασιν οἱ λῃσταί; φιλοσόφων ἦν τὸ πειρατήριον. οὐδεὶς ἐν αὐτοῖς εἶχεν ὀφθαλμούς. ubi nescio cur intelligamus deesse χολὴ φιλοσόφων, cum *Erud. J. B. Carpzovio* ad *Achillem Tatium* p. 161.

P. 32. Vs. 8. Θαρρεῖ] Nempe ὁ Ἔρως. *Amor* millies pro *Amante*. repone ὁ ἐρῶν, & nihil obstiterit. sed sententia erit minus eleganter prolata. Ita *Tibullus* dicit L. I. IV. 40.

——— *Obsequio plurima vincit Amor.*

P. 32. Vs. 12. Προιέναι μέχρι τρυφῆς] L. I. XI. 16. 13. πάντα παρέχειν ἐς τρυφήν.

P. 32. Vs. 14. Καὶ οἷον ἐπίστασαι, δηγῦ] Magnum animi sibi optimorum institutorum conscii argumentum. Non talis in simili caussa iste ap. *Achillem* L. VI. 377. Ὅπως εἴπῃς τὰ εἰκότα περὶ ἐμοῦ. ἐπίστασα in Apographo.

P. 32. Vs. 14. Βλέπε] L. II. IV. 27. 22. Porro ὅρα apud veteres usitatius quam βλέπε. vid. Cl. V. V. *Elsnerum & Raphelium* ad *Pauli Ep. ad Coloss.* IV. 17.

P. 32.

P. 32. Vs. 14. φύσει ἐντρεχὴς] *Strabo* L. XVII. 1151. B. Ιυδαικὴ ἐντρεχεία. *Idem* L. 461. A. ἀπλῦσατοι ϰ̀ ἥκιςα κἀκεντρεχεῖς. *Herodianus* L. V. VII. 7. γυνὴ ϰ̀ ἄλλως ἐντρεχὴς. In his sollertiam cum aliqua malitia mixtam agnoscimus. Verum etiam in non malam partem. *Plato* VII. de R. P. 537. A. Ὃς ἂν ἐντρεχέςατος ἀεὶ φαίνηται, *strenuior. promptior. alacrior. sollertior.* vid. *Glossas Graeco-Latinas. Porphyr. de Abst. Anim.* III. 224. λογικὴ ἐντρέχεια. *rationis discursus*, vertitur. immo *rationalis*, ut ita dicam, *sollertia*, sive ut eaedem *Glossae. experientia, exercitatio. usus rationis. Hesych.* ἐντρεχέςερον. γοργότερον. nempe quatenus γοργὸς. *strenuus, navus*, notat. *Glossae*. γοργῶς. *strenue.*

Qua autem ἐντρεχὴς & ἐντρέχεια significant *Peritus. expertus peritia* fere respondent τοῖς τρίβων & ἐντριβὴς. *Plat.* VI. de L. L. 796. B. ἐπεὶ ἐντριβὴς γε ὀυδαμῶς γέγονα τῇ τοιαύτῃ τέχνῃ. *Luciano de Merc. Cond.* 662. hinc junguntur ἔντεχνοί τινες ϰ̀ τρίβωνες. ubi ἄτεχνοι in *Cod. Vat.* quia in Codd. procul dubio aliis fuit ἔυτεχνοι pro ἔντεχνοι. quod ultimum unice probum. vid. *Hesych.* & ibi doctum interpretem. & in Τρίβων. [τριβῶνος] ἔμπειρος.

P. 32. Vs. 15. Ἀφανὴς.] *In occulto agens. non prae se ferens.* ἐν ἀφανεῖ. mox ὅτι μὲν κεκέλευςαι θεραπεύειν αὐτὴν, ὀυκ ἐμήνυσε. alio sensu *Demosth.* ἐρωτλόγῳ. 251. E. φύσιν ἀφανῆ ϰ̀ ταπεινὴν opponit περιβλέπτῳ.

P. 32. Vs. 16. Λαβῦσα πρὸς τὸ πρᾶγμα τὴν διάνοιαν, ἔιχετο πρὸς τῦτο] L. II. IX. 35. 13. & 25. VI. II. 98. II. ἐλάμβανε λογισμὸς. quomodo etiam loquitur *Demosth.* κατὰ Ἀριςοκρ. 750. C. L. III. IX. 59. 9. 8. φαντασίαν. L. III. X. 60. 7. ἀπόγνωσιν. C. IV. VII. 76. 17. μνήμη ἐλάμβανεν αὐτὸν. *Demosthen.* περὶ συμμορ. 138. C. παράνοιαν. I. *Philipp.* 120. B. ἔννοιαν. sed in his non plane agnosco nostram locutionem. quare inducor fere, ut credam legendum esse. βαλῦσα πρὸς τὸ πρᾶγμα τὴν διάνοιαν. ita *Sophocl. Trach.* 855. τάδε μὲν ὄυτι προσέβαλε. *Schol.* ait συνῆκε. nempe. Τῇ διανοίᾳ. προσβάλλειν τί τῇ διανοίᾳ sive προσβάλλειν τὴν διάνοιαν πρός τι, eodem redit. ita τί ἐμβάλλεσθαι φρεσὶ. *Iliad.* A. 297. *Sch.* ἐνθέσθαι. ut *Theocr. Idyll.* XXVII. 14. ἐγκαταθέσθαι. *animum adplicare alicui rei: adjicere.* βαλεῖν & λαβεῖν quoties non mutantur! ex. gr. apud *Apollon. Rhod.* III. 1062. σῖγα ποδῶν πάρος ὄσσε βαλῦσα. Cod. Laurentianus male λαβῦσα. ita alio paullo sensu Manetho non semel ὄμμα βάλῃ. I. 287. IV. 122.

P. 32. Vs. 18. Ἔιχετο πρὸς τῦτο] Saepius construitur cum genitivo. ἔχεσθαι ἔργυ τινὸς. Vid. *Herodot.* VIII. 10. IX. 101. *Pindar. Pyth.* IV. 414. Θεῷ πίσυνος Ἔιχετ' ἔργυ. sed saepe praepositiones in his adhibentur. Expressit sententiam *Xenoph.* H. H. IV. 540. A. ὀυδὲ γὰρ ἐκράτυν αὐτῦ αἱ τῦ σώματος ἡδοναὶ. ἀλλ' ἀεὶ πρὸς ᾧ ἦει ἔργῳ, τῦτο ἔπραῖτε. modo ἐμήνυσε mutavi in ἐμήνυσεν. Quia tamen periodus satis absoluta, forte ferri posse quis contenderit.

LIBRI SECUNDI CAPUT SEPTIMUM.

P. 32. Vs. 21. Προφάσεις μὲν ἄλλοτε ἄλλας] L. III. III. 45. 7. *Heliod.* VII. 350. ἐπαγγελίαν ἄλλοτε ἄλλαις προφάσεσιν ὑπερετίθετο. quem locum cum aliis huc facientes laudavit ad *Appul. Met.* X. 593. *J. Pricaeus.* varie effertur. προφάσει. πρόφασιν. ἐπὶ προφάσει. *Soph. Trach.* 675. Et ſic malim apud *Ariſtaen.* I. 18. ἐπὶ πάσῃ προφάσει. ubi ἐπὶ προφάσεως mavult *Mercerus. Max. Tyr.* XXXII. §. 9. ἐπὶ προφάσει ἡρωικῇ. ὑπὸ φιλοσόφου [Ὁμήρου] δεικνύμενος πολιτείας τρόπος, δι' οἰκονομίας ἡρωικῆς. ubi πρόφασις ἡρωικὴ eſt *ſpecies externa, praetextus tractationis heroicarum actionum & eventuum.* cum ſimularet poëma heroicum ſcribere. ſed re vera erat philoſophica inſtitutio, δι' οἰκονομίας ἡρωικῆς. ſi legas ἐπὶ προφάσει ἠθικῇ plane ſententiae Maximi, ut mihi videtur, contrariatus fueris. Dicit Homerum ſub ſpecie Epici poëmatis pholoſophiam tractaſſe & leges tuliſſe: non ut *Minos* in Creta: vel *Plato* Athenis, edicendo & fingendo leges: ſed proponendo laudabiles heroum actiones. Paull. I *ad Theſſal.* II. 5. ἐν προφάσει πλεονεξίας id eſt προφάσει πλεονεκτικῇ. *praetentibus avaris, agendo ex avaritia diſſimulata* πρόφασις de *ſimulatione* dicitur. in loco Apoſtoli *diſſimulatur avaritia*: in loco Maximi *ſimulatur heroica actio.* cum revera eſſet ethica doctrina & inſtitutio.

P. 32. Vs. 23. Δουλαγωγήσειν] proprie *Diodorus* XVII. 70. αἰχμαλωσίαν δουλαγωγεῖν. Paull. ad *Corinth.* IX. 27. τὸ σῶμα. *Theophylactus Simocatta. Ep.* IV. Ψυχὰς κόρῳ δουλαγωγεῖσθαι dicit. At Noſtri ſenſu per tmeſin eleganter adhibetur in Epigrammate inedito, quod Ἀρτέμωνι a quibuſdam adſcribitur.

Αητοΐδη, σὺ μὲν ἔσχες ἁλίῤῥυτον αὐχένα Δήλου,
Κοῦρε Διὸς μεγάλου, θέσφατα πᾶσι λέγων.
Κεκροπίαν δ' Ἐχέδημος, ὁ δεύτερος Ἀτθίδι Φοῖβος,
Ὧι καλὸν ἁβροκόμης ἄνθος ἔλαμψεν Ἔρως.
Ἡ δ' ἀνὰ κῦμ' ἄρξασα καὶ ἐν χθονὶ πατρὶς Ἀθήνη
Νῦν κάλλει δούλην Ἑλλάδ' ὑπηγάγετο.

Vitioſe Cod. ὑπαιγάγετο. Ἀθήνη etiam alias in numero ſingulari. uti ἡ Συρακούση. ut ap. *Nonnum Dionyſ.* XLI. 224.

Δόχμιον ὄμμα τίταινεν ἐς εὐρυάγυιον Ἀθήνην.

Δοῦλος.

δοῦλος. δυλεύειν de amatoribus obvium. *Plato symp.* 183. A. *Achill. Tat.* VIII. 527. *Berglerus* ad *Alciphor.* I. XIII. sic θεράπων. Aristaen. II. 2. ἐρωτικὸς θεράπων, qui antea ἐθελόδυλος. quemadmodum in Epigrammate *Stratonis*

> Ὡς ἀγαθὴ θεός ἐςι, δι' ἣν ὑπὸ κόλπον, Ἄλεξι,
> Πτύομεν, ὑςερόπουν ἀζόμενοι Νέμεσιν.
> Ἣν σὺ μετερχομένην οὐκ ἔβλεπες, ἀλλ' ἐνόμιζες
> Ἕξειν τὸ φθονερὸν κάλλος ἀειχρόνιον.
> Νῦν δὲ τὸ μὲν διόλωλεν. ἐλήλυθε δ' ἡ τριχάλεπτος
> Δαίμων. χοὶ θέραπες νῦν σε παρερχόμεθα.

Hesych. Θέραπες. ὁμιληττῆρες. porro Nemesis hic vocatur ὑςερόπους; ad formam τῶν ταχύπυς. ὠκύπυς. unde mox μετερχομένην indicat. lento gradu enim Vindicta incedit. ut fatear tamen in Cod Vaticano est ὑςερόνουν. quod non aeque placet. ὑςεράνυς diceretur forsan, *quem poenitet.* sed non aeque bene, *qui poenitere faciat.* sic ὑςερόμητις. dubitavi ideo minus, quia in aliis est ὑςερόπνουν, quod sane nimis φορτικῶς interpretari cogeremur, *qui sequens a tergo aliquem spiritu quasi tangit & afflat.* Sed Δαίμων τριχάλεπτος vel quae vel quomodo dicitur? intelligas vel Nemesin vel Fortunam. vel diversum confuderit numen. Τριχάλεπτος autem ut ἡμίλεπτος. a λέπω. λεπίζω τὰς τρίχας, ut ita *fortuna calva* dicatur. verum vis verbi λέπω permittere hoc non videtur. ὁλόπτειν. quod a λέπειν videtur ortum, tamen inter cetera λεπίζειν, sed & τίλλειν ap. *Hesychium.* τριχόλεπτος tum probum. Namque A & O in hac compositione adhibentur. sed non in omnibus. At eundem sensum habueris separando vocabula ἡ τρίχα λεπτός. quamvis autem λεπτόθριξ proprie dicatur, qui *tenues* habeat *capillos*, non ita durum pro τριχολιπὴς diceretur. sed tum scriptum fuisset potius λεπτή. Verum vel dies vel alius meliora promserit. porro *ex Eustathio de Ism. & Ism.* potes observare vocem συνδυλαγωγεῖν. L. II. 54. & IV. 134.

P. 32. Vs. 25. Κτῆσιν] L. III. II. 14. 18. ἐκ τῶν Διονυσίων κτημάτων. sic *Demosthen.* παραπρ. 315. D. κτήματα καὶ γεωργίαι. dubito an non vox κτήματα hac notione sit restituenda *Aeschylo Eumen.* 760.

> ——— Καί τις Ἑλλήνων ἐρεῖ,
> Ἀργεῖος ἀνὴρ αὖθις ἔν τε κτήμασιν
> Οἰκεῖ πατρῴοις.

nunc legitur χρήμασι. certe ap. *Demosth. Olynth.* I. 2. E. habes κτῆσις κτημάτων.

μάτων. in Codice. ubi tamen melius nunc χειμάτων: παραπε. 307. D. χρήματα praetulerim: ubi Codd. κτήματα.

P. 32. Vs. 26. Τὸ δὲ τῆς μέμψεως ὐ περαιτέρω προῆλθεν, ἀλλὰ μέχρι ῥημάτων] id est. οὐκ ἐπλήξεν. οὐκ ἐξέβαλε τῆς νήσεως. v. VIII. 92. 7. ὥστε, εἰ μὴ διὰ τὴν αἰδῶ τὴν πρὸς βασιλέα, καὶ χεῖρας ἀλλήλοις προσέβαλλον. προῆλθε δὲ μέχρι ῥημάτων. ubi vide. *Tacit.* I. H. 18. *non ultra verba & voces errasse. Petron.* XI. *Nec se solum intra verba continuit, sed lorum de pera solvit & me coepit non perfunctorie verberare.* post προῆλθε distingue hic commatice. Vitiose Apogr. περαντερω. ἀλλὰ hic pro ἀλλὰ μόνον. vel ἀλλ' ἤ. Bene animadvertit *H. Commelinus* ad *Heliod.* L. III. 149. in καθεωρακότα ἀλλ' ἢ τὸ ἀνώμαλον, deesse vel οὐ vel οὐδὲν. οὐ καθεωρακότα vel καθεωρακότα. οὐδὲν. sed priori casu ἀλλ' ἤ, secundo casu ἄλλ' [ἄλλο] ἢ concipiendum. licet passim sine discrimine habeantur. ap. *Lucian. Phal. Altero.* T. II. p. 362. Οὐδὲν γὰρ ἄλλ' ἢ ἱεροσυλία τὸ πρᾶγμά ἐστι. *Conviv.* T. III. 443. & passim alias. plane ab his diversum ἀλλ' ἢ vel ἀλλ' ἦ. *atqui* ap. *Heliodor.* III. 152. ἀλλ' ἢ καὶ αὐτὸς ἔοικα. & *Lucian. Tyrann* T. II. 157. ἀπέθανον ἄν, ἀλλ' ἢ ὡς τύραννος μόνον. Verum nauseam legentium caveamus.

P. 33. Vs. 5. φύσει βαρύθυμος ὥσπερ καὶ φιλάνθρωπος] *Achill. Tat.* VI. 389. τὸ γὰρ περιττὸν εἰς φιλανθρωπίαν, ἴσον ἔχει τὸν θυμὸν εἰς τιμωρίαν.

P. 33. Vs. 5. Οὐδεὶς ἂν ῥύσαιτο ὑμᾶς, ἢ μόνη σύ] οὐ male pro σὺ *Apograph.* *Herodot.* VIII. 65. καί σε οὔτε ἐγὼ δυνήσομαι ῥύσασθαι, οὔτ' ἄλλος ἀνθρώπων οὐδείς.

P. 33. Vs. 7. Λιπαρούσης ἀντειπεῖν] Vid. L. III. II. 44. 25.

P. 33. Vs. 8. Προηνεχυριασμένη] Apogr. inemendate προενενεχυριασμένη. poteris etiam προεγκεχυριασμένη vel προηνεχυρασμένη. *pignore accepto obligatus.* beneficia accepta nos obligant ad vices reddendas. qui praestat beneficium ἐνεχυριάζει. qui beneficia accipit, ἐνεχυριάζεται. simili metaphora *Lysias* VIII. p. 158. παρακαταθήκην ἔχων ὑμῶν παρ' ἑκάστῳ λόγους πονηροὺς περὶ ἀλλήλων. ubi pro ὑποθήκη. ut alias. *Ammian. Marcell.* XXIX. II. p. 431. *praepigneratus colloquiis. Appulej. Met.* XI. 253. *Spe futuri beneficiis praesentibus pignerata.* scias neque hoc compositum neque sequens συγκατεύειν in Graecae Linguae Thesauris adhuc comparuisse.

P. 33. Vs. 11. Ἑτοίμη] L. I. IV. 7. 3.

P. 33. Vs. 13. Ἐρριμμένος] *Hesych.* ἔρριπτο. ἔκειτο. L. VII. Cap. Ult. 125. 9. plenius dicit ἔρριπται χαμαί. & sane plerumque ἐπὶ κλίνης. ἐπὶ στιβάδος adjicitur vel simile quid, ut patet ex notatis *Cl. Hemsterhusio* ad *Luciani Dial. Mort.* XVIII. p. 407. Noster jam absolute usus L. I. IV. 8. 9.

P. 33. Vs. 13. Ετετήκει] L. IV. II. 65. 19. Τηκόμενος ὑπὸ τοῦ Καλλιρρόης ἔρωτος. & nihil frequentius, de animo & corpore amantium. *Aristaen.* I. 13. παραγόμενο τήκεται πόθῳ. *Maneth.* V. 143.

Εἰ δὲ γυναῖκος ἔῃ, πολύκοινον ἔτευξεν ἑταίρην,
Μουσῳδὸν, σοβαρὴν, πολλοὺς τήκουσαν ἐραστάς.

uti cum Gronovio malim, quam contortum ἐραστάς. Metaphoram a cera esse ductam in propatulo. *Aristarchus* rationem redditurus cur amatorii adfectus [πάθη] essent cesto coriaceo inserti, id factum docet ὅτι ἔχει τοῦ δέρματος ἀνυφεῖται τὰ ἐρωτικὰ πάθη, τήκοντα τοὺς ἐρῶντας καὶ ἀποξύοντα διὰ τῆς τύψεως τὰ μέλη. subtiliter mehercule. haec legas inter alia Grammaticalia publicata a *Cl. Valkenario* ad calcem *Ammonii* p. 245.

In Anthologiae nondum publicata parte legitur:

Ἄθρει μοι διὰ παντός. ὅλαν κατάτηκ', Ἀρίβαζε
Τὰν Κνίδον. ἁ πέτρα θρυπτομένα φέρεται.
Ματέρες αἱ Περσῶν καλὰ μὲν καλὰ τέκνα τέκεσθε,
Ἀλλ' Ἀρίβαζος ἐμοὶ κάλλιον ἢ τὸ καλόν.

Adponam versionem *J. Clerici*, an forte hinc lux aliqua orietur.

Vide me per omnia. *totam absume, Aribaze,*
Cnidum. lapis comminutus (vento) *rapitur.*
O matres Persarum, pulcros quidem, pulcros liberos paritis.
Sed Aribazus mihi est ipsa pulcritudine pulcrior.

at διὰ παντὸς non *per omnia*: sed *semper*, per *omne tempus* significat. nec ἀθρεῖν τινι sed τινα dicitur. non placent praeterea in duobus distichis junctis duae apostrophae. nihili est, nec ad rem *vento fertur lapis.* liberiore conjectura sensum aliquem efficere conabor.

Ἄθρει μοι διὰ πάντα. ὅλαν κατέτηκ' Ἀρίβαζος
Τὰν Κνίδον. ἁ πέτρα θρυπτομένα φλέγεται. — vel cum Guieto potius θρύπτεται.

Circumspice mihi per omnes urbis partes. totam liquefecit Aribazus
Cnidum. lapis emollitus calescit.

Hesych. θρύψαι. μαλάξαι. male in aliis τυπτομένα. Τήκεσθαι & φλέγεσθαι vel θρύπτεσθαι sibi respondent & de vi Amoris dicuntur: qui jam non animalia sed ipsos lapides adficit. ita passim saxis & arboribus adfectus & sensus adscribuntur. *lapides flent. ingemiscunt.* quid ni amori cedant, cum *Propert.* L. 1. IX. 31. canat *Blanditiis silices & possint cedere quercus.* Cnidus

dus Persis saepe cum reliqua Caria paruit. *Aribazus* nomen Persicum. unde hic *matres Persicae* invocantur. quamvis haec satis abrupte cohaereant, & aeque duo epigrammata effecerint, atque unum, ut nunc.

P. 33. Vs. 15. Ἀχλὺς] L. III. I. 41. 2. III. IX. 59. 18.

P. 33. Vs. 16. ἀνενεγκὼν] Obvius hujus verbi usus. *Demosth.* ὑπὲρ Μεγαλ. 158. E. *Plut. Artox.* 287. *Libanius Ep.* 89. Conatus est restituere *Achilli Tatio* III. 175. *Cl. Salmasius.* verum mihi videtur metaphorae proprietatem obscurius indicasse, dum explicat ἀναβαστάζειν. *sustentare* ceu *senem*, & proinde *recreare*. immo ἀναφέρειν ἑαυτὸν vel τινα dicitur, ut ἀνακύπτειν, translata locutione a *lapsis* in hoc, a *mersis* in isto verbo.

P. 33. Vs. 17. Ἐρύθημα] hic *rubor* prae *pudore*. alias ex *fatigatione*. L. VI. IV. 104. 4. alias naturalis *rubor in facie*, de quo L. II. II. 24. 18. plerumque, & qui intelligendus ap. *Lucian. Dial. Mort.* I. p. 333. ἐρύθημα ἐπὶ τῷ προσώπῳ. ubi satis inconsiderate *J. Bourdelotius* de *rubore e fuco* commentatur. vid. *Lucian. Tom.* I. 365.

P. 33. Vs. 17. Μόλις δὲ ὅμως ἐφθέγξατο] sic II. V. 29. 22.

P. 33. Vs. 19. Μὴ μὴ ὀργίζου] obvia hujus voculae iteratio. *Aristoph. in Equit.* vs. 19. ter repetit. ita *Sopocl. Oed. Col.* 207. Μὴ, μὴ, μή μ' ἀνέρῃ τίς γ' εἰμί. Ex omissione repetendae vocis prosaicis saepe decessit elegantia, poetis saepe metrica illata fuerunt vulnera. ex. gr. ap. *Aristoph. Thermoph.* 775. hunc versum semipede carentem, in omnibus, quas vidi, editionibus legimus.

Οὐ φαίνετ' ἔπω. φέρε τίν' οὖν ἄγγελον
Πέμψαιμ' ἐπ' αὐτὸν,

per te jam reposueris τίν' οὖν τίν' ἄγγελον. mox totus pes intercidit ex hoc vitio.

πόθεν οὖν φύοιντ' ἄν μοι πλάται; πόθεν; adde aliud πόθεν;

L. Kusterus jam recte in *Lysistrata* 851. reposuit.

Ἀνὴρ ἀνὴρ ὁρῶ προσιόντα παραπεπληγμένον.

In *Nubibus* vs. 1290. meus codex semel πλέον male omittit. πλέον πλέον τἀργύριον ἀεὶ γίνεται. pro quo saepe πλέον καὶ πλέον. ut ap. *Polyb.* I. 40. 58. πλείους καὶ πλείους. & sincera est illa lectio ap. *Xenoph.* K. Π. VII. 193. C. πλείων καὶ πλείων.

Raro in contrarium peccatur: peccatur tamen. sic in *Aristoph. Thesm.* 1125. occurrit semipede porrectior versus ex repetitione vitiosa

φέρε

φέρε δεῦρο, δεῦρό μοι τὴν χεῖρ' ἵν' ἅψωμαι κόρης.

ubi semel dele δεῦρο.

Ap. *Plutarch. Romulo.* 64. ἐβόων ὕδωρ, ὕδωρ. uti recte reposuit ex Cod. *Brianus.* vid. eundem *Solone.* 206. *Pericle.* 348. & sic in *Lucae Euangelio* VIII. 24. Codd. quidam male deficiunt semel in ἐπιστάτα, ἐπιστάτα ἀπολλύμεθα. In Latinis idem fit obvium. vid. *J. Broukh.* II. II. 37. *Arn. Drakenborchius ad Livium.* L. II. XL. 417.

Aliquando, hac elegantia non animadversa, dedita opera Critici praestantes tentarunt, quod librarii casu fecerunt. ap. *Diod.* L. XIV. C. 66. p. 694. in concitata illa *Theodori Syracusani* oratione legimus; πρὸς γὰρ τοῖς ἄλλοις ἀτυχήμασι Νάξον καὶ Κατάνην ἐξηνδραποδίσατο. πόλεις συμμαχίδας, ἐπικαίρους πόλεις ἄρδην ἀνῄρηκε. hic vel scribas καὶ ἐπικαίρους vel deleas alterutrum πόλεις, vehementiae sermonis injeceris fraenum. simile id illi *Demosthenem de Corona* p. 497. B. Πόλεμον εἰς τὴν Ἀττικὴν ἄγεις, Αἰσχίνη, πόλεμον Ἀμφικτυονικόν. & *de iis qui in Cherrhon.* p. 84. C. οὗτός ἐστιν ἀνδρεῖος, καὶ χρήσιμός γε πολίτης ὁ τοιοῦτός ἐστιν. ubi si semel omittas ἐστιν, fregeris periodum.

Apud *Lysiam* Orat. XXVIII. p. 456. legitur ἐν δὲ τῷ τέως χρόνῳ καὶ τῶν οἴκων τῶν ἡμετέρων μεγάλων ὄντων, καὶ τῶν δημοσίων προσόδων μεγάλων οὐσῶν, θανάτῳ ἐκολάζετε. si cui haec in Areopago forent pronuntianda, sentiret quae vis inesset repetitioni participiorum ὄντων & οὐσῶν his locis collocatorum. In *Orat.* ejusdem *Rhetoris* XXX. p. 473. Τότε δὲ περὶ τῶν ἐμῶν, τότε ἀξιῶ πιστεύειν ὑμᾶς. ubi removeri semel vocem τότε nolim: praecipue cum passim τότε δὴ τότε occurrat. ut ap. *Lucian.* I. 537. Τότε δὴ τότε ὄψει πολλὰ τὰ σεμνά. I. 606. Τότε δὴ τότε πολὺς μῶ ὁ ἱδρώς. ubi *Cod. unus* mutilus in hac voce. vid. T. II. 63. *Demosth. de Cor.* 480. *Philipp.* I. 48. E. quin forte in Lysia non male legeretur. Τότε δὴ περὶ τῶν ἐμῶν, τότε. α. π. ὑ. ap. *Max. Tyr.* XXIV. 5. καὶ θεοὶ πίνοντες καὶ γελῶντες θεοὶ ἄσβεστον γέλωτα. elegantia & vis in repetito vocabulo θεοί. Uti mihi videtur etiam *Dissert.* III. 10. Ἀλλ' ἐπὶ τοὺς ἡγεμόνας ἔρχομαι, ἐπὶ Ἀθηναίους ἔρχομαι, καὶ τὰ Λακεδαιμονίων ἐξετάζω, nihil vitii in iterato ἔρχομαι residet.

Verum hoc genus observatiuncularum in infinitum augeri possint. Meleagri adjiciam epigramma, longe suavissimum & rotundum, ubi iterationis ἐνέργεια in oculos incurrit.

Ψυχὴ δυσδάκρυτε, τί σοι τὸ πεπαυθὲν ἔρωτος
  Τραῦμα διὰ σπλάγχνων αὖθις ἀναφλέγεται.
Μὴ μὴ πρὸς σε Διός, μὴ πρὸς Διός, ὦ φίλ' ἄβουλε,
  Κινήσῃς τέφρῃ πῦρ ὑπολαμπόμενον.
Αὐτίκα γάρ, λήθαργε κακῶν, πάλιν εἴ σε φυγοῦσαν
  Λήψετ' Ἔρως, εὑρὼν δραπέτιν αἰκίσεται.

Alii περανθὲν. at quanto praestantior Palatina lectio! πεπασμὸς de morbis & humoribus & ulceribus corporum, quae ad sanitatem redeunt *Schol.* ad *Sophocl. Trach.* 741. ὀργὴ πέπειρα explicatur πεπεμμένη ἢ πραεῖα ἢ συγγωστή. *Sch. Iliad.* 4. 513. πέσσει. πραΰνει. Omnia manuscripta φιλάβυλε. Verum separavi φίλε ἄβυλε. ita compellat ψυχὴν, respiciens τὸ σημαινόμενον, *se*, *Meleagrum.* sic Noster. VI. 1. 99. 4. ὦ ψυχή. . . μὴ ἐξαπάτα σεαυτόν. pro πάλιν alii male πάλαι. pro εἰ σε. alii ησε. immo *Cod. Vat.* εἰς σε. qualia scriptionis sphalmata obvia. uno tali liceat obiter *Maneth.* IV. 252. liberare.

Αχθοφόρους, ὑδρέας τε, καθαρτῆράς τε κελεύθων
Ἀμφοδικῶν, οἰκτροὺς τ' ἀμάρης σκαπτῆρας ἔθηκε.

nunc legitur ἀμαρησκαπτῆρας. rescripsi praeterea ἀχθοφόρους pro ὀχθοφόρους ex L. IV. 443. [& VI. 384.]

Ἐργοπόνους παλάμαισι ἢ ἀδροτάτους * ἢ ἀρίστους * vulgo ἀνδροτάτους.
Ἀχθοφόρους, καμάτων τε πόνους εἰς τέρψιν ἄγοντας.

P. 33. Vs. 22. Ἐρύσατο] Recepta scriptura est ἐῤῥύσατο. *Herodot.* III. 132. & centies. talia vix servari vel observari digna. sic ἔρανεν, ἐμμεμφὸν habuimus. nec enim puto hinc argumentum ducturum *Rich. Dawesium*, quasi in his vestigia adparerent sanioris orthographiae, quae obtinuit antequam *portenta* ista ἐῤῥαίσθη, ἔῤῥεεν, ἔῤῥιψαν obtinerent, quorum vera potestas erat εϝρhαίσθη, εϝρhεϝεν, εϝρhιψαν. ut orbi literato persuadere conatur *pag.* 159. *Observationum* suarum. liceat nobis in antiquo haerere luto, & ter mille fere annorum errorem inpune errare: dum novitia haec sapientia saltem aliquot seculorum adquisiverit auctoritatem, & Lingua Graeca παλιγγενεσίαν nacta fuerit, parilibus Aesculapiis obstetricantibus. ap. *Heliod.* X. 482. in hoc genere emenda ἐῤῥυθμίζετο. ex cod. *Taur.* In *Dione Nicaeo* ex Cod. Regio hoc nostrum ερρύσατο in *Bibl. Coislíniana* p. 434. & ap. *Lucian.* II. 602. item ἐῤῥύσατο. ubi paullo ante in ἦν ἔρηται non intelligitur, ἐπιστάτης, qui loquitur, sed verus δεσπότης τῦ χωρίου, qui propter filiae in asinum propensionem de bestiae fato inquisiturus erat. Num memorabo mox χαρίσαι & σωτερίαν in apographo haberi?

P. 33. Vs. 26. Ἀυτὴ] In apogr. γόνασι. αὐτὴ χαρ. prius servare potuissem.

P. 34. Vs. 4. Προσαγόμενος αὐτὴν ἐφίλησε] Similia apud alios legas amantium circa osculum strategemata. unde forte profecit. *Heliod.* VII, 365. Ἔσται ἢ παρ' ἐμοῦ πρὸς σέ, φησὶν [sic Cod.] ὁ Θεαγένης, ἢ ἅμα προσῄει ὡς τὰς χεῖρας φιλήσων. ἡ δὲ προκύψασα ἢ τὸ στόμα ἀντὶ τῶν χειρῶν προβαλοῦσα ἐφίλησε, ἢ ἐξῆλθεν Θεαγένης.

νης φιληθεὶς, οὐ μὴν αὐτός γε φιλήσας. *Aristaen.* I. IX. Therſander apud *Achillem Tatium* VI. 399. non tam urbane oſculum rapit. προσάγεσθαι in hac re proprium. *Xen.* K. Π. VIII. 224. A. Χρυσάνταν προσαγαγόμενος ἐφίλησε. VII. 193. C. προτείναν ὁ Κῦρος τὴν χεῖρα προσήγετο αὐτοὺς. Id in caſu paullum diverſo. ſed ut hic ap. *Theophr. Char.* V. τὰ παιδία προσαγαγόμενος φιλῆσαι. quae ibi ſincera lectio & ſententia. de ruſtico ap. *Lucian. Dial. Deor.* V. 215. ἐπισπασαμένους φιλῆσαι.

P. 34. Vs. 4. ὡς δῆθεν ἀπαξιῶν τὴν χεῖρα δοῦναι] Nempe Dionyſius Callirrhoen cadentem, &, ut ſe ſuſtineret, arripientem Dionyſii manum, retrahens manum, quaſi illam oſculandam praebere nolens, ſimul propius coegit ad ſe accedere, & ſic oſculatus eſt. videri voluit Dionyſius, quaſi putaret Callirrhoen in cadendo accedere ad manum, ut gratias ageret manum domini oſculando. moris enim erat, ut digniores manum modo vilioribus oſculandam porrigerent. *Hom.* Il. Ω. 478.

Χερσὶν Ἀχιλλῆος λάβε γούνατα καὶ κύσε χεῖρας.

Xenoph. K. Π. VII. 192. D. Κύρου κατεφίλουν καὶ χεῖρας καὶ πόδας. *Justin.* XII. 15. L. VIII. IV. 135. 22.

LIBRI SECUNDI CAPUT OCTAVUM.

P. 24. Vs. 6. Τὸ φίλημα, καθάπερ ἰὸς εἰς τὰ σπλάγχνα κατεδύετο] Lexicon Coiſlinianum. p. 600. Ἰός, τὸ φάρμακον καὶ τὸ βέλος. utrique autem rei, jaculo vel ſagittae & veneno comparatur vis amoris, & ea omnia, quae amorem excitant, ut adſpectus, tactus, oſculum. ut apud *Moſchum Amoris fugitivi* vs. 27.

φεῦγε κακὸν τὸ φίλαμα. τὰ χείλεα φάρμακον ἐντί.

ubi fruſtra aliquot Codices φαρμακόεντα. alterum enim longe ſignificantius. Frequentius etiam telo adſimulatur amor, & ipſe Cupido ideo ſagittis armatur. *Ariſtaen.* II. 21. ἐγὼ δὲ μέχρι παντὸς τὸ χρυσοῦν τῶν ἐρώτων εὐτυχήσαιμι βέλος. σὺ οὖν αὐτὸ μὴ περῶ τῆς ἐμῆς ἀφελέσθαι καρδίας. *Plato Symp.* 219. C. ὥσπερ βέλει τετρῶσθαι. *Horat.* I. *Odar.* XXVII. 12.

dicat Opuntiae
Frater Megillae, quo beatus
Vulnere, qua pereat sagitta.

Silius Italic. XI. 425. *occulta mentem vitiante sagitta.* qui simul jaculo & veneno comparat L. VII. 453.

Si mea tela dedi blando medicata veneno.

& nullus finis exemplorum. unde nescias, utrum *sagittam* an *venenum* intellexerit Charito. magisque haeseris, quia καταδύεσθαι. *intrare. descendere. insinuari in viscera* aeque dicantur sagittae atque virus & veneni vis letalis. ita *Plutarch. Artox.* 287. ὅσον ἐνδῦναι δύο δακτύλους τὸ ἀκόντιον. *Theocr.* Idyll. XXV. 237.

ἀλλ' οὐδ' ὡς ὑπὸ βύρσαν ἔδυ πολυώδυνος ἰός.

Paullus Silentiarius. Anthol. I. XXVII. p. 36.

Οἶστρος ὀλισθήεσσαν ἔχει φύσιν, ἣν τις ὀϊστῷ
*Ἄκρον ἔλῃ φλογέει, δύεται ἔντος ἅλος. * *Palat. Cod.* φλογερῷ.

Anacreon. XV. Quin *Heliod.* VII. 390. veneni incitatam penetrabilitatem ait τοξεύματος παντὸς ὀξύτερον. ita Latini. *Ovid.* III. *Met.* 68.

Et toto jaculum descendit in ilia ferro.

Lucan. IX. 741.

Ecce subit virus tacitum, carpitque medullas
Ignis edax, calidaque incendit viscera tabe.

Attamen quia ἰὸς *jaculum. telum.* magis sit Ionicae dialecti & poetici usus, malim verti *venenum.* vid. *Xenoph. Sympos.* 884. E & L. I. *Memoral.* 724. C. *Heliodorus* tamen L. I. p. 28. si *Taurinensi* libro credamus, adhibuit. Ἡ Δίκη τοῖς οὕτως ἀθέσμοις ὀξὺν ἐπιβάλλει τὸν ἰόν. at longe praestat vulgata τὸν ὀφθαλμόν. utrique rei aeque convenit ὀξύτης *jaculo & oculo*: at *Justitiae oculum* elegantius & usitatius tribueris. *Theodor. Prodr.* L. IV. p. 153.

Τὸ τῆς Δίκης γὰρ ὄμμα τῆς πανοπτρίας.
Ἀγρυπνόν ἐστιν, οὐδὲ μικρὰ καμμύει,
Καὶ τοῖς ἀδικήσασιν ἄγριον βλέπει.

Ammianus

Ammian. Marcell. XXIX. II. 435. *inconnivens Justitiae oculus, arbiter & vindex perpetuus rerum, vigilavit attente.* & L. XXVIII. VI. 421. *Appulej. Met.* II. 35. III. 47. VI. 109. & quis non?

P. 34. Vs. 7. Οὔτε ὁρᾶν ἔτι οὔτε ἀκούειν] vid. L. VI. IV. 103. 22.

P. 34. Vs. 8. ἐκπεπολιορκημένος] *expugnatus. Sueton Vespas.* XXII. *Expugnatus a quadam, quasi amore sui deperiret.* vid. Casaub. ad ejusdem *Caesarem* C. 1. p. 8. ubi hoc ipsum ex *Chionis Epistola* ad *Matridem.* X. 29. & ex IV. 26. καταναυμαχεῖσθαι adducit. mox e contrario ἀήττητος.

P. 34. Vs. 9. Διὰ δώρων] Alioquin ἀπαραίτητον ἔχει πρὸς γυναῖκας ἰσχὺν χρυσὸς καὶ λίθος. *Heliod.* IV. 193. vulgo γυναῖκα. sed sic *Taurini* & in *Vaticano* & *Xylandreo.*

P. 34. Vs. 11. Ὑπελάμβανεν τὴν] Rursus abundat N. ne credamus tamen id potius auctoribus quam librariis deberi: qui hanc minutam accurationem susque deque habuisse videntur ab iis certe profectum, quoties in poësi simile quid offendamus. offendimus autem centies literam hanc adjectam cum metri damno, & contra.

P. 34. Vs. 12. Ἐστρατήγηται] an non deficit. εὖ. καλῶς? vid. I. XIV. 19. 24. mox male σέσωσε. in *Apogr.* vid. L. VI. VIII. III. 9. mox ita κατεστρατηγήθη.

P. 34. Vs. 15. Ἄν πως γυνὴ γυναικὸς περιγένηται] Ita malim quam πῶς. vide an aliqua ratione. *Sophocl. Trach.* 592.

Φιλθροις δ' ἐὰν πως τήνδ' ὑπερβαλώμεθα.

saepe autem formula hac utuntur. *Eurip. Hel.* 335.

Γυναῖκα γὰρ δὴ συμπονεῖν γυναικὶ χρή.

vs. 836. Σὸν ἔργον. ὡς γυναικὶ πρόσφορον γυνή.

In fragm. Alopae vs. 2.

Γυνὴ γυναικὶ σύμμαχος πέφυκέ πως.

Aristoph. Thesmoph. 546.

Γυνὴ γυναῖκας ὅσα μὴ κακῶς λέγειν.

Achill. Tat. V. 319. γυνὴ γυναικὸς ἐλέησον.

Quae singula & sexus concordiam & consensum in vitae institutis notant. inde proverbium Γυνὴ γυναικὸς οὔποτ' οὐδὲν διαφέρει. & simul astutiam muliebrem designant. Non abit illud *Philippi Macedonis* dictum ap.

 Demosth.

Demosth. παραπρ. 344. Ἂν Ἀθηναίων τινὰς εὕρω τοὺς Ἀθηναίους ἐξαπατήσοντας. quod est ἀλωπεκίζειν πρὸς ἑτέραν ἀλώπεκα.

P. 34. Vs. 17. Πᾶσαν πεῖραν καὶ τέχνην προσέφερεν] quasi ἐκπολιορκησομένῃ. *admovere machinas urbi.* προσάγειν μηχανὰς τῇ πόλει. sic πειρᾶν χωρίυ, πόλεως. *Thucyd.* I. 61. τέχνης autem fit mentio, ob favritiam femineam & artes hujus sexus. vid. *Pricaeum* ad *Appul. Miles.* IX. p. 54.

P. 34. Vs. [illegible] κατεστρατηγήθη] vid. supra vs. 12.

P. 34. Vs. 19. Φιλόνεικος] L. VI. IV. 103. 6.

P. 34. Vs. 20. παράδοξον, μᾶλλον δ' ἄπιστον] *Gisb. Cuperus L.* I. *Obs. C.* IV. non paucis differentiam inter παράδοξον. id *quod contra, supra opinionem* fit, & ἄπιστον. *id quod contra fidem* accidit, ostendere sategit. quamvis passim hae notiones utrique vocabulo indiscretim tribuantur.

P. 34. Vs. 21. Κατώρθηκε] L. I. I. 2. I. χαίρει τοῖς παραδόξοις κατορθώμασι.

P. 34. Vs. 21. τὸν τρόπον] hic nihil desit. omnia haec ἀσυνδέτως brevitatis gratia narrantur.

P. 34. Vs. 23. σύνοδον τοῦ γάμου] ita συνελθεῖν *Matthaei* C. I. vs. 18. Latinis haec locutio familiaris. ὁρμή. ἀπόλαυσις. ἐπιθυμία. συνουσία vocabula apta & decora.

P. 34. Vs. 25. ἀργὴ] ea ratione, qua etiam ἄροτος. ἀνήροτος. ἄσπορος. ἄφορος, ita & γῆ ἀργὴ & συνουσία ἀργὴ dicuntur.

P. 34. Vs. 26. Τῶν ὕστερον] Recte *Reiskius* τὴν ὕστερον. οἱ ὕστερον sunt *posteri.* quod ex codice reponas in *Numesio de N. H.* C. II. p. 89. pro τῶν ὑστέρων. saepiuscule in his turbatur. ap. *Max. Tyr.* X. III. 105. malim. Οἱ δ' εἰσὶν οὐδὲν ἀλλοιότεροι τῶν πρότερον οἱ ἔπειτα. vulgo προτέρων. ap. *Sophocl. Oed. Colon.* 59. *Cod. Vat.* cui adstipulatur *Scholiastes*, exhibet οἱ δὲ πλησίον γύαι. vulgo πλησίοι. ap. *Heliod.* I. 4. tamen ex *Taurinensi* non refinxerim τῶν πρότερον ἀπορώτερον. praestat recepta lectio προτέρων.

P. 35. Vs. I. Εγκύμων] ἔγκυος. sic ἀρικύμων. ἀκύμων & πρωτοκύμων. apud *Achillem Tatium* I. 37. sed ubi magnus *Salmasius* aliquid humani passus fuit, derivans istud a κῦμα. ut ita idem notet quod πρωτόπλοος. Quam hallucinationem jam animadvertit *Aeg. Menagius* ad *Diogenem Laert.* in Platone L. III. §. 31. p. 150. Epigramma quod erroris ansam praebuit, sive sit *Asclepiadae*, sive, ut *Diogeni.* L. III. §. 31. & *Athenaeo* L. XIII. p. 232. placet, *Platonis*, sic ex mea sententia legendum.

Ἀρχιάνασσαν ἔχω τὰν ἐκ Κολοφῶνος ἑταίραν,
Ἇς καὶ ἐπὶ ῥυτίδων ἕζετο δριμὺς Ἔρως.
Ὦ δειλοὶ νεότατος, ἀπαντάσαντες ἐκείνας
Πρωτοπλόου δι' ὅσας ἤχετε πυρκαϊᾶς.

Alii

Alii πρωτοπόρυ. alii πρωτοβόλυ. ſed Archianaſſa *Virgo, vel primum Veneris pelagus ingreſſa*, dicitur πρωτόπλοος, uti contraria metaphora apud *Ariſtoph. Equit.* 1299. *triremes in mare primum deductae* vocantur παρθένοι. at naves jam fatiſcentes γραῖαι. hoc primum. deinde in vulgatis Editionibus *Anthologiae* L. III. XII. 43.

Ἣν νέον ἡβήσασαν ἀποδρέψαντες ἐρασαί.

pro quo *Cod. Vatic.* ut notavit Salmaſius, re vera habet

Ἆς νέον ἥβας ἄνθος ἀποδρέψαντες ἐρασαί.

ſed noſtram lectionem agnoſcunt *Athenaeus* & *Diogenes.* Palatina lectio jam olim interpolatricem ſenſit manum. Quin tamen eadem manus, qua tota membrana conſcripta eſt, editam a nobis conſervavit in ſuperiore ora. praefert quoque ad Epigrammata *Henr. Stephanus* & in *Recenſione vocum Herodotearum* p. 723. *Editionis Gronovianae.* porro in eo errant, quod conjungunt νεότητος. . . ἐκείνης. cum ſit ὦ δειλοὶ νεότητος. *O infelicis juventae viri, qui obvii facti fuiſtis ei, primum Veneris pelagus naviganti.* obſerva autem ἀπαντᾶν conſtrui quemadmodum ἀντᾶν apud Homerum. ultima autem reſpiciunt proverbialem locutionem διὰ πυρὸς ἐλθεῖν. vid. *Chion. Ep.* XVII. 35. plures diverſitates eſſent excutiendae & inductae quoque vindicandae, verum aptiori loco iſta reſervabimus.

P. 35. Vs. 1. Προέκοπτεν ἡ γαςὴρ] L. II. III. 27. 10.

P. 35. Vs. 1. Ἐν τῷ λυτρῷ] Non opus intelligas lavacri uſum iſtum primum *Cap. Sec.* memoratum. ſolebant enim quotidie balneo uti, minimum lautiores.

P. 35. Vs. 2. Πεῖραν ἔχων τῶν γυναικείων] Aliud L. IV. IV. 71. 13. ἀνδρὸς, γυναικὸς πεῖραν λαβεῖν. ſed vicinum eſt iſtud Ariſtaeneti L. II. VII. Γυνὴ δὲ, οἷάπερ ἐγὼ, τῶν Ἀφροδισίων ἱκανὴν ἔχυσα πεῖραν, ὁμοίως ἑαυτήν τε καὶ τὸν ποθῦντα λίαν εὐφραίνει. Latiore ſenſu hic τὰ γυναικεῖα ſumuntur quam plerumque apud Medicos. Non male hinc colligas peperiſſe jam Plangonem. vid. III. X. 58. 18. ubi Phocas commemorat τὸ γένος ἑαυτῦ.

P. 35. Vs. 3. Εὐθὺς] ἐν τῷ τότε. *in praeſentia. in continenti. nunc. tum.* ἐν ἀρχῇ. *Scholiaſt. Ariſtoph. Nubibus* 1043.

P. 35. Vs. 4. Παρακαθίζυσα] *Thom. Magiſter.* Τὸ δὲ καθίζω, ὐ μόνον ἀντὶ τῦ ἕτερον ποιῶ καθίζειν, ἀλλὰ καὶ ἐμαυτόν. apud *Achillem Tatium* L. I. II. procul dubio legendum, καθίσας αὐλὸν . . . καὶ παρακαθισάμενος. quamvis alioqui occurrat L. VI. 399, & alias forte, παρακαθίσας.

P. 35. Vs. 6. Ὀλολύζυσα] Hoc verbum *Cod. Palat.* reponit in *Heliodori*

liodori L. VI. 282. ubi tamen rectius legitur. μέλλων τι ἤδη καὶ φθέγγεσθαι, ἔλυξέ τε αἰφνίδιον, καὶ ἀθρόον αὐτῷ δάκρυον θερμὸν προχυθὲν [*Taur.* habet περιχυθὲν] ἐπεστόμιζε τὴν γλῶτταν. *Taur.* autem ad sensum aliquanto melius ἔλυζε. verum vitiose tamen. non ceperunt librarii vocabulum λύζειν. quamvis λυγμός. ὀλολυγμὸς *Hesychio*. sed id non hujus loci. rursus non cepit scriba Taurinensis L. VII. 349. Πνιγμὸς τοίνυν εἶχε τὴν γραῦν, καὶ οἷον ἔλυζε τὴν καρδίαν. reposuit enim ἔλαζε vocem hic nihili, quamvis Hesychio memoretur λάζειν. ἐξυβρίζειν. vertitur *pungebatur dolore cordis*. quasi legetur οἷον ἐνύττετο. vel οἷον τι ἔνυξε. verum eleganter ἡ καρδία dicitur λύζειν, aeque ac lingua. cur enim *cor* non diceretur *singultire*, quod βοᾶν. ὑλακτεῖν. φθέγγεσθαι. ἀντιφθέγγεσθαι dicitur. vid. *Vannum Criticam*. C. XII. p. 615.

P. 35. Vs. 8. Ἄθλιον, πρὸ τοῦ γεννηθῆναι γέγονας ἐν τάφῳ, καὶ χερσὶ λῃστῶν παρεδόθης] L. II. IX. 36. 3. sic malim distingui. ut edidimus apographum exhibet. Interpres conjunxit Ἄθλιον πρὸ τοῦ γεννηθῆναι. γ. ε. τ. κ. χ. λ. π. quod non improbum omnino. in ἄθλιον respicitur τὸ κατὰ γαστρὸς τέκνον. ut solet. *Anthol.* VII. 169. p. 481.

> Ἢν ἐν γαστρὶ λάβῃς, λάβε* καὶ τέκε. μὴ θορυβηθῇς. * *Palat.* τίκτε.
> Εὑρήσει πόθεν ἐστ', ἐλθὸν ἐς ἡλικίην.

P. 35. Vs. 11. Πειράθητι θανάτου] Haec dicens, fortius τὴν γαστέρα τύπτειν voluit, ut partus laederetur & elideretur. πειρᾶσθαι hoc sensu *H. Stephanus* animadvertit, & dubitabunde explicat. Interpres recte *experiri*, notionis mediae verbo: uti *potiri*. *adpisci* etiam reddi potest, quia non minus haec bonae malaeque significationis apud Latinos inveniuntur.

LIBRI SECUNDI CAPUT NONUM.

P. 35. Vs. 14. Η Πλάγγων ὅτι καιρὸς ἐπιτήδειος πέφηνε . . . . φιλοστοργία] In versione paullum abii ab interpretis verbis, qui sic dederat. „ *Plango quidem* ... *ut quae ventris illam conditionem haberet sibi patrocinantem*. Inventum est persuadendi pignus. evincet matris in foetum affectus conjugis castimoniam. *sic illa*. „ Verum illud ἔχουσα, si contextum consideres, durius referretur ad nominativum ἡ μὲν Πλάγγων ἐλάμβανε λογισμὸν, nam requireretur πέφηνεν . . . ἐχούσῃ. Plangonis ratiocinium incipit a voce [ὅτι] Καιρὸς usque ad φιλοστοργία. illud ὅτι non pertinet ad

ora-

orationem: sed praeponitur pro more. vid. L. VII. I. 115. I. sed locus vel sic est striblìginosior: quod vitium tolles, si rescribas, εὕρημαι pro εὕρηται. Καιρὸς ἐπιτήδειος πέφηνεν εἰς τὸ κατεργάσασθαι τὸν ἔρωτα τῷ δεσπότῃ. Συνήγορον ἔχουσα τὸ κατὰ γαστρὸς, εὕρημαι πειθοῦς ἐνέχυρον. νικήσει σωφροσύνην γυναικὸς μητρὸς φιλοστοργία. *Tempus idoneum adparuit dominum faciendi compotem amoris. habens patrocinium gravidi uteri, inveni certum persuasionis pignus. vincet conjugalem castimoniam materna pietas.* ita sententia decurrit, ut debet: & compositio grammaticalis facilis & elegans.

Fefellit quod εὕρημαι passive acceptum fuit. Verum passim hoc tempus & alia active notant. *Chion* Epist. ad Matridem III. p. 25. μηδὲν ἄλλο εὑρημένοι. *Diphilus* ap. *Ammon.* in εὑρεῖν.

Δῶρον δ' ἐμαυτῇ παρὰ θεῶν εὑρημένη.

ut credo bene Scaligerum & Vulcanium correxisse. *Herodot.* IX. 18. εὕροντο παρὰ Παυσανίεω. vide *Gulielm. Budaeum in Comm. Ling. Gr.* p. 301. & *St. Berglerum ad Alciphr.* I. VIII. *Demosth.* in Leptin. 543. E. ubi *Ulpian.* εὑρέσθαι γάρ ἐστι τὸ λαβεῖν ἀνθ' ὧν τις ἔδωκε. *Pindar. Nemeon.* VII. 24.

Εἰ Μνημοσύνας ἕκατι λιπαράμπυκος
Εὕρηταί τις ἄποινα μόχθων
Κλυταῖς ἐπέων ἀοιδαῖς.

sic εὑρίσκεσθαι passim. *Lysias* p. 371. ἀξιούμενοι εὑρίσκεσθαι χάριν. ubi idem quod εὑρίσκειν. vid. *Thom. Mag.*

P. 35. Vs. 16. Πειθοῦς ἐνέχυρον] Non plane abit illud τὸ ἀξιόπιστον ὡς σύμβολον ἤθελεν ἔχειν. L. II. VI. 32. 79. *Aristophanes* autem *in Pluto* vs. 451. cavet, ne violati Atticismi deferatur Charito a *Th. Magistro*, qui ἐνέχυρα Ἀττικῶς, ἐνέχυρον Ἕλληνας usurpare adfirmat.

P. 35. Vs. 17. φιλοστοργία] L. II. X. 381. τὸ μὲν γάρ ἔχει πίστιν γυναικὸς, τὸ δὲ μητρὸς φιλοστοργίαν.

P. 35. Vs. 17. Συνετίθει] *Mente confingebat.* illud *mente* a me additum. nunc verti malim. *Componebat. concinnabat. instruebat negotium.*

P. 35. Vs. 19. Ἔκγονον] *Nepotem.* rursus II. XI. 38. 16. passim ita. vid. *Euripid. Electr.* 673. *Plato* quidem, quantum memini, ἔκγονος semper pro *filio* vel *prole*, respectu ipsius generantis per se, non per secundum. male igitur puto L. VI. de R. P. 507. A. Τόκον τε καὶ ἔκγονον reddi *foetum vel nepotem.* τόκος & ἔκγονος. ibi synonyma. *foetus & proles.* si haberetur τόκος ἢ ἔκγονος, reddi sic posset. Qui plura de hac voce & illa, cum

qua centies miscetur [*Demosth.* παραπρ. 301. B.] ἔγγονος velit, adeat doctissimum commentatorem *Hesychii*, & nos in *Dissert. de Inscr. Deliacis* Vol. VII. *Miscell.* p. 53. latius sumitur in Epigrammate quod Cl. *Muratorius* p. MCCCCLXIX. maluit e corruptissimis schedis foedatissimum tum Graece tum Latine repetere, quam e Fabretti eximio opere. in quo id satis emendatum & bene versum editum p. 288. quia tamen pauca emaculanda restant, hic adponere non gravabor.

Δοιὼς Ἱππομέδοντας ὁμὰ χθὼν ἅδε καλύπτει
Παῖδά τε καὶ γενέταν, ἄμφω ἀποφθιμένως.
Παῖδα μὲν ἐς λαιὰν ἐσιόντων χεῖρα τεθέντα,
Δέξια δ' ἀντελάφη γηραιὸς Ἱππομέδων.
Ἀμφοτέροις δ' ἐπέθηκε χυτὰν κόνιν Ἱπποδάμεια
Μάτηρ Ποικιλίω ἐκγόνω ἀμφοτέρων.
Ὅς σφισὶ τώσδε τάφως ἐνεώσατο, τείχισε δ' ἄϊδαν,
Πάππῳ καὶ Θείῳ λοισθοτάτας χάριτας.

vs. *quarto* ap. *Fabrett.* δ' ἀνδετάφη. sed ἀντιθάπτω *e regione sepelio* hic probum. γηραὸς pro γηραιὸς Dorice & Aeolice. ut Ἀλκμάων pro Ἀλκμαίων. vs. *quinto* χυτὰν κόνιν intelliges ex *Odyss.* K. 258. de ἐνεώσατο vid. *Schol. Soph. Trach.* 460. πρὶν ἡμᾶς καὶ νεώσασθαι λόγους. ἀνακαινίζεσθαι. proprie de instauratis sepulcris. unde καινίσματα ap. *Maneth.* IV. 191. σορόεργα τέχνης καινίσματ' ἔχοντας Νεκροτάφους. nam vix ausim νεώσασθαι τάφον explicare *novum sepulcrum facere & sub ascia dedicare.* vs. *septimo.* Τειχίζειν ἄϊδην. est saepire sepulcrum, circumdare muro, maceria, massa, aliove munimento. vid. *Raph. Fabrettum.* L. II. p. 98. & passim sepulcrorum titulos. Ἄϊδης *Hesychio* est τύμβος. τάφος. tractavit hoc epigramma quoque *Leichius* in *Miscellaneis Lipsiensibus* T. I. p. 488. & in *Curis secundis* p. 45.

Πασῶν ἀσεβαίνη] Mirifica corruptio ex facillima dictione ἀσεβεστάτη, & qua ipse auctor. L. IV. III. 69. 7. VII. II. 81. 12. utitur. siglum fuerit in caussa quo terminatio superlativi fuit notata. Cogitavi aliquando an in hoc πασῶν ἀσεβαίνη lateret παλαμναίη. βύλει τεκνοκτονῆσαι, παλαμναίη, καὶ. *Heliod.* X. 525. ὦ παλαμναῖε καὶ ἀλιτήριε & alias. *Hesychius* optime & adposite explicat φονεύς. ὁ αὐτοχειρίᾳ τινὰ ἀνελὼν, ὁ ἀνεχόμενος μιάσματι οἰκείῳ. *Sophocl. Trach.* 1224. φονέα γενέσθαι καὶ παλαμναῖον πατρὸς. an hic possemus sic παίδων vel παιδὸς παλαμναίη. ap. *Eustath.* de *Ism.* & *Ism.* IV. 138 & V. 150. habes παλαμναιότερος. *H. Stephanus ex Synesio* observat superlativum. ἀρὰς παλαμναιοτάτας.. quam locutionem non feliciter *Brianus* inferre conatur *Plutarcho in Crasso* p. 270. pro ἀρὰς ἀποθέτυς καὶ παλαιὰς reponens παλαμναίας. nam si inspicias contextum παλαιὰς probaveris.

ris. Alio sensu δαίμονες παλαμναῖοι. apud *Timaeum* de *Mundo* p. 105. A. simplieiter *Xenophonti* K. Π. VIII. 236. E. dicuntur παλαμναῖοι. Vocabulum satis tritum: sed non ejusdem originis, ut volunt, ἀπάλαμνος. quo pro non nisi apud *Theodorum Prodronum* L. v. 213. obvium habui ἀπαλαμνής.

P. 35. Vs. 26. Σκυθίδος] *Colchis Scythiae* adscribitur. hinc junguntur uterque populus *Aeschylo Prometh. Vincto.* 415.

> Κολχίδος τε γᾶς ἔνοικοι
> Παρθένοι, μάχας ἄτρεστοι,
> Καὶ Σκύθης ὅμιλος.

& *Val. Flacco* L. II. 596. *Phasis Scythicus amnis.* & ideo L. v. 343. merito probata lectio

> *His turbata* [Medea] *minis fluvios ripamque petebat*
> *Phasidis, aequali Scythidum comitante caterva.*

P. 35. Vs. 26. Ἀγριωτέρα] Non displicebit locum *Theophylacti ex Epist.* XXX. cum hoc conferre. patebit namque hunc ex illo vel ambos ex tertio profecisse. Ἀτελεσφόρητα τὰ κυοφορούμενα ἀποσπᾷς, ὦ παμμιάρε, καὶ τὰς ἀμβλώσεις ἢ τοὺς τοκετοὺς αἱρετωτέρας πεποίησαι, δριμυτέροις φαρμάκοις τὰ ζωογονούμενα ἐν τῇ σῇ γαστρὶ περιπνίγουσα, καὶ τῆς φονικῆς Μηδείας ἀπηνεστέρους ἀπεργάζῃ τοὺς φόνους. παιδοκτόνον ἐκείνην ἐδίδασκεν ἀγνώμων ὁμόζυγος, τὴν αἰνετὴν [lege τὴν αἰνέτιν vel τὴν ἀναίτιον] καὶ τῶν ἀγώνων τὴν σύμμαχον. σὺ δὲ διὰ τὴν κάλλους εὐπρέπειαν, μυρίας συμφορὰς ἀπεργάζῃ, πορνίδιον.

P. 36. Vs. 2. Τοῦ περιβοήτου γάμου] Epitheton περιβόητος ex persona Charitonis quam ex persona Callirrhoae hic convenientius. cur non εὐκλαιοτάτου. πολυεύκτου. γλυκυτάτου. θυμηδεστάτου.

P. 36. Vs. 2. Ὅμοιος τῷ πατρί.] Nempe amant in liberis parentes imaginem suam. *Appul.* x. *Met.* 211. *Illius enim recognoscens imaginem in tua facie, merito te diligo.* vid. *Pricaeus.* p. 590. & *Lucian. Tyrannic.* T. II. 154.

P. 36. Vs. 6. Τὸν Ζῆθον] *Apollod.* III. v. 5. Jovis ex Antiope filii, quorum hic citharoeda, ille pastor fuit: quo vitae genere etiam Cyrus, Astyagis nepos, adolescentiam exhibuit. vitia in apographo notare supersederam pene. πατρῴων modo. mox ζητήσειε.

P. 36. Vs. 6. Πλεύσῃ μοι] Respexit ad Talemachum, qui navigavit & peregrinatus fuit, ut patrem inquireret & matrem de mariti fatis faceret certiorem.

P. 36. Vs. 8. Βοηθῶν] e servitute liberatura classis.

P. 36. Vs. 11. Πάντα αὐτῷ ὅμοια] Ex *Iliad.* ψ. 66. pro more vero quaedam immutat & metrum turbat.

In τῷ εἵματα ἔςο in apographo deest ultima vox. quae tamen pene necessaria & apud Homerum exstat. ubi

——— Καὶ τοῖα περὶ χροὶ εἵματα ἔςο.
Στῆ δ' ἄρ ὑπὲρ κεφαλῆς κὶ μιν πρὸς μῦθον ἔειπεν.

quare reponere non dubitavi. excidit ob vicinum ἑςὼς, uti saepe eadem vocabula negliguntur: unde non tantum vocabuli defectus, verum totarum oritur periodorum saepe absentia. jam L. I. 1. 2. 25. exempla dedimus. in *Xenpoh.* K. A. V. 367. C. semel πρῶτον omissum in *Regio & Etonensi.* & in *Maximo Tyrio* 111. semel excidit κάλος. in *Aristoph. Plut.* 769. ἐγὼ semel excidit in *Cod. meo.* ap. *Longum* legitur L. 11. 35. κὶ χαῖρε μόνος ἀνθρώπων ἐν γήρᾳ τοῦτο τὸ παιδίον. . . ubi cum aperte deficiat aliquod verbum, nisi Columbanus ex Cod. reposuisset θεασάμενος τοῦτο, cogitassem reponendum παιδίον ἰδών. Leunclavius ad *Xenoph.* K. Π. 1. 11. E. de hoc genere egit. vid. L. VI. IV. 104. 11.

P. 36. Vs. 13. Ἑςὼς] Ut vidimus in Homero adjunctum ςῆ δ', ita hic ἑςὼς saepe tale quid adjicitur, quando colloquentes inducuntur. L. III. I. 41. 10. παρεςῶσα δὲ ἡ Πλάγγων. L. III. IX. 36. 13. κὶ τις εἶπεν ἑςώς. ita de adparentibus in somno. *Herodot.* VII. C. 12. Ἐδόκεε ὁ Ξέρξης ἄνδρα οἱ ἐπιςάντα εἰπεῖν. & C. 7. Ὄνειρον ὑπερςὰν δὲ τοῦ Ἀρταβάνου εἶπε. *Orpheus Argon.* 538.

Τῷ δὲ βαθὺ κνώσσοντι θεὰ μεγέθυπος Ἀθήνη,
Ἄγχι παριςάμενη, πανετήτυμα σήματ' ἔφαινεν.

ubi alii παρ' ἐτήτυμα. alii παρετήτυμα. quod reposui praeferendum videtur. sic vs. 122. πανετώσιος. sic παρέχατον pro πανέχατον in Codice *Apollonii Argon.* IV. 308. scribitur. sic ap. *Maneth.* L. I. 87. forte reponendum

Ἢ παρύγροισι τόποισι πανήμεροι ἐργάζονται.

vulgo παρήμενοι. πανήμερος aeque probum atque πανημέριος. vid. *Sophocl. Trach.* vs. 673. tamen non valde id urserim, quia παρήμενος etiam adsiduitatem denotat. *Firmicus* L. III. VII. §. 10. *aquosis semper actibus implicati.* III. III. & 2. V. III. 9.

P. 36. Vs. 14. Ανέθορε] Cl. *Luciani* interpres ad *Prometheum* T. 1. p. 29. observat in prosa hoc vocabulum frequentius adhiberi recentioribus quam antiquis. apud *Apollin. Rhod.* IV. 1365.

Ἐξ

Ἐξ ἁλὸς ἠπειρόνδε πελώριος ἄνθορεν ἵππος.

frustra codex Laurentianus ἔκθορε.

P. 36. Vs. 17. Παιδίον θρέψαι ἔκρινε] *Terent. Andr.* I. III. *quidquid peperisset, decreverunt tollere.* ἀναιρεῖσθαι Graecis ita usurpari pervulgatum. vid. Cl. *J. Elsneri Schediasma Criticum* C. XII. p. 116. paullo diverso sensu usus *Maneth.* VI. 54. ubi non e terra ἀναιρεῖσθαι pater, sed qui expositum infantem tollit & nutrit, dicitur.

Ἀνὴρ ὅς μιν ἀνείλεθ', ἑὸν ποιήσατο παῖδα;
Ἢ ἑτέρῳ δῶκεν, τεκέων τητωμένῳ ἀνδρί,
Ὅς θρέμμος μεγάροις ἶσον γονίμοισιν ἔτισε.

ita ultima legenda puto. vulgo pro ἔτισε, γονίμοισι τέκεσσι. quod ex *Glossa* natum, & constructionem in participio sine necessitate suspendit. sic libro VI. 145. Κ' ἶσα πολυμνήστοισιν ἀεὶ τίσσ' ἀλόχοισιν. ὁ θρέμμος idem qui ὁ ποιησάμενος opponitur τῷ φύσει πατρί. & sic locutus *Heliod.* VII. 339. si credamus *Taurinensi* Codici exhibenti. Τὸν μὲν φύσει γεννήσαντα οὐκ ἔγνωκα. τὸν δὲ θρέμμον Χαρικλέα, οἴμοι προδέδωκα. quam merito germanam lectionem arbitratur Commelinus, auctoritate *Codd.* P & X. adde etiam *Vaticanum.* striblíginosum interpretamentum nunc obtinet. Gronovius ἀνείλετο vertit *colligere* ex *Firmico.* VII. I. mutuatus locutionem. sic *colligere gladium lapsum* dicimur.

LIBRI SECUNDI CAPUT DECIMUM.

P. 36. Vs. 22. Ἢ τὸν μὲν ἀπόντα περισπούδαστον ὑπολαμβάνεις] in Apographo ἡ. quod & minus placet. ἢ. ἦ. ἡ. ἣ miscentur & sine discrimine fere scribuntur in plurimis libris antiquis. ex. gr. apud *Polyb.* IX. 35. p. 798. ἣ Codex meus pro ἢ. ap. *Maneth.* III. 74. [vid. IV. 449.] pro ἣ lege

Ἀφνειὸς βιότῳ ἢ ἀγακλέας ἢ ἐνὶ πάτρῃ.

hic ἢ *quatenus* placeret. εἰ pro *quoniam* etiam conveniens. ἣ & εἰ centies diversam faciunt lectionem.

P. 36. Vs. 23. περιςπέδαςον] qui σπεδάζεται ὑπὸ τινός. *Bergler.* ad *Alciphr.* I. XXIX. nostrum vocabulum passim obvium. respicit forte ad praeceptum Menelai, Helenae datum, ap. *Eurip.* in *Helena* vs. 1304.

Σὸν ἔργον, ὦ νεᾶνι, τὸν παρόντα μοῦ
Στέργειν πόσιν. χρὴ τόνδε μηκέτ' ὄντ' ἐᾶν.

sic distingui forte posset. vulgo πόσιν χρὴ, τὸν δέ.

P. 36. Vs. 25. Κυοφορίαν] Habet *D. Scottus* ex *Alexandrino Clemente.* modo vitiose in apogr. ματαίως.

P. 36. Vs. 25. Βαρέως ἤκουσε] ita δυσχερῶς ἀκούειν. *Demosth. Phil.* II. 66. C. βαρέως φέρειν obvium.

P. 37. Vs. 4. Ἐξώρκισε] apud *Herodot.* III. 133. erat etiam alia terminatio ἐξορκοῦν, sed *Gronoviana* Ἐκδοσις sustulit. alio igitur exemplo opus est huic vocabulo, si civitatem Graeciae recepturum sit. alio sensu ἐξορκίζειν illustrat Cl. *Salmas. ad Achill. Tat.* p. 600.

P. 37. Vs. 5. Τὰς ὀφρῦς συνάγαγοῦσα] I. IV. 6. 23.

P. 37. Vs. 5. Τρίψασα τὰς χεῖρας] Est *gestus irati, cogitabundi, ad angustias redacti. Aristaen.* II. 5. ὦ τῆς ἀπορίας, δι' ἣν περιπατῶ τρίβουσα τὰς χεῖρας. *Petron.* C. 17. *manibus interse usque ad articulorum strepitum contritis.* ubi videatur *P. Burmannus. Heliod.* VII. 370. τὼ χεῖρε διατρίψας. quem locum laudat *J. Pricaeus* ad *Appuleji Met.* IX. 205. confundens duas actiones *digitos sive manus conterere* & *manus complodere. Aeschin.* Παραπρ. 402. E. τρίψας τὴν κεφαλὴν dicit de ἀποροῦντι.

P. 37. Vs. 6. Τὰ μεγάλα τῶν πραγμάτων μεγάλαις ἐπινοίαις κατορθοῦται] Non obscure expressit *Heliodorum* L. IX. 460. τὰ μεγάλα τῶν πραγμάτων μεγάλων δεῖται κατασκευῶν. In sequentibus apographum haec παροράματα praefert. ελϐ. παντάπασι. ις pro τίς. τεκνοτονιάν.

P. 37. Vs. 12. Ἔληται] Manus describentis λ ita efformavit demittendo, ut χ non difficulter evaserit, & ita ἔχηται videatur haberi. sed hoc unice verum. L. V. VII. 90. 9. τίς οὕτως ἐςὶν ἀνόητος, ἵνα ἕληται. apud *Max. Tyr.* XXIV. 8. τὰ μὲν ὅπως ἔχωμεν, τὰ δὲ ὅπως φεύγωμεν. ubi virorum summorum non approbandam reor emendationem, reponentium ἕλωμεν, quia saltem ἑλώμεθα dicendum foret, nisi θα in τα delitescere velimus. apud *Aristaenet.* I. 13. Καὶ ὅπερ ἁπλῶς ἐκ τέχνης οὐχ εἷλεν [Sambuciana οὐκ εἶλεν. forte εἶχε fuit] ἐκ τύχης μᾶλλον εἶχε λαβών. In *Aristaeneto* εἷλε potest servari: quia simpliciter quasi *manu capere* notat. quamvis novi qui εἶχε praeferat. in *Maximo*, dubito an simplex notio τοῦ *capere* sufficiat.

P. 37. Vs. 15. Ἑπταμηνιαῖον] Nempe βρέφος. τέκνον. in *Apogr.* vitiose ἐπτο-

ἐπλομφυιαῖον. ne credas tamen ex vocabulis esse, quae per O & A componantur. quo de genere satis nova docemur ad *Luciani* T. III. p. 18 & 19.

P. 37. Vs. 19. Κατειρωνέυσατο αὐτὴν] L. VI. v. 106. 9. κατειρωνεύσατο τῆ βαρβάρυ. & sic credo rectius. vid. *Lucian.* de *Domo.* T. III. p. 192. qui item genitivo personae consociat. καταψηφίσασθαι τινα pro τινός dixit *Demosth.* in *Timocr.* p. 783. E. vid. L. I. v. 9. 10.

P. 37. Vs. 19. Ἀπόκοψόν συ τὰ ὑπομνήματα] mihi asperius ipse aliquis dici videtur ἀποκόπτειν ἐλπίδα.

P. 37. Vs. 20. Συνάρμοσαι] verbi medii vis optime observata est. obtinet etiam in passivi perfecto ἥρμοσμαι, eumque usum recte expressit, qui vertit *Chionis Epistolam* X. ad *Matridem.* ἥρμοσαι τὰς παῖδας τοῖς χαριεστάτοις. *probatissimis filias elocavit.* ubi tamen lege ἥρμοσαι. *elocavisti.* nam continuatur adhuc prosopopoeia Chionis ad Platonem.

P. 37. Vs. 21. Παραινέσης] Hoc praetuli, quia Cl. etiam *Reiskio* placuerat. alioqui παρεισπεύσης non malum. & in apographo quod legitur παραπευσης vel παραιπευσης cui lectioni favet?

P. 37. Vs. 22. οὐδὲν ὑπώπτευε . . . μεῖραξ εὐφυὴς] L. I. II. 4. 21.

P. 37. Vs. 23. Ὅσῳ μᾶλλον, τοσύτῳ μᾶλλον] Non minus elegans & frequens in his plena oratio quam elleptica. *Demosth. Olynth.* II. 21. E. *Polyb.* I. 48. p 70. *Lucian. Gallo* II. 730.

P. 37. Vs. 24. Καιρὸν εἰς σκέψιν] *Cum tempus tamquam ad integram consultationem petivisset*, ut *Tacitus* IV. *Ann.* 40.

P. 37. Vs. 25. Ἄιρεσις] Apographum ἄιρησις. sed vix monere operae est. sic σωτερια & similia. tamen εὕρεσις & εὕρησις εὕρημα & εὑρεσιλογία & εὑρησιλογία De quibus *Thomas Magister. Salmasius ad Achill.* 653. *Wesseling.* ad *Diodor.* I. 45. sic ἀπαύρεσις & ἀπαύρησις. quod *Herodoti* VII. 158. In *Anthol.* L. VI. III. I. p. 412. legimus

> Καὶ τῦτον νηκλοῖσιν ἐπ' ἰχθύσι τεχνασθέντα
> Κύρτον, ἁλιπλάγκλων εὕρεμα δικτοβόλων.

ubi Codex Mediceus ἄῤῥεμα, quasi ἄρμενα id est ὄργανα voluisset. quod nescio an omnino sit spernendum.

P. 38. Vs. I. πίστις γυναικός] Vide L. II. IX. 35. 16.

LIBRI SECUNDI CAPUT UNDECIMUM.

P. 38. Vs. 9. Τῦτο] Ad sequentia hoc pronomen saepe refertur. quod non observatum in optimis auctoribus turbarum saepe dedit ansam.

P. 38. Vs. 12. μετὰ τῆς μητρὸς ἐῤῥίφθαι] Si mater una cum infante in abortu periret.

P. 38. Vs. 13. Τὸν μὲν Σικελίας] Hermocratem. & πατέρας avum hunc & patrem Dionysium accipe. Chaereas enim non is, qui πρῶτος Σικελίας audiat.

P. 38. Vs. 15. Ὅμοιον τῷ πατρὶ] L. II. IX. 36. 2. In castis matrimoniis ita obtinere credebatur. caussam nobis *Theocritus Idyll.* XVII. 44. aperit.

> Ἀστόργου δὲ γυναικὸς ἐπ' ἀλλοτρίῳ νόος αἰεί.
> Ῥηΐδιοι δὲ γοναὶ, τέκνα δ' οὔποτ' ἐοικότα πατρί.

ῥηΐδιοι optimi ibi Codices. quas γονὰς ῥηϊδίους nescio qua auctoritate ad *Hesiodi* Ἔργα vs. 182. explicatas videre est *facilem cognitu sobolem.* immo respicit quod Catullus ait, *fecundum semen adulterio.*

P. 38. Vs. 17. Εναντίαν μοι φέρεις ψῆφον] Maculose Apographum ἀναντίαν. non abundat. nam τινὶ φέρειν ψῆφον foret *suffragium alicui dare. suffragari. Diodor. Exerp. de Virt. & vit.* p. 577.

P. 38. Vs. 18. Πυθώμεθα σῦ καὶ τῦ πατρὸς] Plena & obvia locutio πυθώμεθα καὶ παρὰ τῦ πατρὸς σῦ. hic σῦ a σός.

P. 39. Vs. 1. Συνεχομένη] *Utrimque pressa. D. Paullus Epist.* I. ad *Thessal.* 23. Τί αἱρήσομαι, ὐ γνωρίζω. συνέχομαι γὰρ ἐκ τῶν δύο. *Demosth.* παραπρ. 320. D. κακοῖς καὶ πράγμασι συνεχόμην. L. III. III. 45. II. dicit ὑπὸ δεινῆς ἀπορίας κατείχετο.

P. 39. Vs. 6. Προτέρω σῦ] *Ulterius quam tu.* Ita *Demosth. de Coron.* 502. C. ἐξετάζειν πόῤῥωθεν. vid. *Hesych.* & *Schol. Odyss.* I. 64.

P. 39. Vs. 8. ἢ] εἰ in apographo. & modo regligenter γεγυνήγημο.

P. 39. Vs. 9. Αντιπίστευσον] Quod in apographo ἄν τι πίστευσον est, hoc junctim edere non dubitavimus, licet nec verbi auctoritas succurrat alia. Innumera loca prava separatione vel conjunctione etiam nunc corrupta in auctoribus exstant. Non absimilis error, ut credo, obsidet *Palladae* epigramma in *Anthol.* L. I. LXXXII.

Φήμη

Φήμη δ' ἀντιπαθὴς ἀναφαίνεται εὐθὺς ἀληθής.
Πολλάκι καὶ φήμην ἔφθανεν ἡ ταχύτης.

reposuerim φήμη δ', ἄν τι πάθῃς. *si quid adversum accidat.* sententia illi Terentianae respondet in *Andria* v. vi. 4.

—— *More hominum evenit, ut quod sim nactus mali*
Prius rescisceres tu, quam ego illud quod tibi evenit boni.

In memoriam revocatur locus *Xenophontis Hierone.* p. 914. B. ubi vocem ἀντιπάσχειν reponendam censeo. πῶς γὰρ ἄν τις ποτὲ ἐξαρκέσειε τύραννος, ἢ χρήματα ἐκτίνων, ὅσους ἀφείλετο, ἢ δεσμοὺς ἀντιπαράσχοι, ὅσους δὴ ἐδέσμευσεν, ἢ ὅσους κατέκτανε, πῶς ἂν ἱκανὰς ψυχὰς ἀντιπαράσχοιτο ἀποθανουμένας. ubi primo loco pro ἀντιπαράσχοι credo legendum ἀντιπάσχοι vel ἀντιπάθοι. eo sensu vocem adhibet ipse *Xenoph. L.* 11. *K. A.* 287. *A.* & certe mediocriter pecunioso non difficile foret aliquot millia vinculorum restituere. Ultima vero male redduntur. *qui tot animas occisas iis restituat, quos sustulit.* immo. *qui tot animas* suas proprias morituras *exhibeat, quot animabus alios privarit.* locutio vulgatissima est πολλῶν θανάτων, οὐχ ἑνὸς ἄξιος. ἑτέρων θανάτων ἄξιος. *Demosthen.* παραπρ. 296. B. 313. C. in *Midian.* p. 606. E.

Verum aliquot exempla vocabulorum sisteremus, quae male disparata vel juncta sunt. ap. *Heliod.* 11. 98. legitur. οὐκ ὄνειδος, ἐπειδή. ubi & *Taurin & Vatic.* sane haec mirifice separant in οὐκοῦν, ἢ δ' ὅς. quasi formula illa Platonica ibi obtineret ἢ δ' ὅς. receptam lectionem veram habeo.

Sed in hoc genere nescio an ullus scriptor plurimis locis adhuc corruptus sit, quam *Manetho.* quamvis enim vir Graece peritissimus atque longe versatissimus in Codicibus legendis *Jac. Gronovius*, hunc poetam primum orbi literato impertiit, haud mirum tamen plurima non recte esse percepta, cum & materies sit difficilior: verum in primis continuata vocabulorum series & characterum minutorum obscuritas difficillimam faciat lectionem & intricatam vocum explicationem. Et quam sit saepe arduum quorundam manu exaratorum librorum scripturam extricare, ubi in primis ducem aliquem, sive editum librum sive aliud exemplar mstum. consulere non liceat, minime ignorant, qui in hoc stadio decurrerunt. nec vitio proinde versuri sunt, si quid humani quis hic sit passus.

Quare uti apud me, sic apud omnes rerum aequos arbitros Viri praeclari hac in parte eruditionis famam nihil damni facere justissimum est. Nec dubito fore, quantumvis plurimos naevos vel ipse vel alii exemerimus, quin, si integrior & lectu facilior codex hujus auctoris contingeret, segetem, non spicilegium emendationum relictum esse adpareret. Hu-

jus voti nos aliquando compotes fore spes nonnulla adfulget: quoniam Constantinopoli alterum Manethonis codicem superesse non dubia fama accepimus. Leve est quod primum occurrit L. I. 52.

——— ὅς κακὰ πολλὰ παθὼν ἀϊδός δε κάτεισιν.

rescribe ἀϊδόςδε.

vix majoris momenti vs. 84.

Ῥέζει κηπουρὺς ἠδ' ἀργαλέυς ὑδραγωγὺς.

editur ἢ δ' & vertitur *aut* pro *&*. L. I. vs. 126. corruptio majoris momenti.

Εὐνύχυς στεῖρυς ὔτ' ἄῤῥενας ὔτε γυναῖκας,
Ἄχνοας, αἰνοτερ' ὄντας ἀπειρήτυς φιλότητος.

illud αἰνότερ' ὄντας *misere* vertitur. tu lege αἰνογέροντας. *taetros senes. deformes senes. Ammian. Marcell.* XXXI. II. p. 473. de Hunnis. *senescunt inberbes absque ulla venustate, spadonibus similes.*

Et saepe turpissimos esse Eunuchos, in primis senes, constat. amat autem hanc compositionem *Manetho*. I. 145. αἰνογάμεθλοι. I. 213. αἰνομόρυ. aliis αἰνοτύραννος. αἰνόλυκος. praeterea Ἄχνοας mutandum in ἄχνυς. neque enim talis datur flexio.

L. I. vs. 170. αὐτὺς δ' ἐν πολλοῖσιν ἐγύμνασεν ἤμασιν αἰεί.

Nimis αἰεὶ & πολλὰ ἤματα consentiunt. lege πολλοῖσιν ἐγύμνασε πήμασιν αἰεί. mala separatio malam progenuit lectionem. sed difficilior sequentis tertio loco versus restitutio. nam intermediorum emendationem facile investigaveris.

Θλίψεσιν οὐλομέναις καὶ ἀργαλέαις πενίῃσιν,
Κινδύνοις, βλαβέεσσι, δανείσμασιν, ἐνδείῃσιν.
Ἅς τε γονῇ δ', ἀγύναιον ἄτεκνον τ' ἐν νεότητι
Πολλάκι καὶ θανάτῳ συγερῷ θνήσκουσι σιδήρῳ. *
Ζεὺς δ' ἐσιδὼν τούτων ἐσθλὸν ἔθηκε τέλος.

* fotte σιδήρυ.

redditur. *Quas vero produxerit, antequam nubant aut pariant.* at haec toto coelo aberrare consenties, simul e literis male separatis vocem stiterim convenientem. illud enim ignorabile ασεγονηδε refingens totum versum lege & verte, ne litera quidem mutata

Ἄστεγον, ἠδ' ἀγύναιον, ἄτεκνόν τ', ἐν νεότητι

domo, & uxore, & liberis carentem.

ita

ita *Plato Phaedro.* 240. A. ἄγαμον, ἄπαιδα & ἄοικον conjungit. accusativus ille item ex difficultate scripturae natus. lege vel ἄστεγοι. ἀγύναιοι. ἄτεκνοι. vel etiam in singulari nominativo. sed istud malim. porro βλαβέεσσι a βλάβος *dammum*, non *damnosus*.

L. I. Vs. 176. Ἄρεα δ᾽ ἢν καλέχῃ, δεινὸν θεὸν, αἰθέριος λὴψ,
Πολλῶν αἴτιος ἐστὶν ἐν ἀνθρώποισιν ἀνιῶν,
Λύπας καὶ θορύβους, ἐγκλήματα, ἢ σίνος αἰνὸν,
Ἢ πάθος ἠπλώουσιν, ἑὴν πάτρην προλιπόντες.

ultima vertuntur. *aut casum explicant*, *patriam suam relinquentes*. ἀπλόω at Ionice ἠπλόω. ut ἀπεδανὸς est ἠπεδανός. non puto. sed esto. quid significat, *casum explicant*. tu lege

Ἢ πάθος, ἢ πλώουσιν ἑὴν πάτρην προλιπόντες.

in πάθος & praecedentibus vocabulis intelligitur vox ἔδωκεν. ἔτευξε. ut antea monui ad L. II. C. I. p. 154 cetera jam facile verteris: *vel navigant patria sua relicta.* vid. *Gronovium* ad L. I. 176. ubi λιβυκὸς σίνος, λύπας, θορύβους, ἐγκλήματα. ξενηγεῖ. vel ξεναγεῖ. *in peregrinas terras deducit.* quod respicit ἢ πλώουσι. non dubitabis, scio. ubi miror V. D. *non meminisse mentionem* venti *uspiam in his rebus intervenire*. cum *Firmicus* saepius meminerit, ut L. II. C. XIV. L. III. C. IV. § 5. & egerit de eo *Salmasius* de *Ann. Climact* p. 420. 423. obiter bene merebor de voce ἀπλόω, hinc ejecta. apud *Longum* legimus L. I. p: 14. τοὺς τ᾽ ἐμπροσθίους πόδας ἐφηπλῶσθαι ταῖς χερσί. *anteriores lupi pedes armarunt manus.* scilicet *Mollius* conjecit ἐφοπλίσασθαι. inscite. ἐφάπλωμα ab ἐφαπλοῦσθαι *integumentum. lupini pedes integebant manus hominis.*

L. I. Vs. 274. Αἰνὸς τ᾽ ἀνθρώπων. vulgo αἰνὸς ἀνθρώπων.

L. I. Vs. 306. Μήνης δ᾽ ἀμφικέρως σκολιὸς δρόμος. lege ἀμφικέρω. ut L. IV. 274. Ἀμφικέρω ταύροιο. sed hoc vitium librarii.

L. I. Vs. 356. Λύπας γὰρ, στοναχάς τε, βλάβας τ᾽ ἄξει μερόπεσσι. vulgo βλάβας ἕξει

L. II. Vs. 207. Ἐξομφοὺς θυσιῶν, μακάρων ἄπο θέσφατα θνητοῖς φαίνοντες. vulgo ἀποθέσφατα.

L. II. Vs. 238. Εὐόλβων, ἐν ἔπεσι τ᾽ ἐνὶ πολέεσσιν ἀρίστους. mala separatione & levi vocalium mixtura laborat versus. lege

Εὐόλβων. ἐπέεσσιν ἐνὶ πτολίεσσιν ἀρίστους.

nunc redditur *in urbibus suis*. quasi praepositio recte geminaretur. cujus rei exempla non tamen deesse scio.

L. II. Vs. 250. Ἐν τ' ἔργων πρήξει μέγ' ὑπείροχον, ἐν δ' ἑτάροισιν
Κεκλομένον, μέγα δ' αὖ τε νόῳ φρονέοντα,

Vix admonitione dignum αὖτε scribendum [vid. L. III. 99.] sed obiter animadvertam illud κεκλομένον hic verti *adpellatum*. at L. III. I. 319. *celebratum*. utroque loco prave. est participium Homericum κεκλόμενος, [sic debet scribi] quod recte *Hesychio* significat κελεύων. *Schol. Iliad.* Θ. 346. ἐγκελευόμενοι. Monstrum vs. 261. ἔντε δίκας πολίεσσι jam domuit doctissimus *Hemsterhusius* ad *Luciani* T. I. 25. reponens δικασπολίῃσι.

L. II. Vs. 326. Οὓς δὲ καὶ ἀνθοβάφεις ἁλίων ἀπο θήκαιο κόχλων.

vulgo ὃς δὲ & ἀποθήκαιο. ἄλιοι κόχλοι. *purpurae*. videantur dicta L. I. *harum Animadversionum* p. 68. ut ἀνθοβάφος, ita πορφυροβάφος in *Glossis*. L. III. 88. sic utitur θήκαιο. sed res ipsa loquitur.

L. II. Vs. 351. Scriptum erat Ἠτε των ἑτέρους τεύχει λαοῖσιν ἀγητοὺς. *Gronovius* hinc edidit Ἠπου τῶν. sed recte correxit ἢ τούτων. sed versum tamen non perpurgavit. praecedit

Ἢ μεγάλους βασιλῆας ἢ ἴσους κοιρανέουσι.

subjungit, ut legendum, ἢ τούτων ἑτάρους. *aut regum amicos & sodales*. nunc *aut illorum alios* vertitur. respiciuntur quales *Alexandri amici*. idem vitium tolle ex L. II. 151.

—— Καὶ βασιλεῦσιν, ἰδ' αὖθ' ἑτάροισιν ἀνάκτων
Ἐς φιλίην ζεύγνυσι.

uti recte legitur L. II. 223.

Αὐτοὺς δ' αὖθ' ἑτάρους ἢ καὶ συνέδρους βασιλήων,
Θηητοὺς λαοῖσι καὶ ἐν πολίεσσιν ἀγητοὺς.

vulgo ὄλλυσι. Cl. *Hemsterh.* l. l. ἄλλοισι. δήμους & πόλεις noster mox conjungit. vs. 233. & III. 66. possis etiam δείκνυσι. vid. III. 413.

Rursus corrupta eadem vox L. II. 188.

Οὔτε φίλων σφετέρων οὐδ' αὖ πατέρων ἀλέγοντας.
Ἢ γὰρ δὴ κεδνῶν ἑτάρων γάμον αἰσχύνουσιν,
Ἢ καὶ μνηστευίῃσιν ἑαῖς ἢ παλλακίδεσσιν.

res est perspicua. & tamen legitur ἑτέρων.

L. II. Vs. 402. & sequentes sic forte scribendi.

Ὅσσα

Ὅσσα δ' ἄμ' ἠελίῳ δρῶσιν παρεόντες, ἀείσω.
Πάντες μὲν χαίρουσιν ἐπ' ἀντολίῃσιν ἐόντες,
Ὡς ἂν ἐοῖσιν ἕκαστος ἀγαλλόμενος βασιλείοις.
Καί ῥά τ' ἐπ' ἀντολίης μὲν ἐόντες, ἄτ' εἰς νεότητα;
Θνητοῖς πάντα τελοῦσιν ἄγαν κράτεροι παρεόντες.
Ἑσπέριοι δὲ βραδιότεροι πρόσουσι χρόνοισι.
Δειλοὶ δ' αὐγῆσιν μαλεραῖς ὑποπεπτηῶτες,
Ἀδρανέες τε πέλονται, ἐὸν σθένος ἀμβλύνοντες.

vs. 404. cave mutes ὡς ἂν in ὡς ἂν. vs. 405. inferui ἄτ'. *ceu.* deeſt enim ſemipes. vs. 406. περ ἐόντες mutavi in παρεόντες. vid. vs. 397. & 402. vs. 408. Δειλοὶ δ' αὐγῆσιν. aliquo quidem ſenſu. *timidi.* Sed ſenſu legeris forte meliore, Δείελοι vel Δείελον αὐγῆσιν μαλεραῖς. Nam δὲ non ſemel abundat. vid. III. 194. ἀστέρες ἑσπέριοι iidem qui δείελοι. paſſim ita Aſtrologi de effectu occidentium aſtrorum teſtantur. vox Δείελος leviter corrupta L. II. III. Tamen non admodum urſerim haec ultima. δειλοὶ δ' αὐγῆσιν μαλεραῖς, accipiendum, an αὐγῆσιν μαλεραῖς ὑποπεπτηῶτες ambiguum.

L. II. Vs. 435. Πρῆξιν δ' ἥσσονα δῶκε καὶ ἐμ πρήξισιν ὑπ' ἄλλοις.

Actionem vero minorem dedit, & in actionibus ſub aliis.

haec intelligat & in verſum vel conſtructionem grammaticalem redigat, qui poſſit. lego.

Πρῆξιν δ' ἥσσονα δῶκε, καὶ ἐμ πρήξει σίνος ἄλλοις vel ἄλλο. *negotiationem minorem dedit, vel in negotiatione damnum aliis* vel *aliud.* mox vs. 444.

——— σίνεσίν τε προσάπτει.
Αὐτοὺς δ' ἀπροκόπους καὶ δειμαλέους περὶ πρῆξιν
Ἐνστερέαστε τίθησιν

L. III. Vs. 14. ——— ζῴοις ἰδίοις ἐπιτέρπεται αἰεὶ
Αἰγοκέρῳ τε, καὶ ὑδροχόῳ βλοσυρῷ τελέοντι,
Καὶ χηλαῖς, κριῷθ', ὁπότ' ἀνέρες ἐξεγένοντο
Κύδιστοι γένεσθε, γεγηθότες εὐκλεῖ πλούτῳ.

——— *propriis* (Saturnus) *ſignis gaudet ſemper Capricorno & aquario tetrico.*

hoc primum conſideremus. an nihil ſignificat τελέοντι? immo. *perficiente.*

si haberetur τελέθοντι, forte in versione, ut ὢν, ὑπάρχων negligi posset. At τελεῖν hic locum non habet. lege ὑδροχόῳ, βλοσυρῷ τε λέοντι. *aquario & terribili leoni.* L. v. 196. canit παρδάλιος στικτῆς, ἠὲ βλοσύροιο λέοντος. vid. I I. 342. At porro, an *leo*, *cancer*, *aries* sunt Saturni propria in Zodiaco signa? hoc *de capricorno & aquario* verum. at *cancer Lunae*, sive mavis, *libra Veneris*, *aries Martis*, & *Leo solis domus.* sed ut nodum hunc solvamus, illud βλοσυρῷ τε accipiendum, quasi diceret καὶ ἔτι. *etiam.* non tantum propriis signis, verum etiam in *Leone*, *cancro & ariete.* porro distinctionem post γῆρυστε collocavimus. nemo Poëtarum tam saepe atque *Manetho* copulam post secundam vocem ponit. & quia hoc non observatum, errores nati, quos fortè alias tangam.

L. III. Vs. 86. Δῶκ' ἀλόχυς, ὧν δὴ θάμ' ἐπαγχάλκυσιν ἐφ' ὕβρει.

θαμὰ ipse *Gronovius* jam L. III. 144. restituit. saepe restituendum. ut III. 59 122.

L. III. Vs. 141. Εὖτ' ἂν δ' ἀντέλλῃ Φαίνων, Πυρόεις δέ τε δύνῃ,
Πενθαλέοισιν ἑὴν ἄλοχον τύμβοισι καλύψας,
Χῆρον δὴ βαιὸν κλαύσει κατὰ δώματα λέκτρον.

sane *Saturnus* & *Mars* non adeo propitiae stellae, praecipue occidentes, ut, si quis viduus factus sit, brevi ad altera vota se porrecturum speret. In codice δημαιὸν una & nihili voce, sed quam levi mutatione in aptissimam convertas δηναιόν. *viduum* diuturnum *flebit domi lectum.* aliis sane locis δὴ βαιὸν & βαιὸν δὴ utitur *Manetho*, ut L. VI. 92 383. sed & ultimo loco corruptum docebimus. rescripsimus autem εὖτ' ἂν pro εὖτ' ἂν. quod nihil, sed saepe male pro εὖτε positum in his invenitur. ut L. VI. 135. 220. 548. 593. ubi male εἴ τ' ἂν δ' L. III. 106. 128. sedem ejus occupat ἔστ' ἄν. quod per se probum, sed illis locis alienum.

L. III. Vs. 151. Ἐς θαλάμυς εἴρυσαν, ἰδ' ἄιχεα πολλὰ τελέσας.

ubi cum metri damno, ἢ δ'. In hoc genere malo quoque. L. I. 84. pro ἢ δ' reponi ἠδ'. At repone ἰδὲ. L. II. 178. & 434.

Ἀνέρας ἀφνειὺς μάλ', ἰδὲ δμώεσσιν ἀνάσσειν.

at L. III. vs. 385. ἠδ' αὖ converte in ἦδ' αὖ. *haec contra.* L. v. 325. Ἡ in Ἡ'.

L. III. Vs. 154. recte hoc genus mendam sustulit *Clar. Wesselingius* ad *Diodor.* V. 77. p. 393. ἀγάπησαν ἀθέσμυς legens.

L. III. Vs. 172. Ἤδη θρεψαμβρίας, ἃ στέργυσ' αὐτοὶ ἀνάγκῃ.

memi-

memini jam alias in ordinem redegiſſe. ad *Charitonis* nempe L. I. C. IV.

L. III. Vs. 185. Τῆμος γὰρ σεμναί τ' ἄλοχοι τινσ' ὁμοκοίτας.

vulgo ἅμ' ἀκοίτας. forte malueris ὁμοκοίτυς.

L. III. Vs. 223. Ἦν ἀνίῃ περάτης Τιτὴν, δύνῃ δὲ Σελήνη,
Ἠὲ μέσῳ ὕψι μέσον τέμνει πόλον.

Ubi *Gronovius* neſcio quid comminiſcitur, quod in codice, ut fere, junctim ὑψιμέσον exaratum invenerat. ἀνιέναι ἐκ περάτης & τέμνειν μέσον πόλον ὕψι opponitur. ut L. II. 43. τὰς δε μέσυς τέμνυσι. Vertitur Περάτη hic ex *termino* L. VI. 519. ex *ulteriore*. cui ignotus *horizon*, περάτη γαίη. finitor.

L. III. Vs. 233. Ὅσσα δ' ἐμοὶ λέξωσι θεοί, τάδ' ἐγὼ σάφα λέξω.

vulgo ἐπιλέξωσι & τάδε. illud ἐπιλέξωσι & in ſenſum & in metrum peccat. dicit quod Aratus vs. 17.

ἐμοίγε μέσῳ ἀςέρας εἰπεῖν
Εἰ θέμις, εὐχομένῳ τεκμείρατε πᾶσαν ἀοιδήν.

L. III. Vs. 236. Δωρεῖται φιλίην βασιλήιον ἠέγ' ἄναξιν
Σικελίων ἀνδρῶν.

nunc ſine ſenſu ἢ ἄγαν αὔξιν Σικελίων τ' in Cod. αὔξειν. tu confer L. II. 350.

Ἢ μεγάλυς βασιλῆας, ἢ ἴσυς κοιρανεῦσι.
& II. 151. Καὶ βασιλεῦσιν, ἰδ' αὖ ἑτάροισιν ἀνάκτων.
& II. 245. Ἢ μεγάλων ἀνδρῶν, οἷσιν κράτος ἶσον ἄναξιν.

enallage φιλίη βασιλήιος ἢ ἀνδρῶν pro φιλίη βασιλέων ἢ ἀνδρῶν obvia.

L. IV. Vs. 3. Μοιράων τε κέλευθα βροτήσια, καὶ πλάνα φέγγη,
Ἀπλανέων τ' αὐγὰς πυριλαμπέας ἐξονόμηνα.

ubi contra genium linguae πλαναφέγγη legitur. ſaltem πλανοφεγγῆ. ſed tum adjectivum foret πλανοφεγγής. ita L. IV. 491. ὡροσκόπα φέγγη. & L. I. 360. ex *Gronovii* certa emendatione.

Εἴρηται δρόμος ὐράνιος ἀπλανῶν τε πλάνωντε.

ſic *Moſcho Amore Fugit.* πλάνα δῶρα & *Idyll.* V. πλάνος ἄγρη. diverſo ſenſu.

ſu. reſcripſi autem ἐξονόμηνα pro ἐξονόμηνας. quod vitioſum. & ſi ſignificaret *perſecutus*, ſaltem ἐξονομῆνας ſcribendum foret. verum ſi ita ſcribas, verbum primae perſonae orationi defuerit. neminem autem offenderit augmenti abſentia.

L. IV. Vs. 108. rarius ſeparatione mala, quam conjunctione peccatum. priori modo aberratum tamen in hoc verſu.

Ῥομβηδὸν περὶ κόσμον ἅμα τροχίῃ πεφόρηται.

Namque legendum ἁματροχιῇ. vide *Kuſterum* ad *Suidam* in ἁματροχία & *Heſychium* in *h. v. Gronovius* male reddidit. *cum curſu.* immo *in orbita. limite.* ἐν ἁμαξοτροχίᾳ. Rurſus ita peccatum L. VI. 687. ubi codex rectiſſime,

Φαίνων καὶ Πυρόεις ἀμφοῖν καθυπερτερέοιεν.

ſed ubi *Gronovius* edidit contra codicem καθύπερθε ῥέοιεν. quid Aſtrologi intellexerint per καθυπερτερεῖν docet magnus *Salmaſius* de *Annis Climactericis* p. 413. Noſter VI. 605. καθυπέρτερος εἴη. *ſuperiorem effici* vocat. *Jul. Maternus.* VI. XXXI.

L. IV. Vs. 167. ſane neſcio quid permoverit editorem ſcribere

Ἀκτινηβολίας ὁρίων τ' αἴθωπα κέλευθα
Δωδεκατημορίων τ' ἀστροκυκλόεσσαν ἐνισπεῖν
Ζῳδιακήν.

primo, quod Codex habet αἰθρωπὰ aeque bonum: immo hic praeſtantius quam αἰθωπά. ſic paſſim αἰθροβολεῖν. ſic αἰθροβάτης. αἰθροδόνητος. ita ἀστερωπός. σκολιωπός.

Verum magis miror contra metrum editum iſtud ἀστροκυκλόεσσαν pro ἄστρων, & κυκλόεσσαν *involutam* verti. κυκλόεις nonne *rotundus* & forma coeleſtibus corporibus apta! Ionice autem Ζῳδιακή pro Ζῳδιακὸς κύκλος. hic videtur adhiberi *Manethoni.* poteſt reticeri ὁδός.

L. IV. Vs. 195. Rurſus ipſa proſodia ſcribendum monſtrabat

Ἐν ὁρίοις καὶ κέντρῳ ἐπὰν ἴσχωσι Σελήνην.

non vero ἐπανίσχωσιν.

L. IV. Vs. 230. Jam monuimus διαλαμπάδα pro διὰ λαμπάδα Graecitatem non admittere. etiam vs. 252. vitium jam amovimus ſimile in ἀμάρης σκαπῆρας.

L. IV. Vs. 255. pro πρὸς δέ τι ſcribe πρὸς δ' ἔτι, & ita centies peccatum.

L. IV. Vs. 397. ipſe jam *Gronovius* veram lectionem indicavit ἐν ὕδασι νήκτορας.

L. IV.

L. IV. Vs. 455. διδυμάτοκα φύσεται ἀνδρῶν ita mox emendandum monstrabimus pro δίδυμα τοκέα φύσει ἀνδρῶν. vid. L. III. C. III. in fine.

L. IV. Vs. 474. Καὶ δύνων. scribitur quasi καὶ ὀδύνων. contra legem pediam. pro κινδύνων. vid. L. IV. 611.

L. IV. Vs. 480. dubitanter scribo

Ἦν δ' ἐπὶ δυομβύῳ κατὰ γῆς ἀπὸ τέρμονος αἴθρης
Στίλβων ἀμφ' αὐτοῖς ἢ καὶ διάμετρος ὁραθῇ
Ζωιδίῳ κόσμοιο, κακοὺς ληίστορας ἄνδρας

Haesitare me dico, utrum ita recte scripserim pro ἐπιδυνομβύῳ. at quidquid sit, vix hoc significat κατὰ δύσιν. num referendum ad Ἄρει? vel potius ad Ζωιδίῳ. ita tamen δύνοντι & δύναντι L. VI. 355. & 380. pro κατὰ δύσιν. at non dubitavi reponere αὐτοῖς ἢ καὶ pro αὐτοῖσι καὶ. saepissime alterutrius vocabuli omissione erratum. ut L. VI. 701.

Ἀστὴρ σὺν Παφίῃ ἢ καὶ διάμετρος ὁρῶτο.

ubi ἢ deest. L. VI. 451. legendum

Δέρκηται, ἠὲ καὶ αὐτοὶ ἐνὶ πτερόεντι πέλωνται.

denique vs. 482. conjunxi Ζωιδίῳ κόσμου. male ad sequentia κόσμου erat adplicatum. κόσμος. hic *mundus. coelum.*

L. V. Vs. 56. Ὄψιμος. εἰ ἄμφω δὲ ἔριν δ' ἐπὶ κέντρον ἔχωσιν.

legendum, ut etiam ex sequentibus adparet.

Ὄψιμος. εἰ δ' ἄμφω δῆριν γ' ἐπὶ κέντρου ἔχωσιν,
Ἔνθ' ἀκαταστασίαι καὶ πῆμ' ἐπὶ πήματι δεινῷ.
Ἦν στείχωσι δ' ὁμοῦ σύνοδοι ἢ εἰς ἕνα χῶρον,
Εὐκρασίῃ χαίρουσι καὶ οὐκέτι δῆριν ἔχουσι.

vocem Εὐκρασία, *bona moderatio* redditam, intelliges ex dictis p. 170. *harum Animadversionum.* & sic non semel *Firmicus* de planetis.

L. V. Vs. 71. Ἐς ποερίην δηλοῖ καὶ ὀψίτυχόν τινα πίστιν.

legendum εὐπορίην. sic ἐστε pro εὖτε aliquoties occurrit. L. I. 122.

ἔστοι δ' εὔποροι εἰσιν, ἐν εὐπορίῃ δὲ πένονται.

vox πίστις hic *administrationem* notat, ut apud *Herodian.* V. 7. 14. τὰς μεγίστας πίστεων ἐνεχείρισε. videantur *Animadversiones* p. 58.

L. v. Vs. 169. Ἦν δ' ἐπάνω φορέοιτο μετ' ἠελίοιο σελήνη.
vulgo incondite

> Ἦν δὲ ἐπαναφέρηται μετ' ἠελίοιο σελήνη,
> Ἡνίοχον καμπτῆρα διερχόμενον φιλονείκως.

qui versus redditur. *Aurigam transeuntem flexus artificiose.* at φιλονείκως non est φιλοτέχνως. Tu verte *contentiose*, *studiose*. deinde καμπτὴρ est *meta*, ubi revera ἐκάμπτετο *flectebatur*. unde dictus Graece καμπτὴρ, *meta fervidis evitanda rotis.* ut *Theocr. Idyll.* XXIV. 118.

> —— —— —— —— ϰ περὶ νύσσαν
> Ἀσφαλέως κάμπτοντα τροχῷ σύριγγα φυλάξαι.

L. v. Vs. 173. Ἠδὲ σεληναίη ὑ . . . κατίδοι. L. ἢν δὲ superiori loco quidem minori molimine reposuissem

> Ἦν δ' ἐπάνω φέρεται μετὰ ἠελίοιο σελήνη.

sed nusquam Manetho, quod memini, ἢν conjungit, nisi cum optativo vel subjunctivo. quid sit Astronomis ἐπαναφορὰ non ignotum. pro eo ἀναφερᾶς. ἐπαναφερῶς. ἀναφόρεια & ἀναφορίαδες occurrunt. & καταφερής. L. III. 411. vid. *Salm. de Ann. Clim.* p. 407.

L. v. Vs. 187. lege ὑπὸ γαμφηλῆσιν ὀδοῦσιν.

L. v. Vs. 199. Τῷ μὲν ἔδωκε βρόχον, τῷ δ' αὖ βυθὸν, ᾧ δὲ μέλαθρα,
Πολλάκι δὲ πλῶσιν. ἢ χώμασι προσκυλίσασα
Κλινηδὸν ἔῤῥηξε βίῃ συνθλώμενον ὀστᾶ.

ut haec intelligas duo loca de infortuniis his agentia adscribam. L. III. Vs. 263.

> Ἢ ὅτ' ἐν ἠπείροισιν ἄφνω κρημνοῖσιν ὄλοντο,
> Ἢ βρόχον αἰπὺν ἀνῆψαν, ἢ ἐν πλώσει θαλάμοιο,
> Ὥστε πάλιν θλιφθέντες ἀΐστως θυμὸν ὄλεσσαν.

rursus L. IV. Vs. 618.

> —— —— —— ὁ γεγὼς ϰ πλώσιας οἴκων
> Ταρβείτω, ϰ σφάλματ' ἀφ' ὑψηλοῖο μελάθρου.

sic igitur accipe μέλαθρα, nempe ὑψηλά. mox scripsi δὲ pro δ' ἢ. quod locum non habet. nam ἔῤῥηξε pro ἐπέρηξε posui, quia praepositio vix ullam

ullam vim exſerit & probatior ita ſit proſodia. retineas tamen editum, ſi malis. ὀςᾶ. *Firmicus* L. III. C. VI. *loco octavo. Faciunt aliena verba proferre & alienos. humeros gravi fractura debilitant.* ita legerim, melius vulgato, *jactura.* niſi poſuerit pro *caſu.*

L. V. Vs. 221. Μοίρην νευρολόμυ ἐσφιγμένην ἀκρισιδήρῳ.

Fatum nervos praeciſi conſtrictum in monte ferro.

Intellige hoc, ſi potes. loquitur de cruci adfixo homine. ſic legenda conjicio.

Μοίρην νευροτόμῳ ἐσφιγμένυ ἄρθρα σιδήρῳ.
Sortem nervos incidente conſtricti membra ferro.

σίδηρον νευροτόμον interpretor ἥλυς. *clavos.* quibus cruciariorum manus & pedes trajiciebantur & palo adfigebantur. ita de iis loquitur L. IV. 199.

Οἱ βασανηδὸν
Στρεϐλὰ κολασόμενοι σκολοπηΐδα μοῖραν ὁρῶσιν,
Πικροτάτοις κέντροισι προσαρτηθέντες ἐν ἥλοις.
Οἰωνῶν κατάδειπνα, κυνῶν θ' ἑλκύσματα δεινά.

& L. I. 149. loco corruptiſſimo, forte alias tractando.

Οὔτι τάδ' ἀνδροφόνοις περὶ δὔρασιν ἡλοπαγῆ χεὶρ.

ἄκρι mutavi in ἄρθρα. potes & in ἄκρα mutare. hae voces ſaepe commiſceri creduntur. verum valde ſuſpicor ἄκρα ſenſu ab ἄρθρα in nonnullis non multum differre. qua de re agemus L. III. VIII. 56. 13.

Vox autem μοίρην per adpoſitionem adjectam puto τῷ βορὴν, quod praecedit. & aliquid juvat ſupra occurrens σκολοπηὶς μοῖρα pro *morte crucis.*

L. V. Vs. 232. Κεντρωθεὶς δὲ Ἄρης ἤνπως φαίνοιτο σὺν Ἑρμῇ
Ἠελίυ οἴκῳ καθορώμενος, ἐχθρὸς ἐπ' ἐχθρῷ,
Ὀφθαλμὸν βλάπτει, καὶ ἤνπως φωσφόρον ἀθρῇ.
Εἰ δ' ἄμφω κατίδοιτ', ἀλαὸν καὶ πηρὸν ἔθηκεν.

ſic verto: emendationum mox rationem dabo.

In centro conſtitutus Mars ſi forte adpareat cum Mercurio,
Solis in domo deſpiciens vel *deſpectus, inimicus ſupra inimicum,*
Oculum laedit, etiam ſi forte adſpexerit Luciferum.
Quod ſi ambos (Mercurium & Luciferum) *deſpexerit,* (oculum) *ſine viſu & coecum reddere ſolet.*

ἐχθρὸς ἐπ' ἐχθρῷ. per adpositionem dictum, & ad formam ejus quod L. v. 57. dicitur πῆμ' ἐπὶ πήματι δεινῷ.

pro ἠ ἥνπως, editum ἠ τ' ενι φωσφόρον. quod nihili. *Gronovius* jam vitiosius ἄθρει reposuerat pro ἀιθρεῖ. Mars autem dicitur *despicere Phosphorum sive Venerem.* uti *Phosphorus & Jupiter* dicuntur καθορᾶν *Lunam.* L. VI. 24.

Μήτε σεληναίην μήτ' ὧν ὥρην καθορώντων
Φωσφόρȣ ἢ Ζηνός.

& L. IV. 207.

——— ὅταν Κυλλήνιος ἀςὴρ
Φωσφόρον ἀκτίνεσσι βάλῃ Κυθερηΐδος αἴγλης.

videatur quoque L. IV. 55. & *Firmicus Astron.* L. II. C. II. ubi docet φωσφόρον ab Aegyptiis dici, quae Romanis *Venus.* Explicatius vero *Achilles Tatius* in *Isagoge* §. 17. p. 136. pro καθιδοι ταχιλον [sic in Codice] rescripsi κατίδοιτ' ἀλαόν. nam ἰδέσθαι etiam apud *Herodotum* non semel active sumitur. ταχιλὸν vel ἀχιλὸν hic nihili voces. & *Gronovii* ταχινὸν nihil ad rem. ex ἀχιλὸν facile ἀλαὸν nascitur. Λ & Χ jam commutatas vidimus. quin apta sit vox, nemo dubitet. πῆρον. *Hesych.* interpretatur τὸν παντάπασι μὴ ὁρῶντα. miror *mutilum* reddi, cum jam L. IV. 155. occurrat.

Πήρωσιν τευδεσσαν ἐν ὀφθαλμοῖσι τίθησιν
Ἔσσεσθαι κείνοισι ἠ ἀμβλυόεσσαν ὁμίχλην.

ita πηροῦν ὀφθαλμὺς *Hephaestion Thebanus* in *Apostelesm.* p. 13. *Hesychius* praeterea monet πῆρος προπερισπωμένως scribi, quando τυφλός significat. cui obtemperavimus. πεπηρωμένην pro πεπληρωμένην restitue *Porphyrio* de *Abst. Anim.* III. 300. Καὶ μὴ μόνην ἐν τοσαῖσδε συζυγίαις ἀτελῆ τήνδε λείπεσθαι ἠ πεπηρωμένην.

L. v. Vs. 330. etiam mala separatione laborat. lege, ut brevis sim,

Καὶ κλίνασα δέμας ςεῖρα λοχὸς ἐς' ἐπὶ κλίνης.
Et inclinans corpus infecunda puerpera est in lecto,

editur ςεῖρ' ἄλοχος, quod nihil habet commendabile prae nostra lectione. L. II. 181. & VI. 285.

Στείρας

Στείραις ἠδ' ἀτόκοισι συνάπτων δυσκλεẶ λέκτρα.
Στείρας ἠδ' ἀτόκους τῆμος θήκαντο γυναῖκας.

λοχὸς *puerpera* in Glossis. videatur *Cl. Salmasius* in *Exercit. Plinianis* p. 504. tamen L. III. 278. πρεσβυτέρας, στείρας τ' ἀλόχυς. verum non ideo sequitur hic sic scriptum fuisse.

L. VI. Vs. 3. τέκμωρ θείῃ τ' ἐπὶ μολπῇ. *finem divino in carmine.*

antea monuimus mutandum esse in θεῖντ'. *finem imponite carmini.* verum tum obliti fuimus. Vs. 7. mox male legi κατενεύσατ' pro κατανεύσατ'. Accidit bis ter praeterea, ut *partes orationis* male confusae fuerint. ex. gr. L. II. 340.

Οἷσι τ' ἐπιθύνως, ἔργοις πάντ' ἐκτελέυσι.

ubi ἐπιθύνως vertitur *recte.* quasi *adverbium* esset. cum scribendum sit ἐπιθύνωσ' id est ἐπιθύνωσι. *intendunt. incumbunt.* Ut eadem sit sententia in vs. 174. hujus libri.

Οἷσι τ' ἐφορμήσωσιν, ἀεὶ τέκμωρ ἐπάγοντας.

ita rursus erratur L. I. 341.

Δύλυς ποιήσει ἢ ᾗ γονέων στερέησιν.

Servos faciet, vel etiam parentum jacturam.

quasi στερέησις non στέρησις, ποιέησις non ποίησις diceretur. cum sit subjunctivus cum Ionica paragoga, Manethoni familiarissima, στερέησι. & qua sanandus est vs. 158. L. III.

Εἰ δ' Ερμῆς δύνῃσι Κρόνυ βεβαῶτος ἐφ' ὥρῃ.

quin L. VI. 314. item substantivum in verbum est transfundendum.

Ὅσσοι ἀφ' ὡρονόμυ ζῴῳ τριτάτῳ καθορῶνται,
Ἠὲ μεσυρανέοντι πόσοι βεβάωσιν ὕπερθεν
Ἀστέρες, ἢ σφετέρης ἐπιμαρτυρέωσι βολῇσιν.

ubi nunc editur ἐπιμάρτυροι ἦσι. certe illud ultimum nauci est, & saltem ὦσι requireretur. secundo autem versu vitiose erat βεβάασι. quomodo etiam restituendus vs. 301. ejusdem libri vel saltem βεβάᾳσι. vox tamen ἐπιμάρ-

ἐπιμάρτυροι proba & *Manethoni* usurpata, si per scribas licuisset. L. VI. 51. nam ἐπιμάρτυρι ὥρῃ sensu cassa est locutio. vid. VI. 236.

Non abit vitium in vs. 651.

Εἰ δ' ἄρα δὴ μήνην δεκατέτως ἀστέρες ἄμφω.
At si lunam decima parte spectarint stellae ambae.

at tu lege δεκατεύωσ'. ut L. VI. 219. & a *Salmasio* de *annis Climact.* p. 413. disce, si nescias, quid sit δεκατεύειν.

L. VI. Vs. 11. recte jam *Gronov.* ἀμφὶ γάμων τ' ἐρατῶν.

L. VI. Vs. 50. Μητέρ☉ ἀγχιποδοῖιν ἐς ὀξέα κεκληγυίης.
Matre obstetricem in acutum clamante.

secundum hanc interpretationem etiam est commentatio. primo loco animadvertas ἐς ὀξέα. *in acutum* verti. saltem *in acuta.* ἐς ὀξέα est ὀξέως. *acute.* sic εἰς οἰκεῖα. οἰκείως. L. IV. 157. quamvis iste locus forte corruptus. εἰς πάμπαν. πάντως. VI. 271. sic apud *Lucian. Dial. Mort.* XXVII. εἰς τὸ βαρβαρικόν. *barbarice.* sed hoc leve prae illo portento ἀγχιποδοῖιν. *obstetrix.* immo ἄγχι ποδοῖιν. *ante pedes.* cui ignotum ποδοῖιν pro ποδοῖνϊ & verte

Statim infantes sub primis partus doloribus solent perire
Ante pedes [coram, prope] *matris acute vociferantis.*

Firmicus L. III. III. I. *Faciet cum summo clamore edi partum.*

L. VI. Vs. 342. Φαίνων ὡρονομῶν Ἑρμῆ δύνοντ☉ ἔναντα,
Καὶ μήνης μέσα τοῖο φαεινῦστης κατὰ κέντρα.

ibi nobis propinatum fuit μεσάτοιο. quasi μήνη μέσατ☉ per Atticismum diceretur. at κατὰ μέσα κέντρα τοῖο id est ἐκείνου Φαίνοντ☉. *Hesych.* τοῖο. τούτου ἢ αὐτοῦ. sic L. VI. 617. *Gronovius* testatur in Codice esse

Ὁππότε δύνησιν μήνης σὺν τοῖς κατιούσης.

sed, quod cum recte sit, mutavit in αὐτοῖς. *Hesych.* τοῖς; τούτοις. noster saepe & millies alias.

μέσον & μέσατον κέντρον in his libris frequentatissimum. L. VI. 126. 276. 286. 373. 410. 456. 526. 528.

L. VI. Vs. 362. Εἰδώλοις δ' ἐν ὑγροῖσι Κρόνον καὶ φοίνιον Ἄρηα
Ξυνὴν ἐξανύοντας ὁδόν.

quam-

quamvis ἔνυγρ☉ probum sit vocabulum, tamen melius dici videtur ἰδὸν ἀνύειν ἐν εἰδώλοις: quamvis alterum non improbandum. L. v. 149. ἐφ' ὑγροῖς. L. VI. 422. Ζώοις δ' ἐν παρύγροισι. VI. 474. Ζηνὸς δ' ἐν καθύγρῳ. & si accentus in Codice adfuit, ille monstravit ἐν ὑγροῖσι legendum. ἔνυγρ☉ non ἐνυγρός.

L. VI. Vs. 383. Loquitur de *Marte & Saturno*, in occasu stellis nocentibus.

> Δὴ βαιὸν μόχθοισιν ὑπ' ἀλγεινοῖς μογέοντας
> Τεύχουσ', ἀχθοφόρων ζώων βίοτον τελέοντας.

sane illae stellae maleficam exuerint naturam, si modo parvum tempus his miseriis adfecerint. tu lege Δηναιόν. uti L. III. 143. quoque restituimus. & si parvum tempus ita miseri futuri sint, quomodo vitam in his miseriis τελῦντες dicuntur?

L. VI. Vs. 741. Tandem turpem hoc genus maculam eluit doctus Diodori commentator L. v. C. 73. ἔφηνε πολύλιτ☉ pro ἔφην ἐπολύλιτ☉ reducens.

Verum desiturus oculum conjicio in versus paullo antecedentes 732. 733.

> Αὐτὰρ ἐγὼ μάλα μῦθ πυκιναῖς πραπίσιν δεδάηκα
> Γαστέρ☉ ἐκπροφέρουσι μογοστόκοι εἰλείθυιαι.

quae ad superiora referuntur & ita vertuntur.

> (Verum ego admodum crebris meditationibus didici)
> *Utero proferunt difficilis partus puerperia.*

At versu 331. finitur tractatio de *servis.* adjecturus vero quomodo ex Astrologia quis posset scire aliquid de partubus, & forte peculiarius, utrum masculum an femineum faetum mulier gereret, dicit se illa non traditurum in suis libris, licet hoc sciat in *sapiente* mente sua. nam πυκινὸς hoc significat. rationem vero silentii dicit esse, ne *reges* offendat. Scilicet jam tum Mathematicis multae de multis inquisitiones & praedictiones interdictae fuerint. & de cautione circa hanc rem operae pretium est consulere *Caput ultimum* L. II. *J. Firmici Materni.* ubi simul merito indignaturus es adulatorias hujus nugivendi blasphemias erga imperatores Romanos. sed ad Manethonianas corruptiones revertamur.

Vides jam per te, si versus 732. non respiciat ad superiora [& id sensit

ſit editor, eum uncis includens] in verſu 733. ineſſe nullum ſenſum: nec ſubjunctivum ad aliquid poſſe referri. tu conjunge verſus & lege,

Γαϛέρος ἐκ προφέρωσ' ἄ

centies apud poëtas, immo etiam proſaicos, praepoſitiones poſtponuntur caſibus ſuis. quamvis ἐκπροφέρωσ' ſervari poſſit. ἄ excidit. vide ad L. I. IV. 6. 3. p. 43. *Animadverſionum.* deinde cui ignotae μογοϛόκοι εἰλιθυῖαι. ſive εἰλειθυῖαι. *puerperium adjutantes Dianae ſive Ilithyiae*, quae hic pro ipſis *puerperis* ponuntur, vel, ſi malis, pro partuum doloribus. Ἀρτέμιδες. Ειλιθυῖαι. nomine plurium celebrantur. Ἀρτέμιδας πραΐας illuſtravi in *Miſcellan. Obſerv.* Vol. XI. p. 153. & de Artemide Μογοϛόκῳ in *Critica Vanno* C. VI. Sect. V. p. 200. egi. vid. *Theocr.* XXVII. 28. *Nonnum Dionyſ.* XXXVI. 59.

Haec ſpeciminis loco ſufficiunto eorum, quae hoc ſolo remedio in *Manethone* ſanari poſſint. ſuperfuerint alia & non leviora, partim a me obſervata & forte in his *Animadverſionibus* adponenda. alia alii inventuri ſunt, & ipſe dies alias deteget hoc & aliud genus corruptelas. Recte enim *Manilius.*

Omnia conando docilis ſollertia vicit.

&, ut arbitror adhuc, ante eum *Manetho*,

Πάντ' ἐπὶ γὰρ γάιης μερόπων ἐπίνοια ματεύει.

JACOBI PHILIPPI D'ORVILLE

ANIMADVERSIONES

IN

CHARITONIS APHRODISIENSIS

LIBRUM TERTIUM.

LIBRI TERTII CAPUT PRIMUM.

P. 40. Vs. 2. Μηκέτι φέρων] Nempe τὸ ζῆν. nam per se sensum non implet. vel τὸ ἀποτυγχάνειν ex vicino.

P. 40. Vs. 2. Ἀποκαρτερεῖν] Etiam leviores ob caussas viri alioqui fortes, probi & prudentes habiti, inedia vitam finire non dubitaverunt. casus hic similis Stryaglio illi Medo, ne putemus solos Graecos & Romanos ita desipuisse, de quo *Ctesias* apud *Demetr. Phaler.* C. ccxix. τῆς Σακίδ☉ ἀπετύγχανεν. ἐδέδοκτο μὲν αὐτῷ ἀποκαρτερεῖν. γράφει δὲ πρότερον ἐπιστολήν. vid. III. II. 42. 5.

P. 40. Vs. 4. Ἵνα αὐτῷ προσέλθῃ κἂν νεκρῷ] Non quidem ut Polyxena ad tumulum Achillis inferiarum loco mactanda, sed ut Dionysii manes sua praesentia mitigaret & placaret. rursus L. v. x. 96. 11. Ἀπῶμαί σε, Καλλιρρόη, χάριν τελευταίαν. ὅταν ἀποθάνω, πρόσελθέ μοι τῷ νεκρῷ, καὶ εἰ μὲν δύνασαι, κλαῦσον. vide ad locum. παρακαλεῖν, ἵνα. sic ap. Matthaeum Cap. VIII. 34. παρεκάλεσαν ὅπως μεταβῇ pro μεταβῆναι. vid. *Joann. Vossium de Hebraism.* N. T. C. XI. p. 287.

Μαχομένων] licet *rixari* recte verteris, procul dubio tamen Plango vim aliquam janitori & foribus adhibuit, ut intraret: adeo facilius strepitus ad Dionysii pervenerit aures.

P. 41. Vs. 1. Καλατρύχῃ] *Theocritus* nostro non incognitus, *Idyll.* I. 78.

Τίς τυ κατατρύχει. τίν☉, ὦ 'γαθὲ, τόσσον ἔραασαι;

vide L. IV. II. 65. 4.

P. 41. Vs. 1. Λαμπρειμόνει] *H. Stephanus* agnoscit λαμπρείμων & λαμπροείμων. *Suidas* etiam verbi formam explicat. λαμπρειμονῶ ὥσπερ καὶ τὸ λευχειμονῶ. quod *Plutarchi* in Arato p. 366. & aliorum.

P. 41. Vs. 2. Αχλὺς κατεχύθη αὐτῆ τοῖς ὀφθαλμοῖς] L. II. VII. 33. 16. Καί τις ἀχλὺς αὐτῆ κατεχύθη πρὸς τὸ ἀνέλπιστον. hic τοῖς ὀφθαλμοῖς additur. fere malim αὐτῆ a verbo pendere. τοῖς ὀφθαλμοῖς ceu ἐν ὀφθαλμοῖς accipere. καταχέειν τί τινι & τί τινος paullum differunt. καταχύειν ὕδωρ ἀγροῖς dicitur Jupiter. καταχύειν ὕδωρ ἐσθῆτος dicitur petulans quis. quamvis ultima locutio priori sensu recte quoque adhibeatur: at prima locutio vicem ultimae non recte impleverit. sic saltem usitatius occurrit.

Porro licet fere in *maerore*, *adversis* ἀχλὺς aliquem invadere dicatur, tamen & in *laetis*. *Apoll. Rhod.* III. 725. in *gaudio*.

Ὡς φάτο· τῇ δ' ἔντοσθεν ἀνέπλετο χάρματι θυμός·
Φοινίχθη δ' ἄμυδις καλὸν χρόα. καδδέ μιν ἀχλὺς
Εἷλεν ἰαινομένην. vulgo μιν. sed *Codex*, uti dedi.

P. 41. Vs. 3. φαντασίαν] L. III. IX. 59. 10. VI. V. 73. 11.

P. 41. Vs. 6. Τοσαύτη ἦν, ὥστε κἀκείνη Διονύσιον ἔκλαιε τὸν ἄνδρα] primum scire velim, qua ratione Callirrhoe dicatur κλαίειν non simpliciter τὸν Διονύσιον sed τὸν ἄνδρα. *virum*, *maritum*. sane prolepsis foret parum necessaria vel concinna. Credo illud Διονύσιον esse a glossatore insertum: ne intelligeremus Καλλιρρόην κλαίουσαν τὸν ἄνδρα τὸν Χαιρέαν. isto amoto sensus optimus. ὥστε κἀκείνη ἔκλαιε τὸν ἄνδρα. ist est ἐκεῖνον. ἀνὴρ. pro ἐκεῖνος. αὐτός. ut *vir* pro *ille*. *ipse*. si exempla desideres vulgati usus dabit ex utroque sermone *Hudchinsonius* ad *Xenoph.* K. A. L. I. p. 27. Sic etiam φῶς. pro τὶς. vel ἐκεῖνος. ita acceperim hoc vocabulum. ap. *Manethonem*. L. VI. 337 & 602.

Deinde unicuique sermonem deficere patet in τοσαύτη. si intelligas e vicino συνδρομή: non satis caussa erit, cur *concursus* faciat Callirrhoen deflere Dionysium, nisi plane eos indole & humanitate retulerit,

Qui ridentibus adrident, & flentibus adflent.

eadem difficultate sententia premetur, si suppleas λύπη vel ἔκπληξις. requireretur τοσαύτη γὰρ ἦν ἡ στοργὴ, ἡ εὔνοια ἁπάντων εἰς αὐτὸν, ὥστε. vel simile quid. ut χρηστότης. τοσαύτη ἦν ἡ φιλανθρωπία ἐκείνης εἰς πάντας.

P. 41. Vs. 7. Αναλήψας] ἀναλαμβάνειν. uti ἀναφέρειν [ἑαυτὸν] saepissime de iis, qui *vires*, *animum*, *spiritum* recipiunt. de *convalescentibus*. *Demosthen. de Corin.* 500. C. *Chion Epist. ad Matrid.* XIII. 30. ἀνειλήφειν. *Strabo*.

Strabo VIII. 589. B. *Artemid.* I. 66. 55. at ἀναλαβὼν, non ἀναλήψας dicimus. quare lege ἀνανήψας. a recolligentibus se ex metu, ira, amore transfertur. *Achill. Tat.* I. 47. νήψας ἐκ τῦ κακῦ. VIII. 416. *Theodor. Prod.* III. 142. Μόγις δ' ἀνανήψασα τῆς κακῆς μέθης. Plura ad L. V. I. 78. 4.

Sane Α & Ν saepissime confunduntur a blaesis & a negligentibus librariis. in ipsa hac voce exemplum praebet *D. Paulli Epist.* II. ad *Timotheum* C. II. vs. 26. Μήποτε δῷ αὐτοῖς ὁ Θεὸς μετάνοιαν εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας, καὶ ἀνανήψωσιν. [*Cod. Claram.* ἀναλήψωσιν] ἐκ τῆς τῦ διαβόλυ παγίδ⊙ ἐζωγρημένοι ὑπ' αὐτῦ εἰς τὸ ἐκείνυ θέλημα. sic cum *H. Stephano* hunc locum distinxerim. nam ἐκ παγίδ⊙ ζωγρεῖσθαι legitima locutio & metaphora. ἀνανήφειν ἐκ παγίδ⊙, nisi quatenus quem *consternatum*, non *captum*, fingas, non aeque bene dici videtur. *Lucian. de Saltat.* II. 315. ἀνανήψαντα μετανοῆσαι adhibet. idem error *Hesych.* in ἀναλύζων. ἀναρύζων. In *Manethone*, illo omnium corruptelarum nidulo. L. VI. 198.

Ζευχθέντες κείνησιν ἄφνω πάλιν αὐτοὶ ἐνίφθεν.

redditur, *vituperarunt.* cur, vide apud *Interpretem.* at tu lege ἔλιφθεν; & id pro ἐλείφθεν, sive ἐλείφθησαν. *relicti sunt.* ut L. VI. 603. ἐπτοιῆθεν. eadem sententia vs. 190. illud ipsum ἔλιφθεν ap. *Apollon. Rhod.* I. 1325. ἀποπλαγχθέντες ἔλιφθεν. ubi tamen *Laurentianus* scriptura receptiore ἐλείφθεν. L. III. *Apotelesm.* vs. 239. legitur

—— —— αὐτὺς δ' ἄρα φῆμιν ἀρίστην
Ἴσχοντας τεύχει, κοσμεῖ δ' ὑπ' ἀπείρονι πλύτῳ,
Καὶ θαλάμοις, λήιοισι, βαθυκλήροισι τ' ἀρούραις,
Λείαις, παντοίαις τ' ἀγέλαις, δμῶσιν τ' ἀναρίθμοις.
Δῶκε καὶ ἠναλίων κτῆσιν νηῶν πολυφόρβων.

φῆμιν ἀρίστην confirmarint vs. 370. L. II. & 183. L. III. Laudaveris *Gronovium*, quod veram reduxerit scripturam in his: sed cur *Ionicae*, *Alexandrinae* vel *Aegypticae* dialecti specie ἠναλίων retentum, pro ἐναλίων. mox ὑπ' ἀπείρονι πλύτῳ. verius potuisset dialecto *Manethoneae* attribui, quod toties praepositionem ὑπὸ componat cum *dativo* pro *genitivo*. quamvis apud alios exempla non desint sic *Maximus* περὶ Ἀπαρχῶν. 318. φλέβα χεῖρας ὑφ' αἵματι πεπληθυῖαν vulgo πεπληθεῖαν. Mox λῃίοισι. sive λήιοισι. *agris. segetibus. praediis. Hesych.* λήιον. σποφόρον χωρίον. cogitabam quid igitur βαθύκληροι ἄρυραι & λήια differrent, & reponendum censebam νειοῖσι. *novalibus* vid. *Aratum* vs. 742 quibus opponerentur ἄρυραι. sed displicuit. offendebant tamen illi θάλαμοι cum hac agresti opulentia conjuncti. an legendum

Καὶ θαλεροῖς λήιοισι βαθυκλήροισι τ' ἀρούραις.

 Hesych.

Hesych. θαλεροὶ. ἀνθοῦντες. *Maximus.* 375. ἐν θαλεροῖσι πετήλοις. an fuit χθαμαλοῖς. non proprio sensu *thalamos* accipiendos saltem, sed pro *matrimoniis*. mox λείας signanter accipe *aliunde abactos greges*: quod in Aegypto non infrequens: qui ἀγέλαις opponantur. Tandem non video cur νῆες πολύφορβαι abeant in πολυφόρτους. πολύφορβος non facile in mentem scribis veniat. deinde Νῆες πολύφορβοι rectissime dicantur νῆες σιταγωγοί. *Arato.* vs. 111. describuntur Καὶ βίον ὕπω νῆες ἀπόπροθεν ἠγίνεσκον.

Frequenter quoque Λ & Ν commiscentur in *Q. Calabro*: sic L. IV. 272. recte Λῃιάδας pro Νηιάδας. 487. ἔνευσαν pro ἔλευσαν. vide *Hymnum Homeri in Bacchum* vs. 11. & L. V. 251. ἀμφὶ πόνοισιν pro ἀμφιπόλοισιν. non tamen L. X. 418. λιβάδεσσι mutarim in νιφάδεσσι. locum perscribam.

Οἵη ἐν ξυλόχοισι περιστρέφεται κρύσταλλος
Αἰπυτάτων ὀρέων, ἥτ' ἄγκεα πολλὰ παλύνει
Χευαμένη ζεφύροιο καταιγίσιν, ἀμφὶ δὲ μακραὶ
Ἄκριες ὑδρηλῇσι κατειβόμεναι λιβάδεσσι
Σεύονθ'. ἡ δὲ νάπῃσιν, ἀπειρεσίη περ ἐοῦσα,
Πιδάκος ἐσσυμένης κρυερὸν περιτήκεται ὕδωρ.

ibi tentatur νιφάδεσσι. sed *glacies* non *solvitur* in *nives*, sed in *humorem. aquam.* multo minus in *nives vitreas.* nam pro ὑδρηλῇσι commendatur quoque ὑαλίνῃσι vel ὑαλέῃσι. quod epitheton nivi *solutae* non aptum est, quae potius *lutosa.* & hinc praecedit παλύνει. & L. XII. 401. habetur νιφετῷ πεπαλαγμένον ὕδωρ. vide *Tryphiod.* 187. *glacies igitur soluta & a montibus devoluta tandem in convallibus colligitur & plane liquefit in fluentum.* porro *Rhodomanus* ait περιστρέφεται nihil *commodi ad sententiam bonam habere*, & emendat περιστέφεται. *quasi corona cingit.* cum *Scaligero* reponendum autumo περιτρέφεται. & ita loquitur de *glacie Homerus Odyss.* Ξ. 477.

——— αὐτὰρ ὕπερθε χιὼν γένετ' ἠΰτε πάχνη
Ψυχρὴ, καὶ σακέεσσι περιτρέφετο κρύσταλλος.

ut ibi *glacies circum scuta*, sic hic *circum arbores concrescit.* idem verbum de *lacte coagulato. Iliad.* E. 902. ubi contra *Scholiasten* & *Herodianum* editur περιστρέφεται. Alium locum, non melius tractatum, in *Q. Calabro* tangere libet. L. XIII. 42. de *Ulixe*, equum Trojanum jamjam egressuro.

——— Αὐτὸς δ' ἄρα χερσὶ θοῇσιν
Ἵππου δουρατέοιο μάλ' ἀτρέμας ἔνθα καὶ ἔνθα
Πλευρὰ διεξώιξεν ἐϋμμελίῃ ὑπ' Ἐπειοῦ.
Βαιὸν δ' ἐξανέδυσ' ἰδὼν ὕπερ.

Ulixes retinens nimis festinantes heroas, postquam ministerio *Epei* latera equi aperuerat, de ventre machinae se levans per fores reclusas aliquantum prospicit, ut discat, an Trojani in vicinia vigilent. *Ulixi* & *Epeo*

Epeo adscribit *Calaber*, id quod *Lycophro* vs. 343. & *Jo. Tzetzes Chil.* p. 118. *Antenori*, at *Virgilius Sinoni*. *Pinea furtim Laxat claustra Sinon.* illas fores, *claustra*, *Lycophroni* γαστρὸς ζυγὰ, & ibi *Is. Tzetzae* θύρα τῆς γαστρός, repraesentavit Pictor in Tabulis *Virgiliano Codici Vaticano* adjectis, & simul Graecos heroas funium ope, non scalarum, ut *Calaber*, descendentes. procul dubio hae aperturae ita artificiose ab Epeo factae, & pice aliaque materia ita oblitae fuerint, ut suspicionem Trojanis ullam movere nequierint. licet *Tryphiodor.* hujus cautelae non meminerit, qui tamen vs. 196. θύρην ἴσωσε clausam narrat a Πυλαωρῷ *Ulixe.* & vs. 90. ἄδηλον vocat. jam actio prospicientis *Ulixis* de foribus his describitur a *Quinto* sic, βαιὸν δ' ἐξανέδυσεν ἰδὼν ὕπερ, emendante *Rhodomano*. ut sit ὑπερίδων *suspiciens*. sed *despiciens* requireretur. nuperus notator ἰδὼν ὕπερθεν. ex *alto speciens*. at hoc nec Graecitas permittit, nec sensum juvat. quare idem conjicit ἰδεῖν ὕπερ: id est, ὑπὲρ τοῦ ἰδεῖν. ut *specularetur*. sed & hoc rancidum plane & tautologum, quia sequitur ἀμφὶ δὲ πάντη Τρῶας πεπταλίνεσκεν, ἐγρηγορότ' εἴπου ἴδοιτο. *circumquaque Troas lustrabat, an vigilantem forte aliquem videret.* legendum reor minima mutatione

βαιὸν δ' ἐξανέδυσ' οὐδῶν ὕπερ.

paullum caput exseruit supra limina forum & aperturarum equi duratei. quibus portis, ut ita dicam, in utroque latere jam patentibus, quin recte attribuantur οὐδοί. *limina*, vix est ut quis neget. Inspice laudatam modo picturam, quam artifex mutuatus procul dubio fuit vel ab antiquiore artifice, vel ab poetica aliqua descriptione: & probabilitatem majorem inde suspicioni nostrae accedere deprehendes. οὐδοὶ saepe plurium numero de *unis foribus* dicuntur. *Dio Chrysost. Rhod.* p. 313. B. *Theocr.* XXIII. 50. quamvis ἔνθα καὶ ἔνθα hanc difficultatem tollat. innumera loca in *Zmyrnaeo poeta* male vexata sunt. sed hoc Augeae stabulum porro hic movere, non est opportunum. de permutatis Λ & Ν iterum agendum L. VIII. IV. 134. 15.

P. 41. Vs. 10. Σεαυτὸν ὀδυνῶν] *Aristoph. Eccles.* 923.

P. 41. Vs. 11. Τοῖς ἰδίοις] In *Apographo* τοῖσι ἰδίοις. saltem τοῖσιν. sed unde tam subito *Chariton* & semel in *Ioniam* delatus! sic tamen *Plato* saepissime. *Theag.* 131. A. VI. de L. L. 755. D. 758. B. 782. C. VII. 789. A. 790. C. 795. A. 802. D. *Phaedro* 276. B. 278. B. quae pluscula loca sisto, ut mecum mireris *H. Stephanum* L. I. de L. L. 625. C. suspectum habere ἐν οἴοισιν & ὁμοίοισιν ap. *Achill. Tat.* V. 319. *Lucian.* I. I. p. 466. τούτοισι. quod etiam ap. *Heliod.* VII. 356. Et ex antiqua Attica lingua in μὴ ὥρᾳσιν ἵκοιτο. occurrunt aliquando etiam alia λείψανα *Ionicae dialecti* sic ἀντιτετάχαται. ap. *Xenoph.* K. A. IV. 340. B. [342]. in *Codice Etonensi.* vid. *Lucian.* L. I. *Verae Hist.* p 80. at bene νοῦς e *Diodoro* L. XII. 518. rejectum. quod & alias perperam irrepsit. vide L. I. XII.

 18. 2.

18. 2. mox *apographum* exhibet ἄπις. . . τὴν δεσπ. προσθες. ἐσήρημαι. ἀπολώλε κατὴν. δυλικῇ. γαμητὴν. γέτυς. ματὴς & similes sordes.

P. 41. Vs. 17. Μόνην οὐκ ἀπολώλεκα τὴν εὐγένειαν] *Tacit.* 11. *Annal.* 38. *Siluit Hortalus, pavore an avitae nobilitatis etiam inter angustias fortunae retinens.*

P. 41. Vs. 19. Γαμετὴν κατὰ νόμους] *Lucian. Dial. Meretr.* VII. 296. vi- vide *Casaub.* ad *Athenaeum* XIII. 1. opponitur παλλακῇ. II. XI. 39. 3. *Manethon.* IV. 434.

Λήψονται δὲ λέχη δίχα γράμματος οὐχὶ νόμοισιν,
Ἐκ μετεωροσύνης δὲ συναντήσαντες ὁμεύνοις.

Firmicus dicit L. VII. XVII. *sine tabulis matrimonialibus coibunt.*

In *Aegyptio poeta* μετεωροσύνη vertitur *conniventia.* quia, credo, in *Glossis* μετεωρισμὸς *conive tia. inconsiderantia. Suetonius* de *Claudio* C. XXXIX. *oblivionem* & *inconsiderantiam*: *vel, ut Graece dicam*, μετεωρίαν & ἀβλεψίαν. & opponit *providentiae.* sic idem C. IV. *Qui vellem diligentius & minus μετεώρως deligeret sibi aliquem.* eaedem *Glossae. conniventia* Αφιστωσιν [hoc delendum, nam est idem cum] ἀφοσίωσις. *levis tractatio negotiorum.* additur αὐτὸ τὸ μωροποιῆσαι. sic *Claudio* μωρία & μετεωρία. l. l. tribuitur. ibidem *Cl. Ernesti* censet in verbis, *nam si est* ἄρτιος [&] *ut ita dicam* ὁλόκληρος, ultimam vocem e *glossa* esse. quod non puto. *Themistius* XIII. 165. B. πάλιν ἄρτιοι καὶ ὁλοκλήρου. 166. D. ὁλόκληρα καὶ ἀρτιμελῆ φρονήματα. *Aristid.* T. I. 62. ἐντελὴς καὶ ὁλόκληρος. *Lucian.* II 603. ὁλόκληροι καὶ ἀκέραιοι. unde *Juntinae Ed.* locutionem ἀκεραιότητα pro ἀρτιότητα ibi juvare queas.

P. 41. Vs. 23. Καταισχύναι] excidit θέλεις vel simile quid. lege καταισχυνεῖς.

P. 41. Vs. 26. Ζεῦ καὶ Ἥλιε] L. V. VII. 91. 14.

P. 42. Vs. 1. Πλαγγόνιον] sic Πολυδεύκιον. Ἑρμίδιον. Κυκλώπιον. Κυβέλιον a Κυβέλη. Γναθαινάριον. ut ἀνθρωπάριον. Χρυσάριον. ap. *Lucian. Dial. Meretr.* p. 281. quod in *Inscriptionibus*, parum analogice, *Chrysarion Chrysarionis.* vide *Vignolii Select. Inscript.* p. 284. *Schol.* ad *Luciani Cataplum* p. 633. sic in adpellativis, ut πατέριον. μητέριον habes ap. *Heliod.* L. VII. 327. in *Taurin.* & VII. 328. μαμμίδιον. apud *Aristoph. Equit.* 723.

Ἔξελθ' ὦ δῆτ' ὦ δημίδιον φίλτατον.

At versus syllaba desit. δημακίδιον posses ex eadem fabula vs. 820. sed dactylus peccaret. quare malim legi

Ἔξελθε δῆτ', ὦ δημίδιον φιλτάτιον.

sic *Acharn.* 474.

Ευριπίδιον, γλυκύτατον ὦ φιλτάτιον.

In cujus fabulae vs. 623. quarta sede quoque dactylum tolles legendo

Ἐγὼ

Ἐγὼ δὲ χηρεύω τε * κελεποννησίοις. * vulgo καὶ.

in eadem comoedia 777. legitur.

Ἔγωγε φώνει δὴ τὺ ταχέως χοιρίδιον.

legitimum diminutivum. verum versus turpiter peccat sede quinta pro spondeo vel iambo habens Antibacchium ‿ – – ως φοιρι. Si reponas χοιρίον, metrum in tuto erit. In *Aristoph. Lysistrata* vs. 905. legimus.

Φιλεῖς; τί οὖν οὐ κατακλίνῃ, ὦ Μυῤῥίνιον;

hic rursus quinta sede Antibacchium habemus, – – ‿ ω μυῤῥι. Deinde a Μυῤῥίνη deducitur Μυῤῥινίδιον. vs. 872. tu repone μυρίδιον. alludens ad amicae nomen Μυῤῥίνη eam vocat μύρον. *unguentum suum.* ὑποκοριστικῶς μυρίδιον. sic apud *Bionem Idyll.* I. 78.

——— ——— τὸ σὸν μύρον ὤλετ' Ἄδωνις.

μυρίδιον est diminutivum a μύρον. licet *Jungermannus* ad *Pollucem* x. 118. μυρίδιον pro μύρον sine imminutione significationis accipiat.

LIBRI TERTII CAPUT SECUNDUM.

P. 42. Vs. 1. Ὑπερῷα] Viliores in editioribus domorum partibus degebant. vid. II. XI. 38. 5.

P. 42. Vs. 4. Καθεσθεὶς εὐσταθῶς] *Achill. Tat.* VI. 399. Καὶ μικρὸν μοῦ προσπεσὼν περιεχύθη τῇ κόρῃ. καρτερήσας γοῦν καὶ παρακαλέσας διελέγετο. εὐσταθὴς de *Callirrhoe* usus L. I. II. 4. 21.

P. 42. Vs. 6. ἀποθανεῖν] ἀποκαρτερεῖν. III. I. 40. 2.

P. 42. Vs. 8. Παίδων ἐπ' ἀρότῳ] *Nonnus* tam in *Dionysiacis* quam in *periphrasi Euangelica* saepissime hac tralatione utitur, uti notum; saepe obscoenissime. *P. Cunaeus* p. 200. *Dissertationis* eum non inmerito taxarunt & *Dan. Heinsius* p. 132. quod hanc locutionem ad mysteria adplicuerit *Christiana*. In *Lexiphane* T. II. p. 344. operum *Lucianeorum*, istae

istae locutiones γυνὴ ἄβατος & ἀνήροτος inprobantur. tamen decenter & variis modis passim haec tralatio adhibetur. vid. *Soph. Antig.* 575. *Oed. Tyr.* 1280. 1497. 1509. *Max. Tyr.* XXVI. 9. τρέψον ἐπὶ τὴν γεωργίαν τοὺς ὀφθαλμούς. vid. *Pricaeus* ad *Appul. Miles.* IX. 493. & quos laudavi in Critica *Vanno* p. 209.

Εὐάροτος pro εὐάροτρος libenter reposuerim in Epigrammate *Anthol.* L. VI. VII. 2. p. 418. quod variis locis praeterea emendatum accipe.

Χαλκὸν ἀροτρευτὴν, κλασιβώλακα, νειστομῆα,
Καὶ τὴν ταυροδέτιν βύρσαν ὑπαυχενίην.
Καὶ βούπληκτρον ἄκαιναν, ἐχετλήεντα δὲ γόμφον
Δηοῖ Καλλιμβρότης ἄνθετο γειοπόνος.
Τμήξας εὐαρότου ῥάχιν ὀργάδος. εἰ δ' ἐπινεύσεις
Τὸν στάχυν ἀμῆσαι, καὶ δρεπάνην κομίσαι.

vs. 1. ἀροτρευτὴς occurrit etiam L. I. §. LVI. I. 74. vs. 2. sic *Cod.* vulgo. ταυροδέτην. mox vulgo ἐπαυχενίην. membranae lectio forte verior. vs. 5. vulgo εὐαρότρου. sed hoc plane probare nequeo. ab ἄροτρον compositum huc nihil facit. vs. 6. denique contra metrum vulgo τὸν στάχυν κομίσαι. nostra lectio sese probat ipsa & confirmatur alio epigrammate inedito.

Ἄδηλον, οἱ δὲ * Νικάρχου * a manu recentiore.
Αἰγιβάτῃ τόδε Πανὶ καὶ εὐκάρπῳ Διονύσῳ,
Καὶ Δηοῖ χθονίῃ ξυνὸν * ἔθηκα γέρας. * Cod. ἴθηκα.
Αἰτέομαι δ' αὐτοὺς καλὰ πώεα καὶ καλὸν οἶνον,
Καὶ καλὸν ἀμῆσαι καρπὸν ἀπ' ἀσταχύων.

tria haec conjunxit quoque auctor *Hymni* in Apollinem. vs. 529. ut bene *Barnesius*

Οὔτε τρυγήφορος, οὔτ' ἐπήροτος, οὔτ' εὐλείμων.

ridiculus error obsedit omnes editiones & codices, quos consului in *Anthol.* L. I. LXVII. 6. 91.

Καὶ γλυκὺ νᾶμα θάλασσα βροτοῖς ἀροτήσιμον ἕξει.

una editio modo ἀροτύσιμον. legendum ἀρυτήσιμον. *hausibilis*, ut ità dicam, *potabilis* quia *dulcis*. non *arabilis*.

P. 42.

P. 42. Vs. 8. Εἰ γὰρ μὴ ἤρων] intellige quasi diceret. *tales nuptias etiam ambire deberem, honoris caussa: si vel non tam perdite amarem.*

P. 42. Vs. 13. Ἔχων] ἀνακόλυθα, fateor, prostant multa: verum hic invitissime admiserim. legendum. ἔχοντα. sed quia hoc ambiguum, modo repone τὸ συνάμφον . . . ἔχον, minori quoque id mutatione.

P. 42. Vs. 13. Προσῆλθεν αὐτῇ] Dionysii gravitas & Callirrhoae castimonia omne ambiguum locutionis longissime amovent. ingenue *Antisthenes* apud *Xenophontem* in *Convivio* p. 886. C. ἢν δέ ποτε κ̀ ἀφροδισιάσαι τὸ σῶμά μυ δεηθῇ, ἕτω μοι τὸ παρὸν ἀρκεῖ, ὥςε αἷς ἂν προσέλθω ὑπερασπάζονταί με, διὰ τὸ μηδένα ἄλλον αὐταῖς ἐθέλειν προσιέναι.

P. 42. Vs. 18. Κακοηθέςερον εἰς ἐμέ τι συμβυλεῦσαι] accipitur in malam partem. pro ἐπιβυλεύειν Lexicographi primarii ex *Lysiae Orat.* κατὰ Πολυέχυ. p. 320. laudant. Verum ibi Cl. *Taylorus* edidit post *Stephanum* ἐπιβουλευόντων τῷ πλήθει. & testatur in *Aldina* p. 142. esse συμβυλευόντων. in Coisliniano Codice βυλευόντων. potes hic interpretari, *una consilium inire.* & traxerit aliquid de notione συμβύλιον. quod apud medii aevi scriptores in malam partem de *conspiratione ad aliquem opprimendum* obtinet, uti animadvertit industria *Ducangii.*

P. 42. Vs. 19. Ευκαταφρόνητον] Solito errore, Apographum saltem, ἀκαταφρόνητον. de quo actum. L. I. IV. 6. II. vid *Miscellan.* IX. 110. In *Palaeographia* p. 343. ubi de hoc errore late agit *Bern. Montefalconius* tangit hunc *Herodoti* locum ex L. IV. 191. Καὶ οἱ κυνοκέφαλοι, κ̀ οἱ ἐν τοῖσι ςήθεσι τὺς ὀφθαλμοὺς ἔχοντες [ὡς δὴ λέγεταί γε ὑπὸ Λιβύων] κ̀ ἄγριοι ἄνδρες κ̀ γυναῖκες ἄγριαι, κ̀ ἄλλα πλήθεϊ πολλὰ θηρία ἀκατάψευςα. *Et aliae copia multae ferae non ementitae.* ita Gronoviana editio. doctissimus Gallus reponit ἀκαλάψαυςα. *intractabiles.*

At eruditissimus Batavus insurgit & negat Graece dici ἀκατάψαυςος. si vero Graecitate excludendae omnes voces, quas admittit liquidissima analogia, verum auctoritate adhuc carentes, exsulandum forte huic vocabulo: saltem, donec felicius astrum ei fulserit. at uti ψαυςός, ἄψαυςος, ita καλάψαυςος & ἀκατάψαυςος dici possunt. & natura non differunt ἀκατάψευςος & ἀκατάψαυςος. Verum nec hujus nec illius sententia se mihi probat, quamvis ambos hos literarios heroas maximi faciam, hunc olim magistrum, illum amicum, dum supererant, sortitus.

Scire velim, utrum hoc loco Herodotum tam anilis credulitatis fuisse existimaturi simus, ut monstra haec revera exstitisse sibi persuaserit. contrarium patet, quia in hac ipsa periodo satis indicat, se his fabulis parum credulum se praebere, interponens, ὡς δὴ λέγεταί γε ὑπὸ Λιβύων. jam si legas ἀκατάψευςα; huic dubitationi locum non reliqueris: nam si

ſint *re vera* tales ferae: quare adjiciat, ὡς δὴ λέγεταί γε ὑπὸ Λιβύων? abſurdum etiam in ipſa re aliquid eſt. cum enim haec monſtra re vera ſint κατάψευστα, ex nemine potuit diſcere eſſe ἀκατάψευστα. Quid igitur! reponendum credo εὐκατάψευστα. *de quibus facile quis multa mentiatur*, *fabuletur*; propter locorum longinquitatem & inacceſſibilitatem. uti re vera fit de his humani generis fictis dehoneſtamentis. *Strabo* L. 1. p. 103. B. καταψεύσιν τῶν τόπων κατὰ τὸ μυθῶδες. & quod magis emendationi probabilitatem conciliare videtur, Libro eodem p. 47. A. ait. Ὥστε δίκαιόν ἐστιν ὑπέχειν λόγον καὶ περὶ τούτου [Eratoſthenis] καὶ διότι φησὶ τὰ πόρρω (Homerum) τερατολογεῖσθαι μᾶλλον διὰ τὸ εὐκατάψευστον. *Homerum miracula multa de locis longinquis narraſſe*, quia facile quis, *nec metuens*, *ne mendacii convincatur*, *talia multa fingat*. ſi hoc non placet: ſaltem ἀκατάψαυστα praetulerim: nam hoc fide eorundem Afrorum addidiciſſe poſſet. Vitia, uti patet, hoc genus frequentiſſima. apud Nicandri *Schol. Alex.* vs 312. διὸ καὶ ἀφρόνως εἶπε. Τινὲς ἀποκαρτεροῦντες, πίνουσιν αὐτὸ καὶ τελευτῶσιν. immo εὐφρόνως. quod *Schol. Pindari Pyth.* x. 61. explicat συνετῶς. apud *Manethonem* iv. 178. legitur

Ἀστεφάνους τεύχει μὲν, ἀλειπτῆρας τε κρατίστους,
Παιδοτρίβας δείκνυσι, διδασκαλίης τε παρέδρους.

praecedunt ibi *Athletae & athlopalaeſtae*, qui conſequuntur mille *coronas*. iis hic opponuntur *aliptae*, *paedotribae*, & διδάσκαλοι. quos quidem coronis non honoratos, at egregios tamen naſci ſub his ſignis docet. dubitavi tamen utrum ἀστεφάνους non eſſet mutandum in εὐστεφάνους namque conſtat *Aliptas* ſtatuis aliisque honoribus affectos. quod idem de παιδοτρίβαις & διδασκάλοις dici poſſet, quia honores ſine coronis vix tribuebantur. ſed tamen quia hoc rarius accidit: & coronae in gymnaſiis tributae longe intra coronas publicis ludis adquiſitas gloria deprimebantur, ſuo jure Manetho reſpectu coronarum ſegregat pugiles, pancratiſtas, hieronicas, periodonicas, ab *Aliptis*, *Gymnaſiarchis* & ceteris hoc genus. Ἀλείπτας. *Unctores primarios* honoratos invenies in iis Inſcriptionibus, quas congeſſit *Antonius van Dale*, in *Diſſertationibus* de Gymnaſiarchis. quibus excutiendis & augendis jam ſuperſedeo.

P. 42. Vs. 21. Ἀψάμενος αὐτοῦ τοῦ Διός] plus firmitatis ſuo juri jurando adquirere cupit, ipſum Jovem in coelo tangens, dum jurat: non modo ejus ſimulacrum in templo aliquo. quibus ceremoniis alioqui uti in ſanctiſſimis juribus jurandis conſueverant. *Juſtin* xxiv. 11. *Ptolemaeus ſumens in manibus altaribus*, *contingens ipſa ſimulacra & pulvinaria deorum*, *adjurat*. ubi *Berneccerus* plura. & paſſim.

P. 42.

P. 42. Vs. 24. Ὅμοσον θάλασσαν] Vide *Euripidis* Medeam vs. 734... 755: *Xenoph. Ephes.* I. 15. ὡς ὀμνύω τε τὴν πάτριον ἡμῖν θεὸν, τὴν μεγάλην Ἄρτεμιν καὶ ταύτην ἣν διανύομεν θάλατταν, καὶ τὸν ἐπ' ἀλλήλους ἡμᾶς καλῶς ἐκμήναντα θεόν. Haec loca videntur imitationis indicia prae se ferre.

P. 42. Vs. 24. Καὶ ταχέως ἐγένετο μὲν οὖν ἐρωτικὸν πάθος] haec non sollicitanda. quis non per se intelligat, ἤρεσε ταῦτα referri ad jusjurandum, & illud fuisse perpetratum, postquam formula placuerat. Ταχέως, ut saepe, εὐθύς.

P. 42. Vs. 25 Ταμιεύεσθαι ἐξουσίαν] *recondere. reservare in futurum. celare. Philo Judaeus* de *Josepho* T. II. 42. ἐν ἑαυτοῖς μῖσος ταμιεύειν. *Aristaen.* I. 10. κλαίειν γὰρ αἰδούμενος τὴν ἡμέραν, τὸ δάκρυον ἐταμιεύετο ταῖς νυξὶ ἐκτακείς. ubi neglectum Ν ἐφελκυστικὸν ob finitam periodum. *J. Casaubonus* ad *Suetonii Caes.* C. XXXII. agit de hoc usu vocis.

P. 43. Vs. 1. Ἐβαπτίζετο ἀνακύπτειν] Ex hoc loco firmamentum accedat receptae lectioni apud *Lucian.* T. I. 157. ὠθεῖν καὶ τοῦτον ἐπὶ κεφαλὴν βαπτίζοντα, ὡς μηδὲ ἀνακύψαι δυναθείη. male hic in *apographo* διακόπτειν. eadem varietas in *Athenaei* L. IX. C. XI. & *Strabonis* L. I. 81. B. ubi haeseris, utrum admittas διακύψαντα an διακόψαντα. Εἶτα θαυμάζειν εἰ τὸν Εὐφράτην καὶ τὸν Τίγριν διακύψαντα τὸν Κύδνον εἰς τὸν Χόασπιν ἐκβαλεῖν. Verum cum magno interprete διακόψαντα praetulerim, quia, si verbum κύπτειν voluisset adhibere, usurus videtur potius composito ὑποκύψαντα. *se inclinando transire.* nam διακύπτειν est *exserere.* ita delphines διακύπτειν ex maris fluctibus caput in aërem: *aliquis capite ex fenestra* dicitur. vid. II. IV. 28. 4.

Τρικυμίας] passim *poetae & prosaici* hac voce delectantnr. suaviter *Plato* L. V. *de L. L.* 472. A. δύο κύματε ἐκφυγόντι, τὸ μέγιστον καὶ χαλεπώτατον τῆς τρικυμίας ἐπάγεις. *Lucian. in de Merced. Cond.* T. p. 653. majorem fluctum novit. τοὺς ἐν οἰκίαις χειμῶνας καὶ τὰς τρικυμίας καὶ, νὴ Δία, πεντακυμίας τε καὶ δεκακυμίας. quae duo ultima non videntur vulgari usu recepta, sed comica licentia dicta, ut *Aristoph.* Equit. 1153. δεκαπάλαι & alia pro τριπάλαι dixit: quod & ipsum in seria oratione damnatur in *Lexiphane.* T. II. 320. elegans τρικυμίας descriptio ap. *Aeschyl Sept. C. Theb.* 764.

P. 43. Vs. 2. Καθάπερ ἐκ τῆς τρικυμίας, τοῦ πάθους] L. I. XIII. 19. 8.

P. 43. Vs. 2. ἐπέστησε] II. IV. 28. 22.

P. 43. Vs. 3. ἐν ἐρημίᾳ μέλλω γαμεῖν] *Appulej.* VI. *Metam.* 115. *Impares enim nuptiae, & praeterea* in villa *sine testibus, & patre non consentiente factae, legitimae non possunt videri.* quem locum contra emendaturientem *impuberes* pro *impares* egregie tuetur *Herm. Noordkerkius*, probitate, prudentia & eruditione juris consultorum nemini secundus, in *Observationum Decadis* C. VII. p. 147.

P. 43. Vs. 4. ἑορτάσω γάμους] ut θύειν. IV. III. 69. 9.

P. 43. Vs. 6. Πάντων γὰρ τῶν πραγμάτων ὀξύτατός ἐστιν ἡ φήμη.] superlativus masculinae terminationis cum substantivo feminino non insolens. Ita in *Sambuciana Aristaeneti* ἐκδόσει. Ep. I. I. αἱ κόραι μελάνταται. *Thucyd.* III. 101. δυσεμβολώτατος ἡ Λοκρίς. *Hesiod. Theog.* 408. Λητὼ ἀγανώτατον. quae posteriora loca adponit *G Budaeus* in *Comment.* p. 1068. cui tamen in ultimo loco adsenserim intelligenti τέκνον. plurima exempla dabit *F. L. Abreschii* diligentia ad *Aeschylum* p. 295. Nec in eo haerendum. sed ambigo an recte dictum sit ἡ φήμη ὀξυτάτη τῶν πραγμάτων, & non praestaret ἡ φήμη ὀξύτατον [πρᾶγμα] τῶν πραγμάτων. sic *Max. Tyr.* XXXI. 7. οὕτω καὶ ὁ οὐρανὸς οὐ καλὸς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἥδιστον τῶν θεαμάτων, non vero ἥδιστος. sic *Plinius* H. N. L. IX. C VII. p. 501. *velocissimum animalium Delphinus.* non *velocissimus.* Et hanc ob caussam *R. Bentlejus* in *fragmento Menandri Incerto* vs. 514. jubebat legi νόσων χαλεπωτάτη φθόνος, non χαλεπώτατος. non quod vir undequaque doctissimus necesse haberet ab *Joanne Clerico in praef.* p. 46. in *Philargyrii Cantabrigiensis Calumnias*, edoceri masculine desinens adjectivum adjungi ab Atticis & aliis substantivo sequioris sexus, & id duobus exemplis ex Budaeo petitis: sed quod linguae usus aliter postularet. & sic fere credo hic a scriba fuisse erratum & ὀξύτατον reponendum. Videtur autem deberi hoc Charitonis effatum *Virgilio* IV. *Aeneid.* 174.

Fama, malum quo non aliud velocius ullum.

Noster rursus *hoc libro, capite sequente* p. 45. 12. Ἄγγελος δὲ φήμη ταχεῖα ἐμήνυε & *Capite quarto* p. 48. 12. προεπεδήμησεν δὲ ἡ φήμη, φύσει μὲν οὖσα ταχεῖα, τότε δὲ μᾶλλον σπεύσασα μηνῦσαι.

Δι' ἀέρος] quis nescit *Famam alatam* a poëtis fingi. Immo *Ammianus Marcell.* XVIII. VI. p. 153. scribit: *Credimus, neque enim dubium est, per aërios tramites Famam praepetem volitare.* atque eadem habet fere L. XV. 5. p. 65. Scilicet non poëticum & per προσοποποιΐαν solum numen credebant, sed verum. Quare etiam Athenienses τῇ Φήμῃ δημοσίῃ ἔθυον ὡς Θεῷ. teste *Aeschine* περὶ παραπρεσβ. 418. B. sane totus hujus periodi color est poeticus & ipsa verba metrum agnoscunt excepto in fine tertii versiculi.

Δι' ἀέρος
Ἄπεισιν ἀκωλύτους ἔχουσα τὰς ὁδούς.
Ἤδη τρέχει φέρουσα τὸ καινὸν εἰς Σικελίαν.

P. 43. Vs. 13. Ὑποδοχεύς εἰμι λῃστοῦ] *L.* I. *ff. de receptat. Pessimum genus*

mus est receptatorum, sine quibus latere nemo diu potest. Et praecipitur, ut perinde puniantur atque latrones.

P. 43. Vs. 14. Τάχα ἐρεῖς δίκην ἐπὶ τοῦ μεγάλου βασιλέως] Alterum specimen vaticinationis, qua lectorum animos in sequentia praeparat, ne videatur novas fictiones quasi e machina advocandi necessitatem habere: sed ut eventus sua sponte alter alterum producere & parere videantur. illi subiti casus, quibus Romanensium scriptores lectorem ceu fulmine quodam percellunt, habent plerumque plus admirationis quam probabilitatis aut persuasionis. παράδοξα ubique qui sectantur, fidem amittunt. quae si narranti desit, satius ipsi foret obticere.

P. 43. Vs. 5. Ἐκδομένην ἑαυτὴν] de parentibus passim. ἐκδιδόναι & διδόναι ἔκδοτον τὴν θυγατέρα. At etiam ipsae feminae se ἐκδιδόναι dicuntur. *Herodot.* I. 93. ἐκδιδόασι αἱ Λυδαὶ παιδίσκαι αὐταὶ ἑωυτάς. *Lucian. Dear. Jud.* I. 264. de *Helena*. παραχοῦσα ἑαυτὴν ἔκδοτον, ἕψεται καὶ συνοικήσει. Noster v. VIII. 9. 11. Μοὶ πατὴρ ἐξέδωκεν. ἐμοὶ δὲ ἑαυτήν. *Ovidius Epist. Heroid.* XX. 157.

Haec mihi se pepigit: pater hanc tibi, primus ab illa.
Sed proprior certe quam pater ipsa sibi est.

Προθεσμίαν] Juridica significatione noster utitur L. v. x. 96. 25. ἤδη δὲ καὶ ἡ προθεσμία τῆς δίκης καθειστήκει v. IV. 84. 25. ἐδόκει ἡ προθεσμία μακρὰ [τῶν τριάκοντα ἡμερῶν] ἐπεὶ δὲ ἧκεν ἡ κυρία. VI. I. 98. 23. ἔδωκα σύντομον προθεσμίαν. proprie προθεσμία vocatur dies de quo convenit inter actorem & reum, vadimonii obeundi. deinde spatium intermedium inter diem, quo constituitur & inter diem in quem constituitur. προθεσμία etiam vocatur illud tempus intra quod crimina quaedam puniebant: quo elapso accusare vel poenam irrogare non licebat. ea notione bis utitur *Lysias* p. 140. & 264. altera illa notio passim. vid. tamen *Plat.* XII. de L. L. 954. *Artemid.* I. 6. 13. *Lucian. Var. Hist.* I. §. 36. p. 100. ἐνεστώσης τῆς προθεσμίας. in *Abdic.* II. 168. & quae Cl *Wesseling.* ad *Diodor. Ecl.* XXXVI. p. 580. Hic autem significat *dilationem. procrastinationem. moram. prolongationem*, ut ita dicam. vid. *Cl. Salmas.* de *Modo Usur.* p. 572. *Erotianus* in praefatione *Lexici* dicit προθεσμίαν πληρῶσαι. ubi significare videtur, propositum, quod distulimus, ad effectum perducere. paullo post ibi lege δι' ἑνὸς πολυστίχου βιβλίου. sic enim Codex meus habet pro vulgato πολυχίστου. Apud *Manilium* I. 244. *operum vadimonia referre.* est *cogere ad opera obeunda.* vide *Scaligerum.*

P. 43. Vs. 4. ἐπὶ ὀχήματος] mira incogitantia scriba dederat ὀνόματος.

P. 44. Vs. I. Τοῦ λιμένος τοῦ Δοκίμου λεγομένου.] Plures portus habebat Miletus. unde L. II. I. 22. 17. ἅπαντας λιμένας. & IV. I. 63. 4. Καλεῖ δὲ

δὲ Μιλησίων λιμένες. & *Strabo* L. XIV. p. 944. docet *quatuor portus habuisse*. quorum unus erat ἱκανὸς σόλῳ. *classium erat capax*. An hic idem cum hoc portu Δοκίμῳ? procul dubio princeps civitatis Dionysius domum habuerit in spectatissima urbis parte: & si in ora portus alicujus, procul dubio ad crepidinem maximi & capacissimi portus. Et favet vox ipsa. nam potest sic dici, quasi maxime *probatus*. vel etiam Ionice a δέχεσθαι. qua ratione ξενοδόκος & alia dicuntur. *capacissimus*. Memoratur etiam Mileti portus Apollini sacer & ab eo dictus forte *Didymaeus*. Miletensium templum Apollinis Didymaei celebre. vid. *Sueton*. Calig. 21. *Tacit Annal*. III. 63. IV. 55. *Appul*. Met. IV. 86. ab *Apollonida* vocatur *Phoebeius*, in *Anthol*. L. III. XXII. 43. 251.

Ἦν ἄρα Μιλήτου Φοιβήϊον ὅρμον ἵκηαι,
Λέξατε Διογένει πένθιμον ἀγγελίην,
Παῖς ὅτι οἱ ναυηγὸς ὑπὸ χθονὶ κεύθεται Ἄνδρου
Δίφιλος, Αἰγαίου κῦμα πιὼν πελάγευς.

πελάγους vulgo. sed id dialectus & *Cod*. desiderat, & non debebat mutari in *Maleagri* epigrammate inedito, ubi occurrit κάλλευς pro κάλλους. jam an idem sit cum Δοκίμῳ non patet: quamvis probabile sit. erat praeterea Mileti e regione insula Lade, in duas insulas dispartita, in qua statio navium, cujus meminit inter alios *Thucyd*. VIII. 17. 24. qui etiam C. 26. meminit Ἐλέου insulae. dicit, ἐς Ἔλεον τὴν πρὸ Μιλήτου νῆσον. an pars *Ladae*? Verum satius, non sit ita. & potius ex νησίοις, quorum meminit *Strabo* L. XIV. 942. C. Περὶ τὰς Τραγαίας νησία ὑφόρμους ἔχοντα λῃσταῖς: ad quae respicere videtur noster L. III. VII. 54. 23. ὅτι τριήρης πολεμία λανθάνει, τάχα μὲν ἐπὶ κατασκοπὴν, τάχα δὲ καὶ διὰ λῃστείαν ὑφορμοῦσα. & litoralis ora circa Miletum navibus aptas praebebat stationes. L. I. XI. 16. Τριταῖον δὲ κατήχθησαν εἰς ὅρμον, ἀπέχοντα τῆς πόλεως σαδίους ὀγδοήκοντα, εὐφυέστατον εἰς ὑποδοχήν. an & hic ὅρμος unus ex quatuor *Straboni* memoratis? certe cum vix horae spatio ab urbe afuerit, cur non inter Milettenses portus fuerit nominatus? circa hunc portum fingitur villa Dionysii in L. I. XIII. 18. 18.

P. 44. Vs. 1. τὴν ἐπιμέλειαν ἐνεχείρισε] ἐγχειρίζειν & ἐγχειρισθῆναι pro πιστεύειν & πιστευθῆναι. de rebus, ut ita dicam, non corporalibus, uti πρόνοιαν. ἐπιμέλειαν. puto priscis purioris Atticismi Auctoribus rarius usurpari. apud alios passim. ubi simul *signa & symbola* tradebantur, alia res.

P. 44. Vs. 3. Τῇ Ἀφροδίτῃ ἐπηύξατο] Cum accusativo construxit *Aristaen*. II. 11. videantur *Miscellanea* Vol. X. p. 211.

P. 44. Vs. 3. Πάντας ἐκβαλοῦσα] An locutio ei adhaesit ex *Evangelio* Mat-

Matthaei C. XXI. 12. Καὶ εἰσῆλθεν ὁ Ἰησοῦς εἰς τὸ ἱερὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐξέβαλε πάντας τοὺς πωλοῦντας.

Saepe solitudinem desiderabant precantes & secedebant. vid. *Odyss.* M. 333. Noster L. III. VIII. 56. 23. Διονύσιος μὲν οὖν πάντων μὲν ἀκουόντων εἶπε τὴν εὐχήν. Καλλιρρόη δὲ μόνη ἠθέλησε πρὸς τὴν Ἀφροδίτην λαλῆσαι. vide ad istum locum.

P. 44. Vs. 4. μέμφωμαι] male apogr. μέμφομαι.

P. 44. Vs. 6. Σὲ ὁμόσα καὶ τὸν σὸν υἱὸν] Typi neglexerunt articulum τόν. deinde pro corrupto ὁμόσα rescribendum ὤμοσα, vel potius, quia res in praesenti geritur, ὄμνυμι. *Theocr. Idyll.* XXV. 12.

> Ὄμνυμί σοι, Κυθήρη,
> Αὐτήν σε καὶ τὸν ἄνδρα,
> Καὶ ταῦτά μου τὰ δεσμά,
> Και τούσδε τοὺς κυναγούς.

P. 44. Vs. 11. Θεάματι κατεσχέθησαν] In ora Apograhi δείματι. interpres θαύματι. servo θεάματι. si prius voluisset δέει, si secundum, probabiliter θαυμασμῷ adhibuisset.

P. 44. Vs. 14. Ἐστεφανωμένη] Ut in festo die & sacrificaturi. vid. *Xen.* K. A. IV. p. 289. *Ed. Hudchins.* ubi nullum dubium, quin, ut sacra facturus, sit coronatus Chersisophus. sequitur enim, Καὶ οἱ μάντεις ἐσφαγιάζοντο εἰς τὸν ποταμόν. & praecessit de Chersisopho σπονδὰς ἐποίει vid. *Plutarch. Dione* p. 185.

P. 44. Vs. 5. Ἔθυεν ἕκαστος πρὸ τῆς ἰδίας οἰκίας] Unaquaeque domus aram, saltem focum, rei divinae faciendae caussa, habebat. *Plat. de R. P.* 328. Κέφαλος τεθυκὼς ἐτύγχανεν ἐν τῇ αὐλῇ. videntur sic facta sacrificia vocari ἴδιαι θυσίαι eidem *Platoni* L. V. de R. P. 419. B. *Xenoph* de Socrate L. I. *Memor.* 708 θύων τε γὰρ φανερὸς ἦν, πολλάκις μὲν οἴκοι, πολλάκις δὲ ἐπὶ τῶν τῆς πόλεως κοινῶν βωμῶν. *Diodor.* XVI. 11. πᾶσα οἰκία θυσιῶν καὶ χαρᾶς ἔγεμε, τῶν ἰδιωτῶν ἐπὶ ταῖς ἰδίαις ἑστίαις θυμιώντων. *Aristoph. Pace* 941. ὁ γὰρ βωμὸς θύρασι γὰρ δή. id est πρὸ οἰκίας. πρὸ θύρας. ἐν τῇ αὐλῇ. sic interpretor etiam ejusdem fabulae vs. 1023.

> Σὲ δὴ θύρασι χρὴ τοίνυν
> Σχίζας δευρὶ τιθέναι ταχέως
> Τά, τε πρόσφορ' ἅπαντ' ἐπὶ τούτοις.

hoc vocabant κνισᾶν ἀγυιάς. videantur L. *Kusterus ad Aristoph.* Equit. 137. & *J. Taylorus* ad *Demosthen. Midianam* p. 277.

Ita

Ita Antisthenes in nuptiis filiae per vicos Agrigantinis singulis aras & epulas instruxit. *Diodor.* XIII. 609. habebant aras portatiles, quae per vias disponebantur, uti per has principes viri transirent. vid. *Plutarch. Dem.* 186. & quae *J. Casaubonus* notavit ad *Sueton. Calig.* XIII. *Ner.* XXV. *Tacit. Hist.* II. 70.

P. 44. Vs. 5. λογοποιῖται] Vox parum ornata a Lexicographis, optimis tamen usurpata. Noster. III. III. 45. 19. VI. VIII. 110. 17.

P. 44. Vs. 17. Νηρηΐς] L. II. IV. 28. 24.

P. 44. Vs. 18. Θεὰ ἐκ Διονυσίου κλημάτων] L. II. II. 25. 3.

P. 44. Vs. 19. Τῆς Ὁμονοίας ἱερὸν] Non memoratum invenio *Concordiae templum* Syracusis inter tot aedes, quae in amplissima hac civitate vel revera exstiterunt, vel res patriae in majus extollendi studio temere confinxerunt Bonannus & Mirabella. *Pausaniae* L. V. C. XIV. Olympiae celebratur Βωμὸς Ὁμονοίας. Romae *Concordiae* templum decantatissimum. Apte satis fanum Concordiae deputavit Charito nuptiali foederi consummando. *Theod. Prodr. Amaranto* 453. Ὁ νύμφιος καὶ ὁ νυμφαγωγὸς καὶ ἡ νύμφη ὡς τὸ Ἴσειον ἀπῄεισαν.

P. 44. Vs. 21. Παραλαμβάνειν] Tradentibus parentibus.

P. 44. Vs. 21. Ἐκοσμήσατο] εἴασε vel ἐκέλευσεν ἑαυτὴν κοσμεῖσθαι.

P. 44. Vs. 21. Καὶ πατρίδα καὶ γένος τὸ κάλλος ἐνόμισε] id est, ἐπὶ τούτοις μόνοις οὐκ ἐπὶ τῷ κάλλει μέγα ἐφρόνησε. φρόνημα εἶχε.

P. 44. Vs. 21. Μιλησίαν στολὴν] in Apographi ora notatur scriptum videri in Codice Μιλησιαν. quod nihili videtur. nota lana Milesia & ex ea vestitus. κρόκη Μιλησίη *Polluci* L. IX. §. 176. memoratur. vid. *Comment.* ad *Virgilii III. Georg.* 306. IV. 334. erat vestis ἁλουργίς. *purpurea.* Στολὴ Μιλησίη ipsi *Dionysio* tribuitur L. V. IV. 85. 14. & Milesii cives principes quidni propriis patriae decoramentis fulgerent?

P. 44. Vs. 23. Ἀπέβλεψεν εἰς τὸ πλῆθος] In re dissimili *Tacitus* L. III. *Ann.* I. *Postquam* [*Agrippina*] *duobus cum liberis, feralem urnam tenens, egressa navi, defixit oculos: idem omnium gemitus.* ubi bene *M. A. Muretus* interpretatur *defixit omnium oculos in se.*

P. 44. Vs. 24. Γαμεῖ] *Thomas Magister* & usus juberent γαμεῖται.

P. 44. Vs. 25. Πορφυρίδας] & vestis & tapes coloris purpurei. priore sensu *Xen.* VIII. K. Π. 213. D. *Pollux* VII. 55. Noster posteriore & *Aristoph. Ran.* 541. Στρώματα Μιλήσια. *Demostheni* παραπρ. 329. C. φοινικίδας ὑπεστόρεσε τοῖς πρεσβευταῖς ἐν τῷ θεάτρῳ. Alioqui sane & proprias vestes sternebant, ut notum ex *Matthaei Euangelio* XXI. 8. ad quem locum *H. Grotius* notavit *Aeschyli locum ex Agamemn.* 918. ubi plura *Th. Stanlejus. J. Perizon.* ad *Ælian.* V. H. IX. 3. *Heraclides Cumaeus* ap. Athenaeum XII. II. p. 414. B. ψιλοτάπιδας Σαρδιανὰς perpetuo regibus

bus Persarum domo prodeuntibus substratas dicit, quas aliis calcare vetitum. de his *Scaliger* ad *Festum*. in *Tappete*. *Cn. Matio* dicuntur *tonsiles*.

P. 44. Vs. 25. Ῥόδα καὶ ἴα] saepissime Rosae & Violae junguntur. ut L. III. VIII. 56. 20. οἱ μὲν ῥόδοις, οἱ δὲ ἴοις. *Demosth.* κατ' Ἀνδροτ. 709. E. & Κατὰ Τιμοκρ. 800. C. στεφάνους ὥσπερ ῥόδων καὶ ἴων ὄντας. *Nicand. Ther.* 900. Καὶ ῥόδον ἠδ' ἴον. puto, quia non modo odores, verum etiam colores suavissime temperabantur. apud *Fabrett.* C. IV. p. 284. hoc habes epigramma [accuratam lapidis scriptionem negligimus]

Hic jacet Optatus pietatis nobilis infans.
Cui precor ut cineres sint ia sintque rosae.

mirum huic non pessimo ἐπιγραμματοποιῷ vocem Graecam placuisse, cum facile Latinum ejusdem fere hic potestatis vocabulum versum intraret. nam cur non scripsit, *lilia sintque rosae.* ii enim flores non minus frequenter consociantur. *Ausonius Idyll.* VII. 5.

Puniceas confunde rosas & lilia misce.

Martianus Capella L. VII.

Ut clam roseta parvae
Liliaque det papillae.

& L. IX. *Rosis jugabo lilia.* & passim. Quamvis enim saepe a Graecis non abstineant scriptores Latini, ut plusculis ostendit Eruditiss. *J. H. Withovius* in *Encaeniorum praefatione*. tamen ex mera libidine vix hoc fecerint: saltem in poematiis. Si *Fabrettus* αὐτόπτης editor esset, manus continerem: sed ex schedis modo prodidit, alias quoque corruptis. puto re vera fuisse sculptum

Cui, precor, ut cineres lilia sintque rosae.

offendit scilicet synchysis. praecipue cum apud Gudium CCXXXI. plane legatur, abundante semel *sint. sint lilia sintque rosae.* Cl autem *Muratorius*, quasi nusquam proditum, edidit p. CXCV. omissis sex versibus, quorum duos laudavi, & cetera corrupte, & ex nihili lectione *VII. L.* quod pro Ɔ. L. irrepsit, nos docet *Septimum* esse praenomen: quod sane dudum docuerat *Fabrettus* Cl. I. p. 24. legit enim *Muratorius. Septimi libertus*: cum sit *Cajae libertus*. Gudius autem [quem quo jure neglexerit plane Mutinensis Inscriptionum editor nescio, habet enim multa bona] utroque melius habet in fine prosae FRATER. *Fabrett.* enim PATER. *Murat.* FRATRI edidit. porro ibi observat V. D. *Habes etiam Hermetem patrem* libertum, *ejus vero filium* libertinum ingenuum, *jam in tribum Palatinam cooptatum.* Mihi peregrinum sonat *libertinus ingenuus.*

nuus. Atqui *Ingenuum esse, qui statim ut natus est, liber est: sive ex* duobus ingenuis matrimonio: sive ex duobus libertis, sive ex altero *libertino sive altero ingenuo, editus est.* non ignoravit Cl. Vir. Revertamur paullo ad distichon laudatum, ut intelligamus istud votum,

Cui precor ut cineres lilia sintque rosae.

non significant haec simpliciter, quod saepe ominabantur, ut crescerent in tumulo potius flores: quam cardui & caprifici. sed optat, ut *cineres suavem odorem spargant* : *bene oleant*: cum contrarium obtinere soleat. Id tradiderunt multi de reliquiis *Sanctorum*, quos vocant. atque ut acciderit, non negarim: sed sanctitatem hinc colligi posse, nimiae est credulitatis, quum id ex caussis physicis accidere potuerit. Unde & alieni ab hac superstitione, Christianis certe indigna, saepe jam talia observaverunt, & ideo voverunt prisci homines. quemadmodum in Epigrammate, cujus duo priora disticha jam proposuimus in *Animadversionibus.* L. I. C. II. p. 29.

Ἀλλὰ σὺ γαῖα πέλοις ἀγαθὴ κούφη τ' Ἀκυλείνῳ,
Καί δὲ παρὰ πλευρὰς ἄνθεα λαρὰ φύοις,
Ὅσσα κατ' Ἀραβίης τε φέρεις, ὅσα τ' ἐςὶ κατ' Ἰνδοὺς,
Ὡς ἂν ἀπ' εὐόδμου χρωτὸς ἴσσα δρόσος
Ἀγγέλλῃ τὸν παῖδα θεοῖς φίλον ἔνδοθι κεῖσθαι,
Λοιβῆς καὶ θυέων ἄξιον, οὐχὶ γόων.

uti rectissime constituit Cl. *Hagenbuchius.* mallem tamen vs. 42. καί τε. & miror non notatum λαρὰ male reddi *candidus.* cum *suavis odoris* significet, & ista notio huc unice faciat. vide *Moschum Idyll.* II. 92. *Nonnum Dionys.* XXV. 292.

Porro in Apographo, nescio an ex imitatione Codicis, ια̅ sic scribitur: & utrum mendi indicium: an librarius ια̅ acceperit pro Ἕνδεκα. sic e contrario apud *Heliodorum* X. p. 497. cum librarius scribere deberet πρωτολόχυς pro voce πρῶτος scripsit literam numeralem & dedit ατόχυς.

P. 44. Vs. 5. Μύρον ἔρραινον] *Anthol.* inedita.

Καί σ' ἐπὶ πῦρ ἔςησε· μύροις δ' ἔρραινε λιπόπνυν.
Δῶκε δὲ διψώσῃ δάκρυα θερμὰ πιεῖν.

Et ita L. I. III. 5. 7. μύροις ἔρραινον τὰ πρόθυρα. *Appul.* XI. 244. *Illae etiam quae caeteris unguentis & geniali balsamo guttatim excusso, conspargebant plateas.* & omnes quidem μύρον hac sola forma norunt. in Epigrammate tamen, docente *Cl. Muratorio* p. MXLI. inter alia nova, edocemur etiam μύριον dici, & primam produci. quam adhuc corripuerant :· licet nonnulli male μῦρον scribant. adponam, ut aliquot inconditis interpretationibus liberem.

Μυρί' ἀποφθιμένοιο τάφῳ περὶ τῷδε χυθεῖσα
Παιδὸς Ἀλεξάνδρου μύρατο Καλλιόπα.
Ὠκύμορον καὶ ἄτεκνον ἐπεὶ θέτο *. τῇδ' ἐπὶ γαίᾳ, * ἐνιαυτόν.
Ἑπτὰ καὶ εἰκοσετοῦς πνεῦμα λιπόντα βίου.
Ἴστορα παιδείας, τόξῳ κλυτὸν, ὦ πόκα ληστὰς
Ἀνδροφόνους ἄλλαις κτεῖνεν ἐπὶ Στροφάσιν.
Ἀλλ' ἴθι νῦν, παροδῖτα, τὸν ἐκ χθονὸς Ἀλκινόοιο
Χαῖρ' εἰπὼν, ἀγαθοῦ παῖδ' ἀγαθὸν Σατύρου.
Unguenta peremti sepulcrum circa hoc fundens.

at quis non novit Homericum ὃς μυρί' Ἀχαιοῖς ἄλγε' ἔθηκεν. & μυρία pro μυρίως poni? *Anthol.* p. 248. Ἔκλαυσεν μήτηρ μυρία Λυσιδίκη. p. 270. Ἔκλαυσαν ξανθαὶ μυρία Βιστονίδες. mox „ χυθεῖσα pro χέυσα, *quo Homerus saepe usus est* „ positum docemur. quasi non recte diceretur περιχυθεῖσα τάφῳ vel χυθεῖσα περὶ τάφῳ. *sepulcro adfusa. adjacens.* rursus „ εἰπὼν habet vim verbi Homerici ἔννεπε „ at potius monuisset εἰπὼν hic habere duplicem accusativum εἰπεῖν χαῖρε τὸν παῖδα. quamvis quis talia ad Inscriptiones moneat! quibus tractandis periti, non rudes homines se accingere deberent. mox „ τὸν ἐκ χθονὸς Ἀλκινόοιο *abi nunc ex terra Alcinoi* „ cum ὁ ἐκ X. A. significet *Corcyraeum*: *natum in Alcinoi regno.* Deinde relinquitur lectori, an hic *Alexander* sit *filius Satyri, quem suo jure poeta etiam vocavit filium Calliopae.* at ego audacter decerno hunc Alexandrum non alium patrem habuisse praeter Satyrum, nec aliam matrem praeter Calliopen, & Satyrum & Calliopen in matrimonio procreasse Alexandrum. Musarum nomina & aliarum dearum passim feminis data inveniuntur. nolim cogitari, quasi Alexandrum filium Musae Calliopae vocarit, quia fuit ἴστωρ παιδείας. excludit secundum distichon hanc ἔννοιαν, ubi μήτηρ τίθησιν ἐπὶ γαίῃ. quod Musae tribui nequit. Quid dicam τόξῳ *telo* versum. Ne quis autem offendatur τῷ μυρία μύρατο, inspiciat Epigramma, quod *J. H. Leichio* inter alia Sepulcralia p. 26. edere & sic vertere placuit. ubi bis repetitur μύρεσθαι, animadvertente viro erudito,

Ἀλκυόσιν, Ληναῖε, μέλεις τάχα, κωφὰ δὲ μήτηρ
Μύρετ' ὑπὲρ κενεροῦ μυρομένη δὲ τάφου.
Celeriter versaris inter halcyonas, o Lenaee, sed muta mater
Luget, ob frigidum sepulcrum maxime lugens.

Velim scire, quid intelligere debeamus per τὸ *celeriter versari naufragum inter Alcyonas.* ego verterem. *Forsitan, o Lenaee, curae cordique es Alcyosin.* Si autem rogarit quis, qua ratione Lenaeus Halcyosin curae fuerit, respondebo, qua alii naufragi apud poetas aliis marinis avibus esse leguntur. ut in *Anthol.* L. III. XXII. 62. 255.

Χὼ μὲν πυ καύηξιν ἢ ἰχθυβόροις λαρίδεσσι
Τεθρήνητ' ἄπνυς εὑρεῖ ἐν αἰγιαλῷ.

& Epigr. 66.

Δείλαιον. κἠγὼ μὲν ἀλιζώοις λαρίδεσσιν.
Κέκλαυμαι, τύμβῳ δ' οὐχ ὑπὸ Τιμόλυτος.

Namque hae aves peculiariter in aquis mortuos flentes inducuntur, ut apud Moschum *Idyll.* III. 40.

Ἀλκυόνος δ' ὖ τόσσον ἐπ' ἄλγεσιν ἴαχε Κήυξ.

uti duo Codices pro ἴσχετο exhibent, & vel sine simili ope conjecit doctissimus *Valkenarius*, ubi hoc ei idyllium recensere placuit post *Ursinianam collationem Virgilii cum Graecis.*

Verum Leichio forte tenebras obfuderit vox μέλεις. *curae es.* quam *rarioris formae* profitetur, ut nesciat, an alibi facile sit obvia. tamen legitur apud Homerum *Odyss.* I. vs. 20. & aliquot aliis locis, & forte sexcenties apud alios. *Agathias Anth.* VI. IX. I. 425. οὐ γὰρ Πιερίδεσσι τόσον μέλω, ὅσσον Ἔρωτι. quem versum laudet. *Schol. Theocr.* III. 52. & rationem constructionis explicat. *Dionys. Perieg.* 1044.

Νηπίαχοι τόξοισι καὶ ἱπποσύνῃσι μέλονται.

ex quibus patet μέλω per omnes personas flecti. At non solum *curae sum*, sed *curae habeo* significat, *curam ago.* exemplis supersedeo. vide *Hesych.* μέλω. ἐν ἐπιμελείᾳ εἰμι. *Eustath* ad *Odyss.* p. 1408. 22. sed non omnia observare & in repertoria condere datur. pergit κωφὰ δὲ μήτηρ μύρεῖ. *muta mater.* at μύρεσθαι. *queri* & *mutum esse* contraria. praeterea non κωφὰ sed κωφὴ dicendum. at tu accipe, ut millies κωφὰ pro κωφῶς & interpretare, *Surde.* id est ita, ut *a nullo exaudiatur*: quae notio passiva tam voci Latinae quam Graecae competit. vid. *Broukhus* ad Prop. I. VII. 17. & IV. V. 56. multa invenias apud Cl. *Valkenarium* de voce κωφὸς ad *Ammonium* II. XIV. Igitur dicit, quid *juvat quod curae sis Halcyonibus*: *quae te forte lugent &, quantum licet, solantur*: *cum interea frustra. in cassum. sine effectu. surdis auribus de amisso filio queratur.* Nam non est, ut mater in funere filii tacita lugeat: quin si hoc prae vulneris magnitudine principio faciat, tandem se dolor inveniet & in lamenta prorumpet. tandem elegantiam τοῦ ΔΕ in fine versus non percipio. forte nec ego absque Codice meliore cogitassem de reponendo ΣΕ.

Sed

Sed quia in *Anthologia* sumus, pergamus de vicinis mereri floribus. *Leichius* in notis ingenue fatetur vocem Ἀλκυών in *Anthol.* L. VI. VI. 14. p. 424. occurrere sensu obscuro, & quem nulla divinatione adsequi possit.

Κερκίδα τὰν ὀρθρινὰ χελιδόνων ἅμα φωνᆷ
Μελπομέναν, ἱστῶν Παλλάδος Ἀλκυόνα.

Antequam ad motam perveniamus difficultatem, in primo versu morabimur. quem vellem rei metricae peritior mihi ad canonas exigeret, doceretque, qua ratione ὀρθρινᾶ primam corripiat: deinde qua ratione vox χελιδόνων etiam partes suas impleat. sane in prima vocis syllaba haesisse quosdam editores & metro consuluisse, linguae securos, & scripsisse ὀρινᾶ video. at tu lege

Κερκίδα τὰν ὀρθρινὰ χελιδονίδων ἅμα φωνᾷ.

Aratus vs. 948. ἢ τρύζει ὀρθρινὸν ἐρημαίη ὀλολυγών. sic hic pluralis ὀρθρινά. Nisi Codex χελιδονίδων exhiberet, aliunde adsererem: nunc brevitati consulo.

Simplex autem est metaphora vocis *Halcyon* in re textoria. quia *pecten*, *sive radius* in agitando sonum edit, & eum quasi querulum, ille *radius* vocatur *Halcyon*, canora & querula avis marina: allusione facta ad Ἱστὸς Παλλάδος. ad *malos textorios* sive *Palladis*: qui ita dicti a similitudine *malorum nauticorum* sive *Neptuni*. Pergamus. in hac nota V. E. laudat ex *Anthol.*

Αὐγῆσιν κατὰ πόντον ἅμ' ἀλκυόσι φορεῦμαι.

ubi metri providus dedisset ἀλκυόνεσσι. tandem in fine notae, ne omnia tangamus, ex *Jensianis* pro Anecdotis XCVII. laudatur, ut ostendat ejusdem originis vocabula conjungi

Οἵτινες ἀλίοιο παρέρπετε σῆμα Κίμωνος,
Ἴστε τὸν Ἱππαίου παῖδα παρερχόμενοι.

ubi primum emendo Ἀλείοιο. ab ἦλις. ἄλις. *Elis*, urbs. vid. *Steph. Byzant.* deinde nullam consonantiam video inter παρέρπειν & παρέρχεσθαι. summa hic elegantia in sensu: At in μύρεται μυρομένη certo vitiositas. desinere cupientem

tem retinet alterum exemplum a Viro erudito allatum

'Αϛὸν ἐνὶ ζωοῖς βεβοαμένον ἱεροφάντα
Κρύπτει, ἀμετρήτῳ σάματι κρυπτόμενον.

Quod sane in speciem malae repetitionis caderet, si Codex ita haberet. Sed, ipso fatente *Leichio*, *Salmasius* θαπτόμενον orae alleverat. & recte. nam ita Codex. hoc leve. sed utinam nos docuisset, ubi inveniretur ἱεροφὰς, ut ἐλέφας. nam aliunde accusativum ἱεροφάντα deducere nequeo. ἱεροφάνταν exhibenti codici adquiescemus, dum istius ἱεροφὰς auctoritas sistatur.

P. 44. Vs. 25. Ἔῤῥαινον βαδιζούσης] Aliquot exempla absoluti hujus genitivi in Charitone occurrunt. L. II. VII. 33. 7. VI. VII. 108. 14. I. XIII. 18. 26. Ἀμφοτέροις ἡ νὺξ ἐδόκει μακρὰ, τοῦ μὲν σπεύδοντος, τοῦ δὲ. pro τῷ μὲν σπεύδοντι. sic *Plato Phaedro* p. 254. D. συνεχώρησε, δεομένων. ubi alii mallent δεομένοις. Haesit aqua *H. Stephano* in ejusdem Symposio p. 195. B. adeo, ut nullus sensus ex eo posse elici ipsi videatur. Ὃ [τὸ γῆρας] δὴ πέφυκεν Ἔρως μισεῖν, καὶ οὐδ' ὄντος πολλοῦ πλησιάζειν. at sensus apertus. οὐδ' ὄντος πόῤῥω τοῦ γήρως ὁ Ἔρως πλησιάζει pro οὐδὲ ὄντι τῷ γήρᾳ πολλῷ ὁ Ἔρως πλησιάζει. sententiae Platonicae concinit dictum *Longi* L. II. 35. Καὶ χαῖρε μόνος ἀνθρώπων ἐν γήρᾳ θεασάμενος τοῦτο τὸ παιδίον. [τὸν Ἔρωτα] *Demosth.* de *Corona.* 495. E. Οὐκοῦν ὅτε τούτου μέλλοντος λέγειν ἀπήλασεν αὐτὸν ἡ βουλή. Ubi *Ulpianus* notat visam quibusdam hanc syntaxin ἐπικίνδυνον καὶ σολοικοφανῆ. nam volebant τοῦτον μέλλοντα . . αὐτόν. agnovit formam hanc in *Herodoto J. Gronovius* L. VIII. 69. p. 480. apud *Lysian* p. 490. legitur καθέστηκε δέ τι ἔθος δίκαιον πᾶσιν ἀνθρώποις, τῶν αὐτῶν ἀδικημάτων μάλιστα ὀργίζεσθαι τοῖς μάλιστα δυναμένοις μὴ ἀδικεῖν. ubi ὄντων *Cl. Marklandus* intelligi & *absolute* dictum vult. verum credo hic nec formam qua de agimus habere locum, & ex usu frequentissimo reticeri ἕνεκα. χάριν. ὑπέρ. διά. & modo video *H. Stephanum* sic cepisse locum in *hac voce.* ap. *Lucian.* I. p. 193. habes ἕνεκά τινος ὀργίζεσθαι. sed dubia est lectio. porro in loco *Lysiae* dubitavi aliquando utrum οὐ γὰρ διὰ δυστυχίαν, ἀλλὰ δι' ἐπιβουλὴν ἐποίησαν αὐτὸ, sincera essent, & non δι' ἐπιβολὴν aptum foret. interpretis *ex industria* hinc non alienum. de quotidiana harum vocum mutatione L. I. C. II. 4. 14. actum est.

P. 45. Vs. I. Μέχρι κεράμων] *Plinius Paneg.* XXII. *Videres referta tecta ac laborantia, ac ne eum quidem vacantem locum, qui non nisi suspensum & instabile vestigium caperet: oppletas undeque vias angustumque tramitem relictum tibi.* quem locum *J. Pricaei* diligentia non praetermisit

termisit ad *Appulej.* L. III. *Metam.* 44. unde *Plinii suspensum vestigium* optime interpretari possis. vid. nostrum L. VIII. I. 128. 12.

P. 45. Vs. 2. Ὁ δαίμων βάσκανος.] L. I. I. 3. 23. *Kuster. Aristoph. Plut.* vs. 6.

LIBRI TERTII CAPUT TERTIUM.

P. 45. Vs. 7. Ἧκεν ἐπὶ τάφον] In *Apographi* ora. *Corr.* τόπον. Nescio an ita Codex habeat: an sit conjectura, qua repetioni vocis τάφος mederi voluerit quis. Τόπος & ipse *sepulcrum* significet. vid. *Commentatores* ad *Apostolorum Actiones* C. I. vs. 25. In memoriam incidit pervexata *Glossa Suidae* & *Phavorini*, ubi illustris *Binkershoukius* volebat τόπος hac notione accipi. Κενοτάφια, τινα ἦσαν ἑλιοσόμφυα, ὡς τύπος νεκροῦ, μὴ ἔχοντα νεκρόν. Quantum ad *cenotaphia* juridice Glossa spectet, penes alios arbitrium esto. mihi placet Cl. *Joannis Alberti* sententia, hoc interpretamentum referendum esse censentis ad *Regum* L. I. C. XIX. vs. 13 & 16. Viderint tamen eruditi an lux aliqua accedere his possit ex *Herodoti* L. II. C. 86. ubi agit de Aegyptiorum corpora curandi modo, ubique commemorantur παραδείγματα νεκρῶν ξύλινα & τύποι ξύλινοι ἀνθρωποειδεῖς. Verum, cujus caussa hunc locum tetigi, mihi nullo fuit satisfactum modo, circa vocem ἑλιοσόμφυα. quod quidem nunquam in πλασόμφυα mutari concesserim. nimis haec vocabula distant. ἑλίσσειν notat *involvere*, *circumvolvere*. ita *Herodiano* II. I. 2. memorantur Domitiani interfectores εἱλίσαντες στρωμνῇ τινὶ εὐτελεῖ τὸ σωμάτιον. Quin hoc vocabulo utitur *Herodotus* l. l. de Aegyptiis cadaveribus. Λούσαντες τὸν νεκρὸν, κατειλίσσουσι πᾶν αὐτοῦ τὸ σῶμα σινδόνος βυσσίνης τελαμῶσι κατατετμημένοισι. Quae an non aliquantum τὸ ἑλιοσόμφυα in dubia possessione confirmare possint, ambigo.

P. 45. Vs. 7. Στεφάνους καὶ χοὰς ἐπιφέρων] Mos notissimus. L. V. I. 79. 23. Τίς ἐπενέγκῃ σοι χοὰς, δαῖμον ἀγαθέ. *Xen. Eph.* V. 79. non aliter loquitur. *Eurip. Orest.* 96. & 1321. *coronas* & *inferias* jungit

Ὦ παρθέν', ἥκεις τὸν Κλυταιμνήστρας τάφον
Στέψασα καὶ σπείσασα νερτέροις χοάς.

Haec autem non solum recens mortuis vel in annuis parentalibus contingebant, sed durabat in secula honos. praecipue si defuncto opinio divi-

divinitatis aliqua obveniſſet. inde circa ſepulcra tandem aedes exſtructae. In Toxaris Scytae ſepulcro Athenis, qui heroicos nactus fuerat honores, cippum, licet jacentem, ſertis ornatum narrat *Lucianus* in *Scytha* T 1. p. 859. 861.

P. 45. Vs. 9. Ιατρὸν] ſic ἰᾶσθαι. ἀκεῖσθαι non raro adhibentur. *Soph. Trach.* 1226.

Ου δῆτ' ἔγωγ'. ἀλλ' ὢν ἔχω Παιώνιον
Καὶ μοῦνον ἰατῆρα τῶν ἐμῶν κακῶν.

P. 45. Vs. 10. Παραγενόμενος δὲ εὗρε τοὺς λίθους κεκινημένους] *D. Lucas Euang.* XXIV. 2. [Ἐλθοῦσαι] δὲ εὗρον τὸν λίθον ἀποκεκυλισμένον ἀπὸ τοῦ μνημείου.

P. 45. Vs. 10. Καὶ φανερὰν τὴν εἴσοδον] Interpres. *patulum introitum.* at revera *negligentius clauſerant* piratae ſepulcrum. ſed factum foramen non *apertum* reliquerant. & motos modo fuiſſe lapides igitur perceperunt; adeoque non dubitaverunt, quin aliquis ingreſſus fuiſſet in monumentum. verte, *& manifeſto aliquem intraſſe.* φανερὰ εἴσοδος pro καθαρά. *patens. aperta*, neſcio an dicatur.

P. 45. Vs. 11. Ἄγγελος δὲ φήμη] L. III. II. 43. 6.

P. 45. Vs. 13. Ἔνδον παρελθεῖν] *Sophocl. Trach.* 917.

Ἐπεὶ παρῆλθε δωμάτων εἴσω μόνη.

vim vocis non ſemel illuſtravere eruditi: & multa exempla proſtant. non tamen hoc perpetuum, ut εἰσελθεῖν, προσελθεῖν, προελθεῖν etiam ſuum locum obtinere nequeant. ap. *Pindarum Pyth.* v. 4. legitur ἐς ναὸν προσοιχόμενοι. ubi ſolita confidentia *Daweſius* in *Miſcell.* p. 41. παροιχόμενοι legendum contendit. verum ſi προσελθεῖν εἰς probum ſit, de προσοίχεσθαι item non dubitandum eſt. at hoc probatiſſimum. vide quae longe prudentius de his verbis ſcripſit Cl. *Hemſterhuſius* ad *Luciani Prometh.* 1. p. 43. ubi habes προσελθεῖν εἰς τὸν δῆμον. προσελθεῖν εἰς τὴν ἐκκλησίαν habes ap. *Schol. Pindari Nem.* VII. vs. ultimo. ſed hujus auctoritas forte nulla. at apud me major, tot aliis auctoritatibus ſuffulta, quam inquieta prurigo cujusvis Critici. ita προσελθεῖν ap. *Xen. Eph.* III. 54. Eadem ratio eſt in παράγειν, προσάγειν, εἰσάγειν, de quibus forte quaedam L. v. 14. 85. 10. de παρελθεῖν videatur modeſtus Criticus *Joann. Daviſius* ad *Maxim. Tyr.* XXI. 3. quod ſi *Richard. Daweſius* eo munere fungi voluiſſet, non debuiſſet adduxiſſe ex millibus tria loca ex Ariſtophane, ubi παρελθεῖν ita occurrit, ſed ei monſtrandum fuiſſet παροίχεσθαι unquam ſignificare *ingredi. prodire.* & non *perire. praeterire. evaneſcere.*

nescere. quo sensu bis apud ipsum *Pindarum Nemeon.* VI. 50. παροιχομένων ἀνέρων ἀοιδοί. *defunctorum virorum poetae.* Sch. τῶν τεθνηκότων & *Isthmion.* VIII. 24. δεῖμα παροιχομένων. Sch.. τῶν φθασάντων κακῶν. *praeteritorum malorum.* nec juverit *Hesych.* παροιχημένας, παρελθούσας. nam παρελθεῖν quomodo monstretur ibi non *praeterire*, sed *prodire* notare? *Glossae* παρῳχηκός. *praeteritum.* utinam hoc sapuisset saltem ex *Lexicis & Indicibus*, quae *oracula fere sola in Graecis consuluisse* doctissimum *Rich. Bentlejum*, tam ridicule quam indigne proscribere non erubuit *Rich.* hic *Dawesius* in *Miscell.* p. 107.

P. 45. Vs. 15. Τότ' οὖν ἠξίωσε Χαιρέας αὐτὸς] Nempe ἔνδον παρελθεῖν. ellipsis obvia, qua substantivum, adverbium, verbum e vicino repetendum, omittatur. non modo in prioribus, verum in sequentibus aliquando tale supplementum quaerendum. hic facillime ex praecedentibus. παρελθεῖν. Apud *Demosthen.* in *Timocr.* p. 784. B. εἰ γὰρ δημοτικόν τις ὑπείληφε τὸ πράως εἶναι τοὺς νόμους, τίσι τούτοις προσεξεταζέτω. ubi prior periodus tota in posteriore membro supplenda & accommodanda. in *Leptin.* 556. C. cum praecessisset κακῶς ἀκούειν, in sequentibus simplex ἀκούειν: sed pro κακῶς ἀκούειν. *Idem.* περὶ Συμμοριῶν. 134. C. εἰ μὲν οὖν ἕτερος ἦν τις τρόπος δυνάμεως, ᾧ τοὺς βαρβάρους οἷόν τε ἦν ἀμύνεσθαι. ἕτερος δέ τις, ᾧ τοὺς Ἕλληνας. ubi in ultima parte tria vel quatuor vocabula omittuntur. *Idem* περὶ τῆς τῶν Ῥοδίων ἐλευ.. 143. F. ἐγὼ δὲ οὐδεπώποτε ἡγησάμην χαλεπὸν διδάξαι τὰ βέλτιστα ὑμᾶς. ὡς γὰρ εἰπεῖν ἁπλῶς, ἅπαντες ἐγνωκότες ὑπάρχειν μοι δοκεῖτε, ἀλλὰ τὸ πράττειν πεῖσαι ταῦτα [ἡγησάμην χαλεπὸν] *Idem.* Ὑπὲρ Μεγαπ. 158. A. Καὶ συμπράττωμεν αὐτοί, καὶ τοὺς ἄλλους [συμπράττειν] ἀξιῶμεν. plane ut hoc in loco. *Aristoph. Eccl.* 778. Etiam in prioribus ex posterioribus, ut dixi, vocabulum retrahendum. ap. *Lucian.* in *Abdicat.* T. II. 178. Ἐὰν νόσῃς αὐτὸς, ἐγὼ δὲ ἀμελῶ. ἐὰν τῶν κατ' οἶκον ἐπιμελεῖσθαι, ἐγὼ δὲ ὀλιγωρῶ. ἐὰν τὰ κατ' ἀγρὸν ἐπισκοπεῖν προστάτης, ἐγὼ δὲ ὀκνῶ. ubi glossator vel commentator post ἐπιμελεῖσθαι infersit κελεύῃς. quasi non sufficeret unum vocabulum προστάτης. Temere tamen, ut saepe alias, hoc in contextum est receptum. vide de voce, ἀξιοῦν, quae dicuntur ad L. VIII. VII. 140. 22. Mirum nisi quis olim conjiciat τότ' οὖν εἰσῆξε Χαιρέας αὐτὸς, & bellis rationibus hanc certissimam emendationem confirmet & proclivitatem erroris literarum μεταθέσει adstruat. Tamen hoc vocabulum serio restituendum credo *Luciano* in *Soloec.* T. III. 557. Ἀλλὰ μὴν μέθηκα θεῖν λαγὼ ταχέως, ἆρα παρῆξεν; ἀλλὰ καὶ νῦν ἔξεστιν ἰδεῖν τὸν λαγώ. *Verum dimisi currere leporem celeriter. Numquid praeteriisti? sed nunc etiam videre licet leporem.* Immo lege ταχέως. ἆρα παρῆξεν; *an praeteriit lepus?* editor παρῆξεν pro παρῆξαι in contextum intulit. saltem versionem conformare debuisset. *Herodot.* IV. 134. Λαγὸς ἐς τὸ μέσον διῆξε. sic lege apud *Strabon.* XVII. 1166. A. Καθαλλόμενος δὲ εἰς

εἰς τὴν λίμνην, διῆξεν εἰς τὸ πέραν. apud *Xenoph.* K. Π. IV. 277. *Edit. Hudcb.* habes θηρίον παραθεῖον. non mirum autem derivata ab ἀΐσσω & ab ἥκω confundi: cum plerique Codices careant Ιῶτα subscripto vel laterali; quo solo in temporibus quibusdam distingui queant. videantur exempla ap. doctiss. *Hemsterhusium* ad *Aristoph. Plut.* 732.

P. 45. Vs. 18. Τὰ ἐντάφια σεσύληται] Contra apud *D. Lucam Euang.* XXIV. 12. παρακύψας βλέπει τὰ ὀθόνια κείμενα μόνα. & *Joannem Euang.* XX. 6. 7. pretium feres operae, si haec loca conferas cum Charitonea narratione: probabile enim fiet, credo, Nostrum non fuisse hospitem in Apostolicis scriptis.

P. 45. Vs. 21. Ἀντεραστὴς μου] Mox id Jovis in Semele, Bacchi in Ariadne exemplo probaturus est. poëtarum libri pleni.

P. 45. Vs. 22. ἀπενήνοχε] Opinio obtinebat formosiores in primis ab inferis aliisque diis rapi. a Plutone. Proserpina. Nymphis. Aurora. praecipue si subita morte vel in juventute & pueritia essent rapti. certe hac persuasione se & alios consolabantur, quoties quis in venando; natando perierat. in primis si corpus non inveniretur, fluctibus abreptum vel a feris laceratum & comestum. Apud Homerum jam plurima exempla. In *Odyss.* O. 250. legimus.

> Ἀλλ' ἤτοι Κλεῖτον χρυσόθρονος ἥρπασεν Ἠώς,
> Κάλλεος εἵνεκα οἷο, ἵν' ἀθανάτοισι μετείη.

Apud *Reinesium* Cl. XVII. CXLVII.

> Νύμφαι Κρηναῖαί με συνήρπασαν ἐκ βιότοιο,
> Καὶ τάχα που τιμῆς εἵνεκα τοῦτ' ἔπαθον,
> Νηπίη, οὐδὲ δυοῖν ἐτέοιν τέλος ἐξανύσασα.
> Φιλησίη τὴν κλῆσιν, Αὐσονὶς γένος.

ubi doctissimus Antiquarius egregie fallitur, quando legendum censeat,

> Φῆλιξ τὴν κλῆσιν· Αὐσονίας τε γένος.

putans requiri pentametrum. sed versuum auctor adhibuit Iambum ob contumaces syllabas vocis Φιλησίη. quod non proletarios poëtas factitasse saepe ostendit *Hephaestion* in *Enchiridii.* p. 9. *J. Buberius*, Galliae eruditae nuper praecipuum decus, & nobis non paucorum annorum amicitia carissimus, ad *Marmora Brettiana* p. 167. videatur quoque *Vannus Critica.* p. 196.

Neo

Nec magis fortunatus circa hanc Inscriptionis partem alter Antiquarius, non parvi merito nominis; *Raph. Fabrettus*. p. 192. corrupte namque non modo edidit αυσονι δε ϛῆμος. verum p. 638. hinc extudit familiae nomen *Philesia*. quia ipsi videatur Romana puella, licet Graeco adpelletur nomine. At si Graecum nomen, quomodo simul *familiae nomen*? non enim familiaria nomina sunt Graeca, vel Graeca dici possunt, si vel descendant ab ultima origine Graeca. ut *Julia*, si fabulis credimus, ab *Iulo*. Φιλησίη fuit nomen puellae bimulae purum putum Graecum. multi Φιλήσιοι. multae Φιλήσιαι inter Graecos inveniuntur. Xenophontis uxor fuit dicta Φιλησίη. nihil hic quod ad familias Romanas facit.

Recte vero *Guil. Fleetwodus* in syllogae suae p. 236. suspicatur hanc puellam in fonte submersam; in eo tamen me adsentientem non habens, quod τιμῆς ἕνεκα interpretetur. *poenae loco*: immo *honoris*, *muneris loco*. ut Hylas a Nymphis raptus. consulatur *Cl. Salmasius* ad *Inscriptiones Herodis*, p. 96. Nam non *mortuos*, ita raptos, sed ad Deos abiisse & ἀποθέωσιν passos credebant. hinc *Anthol.* III. XXVI. 3. p. 283.

Ἀσακίδην τὸν Κρῆτα, τὸν αἰπόλον, ἥρπασε Νύμφη.
Ἐξ ὄρεος· καὶ νῦν ἱερὸς Ἀσακίδης.
Οὐκέτι Δικταίῃσιν ὑπὸ δρυσίν. οὐκ ἔτι Δάφνιν,
Ποιμένες, Ἀσακίδην δ' αἰὲν ἀεισόμεθα.

Apud *Gruterum* p. DCCXVII. ex *Mazochio* CXXXXVIII.

fundi hujus dominus infans hic jacet similis deo
hunc ab ante oculis parentis rapuerunt nymphae
in gurgite monumentu quot filius patri facere
debuerat ipse fecit,

Unde apud *Gruterum* indicia deficientium duorum versuum nata sint, nescio. apud Mazochium certe nulla. nam quod commate, non puncto finitur titulus, vel neutrum melius adforet, in integerrimis idem usu venisse apud Mazochium observare poteris. quid quod tam puncta quam commata apud illum nullius auctoritatis, forte deest tantum vox *Filio*. At quod majoris momenti, titulum hunc spurium credo: non quod ad argumentum, sed quod ad linguam. omnino enim habet speciem epigrammatis versi e Graeco. Quam facile se in Graeca transfundi patitur.

Τοῦδ' ἀγροῦ κλήτωρ ἔτι νήπιος ἐνθάδε κεῖται
Ἰσόθεος. πατρὸς δ' ἐξ ὄσσων ἥρπάξαντο
Νύμφαι εἰς δίνην. τύμβον δ' ὃν ἐχρῆν πατρὶ παῖδα
Τεῦξαι, ἔτευξε τέκνῳ αὐτὸς ἀποιμοτάτῳ.

Apud

Apud *Muratorium* p. MDXIV. 3.

Ast, puto, non rapuit te mors, sed filia magni
Cara Jovis, Stygio nupta puella Jovi,
Haec rapuit paucos, ut cum tu adoleveris, annos,
Inter delicias te beet illa suas.

Sunt hi quatuor versus ex viginti octo. quos qui condidit, Clarissimo Editori censetur prodere *sibi non adversas fuisse Musas.* At, sine haesitatione, hoc carmen esse antiquum negare ausim. immo non tantum recens, forte seculi decimi quinti, verum in multis plane barbarum, & affectatione & aliis vitiis oppletum, a quibus boni poëtae sibi ceu a peste & incorrupti gustus, ut ita dicam, veneno cavere debent. Non hic locus singula excutiendi: & arbitris harum rerum legitimis, paucis admodum, securus caussam permitto. Adjungam alterum Graecum ex eodem *Thesauro* p. MDII. 11. quale per hos quatuor annos in schedis apud me jacuit.

Οὐχ ὁσίως ἥρπαξας ὑπὸ χθόνα, κοίρανε Πλουτεῦ,
Πενταετῆ νύμφην πᾶσιν ἀγαλλομένην.
Οἷα γὰρ ἀρχόμενον ῥόδον εὔπνοον εἴαρος ὥρῃ
Ἐξέτεμες ῥίζης, πρὶν χρόνον ἐκτελέσῃ.
Ἀλλ' ἄγ', Ἀλεξάνδρα κὰν Φίλατο, μηκέτ' ὀδυρμοὺς
Ἱμέρτῃ κούρῃ σπένδετε μυρόμενοι.
Εἶχεν γάρ, χάριν εἶχεν ἐπ' ἠυχρόοισι προσώποις
Αἰθέρος, ὥστε μένειν ἀθανάτοισι δόμοις.
Τοῖς πάρος οὖν μύθοις πιστεύσατε. παῖδα γὰρ ἐσθλὴν
Ἥρπαξαν τερπναὶ Κρηνίδες, οὐ Θάνατος.
Τιθήνη Ὑγεία τῇ ἰδίᾳ θρεπτῇ Φιλτάτῃ μνήμης χάριν.

Pauca attingam paucis. vs. 1. Pluto, rex inferorum, satis inepte vocabatur ὑποκοίρανος. & deficiebat χθόνα. sic p. MDCXLV. 6.

At saevus Pluto rapuit me ad infera templa.

ita ap. *Orpheum* de *Lapidibus* p. 188. 38. χθόνα deest.

Βῆσετ' ἐπὶ τραφερὴν χθὸν' ἀκυμάντοισι πόδεσσι.

vs. 2. Νύμφην accipe pro *puella.* nam ita juniores feminae vocantur. vid. *Iliad.* Γ. 130. antea jam significationem tetigimus p. 69. *Animadversionum.*

Vs. 4.

Vs. 4. ῥείζης in lapide. ut mox Ειμεϱτη. vulgata orthographia scripsi.

Vs. 5. ἄγε & σπένδετε non debet offendere. vid. *Odyss.* Φ. 111. & ita Latini. verte vero haec. *Sed age, licet Alexandra amata fuerit, ne amplius lamenta desiderabili puellae libate querentes.*

φίλατο. vox Homerica. *Iliad.* K. 280. Υ. 304. de eaque variis locis agit *Eustathius* & *Etym. Magnum.* nec obstet in aoristo notio passiva. sic πείσατο. *Iliad.* Θ. 199. ἀντεϱύσατο ap. *Theognidem* vs. 78. ita ἐκείρατο in illo. *Anthol.* p. 503.

ἡμετέραις βουλαῖς Σπάρτη μὲν ἐκείρατο δόξαν.

apud *Xenoph.* III. H. H. 489. E. ἐξηγήσατο videtur passive accipiendum. consulantur Miscellanea nostra. Vol. x. p. 216. & xi. iii. 34.

Vs. 7. ἠυχρόοισι. ut ἠύκομος. ἠύζωνος. sic libenter apud *Heliodorum.* L. ii. p. iii. legerim

Ἴχνος ἀειράμφος ἠυστάχυος παρὰ Νείλου

ubi nunc incondite praepositione repetita ἀπ' ἐυστάχυος Π. N. an placet cum *Commelino* παρανείλου una voce, ut dicatur, παράνειλος χώρα.

Vs. 8. Αἰθέρος pene retuleram ad δόμοις. an malis referre ad χάριν. εἶχε χάριν αἰθέρος *habebat coelestem gratiam, ut par foret ipsam habitare in aeternis domibus.* elige.

Vs. 10. τερπναὶ Κρηνίδες. etsi vocem τερπναὶ praestare nolim, apta tamen, donec melius quid inveniatur. ad vocem Κρηνίδες, satis prope accedentem ad corruptam scripturam, vindicandam *Moschus Idyll.* iii. 28. fecerit. Κρανίδες ὠδύραντο. habuimus in alio epigrammate Νύμφαι κρηνάδαι. si quis Νηίδες vel Νηάδες malit, per me licet. vid. *Iliad.* Z. 22. Quin Τιθήνη & cetera recte se habeant, non ambigo. Postea prodierunt *Miscellanea Lipsiensia*, in quorum tomo primo p. 489. hoc carmen tractatur, & rursus recensetur in *Curis Secundis* p. 46. ex quibus libenter didici Cl. *Wesselingium* vs. 10. conjecisse

ηρπασαν ως πρωην ναιαδες ου θανατος.

& versu primo ipsum nostrum χθόνα reposuisse. Ad superstitiosam hanc credulitatem refer apud *Reinesium* Cl. xvii. clxxii. Sol me rapuit. credo hunc hominem solis radio percussum periisse: simulque respici potuit ad opinionem, qua Apollo & Diana perhibebantur juvenes in primis rapere. vid. *Homer. Iliad.* Φ. 484. Ω. 605. 758. *Odyss.* Λ. 171. 200.

200. o. 419. Nec male cum his comparabitur formula Christianae de Infante ACCERSITUS AB ANGELIS apud *Fabrettum* VIII. LXXXVI. quem vide quoque de voce *raptus* p. 188. Verum sic dissertatio exiret.

P. 45. Vs. 22. Μὴ θέλουσαν] Namque, ut ait L. VI. VIII. 110. 1. Καλλιῤῥόη δὲ καὶ αὐτοῦ τοῦ Διὸς οὐκ ἂν ἠσπάσατο γάμους, οὐκ ἀθανασίαν προετίμησεν ἂν ἡμέρας μιᾶς τῆς μετὰ Χαιρέου. Et sane Chaereas vicissim cum *Propertio* dixerit

Rivalem possum non ego ferre Jovem.

fateor me μεθ' αὐτοῦ reposuisse pro μετ' αὐτοῦ.

P. 45. Vs. 22. Βιαζομένην ὑπὸ κρείττονος μοίρας] ab *Fato fortiore. vi majore.* Interpres dederat a *potiore forte.* nostra versio etiamnum loco aptior videtur. passim μοῖρα κραταιά. κρατερά. ut apud *J. Sponium Miscell. Erud. Ant.* p. 376. CXXXIV.

Κλειοφόρῳ τριετεῖ, ὃν ἀφείλατο μοῖρα κραταιή.

uti ibi legendum quidem, at marmor tamen habet κρατερ *. Unde patet lapidarios scribas non minus quam calamarios scribas voces poeticas & e dialecto petitas in vulgares, contemto metro, saepe mutare. videatur Tom. I. p. 421. *Inscript. Etruscarum* a Gorio nostro proditarum.

P. 45. Vs. 23. Ἵνα μὴ νοσήσῃ] Quid si scivisset! an pugilem aliquem sibi adjunxisset, qui in gratiam Chaereae, ut Hercules in gratiam Admeti, cum Plutone depugnaret, & se Chaereae, ut Alcestin Admeto Hercules, restitueret. Vin suspicionem meam proferam! scripserit forte. διὰ τοῦτο [illud, ut antea monui, ad sequentia referendum] διὰ τοῦτο καὶ ἀφνιδίως ἀπέθανεν, ἵνα μὴ νοσήσῃ. *Ideo etiam subito mortua fuerit, ne aegrotaret, & morbo minus pulcra praeda Plutoni vel alii Deo fieret.* quae hanc sententiam illustrare & confirmare possint, copiose fuerunt disputata ad L. I. C. V. 9. 14 & 15.

P. 45. Vs. 24. Θησέως Ἀριάδνην ἀφείλετο Διόνυσος.] At plerumque a Theseo destitutae misertus fuisse traditur Bacchus. cum Nostro facit *Diodorus Siculus.* L. IV. C. 61. Καθ' ὃν δὴ χρόνον μυθολογοῦσι Διονύσιον ἐπιφανέντα, καὶ διὰ τὸ κάλλος τῆς Ἀριάδνης, ἀφελόμενον τοῦ Θησέως τὴν παρθένον, ἔχειν αὐτὴν ὡς γυναῖκα γαμετὴν, ἀγαπωμένην διαφερόντως. eo facientia offendas etiam L. V. C. 51. ejusdem Historici. *Catullus* ambiguum reliquit, nam licet a Theseo desertam inducat, tamen Bacchum non casu in amorem incidisse Ariadnes dicit, sed eam *quaesivisse.* vs. 251. *Epithalamii* enim canit

At

At pater ex alia florens volitabat Iacchus,
Te quaerens, Ariadna, tuoque incensus amore.

In qua lectione tria me offendunt: nam haec ab *J. Vossio*: sane ex codicibus. sed altera item ex libris manuscriptis. Vulgo, *At parte ex alia.* primo vellem firmarent locutionem *ex alia*, pro *ex alia parte.* deinde quod hic habeamus sic, *pater florens Jacchus.* quo illud *pater?* scio Bacchum dici *patrem* in mysteriis & alias. sed *florens Iacchus* hic suffecerit. Denique dictio *At parte ex alia* elegans & usitata, cur abjecta sit. apud *Virgil.* x. *Æn.* 362. *At parte ex alia, qua saxa rotantia late.* qui saepe *parte alia. alia de parte. Statius* IV. *Thebaid.* 345.

At parte ex alia Cadmi Mavortia proles.

Ovid. III. *Amor.* x. 28. *Hinc pudor, ex alia parte trahebat amor.* Et *Manilius* L. I. 319.

At parte ex alia claro volat orbe corona.

sane mei Codices utramque lectionem agnoscunt. & has voces misceri, utrasque siglis exprimi solitas, quid mirum! quam parum distent hae siglae, *Jo. Lud. Waltheri Lexicon diplomaticum* monstraverit. sequitur mox apud *Catullum*

Pars obscura cavis celebrabant orgia cistis.

Ad hunc versum *J. Broukhusius*, in Anecdotis apud me suis notulis„ *Celebrabant* praeter mentem poëtae ponitur, legendum *celabant* „ adjicit tamen. *cogitandum.* Quod dum facio, eo magis quia eadem conjectura nuper patronum non e multis nacta fuerit, plane a viri elegantissimi sententia secedendum arbitror. sollemne fuisse in Bacchicis mysteriis, ut ista profanorum oculis subtraherentur, quis neget! At non minus constat mystis & initiatis ista patuisse, tacta, tractata & celebrata fuisse, in sollemnibus festis & *orgiis trietericis*, quotiescumque secretum nacti orgiastae ἀβακχεύτων profanationem non timebant. jam hic in solitaria insula quos vererentur profanorum oculos? a quorum curiositate celarent? immo e contrario

Orgia quae frustra cupiunt audire profani:
Nunc obscura cavis celebrabant orgia cistis.

Quid! an clausae fuerint mysteriorum cistae, dum hic omnia facere nar-

narrantur, quae unquam a Bacchantibus perpetrari possint! quibuscum conferatur plane enthusiastica ode *Horatii* in L. II. XIX. Ille Pentheus in Tragoedia *Euripidea Bacchis* procul ideo Bacchantes spectare cupiebat, non ut videret orgia celantes: sed potius ut cognosceret mysteria, & inspiceret orgia celebrantes & in aris exposita mysteria. inde hae Bacchae ap. *Theocr. Idyll.* XXVI.

Ἰνὼ κ' Αὐτονόα χὰ μαλοπάρηος Ἀγαύα
Ἱερὰ ἐκ κίςας πεποναμένα χερσὶν ἑλοῖσαι,
Εὐφάμως κατέθεντο νεοδρέπτων ἐπὶ βωμῶν.

hic vides ἱερὰ, sive ὄργια, sive μυςήρια cistis exemta, contacta & omnibus initiatis exposita. praemitte *Theocriteis* versibus *Euripideos.* 1050. & sequentes.

Κάθηντ', (Bacchae) ἔχουσι χεῖρας ἐν τερπνοῖς πόνοις.
Αἱ μὲν γὰρ αὐτῶν θύρσον ἐκλελοιπότα
Κισσῷ κομήτην αὖθις ἐξανέςεφον.
Αἱ δ' ἐκλιποῦσαι ποικίλ' ὡς πῶλοι ζυγὰ,
Βακχεῖον ἀνέκλαζον ἀλλήλαις μέλος.

eadem scena: eaedem personae. quod si quis in *Catullo* neget Sacrificiis locum fuisse. esto. occasio item celandorum mysteriorum nulla fuerit, ubi nulli profani.

At si versiculum secundum *Orgia quae frustra* considerasset *Broukhusius*, credo ipsum in contraria iturum fuisse. nam in isto versu mentio fit de *celandis*, *occultandis orgiis*: cui ex oppositione praemissus versus *pars obscura.* quo Bacchantes & epoptae inducuntur ὀργιάζοντες. ὄργια τελοῦντες. *mysteria*, *orgia celebrantes.* Tandem te fac spectare actiones horum harumque Bacchantium. si *celent orgia*, brevis & uniformis occupatio: si *celebrent*, quam variae actiones menti tuae obversari possint, ipse percipis. Unde sequitur *celebrationem* huic loco, ubi omnia in motu sunt, quam *celationem orgiorum* aptiorem existere. quando in sacris pompis orgia & mysteria per ora populi ferebantur, erant cistis diligenter celata. ita *Seneca* Herc. fur. 594.

Nos Cadmeis orgia ferre
Tecum solitae condita cistis.

sed in templis, ubi soli epoptae & initiati, non celabantur semper: item non in montibus solitariis, quando bacchabantur sacri chori. qui hic casus

casus obtinet. omnes enim, qui quaeve hic memorantur, Liberi comites a sacrorum communione inmerito excluderentur.

Accedat huc constantia Codicum, qui servant *celebrabant*. quorum ipse minimum viginti consului: & facilitatem, quo alioqui *celebrabant* potuisset abire in *celabant*. non tam procliviter contra. nam in *celebrabant* compendiosa scriptura, non in *celabant* locum habere solet. & ideo saepe inveneris *celare* irrepsisse pro *celebrare*. vid. *Ovid.* v. *Trist.* VI. 37. Ita *celare* non raro pro *celerare*. vid. *A. Drakenburg.* ad *Silium Ital.* XVII. 91. ex eadem ratione.

P. 45. Vs. 24. Καὶ Σεμέλην ὁ Ζεὺς] Mirum non addidisse, a quo abstulerit Jupiter Semelen. an excidit nomen Ἀκταίων, quem *Acusilaus* apud *Apollodorum* L. III. 4. 4. p. 160. ait ab Jove occisum, quia ἐμνηστεύσατο Σεμέλην. Et qui *Malalae* L. I. p. 48. vocatur Πολυμήδων υἱὸς Ἀιςερίων. an est diversus? forte scribendum Πολυμέδων, quo nomine Priami filius celebratur.

P. 45. Vs. 25. Μὴ γὰρ οὐκ ᾔδειν] Recte interpres vertit. *Atqui ignorabam.* vid. L. IV. 1. 64. 23.

P. 45. Vs. 25. Κρείττων] Hac voce usus esse potuit, quia proprie dii vocantur κρείττονες. *Achilles* quoque *Tatius* L. I. 21. eam ob caussam hac voce prae ἀμείνων, usus videtur: ibi enim mentione Apollinis facta, ait τῷ παραδείγματι πρὸς τὴν μίμησιν ἐρεθίζεται, καὶ μάλιςθ' ὅταν ἐκ τοῦ κρείττονος ᾖ παράδειγμα.

P. 45. Vs. 26. Οὐδὲ μετὰ τοιαύτης προφάσεως] quod nimirum dea erat. nam Thetis apud Peleum mansit, Dea apud mortalem.

P. 46. Vs. 1. Ἐξ ἀνθρώπων ἀπελθεῖν] Apte ista dictione utitur, quae alioqui saepe *mori* significat. ita ἀπελθεῖν τοῦ βίου. χωρέειν ἐκ ἀνθρώπων. ut Latinis *abire e vita. excedere.* quando sponte quis mortem adit.

P. 46. Vs. 1. Πηλεῖ παρέμεινε] Hoc mirandum magis, quia Ὑπὸ Πηλῆος ἡ Θέτις ἡρπάσθη ἐξ ἀκτῆς Σηπιάδος, ut ait *Herodot.* VII. 191. & cum ipsa apud Homerum *Iliad.* Σ. 434. acerbe queratur

Καὶ ἔτλην ἀνέρος εὐνὴν Πολλὰ μάλ' οὐκ ἐθέλουσα.

quamvis *Aristophani Nub.* 1062. dicatur de Peleo,

Καὶ τὴν Θέτιν δ' ἔγημε διὰ τὸ σωφρονεῖν.

consulatur *J. Vossius* ad *Catull. Epithal.* vs. 20. p. 193.

P. 46. Vs. 2. Υἱὸν ἐξ αὐτῆς] *Virgiliana* ex *Quarto Aeneidos* vs. 328. haec explicant.

 Sal-

Saltem si qua mihi de te suscepta fuisset
Ante fugam suboles, si quis mihi parvulus aula
Luderet Aeneas, qui te tamen ore referret,
Non equidem omnino capta & deserta viderer.

P. 46. Vs. 3. Τί πάθω; τί γένωμαι δυστυχής; ἐμαυτὸν ἀνέλω] Ita interpungit Apographum. & placet. posset tamen δυστυχὴς ad ultima referri. Formulae obviae apud Tragicos & Comicos. apud *Sophocl. Trach.* 990. subjungitur futurum. τί πάθω; τί δὲ μήσομαι. quem versiculum animadvertit R. *Dawesius* in *Miscell.* p. 230. ubi quaedam captum meum & forte aliorum prae subtilitate effugiunt. τί πάθω & τί δρῶ ejusdem significatus. *Aristoph. Achar.* 1432. *Ran.* 131. *Kusterus* ad *Aristoph. Plut.* 603.

P. 46. Vs. 5. Ἀπολογοῦμαί σοι, δέσποινα, τῆς ἐμῆς ψυχῆς] Interpres reddidit. *Innocentis animae rationem reddo.* quasi ἀπολογίζομαι haberetur. redderem. *veniam a te peto, domina, quod vivam. me vivere apud te excuso. quod non moriar, tu enim ipsa caussa es: tu me cogis vivere.* passim ψυχὴ *vita. Tyrtaeus* ap. Stobaeum C. XLIV.

Ψυχὴν καὶ θυμὸν θλήμονα παρθέμενος.

Odyss. Γ. 74. ψυχὴν παρθέμενοι. *Herodot.* I. 24. V. 92. 5. ἀπολογεῖσθαι ὑπέρ τινος passim. hic ellipsin habemus. ἀπολογεῖσθαι τινι. *apud aliquem se purgare* obvium.

Verum etiam simplicior constructio, & sensus. ἀπολογοῦμαί σοι, δέσποινα τῆς ἐμῆς ψυχῆς. Nam ἀπολογεῖσθαι alias & apud Lucam *Actis* XIX. 33. positum ita nude inveneris, & altera orationis pars item receptissima. Noster VIII. III. 132. II. Κυρία τῆς ἐμῆς ψυχῆς. *Ephesius Xenophon* V. 16. 2. Τῆς ἐμῆς ψυχῆς δέσποτα. II. 26. 18. *Cl. Hemsterh.* ad haec loca T. IV. *Miscell.* 288.

P. 46. Vs. 7. Κἂν εἰς αὐτὸν ἀναβῆναι τὸν ἀέρα δύναμαι] Ἀὴρ pro αἰθὴρ & vicissim. *Nonnus Dionys.* XXXIX. 92.

Ἀγχινεφής, ἀκίχητος, ἀνέστατος, ἠέρι γείτων.

Maneth. V. 146.

Καλοβάτην σχοίνων ἰδὲ ἠεροφοιτον ἔθηκε.

quem L. VI. 440. vocat

Ἀιθροβάτας τεύχει, σχοίνοις τρίβον ἐξανύοντας.

L. IV. 509.

> Ἠέλιος ἀκάμας, πυρόεν σέλας, ἡνίκ' ἂν ἔλθῃ
> Ἀρσενικοῖς ζώοισι κατ' αἰθέρος ἠερόπλαγκτον
> Ζωφορίην, θηλεῖα δ' ἔχῃ νεολαμπέα μήνην.

Uti hi versus legendi. male enim ἱερόπλαγκτον. & Ζωφορίη vertitur. *via lucifera*. cum sit *Zodiacus circulus*, *sive orbis ferifer*. θηλεῖα. ζῶα. νεολαμπὴς μήνη. Verum etiam majoris auctoritatis scriptores. vid. *Schol. Homeri Iliad.* Π. 365. Quod ad ἔννοιαν. sic L. III. II. 42. 21. εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβάς. VIII. II. 131. II.

P. 46. Vs. 8. Θρῆνον . . θρηνεῖν] Licet talia mutanda non suadeamus, multum abest, ut non ingratissimas iterationes eorundem vocabulorum improbemus. Post hanc vocem *Capitis novi* indicium ponere, nescio quomodo neglectum.

P. 46. Vs. 10. Τριήρεις κατεσπῶντο] locutio obvia. vid. *Berglerus* ad *Alciphr.* I. I. p. 6. *P. Wesseling.* ad *Diod.* L. IV. p. 56. & notata ad *Musaei* vs. 298.

> ——— ——— ——— Τυπλομφόνην
> Ἤδη νῆα μέλαιναν ἀνέλκυσε διχθάδι χέρσῳ.

uti quidem legendum conjeci. posses etiam ἀνέσπασε, quod vicinius vulgatae ἀπέκλασε. Eruditiss. *J. B. Carpzovius* postea in *Observ.* ad *Musaeum* p. 125. ἀπέκλασε servare conatus fuit, ope figurae, quam enallagen perhibent: ut quem ad modum dicatur, *dare classibus austros* pro *dare classes austris*, non aliter dictum sit ἀπέκλασε νῆα χέρσῳ pro ἀπέκλασε χέρσον νηΐ. quod equidem lubens concederem, & consilium receptae lectionis servandae laudarem, si prius monstrasset e poetis vel prosaicis locutionem ἀποκλάειν γῆν νηΐ pro *subducere navim*. nam vox haec significat *partem abrumpere ab aliqua re*. non *findere*. Re vera quando naves subducebantur & stabiliebantur in litore, sulcus in litore fiebat: vel arena adgerebatur, ut a fluctibus alluentibus & ventis tutae forent. quod Hesiodus vocat in *Operib.* 624.

> Νῆα δ' ἐπ' ἤπειρον ἐρύσαι, πυκάσαι τε λίθοισι
> Πάντοθεν, ὄφρ' ἴσχωσ' ἀνέμων μένος ὑγρὸν ἀέντων.

& ille agger recte διχθὰς χέρρος dici potest, quae δίχα. δίχθα ab utroque latere navim cingit & claudit: eoque respicit *Virgilius* X. *Æneid.* 295.

 Tollite,

Tollite, ferte rates: inimicam findite rostris
Hanc terram, sulcumque sibi premat ipsa carina.

Quod fere faciebant, & hodie faciunt, qui tempestatibus victi naufragium in litore facere cupiunt, ut vitam saltem servent. inde subdit poëta:

Frangere nec tali puppim statione recuso.

Ad eum locum *Lud. de la Cerda Claudiani* vs. 491. de *Bello Gildon.* laudat

Quassatis cupio tellurem figere rostris.

Ubi Delphinici commentatoris valde acuta est explicatio. [*figere. superare, confodere non terram, sed rebelles, qui sunt in terra Africa. ponitur* continens pro contento. *metonymicos.*] merito prae talibus aridae criticae notae sordescunt. sed ad rem. cuivis patet quam inepta notio τῦ ἀποκλάειν tali ἐννοίᾳ sit explicandae.

Eidem viro Erudito nescio an alii sint adsensuri, νῆα μέλαιναν interpretanti *tristem navim propter fragilitatem & mortis metum.* paullo credo saniora discere liceret ex *Schol. Iliad.* B. 358. & *Theodor. Prodr.* v. 194.

Mihi vero διχθὰς χέρσου notione, quam innui, non displicet. & διχθάδιος, τριχθάδιος a διχθὰς & τριχθὰς derivata videntur, uti illa a διχθὰ & τριχθὰ sive δίχα & τρίχα.

P. 46. Vs. 11. Ἐρευνᾷ] Ut nullam moram fuisse factam ostendat, utitur tempore praesenti. nec magis vitiosum, quod mox descendat ad imperfectum ἐξεπέμποντο: quam quod ab imperfecto rursus transeat ad Aoristum ἐκελεύσθησαν. *Hermocratem* saltem & *Chaeream* in primis festinare par erat. sed nec ista subtilitate opus. millies haec tempora componuntur. *Ulpian.* ad *Demosth.* περὶ παραπρ. 295. E. γίνεται] παρὰ χρόνον. ἔστι γὰρ ἀντὶ τῦ ἐγένετο. vid. *Aeschin.* περὶ παραπρ. 408. A & B.

P. 46. Vs. 11. Τὴν Λιβύην] Rursus peritiam locorum ostendit Chariton. nam isto tempore Libya erat respectu Siciliae, quae nostra patria respectu Britannicarum insularum. continua commercia & trajectus quotidianus. Unde fugitivi, piratae in Libyam quaerebant profugium.

P. 46. Vs. 11. Περαιῦσθαι τὸν Ἰόνιον] quasi dixisset. *alii missi sunt in Epirum, in Graeciam, in Asiam minorem.* vid. VI. III. 102. 13.

P. 46. Vs. 12. Ἡ μὲν οὖν ἀνθρωπίνη βοήθεια παντάπασιν ἦν ἀσθενής. ἡ Τύχη

δὲ

δὲ ἐφώτισε τὴν ἀλήθειαν, ἧς χωρὶς ἔργον ὐδὲν τέλειον] pro ἡ Τύχη si reponas ἡ Πρόνοια, sententiam habiturus es pulcram, & stylo pene dixerim apostolico expressam. φωτίζειν. ἀσθενής. ἔργον τέλειον sapiunt orationem Biblicam. mox ipse cum τῇ Τύχῃ permiscet τὴν πρόνοιαν.

P. 46. Vs. 15. Δυσδιάθετον φορτίον] L. I. XII. 16. 18. κτῆμα δυσδιάθετον. significatio haec τῦ διατίθεσθαι a multis illustrata. *Schol. Demosth. Olynth.* II. p. 23. D. late varias hujus verbi notiones exsequitur. vid. *Hudchins.* ad *Xenoph.* K. A. p. 545. & quos sistit *Cl. P. Wesselingius* ad *Diodor.* I. 66. Et tamen saepius interpretes in hac voce hallucinati fuerunt. ita ap. *Isocrat. in Panegyr.* p. 49. A. τὰ μὲν ὅπε χρὴ διαθέσθαι, τὰ δὲ ὅθεν εἰσαγαγέσθαι. vertunt *exportare*. immo *venum exponere & vendere*. *Menandri* in *Piscatore* ῥῆσις apud *Stobaeum* C. LXXV. p. 452. χαλεπὸν θυγάτηρ χρῆμα καὶ δυσδιάθετον. licet *Polluci* V. §. 106. etiam δυσδιοικητικὸς explicetur, ita accipienda videtur, & ita recte ipsi *J. Clerico* postea accepta fuit ad *Aeschinis Socratici Dial.* II. p. 34.

Apud *Porphyr.* de *Abstin. Anim.* IV. p. 351. ubi dicit *Artes exoleturas esse, nisi pecunia esset.* ἔμελλον δὲ καὶ τέχναι ἀχρηστοι ἐξελαθήσεσθαι σὺν τύτοις, διάθεσιν τῶν ἔργων ὀυκ ἐχόντων. *Quippe quae suorum operum nullum vestigium relinquant.* Immo *operibus nullam venditionem habentibus.* id est, *operibus invendibilibus existentibus.* Apud *Artemid.* I. 33. p. 31. ἐμπόροις δὲ ταχέως τὰ φορτία διαθέσθαι σημαίνει τὸ τοιῦτον ὄναρ. vertitur, *citam onerum & bonorum curationem & dispositionem.* quam male, patet.

P. 46. Vs. 18. Ὑπολαβὼν δὲ ἄνεμος σφοδρὸς] L. III. VI. 52. Πνεῦμα δὲ φοβερὸν ὑπέλαβε τὴν τριήρη. *Herodot.* VII. 170. ὑπολαβόντα σφέας χειμῶνα μέγαν ἐκβαλέειν ἐς τὴν γῆν. L. VIII. 118. πλέοντα δέ μιν ἄνεμον Στρυμονίην ὑπολαβεῖν μέγαν καὶ κυματίην. VIII. 90. Τῶν δὲ ναυηγίων πολλὰ ὑπολαβὼν ὁ ἄνεμος Ζέφυρος, ἔφερε τῆς Ἀττικῆς ἐπὶ τὴν ἠιόνα. *Max. Tyr.* I. I. ἐὰν καὶ μικρὸς ὑπολάβῃ κλύδων. *Eusebius* ap. *J. Stobensem* C. VI. p. 79. ὥσπερ νῆα ἄνεμοι ὑπολαβόντες τῇ καὶ τῇ φορέοντες, συγκλονέυσι καὶ ἀπειθέα ποιέυσι τῷ κυβερνήτῃ. ita λοιμός. μανία. συμφορά ὑπολαβεῖν τινα dicuntur. *Max. Tyr.* VII. 5. p. 69. *Herodot.* VI. 27. λοιμὸς ὑπολαβὼν ἀπήνεικε. ubi male ἀπολαβών. ut recte *Gronovius* vidit. sic in *Codd.* ap. *Thucyd.* VI. 58. item male ἀπολαβεῖν pro ὑπολαβεῖν.

P. 46. Vs. 18. Εἰς τὸν Ἰόνιον ἐξέωσε] L. III. III. 48. 7. ἐξαισίοις δὲ πνεύμασιν ἐξεώσθημεν εἰς ταύτην τὴν θάλατταν. *Herodot.* II. 113. ἐξῶσαι ἄνεμοι ἐκβάλλυσι ἐς τὸ Ἀιγύπτιον πέλαγος. vid. *Polluc.* I. §. 110. eleganter *Eurip. Rheso.* 521.

ἡνίκ' ἐξώσης Ἄρης
Ἔφαυσε λαίφη τῆσδε γῆς μέγας πνέων.

Ergo Ἐξωθεῖν *ventus* dicitur *vehemens*, quando a directo cursu & proposito in aliud mare, vel aliam maris partem expellit & navigare cogit. ἀπολαμβάνειν ventus sive vehementior, sive contrarius dicitur, qui nos proposito itinere excludit & alio loco retinet. ita Graeci Aulide erant ἀποληφθέντες. redeuntes quidam in Capharea saxa ἐξωσθέντες erant. perpetuus est verbi hujus ἀπολαμβάνειν hic usus. *Herodot.* IX. 113. ὑπὸ ἀνέμων ἀπολαμφθέντες. II. 115. *Plato* Phaedone p. 58. B. Ὅταν τύχωσιν οἱ ἄνεμοι ἀπολαβόντες αὐτούς. *Thucyd.* VI. 22. ἵνα ἤπου ὑπὸ ἀπλοίας ἀπολαμβανώμεθα, ἔχῃ ἡ στρατιὰ τὰ ἐπιτήδεια. *Aristaen.* II. XI. ἔοικα γ' οὖν κυβερνήτῃ ὑπὸ δυοῖν πνευμάτων ἀπειλημμένῳ, τοῦ μὲν ἔνθεν, τοῦ δὲ ἔνθεν ἑστηκότος, καὶ περὶ τῆς νεὼς μαχομένων, ἐπὶ τ' ἐναντία μὲν τὴν θάλασσαν ὠθούντων. ἐπ' ἀμφότερα δὲ τὴν μίαν ναῦν ἐλαυνόντων. hic ἐξωθεῖν locum nullum habuerit. hoc enim contrarium τῷ ἀπολαμβάνειν. at ἄνεμος ὑπολαβὼν ἐξωθεῖν ναῦν. *Ventus ingruens*, *invadens*, recte dicitur *e cursu depellere*, *ejicere*. plura de verbo ἀπολαμβάνειν dicenda erunt L. VII. III. 117. II.

ὑποφέρεσθαι item nauticum vocabulum, quod cum τῷ ἐξωσθῆναι hoc commune habet, quod a *cursu proposito*, *a loco capto averti* significet, sed non *tanta violentia*. *Max. Tyr.* XXXI. V. p. 371. κατὰ βραχὺ ὑποφερόμενος ταῖς καθ' ἡμέραν ἡδοναῖς ἀψοφητὶ, ὥσπερ τῶν πλεόντων οἱ . . . . ῥεύματι γαληνῷ δι' ἀκυμάντου τῆς θαλάττης. *Longus* II. 43. τὴν ναῦν ὑπήνεγκεν ἡ παλίῤῥοια τοῦ κύματος καὶ ἐς τὸ πέλαγος μετέωρον ἔφερεν. frequens παραφέρεσθαι. vid. *Diod.* XVII. p. 282. & ibi notata.

P. 46. Vs. 19. Ἐν ἐρήμῳ θαλάσσῃ] Attice sic fere: at tamen ἐρήμη non extra usum apud ipsos. consulantur *Celeb. C. A. Dukeri* notae in *Thucyd.* IV. 26. & *Observ. Miscell.* III. p. 303. *Strabo*, ut noster, mari L. II. 173. C. tribuit μέγεθος καὶ ἐρημίαν. merito *Ionium magnum* vocatur ἔρημον, portubus, litoribus longe distantibus in vicem, & insulis non frequentibus. *Lysis Pythagoreus* in *Epistola ad Hipparchum* in Opusculis a Galeo editis p. 736. ἐπεὶ δὲ παρ' ἐλπίδας ὥσπερ ἀπὸ ναὸς μεγάλας φορτίδος ἐν ἐρήμῳ πελάγει λυθείσας, ἄλλος ἄλλοσε φορεύμενοι διεσπάρημεν. sic acceperim *Ciceron.* L. II. de Divin. C. IX. *si Pompejus scisset se in solitudine Aegyptiorum trucidatum iri.* ἐν θαλάσσῃ ἐρήμῃ. aliter defendit a crisi locum *Eruditiss. Th. Wopkensius* in *Tullian. Lect.* p. 277. eadem ratione αἰθὴρ dicitur ἐρήμη *Pindaro* I. *Olymp.* 10. *Plato Timaeo* p. 34. C. Οὐρανὸν ἕνα μόνον ἔρημον esse factum a Deo adseverat. id est: qui nullas alias partes vel adjunctas vel permixtas habet. qui locus faverit *J. Perizonio* ad *Aelianum* V. H. IX. XI. contra *Tan. Fabrum* in locutione, ἔρημον εἶναι καὶ μόνον διαδοχοῦ καὶ κοινωνοῦ, putantem ex glossa illud καὶ μόνον ortum. Quod ibi *J. Schefferus* de trajectionibus verborum notat, verum est. modo illae genio linguae respondeant & itaque ab auctoribus profectae

esse

esse possint credi. licet enim Linguae Graeca & Latina non subjectae sint, instar hodiernorum idiomatum, servili & uniformi isti vocabulorum ordini & seriei, tamen non omnia licet miscere & conturbare, nisi in compositionis elegantiam & perspicuitatem peccare simul velimus. caute tamen in his procedendum, si quae turbatiore occurrant ordine & praecipue in poëtis. non mihi igitur placet in *Manilii* L. I. 11.

Jam propriusque favet mundus scrutantibus ipsum.

cum *Bentlejo* refingere in

Jamque favet mundus propius scrutantibus ipsum.

quod ob ὁμοιοτέλευτον in tribus vocabulis sese tangentibus merito evitasse videtur poëta. vide L. III. VII. 55. 2.

P. 46. Vs. 19. Βρονταὶ καὶ ἀστραπαὶ καὶ νὺξ μακρὰ κατελάμβανε] *Apollod.* L. I. C. 2. p. 4. βροντὴν, καὶ ἀστραπὴν καὶ κεραυνὸν in codice meo conjungit. vulgo media vox desit. Optimorum auctorum exempla plurima exstant, quibus verbum, numeri singularis post plura substantiva etiam pluralis numeri subjunctum videmus: modo numeri singularis substantivum sit proximum verbo, vel plurale neutrum. quamvis *Homerus Iliad.* Ψ. 381. scripserit μετάφρενον, εὐρεε τ' ὤμω θέρμετο. Noster iterum IV. III. 68. 12. δάκρυα καὶ στεναγμὸς ἐπηκολούθησε. *Strabo* V. 350. A. Ἔρνικοι καὶ ἄλλα συστήματα ὑπῆρξε. *Herodot.* III. 152. ἑπτὰ δὲ μηνῶν καὶ ἐνιαυτοῦ διεληλυθότος. *Xenoph. de R. P. Athen.* 691. C. πένητες καὶ δῆμος πλέον ἔχει. *Demosth.* Παραπρ. 300. C. εἰ μὴ Θεσπιαὶ καὶ Πλαταιαὶ καὶ τὸ Θήβας αὐτίκα δὴ μάλα δώσειν δίκην, ἀφείλετο τὴν ἀλήθειαν. 307. D. τριήρεις, καὶ σκεύη καὶ κτήματα περίεστι. *Diodor. Sic.* XX. C. 72. δάκρυα καὶ δεήσεις καὶ θρῆνος ἐγίνετο συμφορητός. Videatur *P. Burmannus* ad *Nemes. Cyneg.* 202. sed nec sic prurientes manus in his & similibus se continuerint. vid. ad L. V. IX. 93. 8.

P. 46. Vs. 21. Γενομένης] temere pro γινομένης hic irrepsit. ἑκάστοτε *Glossae* explicant *assidue.* recte. vide *Aristoph. Eccles.* 182.

P. 46. Vs. 23. Θαλαττεύοντες] differt ab σαλεύειν. illud in medio mari, hoc propius litoribus. & praeterea saepe de nave in ancoris fluctuante. *Sch. Thucyd.* VII. 12. ἐν θαλάττῃ εἶναι.

P. 46. Vs. 24. Ἐν ἀπορίᾳ κατέστησαν] locutionem ex optimis illustravit abunde *Steph. Berglerus ad Alciphr.* I. XXVI.

P. 46. Vs. 25. μάλιστα δὲ τοῦ ποτοῦ] Commode hoc fingit. constat etenim nautas in naufragio & alias prius potus quam cibi penuria adfligi. Non satis caute mendax iste Indus apud *Strabonem* L. II. 156. A. prae se fert *socios inedia cibi in itinere periisse.* elegans in hanc rem

rem *Isidori Aegeatae* epigramma exstat in *Anthol.* L. III. XXII. 18. p. 247.

Οὐ χεῖμα Νικόφημον, οὐκ ἄστρων δύσις
Ἁλὸς Λιβύσσης κύμασιν κατέκλυσεν.
Ἀλλ' ἐν γαλήνῃ, φεῦ τάλας, ἀνηνέμῳ,
Πλόῳ πεδηθεὶς, ἐφρύγη δίψευς ὕπο.
Καὶ τοῦτ' ἀήτεων ἔργον· ὦ πόσον κακὸν
Ναύταισιν, ἢ πνέοντες, ἢ μεμυκότες.

ex viri docti sententia vs. 2. reposui ita pro κύματος. In *Cod. lectio varia* κύματ' ἐ. vs. 5. sic *codex* pro magis vulgato δίψης. vid. III. III. 48. 9.

P. 46. Vs. 26. Διψῶντες ἀπέθνησκον ἐν χρυσῷ] Respicit locutionem πίνειν ἐν χρυσῷ. vid. *G. Cuperus. Observ.* II. VIII. apud *Xenoph.* K. A. VI. 370. D. ἔπινον ἐν κερατίνοις ποτηρίοις praetulerim τῷ ἐκ κ. π. modo adstipularentur codd. meliores. *Homerus Iliad.* Π. 276. ἀπὸ usus

Οὔτ' ἀνδρῶν πίνεσκεν ἀπ' αὐτῦ αἴθοπα οἶνον.

quo & *Lucianus* usus in *Contempl.* 519.

P. 47. Vs. 1. Ὅτι οὐδὲν ὄφελος ἐγκαλῦντες ἀλλήλοις] Recte interpres ὅτε vel ὅτ' ὐδὲν. *Polyb.* L. I. C. 68. Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι τότε πρὸ ὀφθαλμῶν ἐλάμβανον τὴν αὐτῶν ἄγνοιαν, ὅτ' ἦν οὐδὲν ὄφελος. *Cl. Galenus Protrept.* p. I. 35. Ἡ δαίμων καταγελῶσα τῶν ὀλοφυρομένων τε καὶ καλύντων αὐτὴν, ὅτ' ὐδὲν ὄφελος. ubi verbum substantivum ἦν reticetur. ita ἐστιν ap. *Strabon.* I. 16. ὅτι δὲ καὶ τὸ ὄφελος μέγα. Uti alias. Ut verum tamen fatear, vulgata lectio defendi potest, si scripseris ὅ, τι οὐδὲν ὄφελος ἐγκαλῦντες ἀλλήλοις.

P. 47. Vs. 3. Συλληστὰς ἐλήστευε] Hoc ex in numeris vocabulis per praepositionem Συν compositis deest Lexicis. & vix operae foret omnia in ea recondere, nisi nonnullis Grammatici controversiam saltem circa Atticum usum moverent. ita *Herodianus. Phrynichus*, alii damnant vocabulum Ξυμπολίτης. quod apud *Scholiasten Aristoph.* in *Pace* 909. corrupte exstat ex *Euripidis. Hercul. Fur.* 826. ita *Herodotea* vox L. VII. 193. συνέταιρος neglecta. & συνηλικιώτης. *Diodori* L. I. 53. ubi Cl. consulatur interpres. Συνναύτης Euripidi non semel adhibetur. ut in *Cyclope.* 701. *H. Stephanus* ex *Euripide* [*Bacchis* 1144.] laudat συγκύναγος. sed reliqua neglexit, ut συγκυνηγέτης. quod Xenophontis de *Ven.* 992. A. Συγκυνηγετεῖν. *Maximus Tyrius.* habet XXV. A. & *Plutarchus.* Σύνθηρος a *Xenoph.* II. *Memor.* 754. D. tamen observavit Stephanus dici pro συγκυνη-

κυνηγέτης. vide L. VIII. VI. 140. II. λῃστεύειν cum accusativo adstruxit Eruditiss. *Abreschius* in *Miscellan.* Vol. XII. p. 491.

P. 47. Vs. 4. Τὸ δὲ ὅρα τῆς προνοίας ὀργὴν, βασάνοις καὶ σταυρῷ τὸν ἄνδρα τηρούσης] recte interpres expressit σὺ δὲ ὅρα. antea ου pro σὺ habuimus. posset servari τό δὲ ὅρα τῆς προνοίας. sed tum aliquid excidisse fingendum foret. optimi historici talia documenta scriptis inserere officii sui esse duxerunt. ita *Diodor.* L. XX. 70. Τῆς δ' Ἀγαθοκλέους στρατείας εἰς Λιβύην ἐπισημήναιτ' ἄν τις τό τε παράδοξον, καὶ τῆς εἰς τὰ τέκνα γενομένης τιμωρίας οἷον τὸ τῆς θείας προνοίας. *Agathoclis expeditionis in Libyam quis notarit mirandum consilium & factae in liberos vindictae quanta sit divina providentia.* sic forte ultima legi & explicari possent. θεία πρόνοια τῆς τιμωρίας. id est θεὸς προνοούμενος τῆς τιμωρίας. τὸ τῆς προνοίας est ἡ πρόνοια. τετήρεις mox *Apogr.*

P. 47. Vs. 6. Ἐξένευσε] *declinavit.* ab νεύω. Apud *Suidan* in Ανδρωνῖτις & κωμάσαι. Ἐκνεύσας τὴν ἀνδρωνῖτιν εἰς τὴν γυναικωνῖτιν κωμάσαι. *Diod. Sicul.* XVII. 100. p. 238. ὁ δὲ ἕτερος βραχὺ παρεγκλίνας, τὴν ἐπιφερομένην πληγὴν ἐξένευσεν. *Xenoph. de R. Eq.* 939. A. at ἐκνεῦσαι. *enatare* aliquando dubiam facit inter haec verba interpretationem. de hoc vocabulo egit Cl. *Hemsterhusius* ad *Lucianum* T. I. p. 306. & *Jos. Barnesius* ad *Euripid. Hippol.* 470. hic tamen perperam in *Joann. Euang.* v. 13. ὁ γὰρ Ἰησοῦς ἐξένευσεν huc refert. vid. *J. Christoph. Wolfius* ad hunc locum *Joannis.*

P. 47. Vs. 6. Πειρατικόν] κέλητα. sic *Xenoph.* IV. H. H. 447. B. ὑπηρετικὸς κέλης. & passim. pro quo *J. Scheffero.* L. II. de R. N. C. II. p. 79. ex ejusdem Xenophontis L. I. H. H. laudatur. ὑπηρετικὴ κέλης. sed fallitur. Graecis enim, licet Latinis sequioris, haec vox potioris generis est. intelligitur ἵππος. ad rem nauticam ab equestri transfertur. ita celeria navigia vocantur ἵπποι Gadaritanis, teste *Strabone* L. II. 156. C. τοὺς δὲ πένητας μικρὰ πλοῖα, ἃ καλεῖν ἵππους, ἀπὸ τῶν ἐν ταῖς πρώραις ἐπισήμων. κέλης proprie quidem uno remo actum navigium. ut κέλης *solitarius equus*; qui μουνοκέλης in Epigrammate apud *Pausaniam* L. VIII. 42. a Muratorio p DCXXV. sine fructu, sed non sine pudendis vitiis recoctum. exstat etiam post *Stephanianam Anthologiae* editionem p. 506. verum hic pro quavis leviore & citius acta navicula.

P. 47. Vs. 7. Φερόμενος] L. III. V. 51. 13. Εἰς τὸ πέλαγος ἑαυτὸν ἀφεῖναι τοῖς ἀνέμοις φέρεσθαι. *Herodot.* III. 110. Ἀλλ' ἐπεὶ ἐξέκοψαν τοὺς ἄνδρας, ἐφέροντο κατὰ κῦμα καὶ ἄνεμον. VIII. 13. *Lucas* in *Actis* XXVII. 15. 17. ἐπιδόντες ἐφερόμεθα. vid. *Bergler.* ad *Alciphr.* I. X. *Max. Tyr.* I. III. 7. περιφέρεσθαι.

P. 47. Vs. 7. πρὸς τὰς κυμάτων φορὰς] L. III. V. 51. 13. τοῖς ἀνέμοις φέρεσθαι. In contextu *Apographi* φορὰς, at inter versus „ *vel* βολὰς „ διαφορὰς & διαβολὰς permixta inveneris ap. *Thucyd.* II. LXV. quin recte βολαὶ tri-

bui possint *fluctibus*, non dubitandum. *Polyaenus* L. III. 13. p. 298. dicit πρὸς τὰς ἐπιβολὰς τῶν κυμάτων. nam βολαὶ. πληγαὶ *Hesychio* quoque. verum hic minus aptum, & rectius navis πρὸς βολὰς κυμάτων σαλεύεσθαι quam φέρεσθαι diceretur. & φορὴ hac in re longe usitatissimum. *Aelian.* V. H. XII. XXIII. κυμάτων φορὰν ἐκδέχεσθαι. ἀνέμων φορά. *Xenoph. Eph.* I. p. 3. πνευμάτων. *Max. Tyr.* XI. 7. πληγῶν φορά. *Alciphr.* III. 54. De fluviis, de astris & omnibus quae inpetu feruntur passim. adde quod mare fuerit *tranquillum*. & proinde φοραὶ potius quam βολαὶ fluctibus tribuendae. vid. p. 48. 8. ubi μακρᾶς γαλήνης mentio fit. & 49. 7. ἐν εὐδίᾳ πλανώμενον. Nec offendat φέρεσθαι πρὸς φοράς. sic *Plutarch. Bruto.* p. 237. ἐν πλήθεσι φορᾶς ἀσαθμήτου καὶ ταχείας φερομένοις. ubi merito inprobat Editor lectionem msti φερομένης. ipse autem legit ἀσαθμήτους. quod non capio, nisi φορᾶς mutaveris in φοράς. φέρεσθαι φοράς. ut πλήττεσθαι πληγάς. posses φορᾶς ἀσταθμήτως καὶ ταχέως φερομένης. at malim ἐν πλήθεσι φορᾷ ἀσταθμήτῳ καὶ ταχείᾳ φερομένοις.

P. 47. Vs. 9. ἱστορήσωμεν] *Videndo cognoscamus* hic apte explices. vid. *Theod. Bezam* ad *Paulli* Ep. ad *Galatas* I. 18. *Hesychius* inter alia ὁρᾶν. alio sensu utitur L. III. VIII. 56. 2518. Jam monuimus L. I. VI. 9. πλαγιάσαντες hic legi. frustra. nisi ita minute sapere credamus Charitonem, ut Dorico nautae Dorismum tribuerit.

P. 47. Vs. 10. Ἐν κοίλῃ νηΐ] L. VIII. III. 132. 13. consulatur.

P. 47. Vs. 11. Συγκεκαλυμμένος ἔμενεν] ut solebant dormituri. item in luctu & aliis casibus. noster L. I. XIII. 21. συγκαλυψαμένη τὴν κεφαλὴν, ἄγε με φησί. I. III. 5. 23. συγκαλυψαμένη δακρύων ἀφῆκε πηγάς. VII. VI. 125. 2. συγκεκαλυμμένη πεσοῦσα ἐπὶ τῆς γῆς, ἔκειτο. *Herodot.* VI. 67. utitur κατακαλύψασθαι. κατακαλυψάμενος ἤιε ἐκ τοῦ θεάτρου ἐς τὰ ἑωυτοῦ οἰκία. etiam morituri solebant caput obtegere. *Xenoph.* K. Π. VIII. p. 238. D. de Cyro, bene quidem animato, sed mortem exspectante. Ταῦτα εἰπὼν καὶ πάντας δεξιωσάμενος, συνεκαλύψατο, καὶ οὕτως ἐτελεύτησε. plane, ut *Pompejus* apud *Lucanum*. L. VIII. 615.

—— —— ut vidit cominus enses
Involuit vultus.

Attici scriptores ita hujus verbi composito ἐγκαλύψασθαι frequentissime utuntur: quod illustravit *Kusterus in libello de vi verbi medii* p. 25. idque noster non semel adhibuit, eodem usu, quo συγκαλύψασθαι. quocum etiam idem significat, ut vel patet ex Xenophontis modo laudato loco, ubi paullo superius dicit Cyrus ὅταν ἐγὼ ἐγκαλύψωμαι. & sic promiscuum usum apud alios inveneris, & in ipso Aristophane duo occur-

currunt loco, ubi συγκαλύψασθαι adhibetur: ſed quae *R. Daweſius* in *Obſervat.* p. 209. cenſet emendanda, quia ſcilicet Attici nunquam συγκαλύψασθαι utantur iſto ſenſu. & quod quidem ad vs. 707. ex *Pluto* attinet, laudo, quod metricum detexerit vitium, in quarta ſede dactylum. quem ibi pedem, niſi in nominibus propriis locum non habere poſſe apud *Tragicos & Comicos*, cum aliis perſuaſum habeo, ſi modo vel in iis. nunc legitur

Μετὰ ταῦτα γ' εὐθὺς ἐγὼ μὲν συνεκαλυψάμην.

Vir Eruditus emendat.

Μετὰ ταῦτα γ' εὐθὺς ἐγὼ μὲν ἐνεκαλυψάμην.

Cl. *Hemſterhuſius* ex Codice meo praetulit, ut ſuavius & rotundius

Μετὰ ταῦτ' ἐγὼ μὲν εὐθὺς συνεκαλυψάμην.

ex utroque forte emendationem miſcens legeris recte,

Μετὰ ταῦτ' ἐγὼ μὲν εὐθὺς ἐνεκαλυψάμην.

& vitii ſcaturiginem reteges una, nempe male repetitam literam Σ unde εὐθυΣΣενεκ. At non adſenſus fuerim in *Avibus* vs. 1496. reponenti τὶς ὀυγκαλυμμὸς pro τὶς ὁ συγκαλυμμός. nulla enim neceſſitas nos cogit ita legere, niſi haec commentitia. nam locus Xenophontis aperte monſtrat promiſcuum verborum uſum. & fruſtra, licet providenter hoc faciat, hanc obſervantiam reſtringit ad *poëtas Atticos*. ubi probabilem cauſſam dederit, cur Ariſtophani minus, quam Xenophonti ita loqui licuerit, manus dabimus. At reſpondebit forte: ipſos veteres negare Xenophontem eſſe *Atticiſmi normam*. vel pro more & eodem argumento quo in primo loco apud Ariſtophanem ἐνεκαλυψάμενος repoſuit, quia praeceſſerat. ἐγκεκαλύφθαι, contendet ſecundam Xenophontis dictionem ad prioris formam eſſe emendandam. Neque enim unico loco Vir ſententiae tenaciſſimus a propoſito dimovebitur, qui ob vocem ΑΙΛΟΥΡΟΣ, quae millies in noſtris libris occurrit, ſed ipſi diſplicuit, totum Callimachi *hymnum, ut nothum & ſtolidum* proſcribere non dubitarit p. 262. & qui *neminem unquam ſibi perſuaſurum* eſſe profiteatur p. 102. *Herodotum* ſcripſiſſe ἐννώσας. ἐννώσαντα, νενώκασι, licet haec, & βῶσαι. βώσαντες & ſimilia apud Hiſtoriarum patrem in omnibus codicibus, & a Grammaticis animadverſa centies occurrant. quid facias talibus Criticis, niſi ut ἐγκαλυψαμένους plorare jubeas. At cur haec in Herodoto occurrere tam pervicaciter negat?

gat? nempe ut auctoritatem certissimae Fabri & Bentleji emendationi & fulcrum subtrahat, apud Callimachum corrigentis *Hymno* in Jovem vs. 87.

Ἑσπέριος κεινάς γε τελεῖ, τὰ κὲν ἠοῖ νώσῃ.

ubi vulgo ἠοῖ νοήσῃ. & substituat suam, si modo talem, emendationem τὰ κὲν ἦρι νοήσῃ. quippe quam jam ante septendecim annos proditam esse constet in *Miscellaneis Britannicis, a Belgis auctis*, Vol. 1. p. 123. Miror autem quosdam ita transversos agi circa poeticam orthographiam, ut eam plane negare videantur. poeticam dico: non quod ipsam metri necessitate adacti contra linguae genium induxerint: sed quam adsciverunt dialectis conprobatam, & inde petitam. ut non difficile foret in singulis fere commonstrare, quae peculiariter poeticae dialecto vulgo adscribuntur. Cur igitur poëtae νοῆσαι, ubi νῶσαι νοησάμενος ubi νωσάμενος. φάος ubi φῶς, prae manibus erant, usurpassent? idem faciunt qui ἐραςὸς pro ἐρατὸς indifferenter scribi autumant. ἐνι & ἐςι. quod vero Θεοὶ monosyllabice & Μουσέων dissyllabice, & ἑωσφόρος advocent, refellere, quam proposuisse inanius foret. namque vocalis E in mille vocabulis contrahitur, eliditur, cum in vocalibus A & O, & aliis vix hoc usu venire ex Grammaticis & Codicibus hodie superstitibus, vel raro, contingere constet. Certe si in Latina Orthographia, versum condentes, tale sequerentur institutum, sibilis meritissimis exciperentur.

P. 47. Vs. 12. Ἀνέβη τις ἀπὸ τῆς τριήρους] Nempe projecta ἀναβάθρα vel ἐπιβάθρα. At aliquantum inproprie ex *trireme* quis dicitur in κέλητα, *liburnum ascendere*. μετέβη potuisset.

P. 47. Vs. 12. ἐμήνυσε τοῖς ναύταις] Nota orationem ἀσυνδέτην: qua passim utitur, sed tamen suo loco.

P. 47. Vs. 12. Ἔχαιρον] ita ἤρεσεν absolvit sententiam. L. I. VII. II. 15. apud Latinos vocabulum *gaudent*, saepe, vel uno vocabulo adjecto, sic adhibetur. uti apud *Ovidium*. L XIV. *Met.* 596.

Fatus erat. gaudet; gratesque agit illa parenti.

L. II. 862. & III. *Fastor.* 689. *Gaudet amans* & IV. 735.

—— —— *gaudent, generumque salutant.*

& L. VI. 483.

Win-

Vincitur ambarum genitor prece. gaudet, agitque
Illa patri grates.

& I. *Fastor.* 431.

Gaudet: *&, a pedibus tracto velamine, vota*
Ad sua felici coeperat ire via.

sic alias. unde idem dictionis color restituendus mihi videtur ejusdem pulcerrimi operis L. xv. 695. ubi nunc legitur, de Aescylapio, specie serpentis Romanam navim ingrediente.

Corpus in Ausonia posuit rate. numinis illa
Sensit onus: pressaque Dei gravitate carinâ
Æneadae gaudent: *caesôque in litore tauro*
Torta coronatae solvunt retinacula navi.

at longe elegantius legeretur mea quidem sententia.

Corpus in Ausonia posuit rate. numinis illa
Sensit onus, & pressa *Dei gravitate carina* est.
Æneadae gaudent.

duo obstiterint. & primo loco, quod nulla varietas notetur. At haec difficultas evanescit, quoniam in codice meo satis antiquo, forte XIII. seculi, legitur *carina est.* deinde quod ita ultima in *onus* producatur. sed beneficio caesurae Naso saepius utitur. vide modo L. VII. *Met.* 644. unum locum sistam, sed qui mihi, post curas etiam virorum summorum, quibus omnes Latini fere poetae salutem ex magna debent parte, corruptus hanc ob caussam remansisse videatur. L. XIV. 801.

—— *& strata est tellus Romana Sabinis*
Corporibus, strata estque *suis.*

ubi *N. Heinsii* prior Editio *strataque suis* habet contra metrum. alii Codd. *strata atque* vel *Corporibusque suis strata est. Burmannianae* lectioni adstipulatur membrana mea. At unde credemus hanc varietatem ortam, nisi ex scrupulo librariorum, qui, versui timentes, scribere non ausi fuerint longe mollius,

> —— *Et strata est tellus Romana Sabinis*
> *Corporibus, & strata suis.*

P. 47. Vs. 14. Ὡς ἐν θαλάσσῃ θησαυρὸν εὑρόντες] L. VIII. VI. 139. οὐδὲ θησαυρὸν εὑρὼν τις χρυσίου τοσοῦτον ἐξεβόησε. non frustra addit ἐν θαλάσσῃ. quod elementum alioqui multos thesauros devorare soleat. inde *Horat. Od.* III. 29.

> *Ne Cypriae Tyriaeque merces*
> *Addant avaro divitias mari.*

putabant derelictam navim.

P. 47. Vs. 16. Μέγα καὶ διωλύγιον ἀνεβόησε] L. III. VI. 55. 4. μ. κ. δ. ἀνεκώκυσεν. ut *Achill. Tat.* I. 47. *Plato Theaet.* p. 162. A. διωλύγιος φλυαρία. *Orpheus Arg.* 406. Δηρίσω Χείρωνι διωλύγιον κιθαρίζων. his junge collecta a *Clar. Albertio* ad *Hesychium.*

Apud *Eustath. de Ism. & Ism.* x. 393. legitur ἐκώκυσεν ὀλολύγιον. utrum hic reponas διωλύγιον. an putas istud descendere posse ab ὀλολύζειν? apud *Q. Calabrum* L. XIV. 280. legimus. Οἰκτρὸν ἀνωλύζεσκε. *Etym. Magn.* p. 622. ὀλολύζω παρὰ τὸ ὀλῶ, ὀλύω. ὀλύζω καὶ κατὰ ἀναδιπλασιασμὸν ὀλολύζω. vide ipsum & in Αλαλή. Quin in *Cod. Vatic.* in Callimachi Epigrammate quinquagesimo legitur ἀνώλυξαν. at ipse versus commonstrat legendum, ἀνωλόλυξαν. *Eustath.* ad *Homerum* p. 1932. 16. ὀλολύζειν dicit esse ὀλοὸν λύζειν. vide scripta L. II. VIII. 35. 6. mihi videtur non satis firmae auctoritatis vox ὀλύζω. ἀναλύζω placeret: modo ανηλύζεσκεν admittat augmentum simile τοῖς ἤμελλε. ἠδύνατο & centum aliis. de voce ἀναλύζειν veteres Lexicographi satisfacturi sunt.

P. 47. Vs. 18. Αὕτη στολὴ νυμφικὴ] non deterius foret αὕτη ἡ στολὴ νυμφική.

P. 47. Vs. 21. Εβουλεύσατο τὸ μηδόλως φωνὴν ἀφεῖναι] saepe μηδ' ὅλως. saepe μηδ' ὅλως. illud τὸ minime delendum: nec delebunt, qui linguam callent.

P. 47. Vs. 22. Αφεῖναι] L. III v. 51. 13. saepe non ferunt Critici hunc aoristum & substituunt ἀφιέναι. sed frustra. jam olim in his variatum. ita *Sch.* ad *Luciani Dial. Deor.* x. 231. notat pro ἀνιέναι scriptum fuisse ἀνεῖναι. ita sine caussa *Brianus* ad *Plutarch. Alcib.* p. 23. in ejusdem περὶ γυναικ. ἀρετῶν. p. 263. A. παριέναι τῆς στρατείας pro παρεῖναι reponendum censet. & eodem modo peccat *Solanus* ad *Plutarchi Eumen.* p. 359. *Xenoph.* II. K. A. 281. A. Αφεῖναι ita. *Herodot.* v. 105. ἀπεῖναι. *Demosth.* περὶ συμμορ. 133. E. προκαθεῖναι. *Aristoph. Ran.* 711. παρεῖναι. *Lucian. Abdicat.* 169. *Eurip.*

Eurip. Med. 590. μεθεῖναι. ita ἐφεῖναι *provocare*: ut ἔφεσις in foro Attico notum vocabulum. vid. v. vii. 9. 40. iii. ix. 58. 5.

P. 47. Vs. 22. Ἀπροόρατον] *D. Scottus* habet auctoritates.

P. 47. Vs. 24. Ἀπελπίζει] Id *Prometheo* tribuit *Aeschylus* in cognomine Fabula. vs. 245.

Θνητοὺς τ' ἔπαυσα μὴ προδέρκεσθαι μόρον.
Τυφλὰς ἐν αὐτοῖς ἐλπίδας κατῴκισα,

Tyrius Maximus xxxv. 6. ἐνέφυσε γὰρ τι θεὸς ζώπυρον τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει τῆς προσδοκίας τοῦ ἀγαθοῦ.

P. 47. Vs. 25. Θεοῦ τὸ σόφισμα] Etiam *Menander* in *Incertis* vs. 22. apud *Stobaeum* T. lii. p. 35. ait

Πολλαῖσι μορφαῖς οἱ θεοὶ σοφισμάτων
Σφάλλουσιν ἡμᾶς, κρείττονες πεφυκότες.

ubi consuli potest *J. Clericus*.

P. 47. Vs. 25. Εγκατασπείραντος] Eadem metaphora *Lysis* utitur in *Epistola* ad *Hipparchum* p. 739. Edit. *Galaei*. Τονηνίκα φυτεύοντά τι χρηστὸν αὐτῷ (τῷ λογισμῷ) παραδιδόμενοι. *Heliod.* iii. 145. τοῖς δεξαμένοις πάθος ἐγκατέσπειρεν. L. ix. 436. de Mysticis sensibus Mythorum Aegyptiorum locutus, ait: φυσικῶν τινῶν οἶμαι ἀνδρῶν καὶ θεολόγων πρὸς μὲν τοὺς βεβήλους τὰς ἐγκατεσπαρμένας τούτοις ἐπινοίας μὴ παραγυμνούντων, ἀλλ' ἐν εἴδει μύθων προκατηχούντων.

P. 48. Vs. 1. Ποτόν] δὸς nimirum. quae ellipsis in plerisque linguis obtinet.

P. 48. Vs. 2. Παρακαθεσθεὶς] non commendatius Grammaticis quam συγκαθεσθείς. L. i. i. 2. 23.

P. 48. Vs. 3. ἐμνημόνευεν ἑαυτῷ] vel est dativus utilitatis vel reponendum ἑαυτοῦ.

P. 48. Vs. 4. Κρὴς] tota haec & sequentes periodi sunt ἀσύνδετοι; at tamen pisce saniores: nisi quod pro ἐξεώσθη μὲν una voce scribendum fuerit ἐξεώσθημεν, ut fecimus. Semper in narrationibus etiam solito est constrictior & quasi properat, ne taediosus fiat. vid. iii. iv. 50. ii. & id ex arte. nam cum narrationes quidem necessariae, respectu dramatis personarum, tamen lector, qui omnia ubique quasi gerere videt & audit, iis facile caruerit. quare brevitatis remedio sic satietati cavetur. adjice quod sit hominis modo ἡμιθανοῦς sermo & proinde conturbatior

P. 48. Vs. 6. Ἐν Κεφαλληνίᾳ] At quomodo primum pervenit in Cepha-

phaleniam, maris Adriatici insulam, & quo saepe adpellebant, qui vel ex Italia, vel etiam ex Sicilia & Syracusis petebant Athenas [vid. *Demosthen.* πρὸς Ζηνοθεμ. p. 929. D.] ut, per sinum Corinthiacum navigantes, periculosum Malearum promontorium flectere necesse non haberent. At a *Creta* Ioniam petentibus nihil cum Cephalenia, nihil cum Malea, nihil cum Peloponneso negotii est. per mare *Creticum*, per *Aegaeum* per *Icarium* vela erant istuc tendentibus facienda. si igitur finxisset se *Creta* profectum in Ionium sive Adraticum Pelagus per tempestates esse rejectum, & in Cephaleniam delatum vi procellarum, procederet hactenus fictio. sed id non narrat de prima navi, quam Creta Asiam petiturus conscenderat; sed de hac *liburna*, quam conscenderat Cephaleniae, quia prior illa navis citius quam putaverat iter in Ioniam promoverat, eumque nescium reliquerat. L. III. IV. 49. 18. ubi haec repetit *Cephaleniae* non meminit, & in ea narratione quoque nulla est difficultas. nam potuit quavis in insula, inter Cretam & Ioniam esse relictus a navi, quam in Cretensi aliquo portu ascenderat: & necessitate coactus potuit huic celoci se commisisse, in eaque vectus in Ionium pelagus fuisse rejectum, atque ibi Chaeream obvium habuisse Syracusis per Ionium & Libycum sive Africum mare Libyam petentem & eam regionem scrutaturum, ut dicitur. L. III. III. 46. II. In confiniis Libyae & Ionii maris obvios factos Chaeream & Theronem intelligere debemus. Nodum hunc solvere nequeo, nisi pro *Cephalenia*, notissima insula maris Adriatici, substituamus insulam aliquam maris Aegaei ex. gr. Καλυμνίαν, forte librariis minus notam insulam, unam Sporadum, qua Daedalus iter habuit, dum decidit &

Icarus Icariis nomina fecit aquis.
Dextra Lebynthos erat, silvisque umbrosa Calymne
Cinctaque piscosis Astypalaea vadis.

eadem enim etiam Καλυμνία dicitur aliis. vide Geographos.

P. 48. Vs. 7. Τῦδε τῦ κέλητ☉-] cur hoc fingat, aperit Capite sequente; quando ait Τότε μὲν ὑπέλαβον ἐμπόρους εἶναι. notitiam hujus navigii nullam sibi esse simulat, nisi quod subito & casu illud ingressus sit.

P. 48. Vs. 8. Ἐξαισίοις] Contra *Chion Epist.* III. p. 26. αἰσιώτερα τὰ τῶν ἀνέμων γέγονε. *Xenoph. H. H.* V. 569. & passim.

P. 48. Vs. 10. Ὑπὸ τῆς ἐμῆς εὐσεβείας] Quam mox definit p. 49. 20. μόγις δὲ ἐγὼ σέσωσμαι διὰ τὸ μηδὲν ἐν τῷ βίῳ δεδρακέναι πονηρόν. Alioqui scelerum vindex mare est. quin dii etiam innocentem cum nocente punire creduntur. *Aeschylus Sept. C. Th.* 609. de viro justo

H

Ἡ γὰρ ξυνειϛϐὰς πλοῖον εὐτεϐὴς ἀνὴρ
Ναύταισι θερμοῖς καὶ πονηρίᾳ τινί,
Ὄλωλεν ἀνδρῶν σὺν θεοπτύϛῳ φύσει.

Sophocl. Antig. 379. vide quae *Th. Stanlejus* ad *Aeschylum* & *Is. Casaub.* ad *Theophr. Char.* xxv. congerere dignati fuerunt.

P. 48. Vs. 10. Ἐξάψαι τὸν κέλητα τῆς τριήρους] Sic solebant captas naves. *Thucyd.* II. 90. τῶν νεῶν τινας ἀναδούμενοι εἷλκον κενάς. *Polyb.* I. 28. Ὁ μὲν οὖν Λεύκιος ἀνεδεῖτο τὰς αἰχμαλώτους ναῦς. *Lucian. Ver. Hist.* II. § 26. T. II. p. 124. Καὶ ἀναδησάμενοι τὴν ναῦν ἁλύσει ῥοδίνῃ κατέπλεον. *Diod. Sic.* XIV. 64. dixit ἐνάψασθαι, si Codd. fides. Verum Cl. *Wesselingius* ἀνάψασθαι frequentari observat. de more docte agit praestantiss. *Godl. Schwarzius* ad *Plinii Panegyr.* C. LXXXII. 3. *Frontinus* L. I. *Strateg.* IV. 12. ostendit & a puppe & a latere captivas naves fuisse religatas. ut optime explicat Cl. *Oudendorpius.* Etiam aliae naves aliis alligatae trahebantur. vid. *Polyb.* I. 26 & 27. sed praecipue scaphae & aliae parvae naviculae vel ita, funibus adnexis, trahebantur, vel etiam majori navi inpositae, necessitate exigente, projiciebantur & demittebantur. vid. *Schol.* ad *Aristoph. Equit.* 759. Τὴν ἄκατον παραϐάλλου. *Lucas* in *Actis* XXVII. 30. Τῶν δὲ ναυτῶν ζητούντων φυγεῖν ἐκ τοῦ πλοίου, καὶ χαλασάντων τὴν σκάφην εἰς τὴν θάλασσαν, προφάσει ὡς ἐκ πρώρης μελλόντων ἀγκύρας ἐκτείνειν . . . τότε οἱ ϛρατιῶται ἀπέκοψαν τὰ σχοινία καὶ εἴασαν αὐτὴν ἐκπεσεῖν. *Heliod.* V. 251. τῶν δὲ εἰς τὸ σκάφος τὸ ὑπηρετικὸν ἅλλεσθαι καὶ διαδρᾶναι βουλομένων. V. 256. Καὶ τέλος καὶ τὸ καλώδιον, ἐξ οὗ (ἡ ἄκατος) τῆς νεὼς ἤρτητο διέκοψεν. ubi *Cod. Taur.* pro ἐξ οὗ habet ὃ ἔξω τῆς νεώς. male. intellexit καλώδιον in ἤρτητο: cum intelligatur σκάφος vel ἄκατος. *Achilles Tat.* III. 159. ἀφίησι τὸ σκάφος τῇ θαλάσσῃ καὶ ἐντρεπίζει ἤδη τὴν ἐφολκίδα καὶ τοῖς ναύταις ἐμϐαίνειν κελεύσας, τῆς ἀποϐάθρας ἦρχε. nam ἐφολκίδες hae naviculae vocabantur: quae tamen a scaphis diversae: quamvis *scapha* possit esse ἐφολκὶς? sed omnis ἐφολκὶς non est *scapha*. *Euripid. Androm.* 199. ἐμαυτὴν ἀθλίαν ἐφολκίδα. ubi *Schol.* ἐκ μεταφορᾶς τοῦ πλοίου μικροῦ, τοῦ ἐφελκομένου τῷ πλοίῳ τῷ μεγάλῳ. vide ejusdem *Hercul. Fur.* 631. 1424. *Hesych.* ἐφολκίδες, quae & ἐφόλκια, ne confundantur cum ὁλκάσιν. hae enim naves magnae & onerariae. unde male apud *Max. Tyr.* XIX. 7. διὰ νεὼς ὁλκάδος. *parva navicula* vertitur. immo intellige, quales *Dissert.* XXI. 2. memorantur καλῷ μεγέθει ὁλκάς. varios usus ἐφολκίδων & ἐφολκίων. *Plutarch. Demetr.* 22. *Strab.* II. 157. *Philostr.* IV. de vita *Apoll.* IX. indicabunt. Verum, ut coepi dicere, praecipue inserviebant, ut urguente necessitate, iis ad salutem quaerendam uterentur. quo respexisse *Menandrum in Thrasyleonte* non ita absurde arbitratus fuit *Hugo Grotius*, legens

Ὁ δεύτερος πλοῦς ἐστι δήπου λεγόμενος
Ἂν νηὸς ἀποτύχῃ τις ἐν κώπαισι πλεῖν.

J. Scaliger vero propius accessit ad veritatem, emendans

Ἂν ἀποτύχῃ τις πνεύματος, κώπαισι πλεῖν.

namque legendum

Ἂν ἀποτύχῃ τις οὐρίου, κώπαισι πλεῖν,

uti ex Eustathio restituit eruditiss. *Nath. Forsterus*, ad *Platonis Dialogos*. p. 390. cui tamen, Thessalonicensi Archiepiscopo non nominato, inventionis palmam praeripuit *St. Berglerus* ad *Alciphr.* II. IV. 256. Nec *Th. Gatakero* ad *Antoninum*. L. IX. 2. p. 323. difficile fuisset veram lectionem invenire, cum copiose de hac paroemia egerit. *Heliod.* I. 33. aliter extulit. δεύτερος ἔσται, φασὶ, πλοῦς καὶ δευτέρα βουλή. uti non male *Cod. Taur.* alii ἑτέρα.

P. 48. Vs. 11. Λιμένας Συρρακουσίων] Erant plures, sed praecipui ad ipsam urbem duo, ὁ Λάκκιος, qui totus lapidibus erat constratus, hodieque adhuc se talem fuisse indicat. non tamen marmore, ut Siculi quidam scriptores, patriae decora nimis extollentes, fabulantur: nisi marmor omnem lapidem vocandum statuant, qui ex lautomiis Siculis extrahuntur. quia igitur *constrati putei*, & *cisternae* speciem praeferebat, Λάκκιος dictus. erat vero versus Catanam situs. alter versus Pachynum promontorium, longe major, ideoque ὁ μέγας dictus, & per excellentiam igitur adpellatus Συρακουσίων λιμήν. uti apud *Lucian. Quom. Hist. Scrib.* p. 66. ubi praecellens Criticus *J. Marklandus* mihi ante hos decem annos per literas indicavit Επιπολῶν σχῆμα legendum esse, digna profecto, si qua alia, contextu emendatione. Hos portus separabat insula Ortygia, sive potius agger, per quem haec insula continenti Syracusarum urbi aliquando junctus fuit: sed nec olim vel primo, nec semper postea. Magnus autem portus inmensum quantum spatio superabat Laccium. unde merito *Ovidius* eos vocat *portus inaequales*, L. v. *Metam.* 408. de insula Ortygia, primum condita, proprie locutus.

Et qua Bacchiadae, bimari gens orta Corintho,
Inter inaequales *posuerunt moenia* portus.

Hunc

Hunc locum libentius adduxi, ut eandem vocem *Manilio* restituam, locumque praestantis hujus poetae vindicem ab una saltem nimis licentiosa magni Bentleji crisi. exstat locus in L. IV. 634. ubi descripsit terrarum orbem, ut monstret quibus signis singula climata & singulae regiones subjectae sint. enumeratis tandem praecipuis insulis & majoribus *Sardinia*, *Sicilia*, *Euboea*, *Crete*, *Cypro*, tandem minores insulas recenset his verbis, ut puto, suis:

Totque minora solo taceo *emergentia ponto*
Litora: inaequales *Cycladas*, *Delonque*, *Rhodonque*,
Aulidaque, *&* *Tenedon*, *vicinaque Corsica terrae*
Litora Sardiniae: *primamque intrantis in orbem*
Oceani victricem Ebusum, *Balearica regna.*

sic legendum hunc locum censeo. In duabus vocibus levem mutationem institui. versu primo pro *tamen* rescribens *Taceo*, & versu secundo pro *litora & aequales* rescribens *litora, inaequales.* nec video hic quidquam jam ad sensum. deesse. *tamen* hic nulli usui: licet retinuerit Bentlejus. quid enim? an *minores insulae* difficilius mari emersurae videbuntur, quam magnae? contrarium experientia comprobatur. rescripsi pro eo *taceo.* necessaria & modica mutatione. nam jam Bentlejus vidit aliquid tale deesse. & proinde solita sua, saltem in Manilio, licentia usus, proximo versu ἰσοδύναμον τῷ *taceo*, sed longe abiens a recepta lectione, inseruit: porro versu sequente idem vidit non posse insulas Cycladas dici *aequales.* neque enim ulla re sunt pares, sive potentiam, sive fertilitatem, sive spatium respicias. rescripsi igitur *inaequales.* quales re vera sunt respectu magnitudinis. adeoque haec harum insularum conditio prae aliis tangitur, quia hic agitur de magnis & minoribus insulis.

Criticus Britannus malis duobus succurrere volens, nempe defectui *verbi* & absurdo epitheto *aequales*, ausus fuit in contextu reponere

Totque minora sola *& tamen emergentia ponto*
Praetereo, Aegaeas *Cycladas.*

ubi primo animadverte illud *tamen*: An non & in sic emendatis versibus sit absonum, & proinde probabiliter sedes vitii. Deinde cum ipse exsibilet vocem *litora* pro *insulis*, mihi auctoritatem ostendat, qua *sola* ponantur pro *insulis* vel *regionibus.* sed cur insulae non dicerentur *litora*: cum nihil sint nisi *litora*, & *litorales orae*, nec contineantur terra solida. Sed tandem quis Critici tantam ferat audaciam ut *litora & ae-*

quales mutet in *praetereo Aegaeas.* Novi vocem *praetereo* esse Latinam: *Cycladas* sitas esse in mari *Aegaeo*, verum an inde sequetur has voces hic esse intrudendas? quae literarum, quae soni similitudo? cur non centum alia epitheta alius comminisci poterit? Mihi sane tales mutationes ne quidem conjecturae locum tueri posse videntur: nedum ut issa via auctorum contextus emendandos censeam. si ita grassari licet, in nullo auctore ullus restiterit desperatus locus. Verum quosdam rationem quaesituros reor locutionis *totque minora solo litora.* fateor eandem plane formulam mihi adhucdum non fuisse obviam factam. sed cur non aeque Manilius dixisset, & dixisse monstrat codicum constantia, *litora minora solo*, id est quam *alia litora vel insulae*, utque *Virgilius* dixit L. x. *Æn.* 180. *Urbs Etrusca solo.* nam plane similes hae formulae illis usitatissimis, *diversa loco*, *diversa situ.* 1. 285. vicina *loco.* multi, pauci *numero.* priores *tempore.* immensa *spatio.* *tam spatio quam luce minor.* 1. 307. πολλοὶ πλήθει. μεγάλοι μεγέθει & quae passim occurrunt. si dixisset litora *minoris soli vel minore solo* forte multis magis intelligibilis visa fuisset dictio. sed *terrae solo putres*: aeque bene dicuntur atque *terrae soli putris vel putri solo.* quidquid sit, non fabricamur locutionem, sed exstantem defendimus.

Verum libet & alium locum ejusdem poetae a nimia audacia Critici hujus, alioqui aestumatissimi mihi in primis aliisque. L. 11. vs. 663. ubi docet in quot classes signa dividantur: alia esse mascula, alia esse feminea: tum adjicit quaedam esse *duplicia*, quaedam *simplicia.*

——— ——— ——— duo cernere Pisces
Et geminos Juvenes, duplicemque in Virgine formam,
Et duo Centauri licet uno corpora textu.
Sic & simplicibus signis stat forma quadrata.
Nam neque taurus habet comitem, nec jungitur ulli
Horrendus Leo: nec metuit sine corpore quemquam.
Scorpios, atque uno censetur Aquarius astro.

non memorabo aliorum absurdissima commenta, quibus illud *sine corpore* explicare conentur, sed adponam modo Bentlejanum

——— *nec* meruit sibi nectere *quemquam.*
Scorpios ——— ——— ———.

ubi non minus quam tria vocabula mutata. quae tamen per compendia scripturae nata docemur. verum nollem tam saepe Criticis accidere, ut fingerent siglas, quae nusquam exstiterint, & quae in omnibus

nibus fingi possint vocibus. Verum rationes videamus, cur *Scorpius* non meruerit inter duplicia signa locum. quia nimirum *totus venenosus.* at nullam novi astronomum qui hanc vel similem rationem dederit duplicium & simplicium signorum. cur *pisces*, cur *virgo*, cur *centaurus* inter duplicia meruere locum? Nempe ex figuris, quibus haec signa pingebantur in Zodiaci schemate, duplicia ficta fuerunt: quibus aliae quoque subtilitates astrologicae accessere. e contrario *Taurus* non est inter duplicia, haud quia ferox animal, sed quia schema ejus ne quidem totum exhibebat Taurum, nedum duplicem. *Leo* non simplex, quia saevum & vorax animal, sed quia ejus figura ansam ipsius duplicis fingendi non dabat. Quid igitur? an prodita lectio sana? minime. sed levicula mutatione sananda, si legeris

> —— *nec metuit sine* compare *quemquam*
> *Scorpios.*

compar, hic qui vs. 664. *comes. Nam neque taurus habet comitem.* Poëtice autem dicit Manilius *scorpium non metuere quemquam* licet *solus sit*, pro *scorpion esse simplex signum.* nec id sine ratione, primo quidem ad omnes spectante, qua comitati minus soleamus esse meticulosi, quam ubi solitarii inveniamur in locis formidolosis. jam signa in Zodiaco sibi inimica finguntur: & invicem insidiantia. Deinde Scorpioni sunt multi hostes in astris. inde L. II. 557.

> *Scorpius in totidem foecundus creditur hostes.*

sic L. I. 270.

> *In cujus* [scorpii] *caudam contentum dirigit arcum,*
> *Mixtus equo, volucrem jam mittens jamque sagittam.*

& saepissime signis *metum* inter se contribuit *Manilius.* sic *l. l.* de scorpio.

> *Aequoreum Juvenem, Geminos, Taurum atque Leonem,*
> *Erigonem, Libramque fugit,* metuendus & ipse.

sic

> *Erigone Taurumque* timet, *geminumque sub arcu*
> *Centaurum, & Pisces, & te, Capricorne, rigentem.*

animadverte vero de *scorpione*, licet fugiat, tamen dici esse *metuendum.*

Astronomice & poëtice igitur *scorpius* hic dicitur, licet sit sine socio, *neminem metuere*.

Si nostram emendationem non aliqua probabilitate praeditam crederem, docti Britanni conjecturam juvarem auxilio; quo tamen ipso uti per se potuisset. nam illud *meruit* totidem literis legitur in codice *Oxoniensi*. quem non diligenter in viri clarissimi gratiam, quicumque fecerit, commissum mihi constat. ex. gr. L. I. 228. editur *de Luna*.

> *Quod si plana foret tellus*; semel orta *per* omnem
> Deficeres, *pariter toti miserabilis orbi*.

ubi V. Cl. ait „ *omnem* & *semel orta* codices universi „ at *Oxoniae* legi *ireta* & in margine *ipsa*. scilicet in editionibus saltem *icta* exstabat: eamque Scaliger satis commode lectionem explicuit, docendo *Lunam deficientem* dici, *percussam*, *sectam*, *vapulantem*. At *orta* sit vera lectio. quam, ut ceteras omnes emendationes hujus distichi, jam protulit & probavit *Lud. Carrio*. L. I. *Antiq. Lect.* C. III. p. 61. quem quamvis ipsum plagiorum accusatum sciam, nescio an non saepius memorari meruerit. Verum miror ab commentatoribus ita sicco pede transiri variam lectionem nescio an omnium codicum, certe Oxoniensis & Editionis Aldinae,

> *Pariter* [sic Ox.] toto *miserabilis* orbe.

quae lectio duplicem admitteret explicationem, ut intelligas, uti nunc fit, *toto* terrarum *orbe*, vel *toto* Lunae *orbe*. ita L. IV. 849. *sicut Luna* suo *tantum tunc deficit* orbe. & saepe apud omnes poëtas, & apud hunc eo sensu quoque, *orbis* de *luna*. quae si scriptura admittatur, praeterea legi vellem

> *Pariter toto* mersabilis *orbe*.

sic modo de *defecta luna*.

> *Quae cum* mersa *nigris per noctem* deficit *umbris*.

sensusque aptus foret. si tellus esset plana, *totalem*, ut ita dicam, luna pateretur *ecclipsin*: non ex parte orbis, modo in hac, modo in illa regione. Et sane parum placuit semper illud *miserabilis*. eoque licentius ad hanc vocem sollicitandam accessi, quia ex iis est, quam librariis Christianis, & vocabulum *miserere* semper in ore habentibus, sollemne sit, pro aliis minus intellectis supponere. in hoc ipso auctore ita *Scaliger*. L. V. 275. p. 370. notat L. III. 144. pro *miscere* haberi in

Gem-

Gemblacensi, *miserere.* quod item occupavit Oxoniensem. qui & L. v. 245. habet *e miseris* pro *emiscens* vel alio vocabulo.

Locum hunc relinquere aegre a me impetro. legitur paullo ante de eodem planeta.

Ultima ad Hesperios infectis volveris alis.

hunc ego versum poëtica licentia & enthusiasmo ablatus non sine aliqua adprobatione legissem: nisi summus *Scaliger* miratus fuisset *alas Lunae tribui.* & ἰδιωτικὸν pronuntiasset. & *Bentlejus*, acumine critico summis par, indignatus fuisset Scaligerum hunc versum maluisse auctori quam falsario attribuisse; crimina in hunc versum & praecedentem, ceu spurios & ineptos & parum Latinos & monstrosos, accumulans. *quis* enim *Lunae alas* tribuit? Modestior Scaliger, qui *idiotas* hoc fecisse vel facere potuisse non negat. Excutiamus leviter primam accusationem. *neminem*, *nisi idiotam Lunae alas tribuisse.* at si poeta antiquus, nec de vulgo ei non *alas* modo, sed *longas* tribuerit, quid dicemus de hoc crimine. Auctor *Hymni in Lunam*, qui inter eos Homero, licet credam falso, adscriptos, tamen antiquissimus, vs. primo canit Μήνην ἀείδειν τανυσίπτερον ἔσπετε Μοῦσαι. quod si quis, ut nodum solvat, malit legere ibi τανυσίπτεροι Μῦσαι, quia *Musas alatas* fuisse inter alios testetur *Porphyrius de Abst. anim.* L. III 285. meum non est illos refellere, ipsorum hoc fuerat. & forsan aliis argumentis *Lunam alis instructam* fuisse liceret adserere. tum *Ultima* pro *denique*, *postremo*, ne *Latinum* quidem esse adseritur. at ego elegantissime putaram, & nunc puto, *Ultimus ad te accedo.* pro *tandem*, *denique. postremo. ultimo loco.* ut *primus* de eo, *qui vel loco vel tempore primus est.* At *alis volvi* quis dixit? at hac ratione, cur L. III. 212. non ut spurium exclusit, Cursibus *aeternis mundum per signa volantem*? si tu dicas struthionem simul cursu & volatu motum accelerare, & argutari velis, tibi columbas allegabo *se volventes* & *circulantes*, at simul *volantes.* & cur poëta, cum sidera *volvi* & *volare* omnia dicantur, & plerisque alae attribuantur, hac ἀκρολογίᾳ abstinere cogeretur! tune potes globum alatum concipere, qui simul alarum & circumvolutionis proprietate utatur? Geometrae optimi male dimetientur Parnasi & Pindi patentes campos.

Verum antequam hoc caput finiamus de Graeci nostri Astrologi mereamur loco, ubi itidem de duplicibus agit signis. adscribam emendata, ut brevior sim. jacent in L. IV. 452.

Ἢν μὲν ζωδίοισι διμορφώτοισι πέλονται
Ἰχθύσιν, ἢ διδύμοισι συνωρίζωσι κατ' αἴθρης,

Τοξό-

Τοξότεω κατὰ κύκλον ἢ ἐς ςαχυηφόρον ἀγνὴν
Παρθενικὴν, τῆμ☉ διδυματόκα φύσεται ἀνδρῶν
Σώματα, ϗ τριδύμων παίδων θαυμαςὰ γρέθλα.

vs. 2. συνωρίζουσι nescio unde vertitur *simul servantibus*. forte eadem origine, unde θυρωρός. tu verte. *jugatis*. duplicibus. jugum facientibus. a συνωρίς. *biga*. jugum. Hinc malim deducere quam scribere συνωρίζουσι, & συνορίζειν passive interpretari. συνωρίζειν ita habes ex emendatione *Casauboni* in Nicandri *Georgicis* apud *Athenaeum*. L. xv. ix. 683. κατ' ἄθρης vel κατ' ἄθρην lege pro κατ' ἄθρῃ. vid. L. iv. 466. iii. 231. vi. 155. vs. 4. legebatur monstrifice, & quidem tamen ex emendatione διδυμα τοκετὰ φύσετ' ἀνδρῶν. confer L. iv. 590.

LIBRI TERTII CAPUT QUARTUM.

P. 48. Vs. 2. Προεπεδήμησε] utitur rursus L. v. 11. 80. 12.
P. 48. Vs. 14. Κλαόντων] multi de Attica scriptura κάω. κλάω. πάω. suffecerint *Bergler.* ad *Alciph.* i. xxxvi. *Hemsterh.* ad *Aristoph. Plut.* vs. 62 & 612. *Cod. Taur.* ap. *Heliod.* vii. 325. ἀνακαόμεν☉ pro ἀνακαιόμεν☉. L. vi. 289. ἔπαε pro ἔπαιε. Vellem autem scire, si subscribendum sit Ιῶτα, ut feci, quomodo Atticam scripturam in literis majusculis, quibus solis utebantur, distinxerint a vulgata. nam ἰῶτα laterale & ἰῶτα subscriptum in his literis ejusdem potestatis. an igitur ΚΛΑΩ Atticum, ΚΛΑΙΩ vulgatum. at sic ΤΟΥΤΩ fuerit Atticum, ΤΟΥΤΩΙ communis dialecti. quare literae Ἰῶτα locum hic fuisse non puto. saltem ubi hae syllabae, si corripiantur, corripiendae. & laterali & subscripto carere posse videmus. uti in *Anthol.* iii. i. 18. 194.

Νικόδικον δὲ φίλοι ϗ πόλις ἥδε κλάει.

verum istud κλάει a mala manu. *Cod. Palat.* ΠΟΛΗ. unde recte Salmasius Πόλη, quaecumque intelligatur hujus nominis urbs. verum tum Νικοδίκου quoque legendum. intelligetur enim ἀνιᾶται. ap. *Euripid. Rheso.* 97. cum Scaligero malim

ΑΛ'

Ἀλλ' ἐκκάαντες πῦρσ' ἐπ' εὐσέλμων νεῶν.

quam ἐκκαίαντες, quod omnino vitiosum: nisi saltem Iota ad latus positum ceu subscriptum accipias. verum Ἰῶτα in aoristis proprie non spectat ad hanc caussam. mox solito errore in Codice videtur fuisse κενῶν.

P. 48. Vs. 19. Συνήχησαν] *Theophr. Char.* VI. φθεγγόμενοι μεγάλῃ φωνῇ, ὡς συνηχεῖν αὐτοῖς τὴν ἀγορὰν καὶ τὰ ἐργαστήρια.

P. 48. Vs. 20. Στρατηγικὸς ἀνὴρ] Non qualis Iphicrates, *in quo* Justinus L. VI. V. ait *imperatorias artes fuisse*. sed στρατηγικὸς hic potius *praetorius*. στρατηγός. *praetor* ecclesiam convocat: judices dat. vide *Heliodor.* IV. 203 & Nostrum L. VIII. VII. 140. 22.

P. 48. Vs. 22. Ανάπευσιν] observanda vox. in Apographo vitiose ἀνάκευσιν. mox lege χρεία.

P. 48. Vs. 24. Θέατρον] Syracusis re vera fuit Theatrum & quidem amplissimum in Neapoli. cujus rudera vidimus. & a Theatro non procul supersunt etiam vestigia Amphitheatri, cujus ichnographiam in Siculis nostris exhibituri sumus. nec erit caussa, cur illustris Scipio Maffejus aedificii talis decus soli adsertum eat Romanae urbi. quam sententiam prodidit Vir doctissimus L. I. C. 7. p. 64. de *Amphitheatro*. inter ista autem Siciliensia aedificia tanta est differentia, ut nemo paullo in hisce versatior, in iis distinguendis errare possit. Mihi e contrario vero fit simile Romanos Amphitheatri formam a Siculis transtulisse. Curio namque ille qui primum Romae Amphitheatrum, sed ligneum, fecit, in Sicilia aliquandiu commoratus fuit. de hisce monumentis Mirabella & Bonannus agentes, adduxerunt veterum loca, unde constet ecclesias Syracusis in theatro agitatas. vide primum p. 70. Edit. Lugd. Bat. *Nepot. Timol.* IV. *Justin.* XXII. 2. majores caussas in comitiis & ecclesiis actas tum Athenis, tum Romae constat. & e foro in theatrum insigniora saepe judicia transferebantur. *Appulej.* III. *Miles.* 44. *judicium tantum theatro redderetur.* ita in *curiam* aliquando Romae. *Tacit.* III. *Ann.* 12. Athenis etiam in theatro saepe conciones. *Ausonius prologo Ludi Sapient. Quibus* [Atticis] *theatrum curiae praebet vicem.* unde *Plato* in Phaedro p. 258. B. verba faciens, de legislatore, qui in theatro populo suasit legem, ait. Οὐκοῦν ἐὰν μὲν οὗτος ἐμμένῃ, γεγηθὼς ἀπέρχεται ἐκ τοῦ θεάτρου ὁ ποιητής. quod *Serranus* vertit. *Quod si ea* (*lex*) *maneat populi adplausu comprobata, nonne laetitia gestiens ita discedit ex concione, ut poeta ex theatro.* at nihil minus cogitavit Plato quam ut hic concionem theatro, legis latorem poëtae compararet. Verte *excedit ex theatro auctor legis*: *suasor*, *lator legis.* ὁ ποιητὴς de cujusvis auctore rei, non

modo carminis factore. Ita ipse *Plato Critia.* p. 108. B. & alii passim hac voce & ποίημα utuntur.

P. 48. Vs. 24. Εκκλησίαν ἀνήγαγον] forte ἀνάγειν ἐκκλησίαν dictum sit, quemadmodum ἀνάγειν ἑορτὴν apud *Herodot.* II. 40. & 48. & III. 79. ubi consulatur *J. Gronovius.* an etiam apud eumdem ἀνάγειν θυσίαν Διὶ ita accipiendum, dubito. Nisi sermo videretur adfirmare, facile per separationem ad ordinariam formulam perveneris ἐκκλησίαν ἂν ἤγαγον. qualia vitia passim occurrunt. vid. VIII. IV. 135. 13. *H. Stephanus* apud *Platonem* in *Sympos.* 174. B. ἀνιέναι in ἂν ἰέναι mutat. apud *Demosth.* de *Cor.* 510. F. legitur. τότε δ' αὐτὸ τὸ πρᾶγμα ἀνεκρίνετο ἐφ' ἑαυτῦ, πρίν τι τῦτων προλαβεῖν. an non hic excidit ἂν ἀνεκρίνετο. at forte hic male repetitum ex ultima in ἐκκλησίαν. feminas autem concionibus interesse, quam insolens fuerit, ostenderint unae Aristophanis Εκκλησιάζυσαι.

P. 48. Vs. 26. ὠχρὸς, αὐχα. ων] Interpres αὐχμῶν. posses αὐχαλέος ὤν. qua de voce videantur praestantes viri *P. Wesselingius* & *J. Alberti.* hic ad *Hesych.* ille in *Observ.* II. XX. potes alia. ὠχρὸς καὶ αὐχμηρὸς *Luciano Cataplo.* T. I. p. 639. junguntur & *Cronos.* III. p. 393. αὐχμῦ πλέως. posses αὐαλέος quod de *capillis* proprie, pro quo *Athenaeus* L. IV. III. 131. αὐχμηρόκομος. *Theocr.* XIV. 4.

Χώμύσταξ πολὺς ὗτος ἄν, αὐ—αλέοι δὲ κικῖνοι.

sic Codices octo pro ἄρ'. at cave, ne porro suspiceris de αὐχαλέοι. nam librariorum haec nota est syllabas ita separantium. Digammatis amatores forte mysterium hic detexerint. sic ῥύ—εο. ἐπερρώ—ντ' νῆ—ας in Apolloniano Codice Florentiae. ap. *Theod. Prodr.* L. VII. 317. similis lacuna τὸ βλέμμα πικρὸν, τὴν σκυλη. . αλέος. Gaulminus videtur supplevisse τὴν κόμην αὐαλέος, vertit enim *comam sordidus.* at σκυλη parum favet. cur non τὴν σκευὴν αὐσταλέος. ut apud *Homer. Odyss.* T. 327.

Εἶχεν αὐσταλέος, κακὰ εἱμένος

ubi *Barnes.* immo & *Clarkius* superflua diaeresi εἶχεν ἀΰσταλέος. cum Iones hanc vocem & inde derivatas adspirent, & proinde spiritus, sive digamma, sive *Dawesianum* W pro consonante sit & syllabam producat quasi positione.

P. 49. Vs. 1. βῆμα] & in ἐκκλησίᾳ erat & in Theatro. ibi vocabatur θυμέλη vel βωμός.

P. 49. Vs. 1. Κάτω στὰς] *In Plano. de Plano.* opp. ἐπὶ τῦ βήματος. ἐφ' ὑψηλῦ. pro quo ἀφ' ὑψηλῦ. ap. *Heliod.* X. 504. τῆς τε σκηνῆς πλησίον ἀφ' ὑψηλῦ προκαθίσας. immo ἐφ' repone ex usu & Cod. *Taur.* & *P.* ut recte

Com-

Commelinus jam. vid. L. IX. 458. X. 475. 507. *Eustath. de Ism. & Ism.* VII. 258. ita recte ceperunt *Lucianum* in *Asino.* p. 622. ubi *asinus* ad praesidem, qui ludis praeerat κάτωθεν loquitur. vide *Salmas.* ad *Capitol. Verum* C. VI. 423.

P. 49. Vs. 3. Τὸ δὲ πλῆθ☉ . . ὁ . . . σει ϗ λέγε] quamvis talia supplere opus sit parum utile & aleae incertissimae: si tamen animi caussa ista tentemus, superstitum literarum habenda omnino est ratio. forte igitur ἀνεβόησε θάρσει ϗ λέγε. L. III. IV. 50. 26. ὁ δῆμ☉ ἀνεβόησε. *Heliod.* IV. 171. θάρσει θύγατερ. noster tamen III. VI. θάῤῥει.

P. 49. Vs. 5. Ἀναίρεσιν] recte interpres *abstulerit.* ea notione qua solent in bello quisque suos mortuos ἀναιρεῖσϑ. de qua Cl. *Elsnerus in Schediasm.* p. 117. alioqui ἀναίρεσις. est *destructio.* uti apud *Demosth.* περὶ παραπρ. 315. A. ὅλων τῶν τειχῶν ϗ πόλεων ἀναίρεσις. alia plane notio est vocis ἀφαίρεσις. quae tamen ap. *Max. Tyr.* XVII. 7. redditur *direptio.* verba sunt. Ἀλλ' εἴπερ οἱ ἀδικούμενοι ἠπίσαντο, ὅτι τοῖς ἀδικοῦσι μέγιστον κακὸν ἡ ἀδικία αὐτὴ, τοῦτ' εἶναι πολέμου μεῖζον, ϗ τειχῶν ἀφαιρέσεως, ϗ γῆς δηώσεως, ϗ τυραννίδ☉ καταστάσεως. quare merito quoque ἀφαίρεσις Doctiss. *Marklandus* animadvertit raro accipi pro *direptione. destructione.* & tum potius dici καθαίρεσις & περιαίρεσις. recte. nam numquam hoc significat, & hic quidem notat communissimo sensu *ademtio. ablatio.* respicitur enim ad inpotentiam, qua Lacedaemonii usi fuerunt in Athenienses victos, quando iis jus moenium habendorum ademerint & Piraeei muros dejicere coegerint. quando & Attica fuit vastata & δήωσιν passa. potuisset ad hanc respiciens calamitatem aliquanto significantius scripsisse νηῶν ἀφαιρέσεως, τειχῶν καθαιρέσεως. sed ne dubitemus ad secuta bellum Peloponnesiacum mala respici, additur Τυραννίδ☉ καταστάσεως. sed quod, vix credideris, redditur *tyrannidis eversione.* cum respiciatur Lacedaemoniorum crudele πολίτευμα, quo *triginta tyrannos* Atheniensibus inposuerunt. & καθιστάναι certe semper significat *constituere.* vix probatione opus. *Demosth.* περὶ τῶν ἐν χερρ. 80. B. κατέστησε τυράννους. *Aeschines* περὶ παραπρ. 257. A. καθαίρεσις τυραννίδ☉ huic opponitur. sic κατάστασις ἐγγυητῶν passim. vid. *Lucian. Tyrannic.* T. II. 151. Nemo dubitaverit in historia Graeca non hospes. *Xen.* H. H. II. 460. *Diod.* XIV. 3.

P. 49. Vs. 7. Εὐδία] *Glossae. serenitas. serenum. hoc sudum.* εὔδι☉ *serenus.* vox haec restituenda videtur *Euripidi* in Fragmento *Bellerophontis.*

Τὸν ὑπὲρ κεφαλῆς αἰθέρ' ἰδέσθαι
Σπεύδω, τιν' ἔχει στάσιν εὐδίας.

 Flo-

Florens Christianus ita reposuit pro ἐνοδίας in *Schol.* ad *Aristoph. Vesp.* 754. sed σάσις εὐδίας longe melius quam σάσις ἐνοδίας, licet E. M. εὐδία explicet ἐνοδία. nam Pegaso, aerium iter ingressuro, quae optabilior quam ἡ ἄνευ ἀνέμων ἡμέρα. ut apud *Suidan* explicatur. miror unde bene versum *sudum*. *Barnesius* autem pejus quam *Florens* anapaestos ordinavit.

In memoriam redeo loci *Strabonis* L. VI. 436. ἡ δὲ χώρα εὐδεινὴ διὰ τὴν κοιλότητα τῶν πεδίων. ubi *Palmerius* legi vult εὐδιεινὴ, ab εὔδιος. at εὐδεινὸς aeque probum. vide *Hesych.* in εὐδινά. πραέα. κατεσαλμένα. *Suidas.* εὐδιεινός. ὁ καιρὸς, καὶ ὁ ἄνεμος. καὶ εὐδεινὸς ὁμοίως. *Orpheus Suffimento* Θαλάσσης p. 120.

Εὐδεινοῖς ἁπαλοῖσι γαληνιόωσα δρόμοισι.

P. 49. Vs. 8. Ἰδίᾳ χειμῶνος γέμον καὶ βαπτιζόμενον ἐν γαλήνῃ] non multum abit ab *Heliodori* ἐννοία. L. V. 251. ἐπειδὴ πρὸς τὴν ἀγγελίαν ἡ ὁλκὰς ἔν τε γαλήνῃ κλύδωνος ἐμπέπληστο θορύβοις ὀλολυγμοῖς διαδρομαῖς καταγιζομένη. *Vat.* ἐνεπέπληστο. *Eustath. de Ism. & Ism.* p. 258. Καὶ ἦν ὅλος Ἄρης ἡ ναῦς καὶ κλύδων πολυειδής.

P. 49. Vs. 9. Βαπτιζόμενον] proprie navis *submergi. deprimi.* metaphorica tamen hinc locutio non plane debet sejungi. vid. *J. Chr. Wolfium* ad *Libanii.* Epist. XXV.

P. 49. Vs. 12. Οἰκέται δημόσιοι] In *Coislimiana bibliotheca* p. 491. haec exhibet Lexicon. Δημόσιος ὁ τῆς πόλεως δοῦλος. ἐγίνοντο δὲ Θρᾶκές τινες ἢ Σκύθαι [ἢ] ἄλλοι βάρβαροι δοῦλοι· πρὸς ὑπηρεσίαν τῶν δικαστηρίων καὶ κοινῶν τόπων καὶ ἔργων. ἐλλειπτικῶς δὲ λέγουσι τὸν δημόσιον, παρέντες τὸν οἰκέτην. vide Suidan & Harpocrationem. erant, ut diximus in principio *animadversionum*, omnes quidem viliores, at tamen de quibus hic mentio, vilissimi. quae in comoediis passim σκύθαι. τοξόται. honestiores scribae. quorum primarii γραμματεῖς *Schol. Demosth. Olynth.* II. 23. E. *Demosth.* παραπρ. 313. A. γράμμασιν ἐφ' οἷς ὁ δημόσιος τέτακται. ibi *Ulpian.* vel alius δηλαδὴ οἶκος. an non οἰκέτης? videatur Cl. *P. Wesselingius* ad *Diodor.* XIII. C. 102. & notata L. I. V. 9. 5. unde patet voces δήμιος & δημόσιος confundi in hac notione & vicinis. optimo jure Cl. *Taylorus* ap. *Lycurg.* §. 3. restituit δημοσίως ἀγῶνας pro δημίους. apud *Lysian* κατὰ Νικομάχου. p. 473. legitur ὥστε σαυτοῦ νομίζεις εἶναι τὰ τῆς πόλεως, αὐτὸς δημόσιος ὤν. quae sic explicem. *Adeo ut res publicas arbitreris tuas esse: cum sis ipse servus publicus. cum sis ipse in potestate* & proprietate *civitatis.* ap. *Schol. Aristoph. Equit.* 1253. legitur. δημοσίου δὲ γινομένου ἔγραφον ἀμφότεροι τὰ λεγόμενα. sermo est de ὑπογραφεῖ & ἀντιγραφεῖ. ubi *Kuhnius* ad *Pollucem* VIII. C. IX. §. 12. legit δημοσίου παραγινομένου. *praesente scriba publico.* at cum hi quoque fuerint

δημόσιοι, minus ſatisfacit. re vera Δημόσιος in Inſcriptionibus collocatur inter magiſtratus: ſed is tum reſpondet γραμματεῖ. & ita acceperit *Kuhnius*. putaram an legendum δημοσία γενομένα. quando *fiebat decretum* id vox δημόσιον notat. *Demoſth. in Timocr.* 781. E. quod quamvis proprie de *populi ſcito* dici poſſit videri, nihil vetuerit quin & in genere ad *ſenatus decreta* extendatur & ad omnes publicos actus.

P. 49. Vs. 13. Εἰς τὸ θέατρον] leviora ſupplicia ſumebantur ſaepe in theatro: ſaltem ibi torquebantur, antequam condemnarentur. oſtendit id inter alia locus *Philonis* adverſus *Flaccum*. p. 329. Καὶ ταῦτ' εἰργάζετο μετὰ τὸ πληγαῖς αἰκίζεσθαι ἐν μέσῳ τῷ θεάτρῳ καὶ πυρὶ καὶ σιδήρῳ βασανίσαι . . . Ἰουδαῖοι μαστιγούμενοι, κρεμάμενοι, τροχιζόμενοι, καταδικαζόμενοι, διὰ μέσης τῆς ὀρχήστρας ἀπαγόμενοι τὴν ἐπὶ θανάτῳ. Quem locum adduco lubentius, ut, licet bene vindicatum ab Lipſienſibus Eruditis contra inportunam nuperi editoris criſin, reponentis λυγιζόμενοι pro καταδικαζόμενοι, eum magis adſeram toto hujus judicii proceſſu: ubi ſimili modo τροχοὶ, πῦρ praecedunt τῇ καταγνώσει. & cui non nota haec in criminibus procedendi forma? Quid quod λυγιζόμενοι comprehenſum ſit in μαστιγούμενοι. nam μαστιγοῦσθαι aeque λόγοις atque μάστιξι fit. nec conſtat λυγίζεσθαι gravius eſſe τῷ μαστιγοῦσθαι. ſi haberetur ex. gr. μάστιξιν ἀστραγαλωταῖς id & τῷ λυγίζεσθαι & τῷ μαστιγοῦσθαι gravius foret. verum tam inanes novationes, quibus editor Philonis prae ceteris hodie Criticis floret, vix refutatione dignae merito videantur. Athenis quoque ſtatim in comitiis, quaeſtiones de ſervis ſumebantur. vide *Æſchinen* παραπρ. 403. B. οἰκέτας παραδίδομεν εἰς βασάνους. παρέστη δὲ ἤδη ὁ δήμιος καὶ βασανιεῖ ὑπεναντίον ὑμῶν.

P. 49. Vs. 14. Τροχὸς] Quamvis haec ſint ſaepius tractata, ad rei illuſtrationem hic quaedam literis conſignare non pigebit. *Appulejus* bene III. *Met.* 48. ait. *Nec mora, cum ritu Graecienſi ignis & rota, tum omne flagrorum genus inferuntur.* vid. etiam X. 217. tamen illa etiam Romani moris. *Pacat. Paneg.* XLII. *ignem, laminam, crucem, culeum.* ubi Cl *Schwartius* in ſuo codice *equuleum* pro *culeum* indicat. at nec eo ordine admitti poteſt, & alteri voci ſavetur mox C. XLIV. Haec autem non τιμωρητικὰ ἐργαλεῖα, ut jam innuimus, ſed βασανιστήρια erant. *Ariſtoph. Pluto* 876.

> Ἐπὶ τοῦ τροχοῦ γὰρ δεῖ σ' ἐκεῖ στρεβλούμενον
> Εἰπεῖν ἃ πεπανούργηκας.

idem in *Pace*. 45. *Lyſiſtr.* 845. *Plutarch. Nicia* 247. εἰς τὸν τροχὸν καταδεθεὶς ἐστρεβλοῦτο. *Achill. Tatius.* L. VI. 405. Τὰς βασάνους παραστησον. Φερέτω τροχόν· ἰδοὺ χεῖρες· τεινέτω. Φερέτω καὶ μάστιγας· ἰδοὺ νῶτος· τυπτέτω. κομιζέτω πῦρ· ἰδοὺ σῶμα· καιέτω. Φερέτω καὶ σίδηρον· ἰδοὺ δέρη· σφαζέτω. VII. 447.

"Αρτι δέ μυ δεθέντος, ϗ τῆς ἐσθῆτος τȣ σώματος γεγυμνωμένȣ, μετεώρε τε ἐκ τῶν βρόχων κρεμαμένȣ [illud in Philonis loco habes] ϗ τῶν μὲν μάστιγας κομιζόντων, τῶν δὲ πῦρ ϗ τροχόν. *Xenoph. Ephes.* II. p. 26. ξίφη ϗ βρόχȣς [πρὸς τὸ κρεμᾶσϑ, sive ut in loco Achillis, sive ad mortem laquei. hoc malim. ne τροχȣς cogites] ϗ πῦρ ϗ πάντα ὅσα δύναται σῶμα ἐνεγκεῖν αἰκέτυ.

P. 49. Vs. 14. Καταπέλτης] Si quis ϗ excidisse autumet ante syllabam similem ΚΑ, fruatur judicio suo. nihil tale desiderarim. Apud *Philonem* & alios *Mechanicos* scriptores passim καταπάλτης exaratur. Duplicis usus & formae instrumentum. hoc tela & lapides fuisse ejectos notum. inventorem tradit Dionysium Juniorem *Aelianus* V. H. VI. 12. illud erat κολαστήριον vel βασανιστήριον ὄργανον, ὡς ὅπλον χαλκοῦν [*ut scutum aereum*] ἐν ᾧ ἐξαρθρȣσι τὰ μέλη οἱ δήμιοι. Quae sunt *Hesychii* verba. Apud *Suidam* habes δεσμοῖς χειρῶν, καταπάλταις ποδῶν. de his καταπέλταις intellexerim *Diodor. Sicul.* XX. 458. τȣς μὲν ἀυτȣς ἐτρόχιζε. τȣς δὲ εἰς τȣς καταπέλτας ἐνδεσμεύων κατετόξευε. *alios catapultis innexos ejaculantur.* at non habetur ἐκτοξεύειν. si *innexi* praeterea, quomodo *emissi* & *projecti*. verte, *alios catapultis innexos sagittis, jaculis confecere.*

P. 49. Vs. 15. Τὰ ἔπαθλα τῶν ἀγώνων] ἀγῶνες sunt *facinora*, quae numquam sine periculis & metu perpetrantur. ἆθλα. ἔπαθλα. *mercedes. praemia.* in deteriorem partem. Τὰ τῶν πόνων ἔπαθλα dicit *Theodor. Prodr.* IV. 178. διαθλεῖν τὸν λῃστρικὸν βίον. *Heliod.* VII. 316. ubi paullo post tam *Vatic.* quam *Taur.* cum *Commelini* Codd. supplent εἰς φυγὴν & εἰς τὸ εισφρῆσαι. quod prius cum eodem probarim. secundum non aeque.

P. 49. Vs. 16. Ἐπεὶ δὲ ἐν μέσῳ ἔστη τῶν ἀρχόντων,] Ut edidimus Apographum exhibet. at potes etiam distinguere ἔστη, τῶν ἀρχόντων εἷς α. α.

P. 49. Vs. 16. Δημήτριος] nam nomen in primis inquirebatur. *Ammian. Marcell.* XXII. XVI. 269. *Et nulla tormentorum vis adhuc inveniri potuit, quae obdurato illius tractus latroni invito elicere potuit, ut nomen proprium dicat.*

P. 49. Vs. 17. Τί οἶδας] Id est, dic quidquid noris de his funebribus spoliis & de corpore, cui haec detracta sunt. vide *Pricaeum* ad *Appulej. Miles.* p. 12.

P. 49. Vs. 17. Απελείφθην νεώς] supra dixit κατελείφθην ὑπὸ τῶν ἐπὶ τῆς νεὼς. locutiones distant. supra. *relictus fui a nautis.* hic *destitutus fui nave. carui. egui nave. Plato Symp.* 219. E. ὁπόταν γȣν ἀναγκασθείημεν, ἀπολειφθέντες πυ, οἷα δὴ ἐπὶ στρατείας, ἀσιτεῖν. vid. *J. Perizonii* ad *Aelian.* I. 32.

P. 49. Vs. 23. Ἐπὶ φιλανθρωπίᾳ] saepe oratores ita adulantur populo Attico. sane istam virtutem non exercuerunt Syracusani in Athenienses

ses captivos, paullo ante haec tempora. vid. *Thucyd.* VII. C. ult. & *Diodor. Sicul.* XIII. 33.

P. 49. Vs. 23. Ἐφοδίων τυχεῖν] ἐφοδιάζεσθαι. quod summae humanitatis. vid. *Herodot.* IX. 99.

P. 50. Vs. 1. Δι' εὐτυχίαν] respectu Theronis quidem ἀτυχίαν. at respectu aliorum & ipsius Justitiae δι' εὐτυχίαν. *Appulej.* VII. 146. *Fortuna, nescio an futuris periculis me reservans.* videatur etiam *J. Pricaeus.* ad L. I. p. 40.

P. 50. Vs. 2. καθεζόμενος] *Thom. Mag.* καθήμενος κάλλιον ἢ καθεζόμενος. *Xenoph.* K. A. V. p. 368. D. utrumque adhibet. quis nescit in theatris & comitiis, sedisse veteres.

P. 50. Vs. 3. Στρεφόμενον] *Herodot.* II. 85. utitur frequentativo. ἀνὰ τὴν πόλιν στροφώμεναι. quod verbum non digne habuerunt Lexicographi. στρωφᾶσθαι ipsis notum. ἐπιστρέφεσθαι *Plato* in *Phaedro* 247. A.

P. 50. Vs. 6. Καὶ . . . αν] ἐκέλευσαν. vel ἐσήμηναν vel simile quid.

P. 50. Vs. 6. Τὸν πρῶτον εἰπόντα] τὸν ἁλιέα. id necessarium ad veritatem ex ipso fonte hauriendam. *Xenoph.* K. A. L. v. p. 367. C. Καὶ ὁ Ξενοφῶν ἀναστὰς ἐκέλευσεν εἰπεῖν τὸν πρῶτον, πρῶτον λέξαντα πȣ̃ καὶ ἐπλήγη. *Xenophon surgens jussit eum primum verba facere, qui primum dixerat etiam qua in corporis parte percussus fuerat.* ita locus constituendus & vertendus.

P. 50. Vs. 7. Ὁ ἁλιεὺς μᾶλλον ἐνέκειτο. βασανιστὰς εὐθὺς ἐκάλουν] ultimum supplementum certum. prius variari potest. ἐπέθετο. alterutrum aliis praetulerim, quia hoc L. VI. VII. 109. 21. illo L. I. IV. 6. 21. utitur. qualia semper in explendis defectibus praeferanda veniunt verba.

P. 50. Vs. 8. Προσεφέροντο] *Infligebantur. admovebantur. adplicabantur.* II. VIII. 34. 17.

P. 50. Vs. 8. Καιόμενος καὶ τεμνόμενος] L. I. v. 8. 16. καιόμενος *de laminis candentibus* intelligendum. at τεμνόμενος aliquis ambiguerit, utrum referendum ad τὰς σιδήρου τομάς. nam hoc supplicium magis quam tortura foret. inde loco laudato superius *Achilles* dicit *Tatius.* φερέτω καὶ σίδηρον. ἰδοὺ δέρη. σφαζέτω. forte ad *vibices flagelli,* μάστιγος retuleris. & intelligendum ut *Horatianum* illud IV. *Epodon.*

Sectus flagellis hic triumviralibus.

verum enim vero magis est, ut accipiamus de *ferro.* nam τέμνειν nescio an ita Graecis usurpetur. post flagellationem *Philo l. l.* meminit πυρὸς καὶ σιδήρου. & latera & aliae partes in tormentis vulnerabantur. *Joseph. de Maccabaeis.* §. 6. p. 405. καὶ τὰ πλευρὰ κατεπιτρώσκετο. vide *Scaligerum* ad *Manilii.* L. v. 414. p. 399.

P. 50.

P. 50. Vs. 9. Ἐνίκησε τὰς βασάνυς] formula usitata. *Appulej.* x. 219. *nullis verberibus, ac ne ipsi quidem succubuit igni.*

P. 50. Vs. 10. Μόλις μὲν γὰρ ϗ βραδέως ἀλλ' ὡμολόγησεν] pro ἀλλ' ὅμως. ἀλλ' οὖν. elegans & usitata ellipsis. Noster v. 11. 81. 3. Ἄκων μὲν, ἀλλὰ ἐπείθετο Χαιρέας. vi. vi. 106. 23. ὅτι ἀτυχῶς μὲν, ἀλλὰ διελέχθη. *Demosth.* ὑπὲρ Μεγαπ. 158. E. ἐὰν Θηβαῖοι ἀνενέγκωσιν, ἀλλ' οὖν ἀσθενέστεροί γε ἔσονται & περὶ Ροδ. Ελευθ. p. 148. D. *Lucian.* T. 11. p. 569. ϗ μόλις ϗ βραδέως, ὑπήκουσε δ' οὖν ἡ γυνή. *Anacreon* xl. 3.

Ἔρως ποτ' ἐν ῥόδοισι
Κοιμωμένην μέλιτταν
Οὐκ εἶδεν· ἀλλ' ἐτρώθη.

ubi Palatina membrana ita pergit.

Τὸν δάκτυλον παταχθεὶς
Τᾶς χειρὸς ὠλόλυξε.

vulgo δὲ δαχθείς. nostra lectio & oratio ἀσύνδετος non rejiciendae videntur.

P. 50. Vs. 17. Τοὔνομα οὐκ ἐμνημόνευσε τῦ πριωμένυ] emenda πριαμένυ. Apographum etiam vitiosum. Hic autem aqua haesit Charitoni, quomodo ratione ea fabellam continuaret, qua animo meditatus fuerat. nam si constitisset Callirrhoen esse venditam Dionysio, legati ipseque Chaereas statim, ut Miletum adpulissent, Dionysium adiissent. nec triremis fuisset incensa, nec Chaereas & Polycharmus in Cariam venditi, &, quae porro hinc dependent fictiones, nullum habuissent locum. tamen ceu coactum aliquid & parum probabile accidit, ut quaestio habeatur de aliquo, isque fateatur omnia, praeter unum nomen emtoris: quod si fassus fuisset reus, magis veniam quam adgravationem criminis exspectare debuisset: quod scilicet eam vendidisset τῷ πρώτῳ τῶν Ἰώνων γένει ϗ ἀρετῇ. cur non amplius torserunt latronem, ut & hanc particulam fateretur. namque inquisitionem futuram esse longe faciliorem, si emtor cognitus esset, ipse fatetur Chaereas; quando inpetrare a populo conatur, ut Thero secum naviget in Ioniam ad indicandam domum Callirrhoae. Cur non potius Theronem ut callidum, sic & malignum induxit: & finxit mendacem etiam in ipsa mortis vicinia. Si prae se tulisset exempli gratia venditionem fuisse factam in insula Lesbo. Chaereas eo vela faciens se falsum fuisse comperisset: sed tenuis fama ad eum perlabi potuisset pulcherrimam feminam Mileti nuper fuisse a latronibus divenditam. & sic fabulam plane eodem modo sine coacta hac fictione pertexere auctori licuisset.

P. 50. V. 19. Θήρωνι ψῆφος ἠνέχθη] ambigua locutio. pro εἰς Θήρωνα. sed ex toto narrationis contextu facile id ambiguum cavetur. in omnibus scriptoribus talia, qui sibi communi sensu praeditos exspectabant lectores. tale illud *Phaedri* prol. III. *Quod si accusator alius Sejano foret.* ubi illud vitio datum elegantissimo scriptori nollem, quod intelligi posset, *si alius accusaret Sejanum.* nam casu ambiguitas illa accidit. vel si argutari velimus, prudenter ancipiti locutione usus fuit, ut, si in offensam incurreret, sua se ambiguitate tueri posset. quid si diu post Sejani caedem publicatae hae fabulae. Vide eruditissimam dissertationem *Henrici Cannegiteri* de *Aetate Aviani* C. x. p. 269.

P. 50. Vs. 20. Ἵνα μοι, φησὶν, ἐλθὼν μηνύσῃ τοὺς ἀγοράσαντας] At non opus erat, ut ideo cum Chaerea navigaret & mors differretur. Dionysius satis cognitus erat Mileti: at fallere potuisset. atqui dixi mentiendi caussam circa hanc facti particulam Theroni nullam fuisse. Quod si falleret, supplicii aggravationem merito timuisset, si una navigasset. quod si verum indicasset, & sic una navigasset, saltem poenae dilationem & effugii spem lucratus fuisset. quare utrumque absurdum, & Theronem veritatem non sponte fassum hac in re fuisse: & judices tam negligenter & supine officio fuisse functos.

Ἐλθὼν autem hic significat actionis & animi promtitudinem. ut *statim: e vestigio ibi delatus indicet.* quam notionem vocibus ἐλθὼν, ἰὼν inesse animadversum in *Miscellaneis* Observationibus Vol. I. 125. & ab *doctiss. Ernesto* ad *Xenoph. Memorab.* 761. C. 779. D. ita ap. *Thucyd.* VII. 73. ἐσηγεῖται ἐλθὼν τοῖς ἐν τέλει οὖσιν. *Herodot.* VII. 225. καὶ παραμειψάμενοι τὸ τεῖχος, ἐλθόντες, ἵζοντο. id est *statim. Xenoph.* H. H. IV. 521. D. ἐπεὶ δὲ καὶ οἱ φίλοι αὐτοὺς ἔπειθον, καὶ μητέρες ἰοῦσαι καὶ ἀδελφοί. ubi, nisi haec vocabulo vis insit, facile omitteretur ἰοῦσαι. quemadmodum apud *Diodor.* LXIV. C. 14. duo Codices omiserunt. sed quibus merito non obtemperavit *Cl. Wesselingius. Xenoph.* v. H. H. 571. E. εἶπεν ἐλθών. *Heliod.* VII. 361. καὶ λέγε ἐλθοῦσα πρὸς τὸν ὑπερήφανον. nam illud πρὸς referendum ad λέγε. *Sophocl Antig.* 779. [& 1112.[Δράτω, φρονεῖτω μεῖζον ἢ κατ' ἄνδρ' ἰών *Hesych.* Ἰών. συντόνως ἐλθών. vid. *Eurip. Bacch.* 779. *Cycl.* 240. *Aristoph. Vesp.* 99. *Eccles.* 1075. sic βαδίζουσα ap. *Plutarch. Alex.* 67. unde & βάδιζε aliis verbis imperativis adjunctum saepe inveneris, ad actionis celeritatem & intensionem significandam. & sic ἐλθέ, ἴθι. & Latini suo I, *ito* utuntur. vid. L. IV. IV. 70. 22.

P. 50. Vs. 23. Λυθῆναι τοὺς νόμους] Nam latroni vel piratae de crimine confesso & convicto nulla per leges poenae dilatio concedebatur. λύειν, καταλύειν νόμον obvium. νόμους hic licet accipere de una *lege.* ut apud Latinos.

P. 51. Vs. 1. ὑπέστησαν] Interpretatus fuerim ὑπισχνεῖσθαι. *polliceri. promittere.* non solum *Thucydides* e prosaicis, ut vult *Thom. Magister*, sed alii plurimi. *Herodot.* IX. 33. *Liban. Ep.* CCXX.

P. 51. Vs. 4. ἐπὶ τούτοις] Rursus hic tricari possis, utrum *ea conditione*, an *dehinc.* sed ultimum verum. vid. I. XIV. 20. 19.

P. 51. Vs. 5. μέρος ἐπηπολιόθησαν] Inquietam novaturientium maenum quae nihil intactum, ut ut integrum, relinquere potest, taedet fere exemplis coercere. *Thucydides* solus centum auctoritates praebeat. in quo ceu καινὸν hoc *Corinthus* notat, nescio quo jure. *Moer. Atticista* ἀνέστησαν τοῦ ὁ δῆμος Ἀττικῶς. ἀνέστη ποῦ ὁ δῆμος. Ἑλληνικῶς, leviter eo respicere videtur. in ipsa voce μέρος hanc numeri variationem offenderis non semel. vid. *Photii Biblioth.* p. 424. 436. 449. 452. 453. *Herodian.* VIII. VII. 29. *Iliad.* B. 278. *Odyss.* O. 305. *Aeschyl. Suppl.* 249. & observata *J. Casaub.* ad *Athenaeum* VII. I & 2. *J. Perizon.* ad *Aelian.* V. H. XIV. 22. *P. Wessel.* ad *Diod.* II. 19. v. 4. *Xenoph. Eph.* I. 4. ἦλθον δὲ εἰς τὸ ἱερὸν θύσαντες πᾶν τὸ πλῆθος. nec opus ibi κατὰ. ita in initio C. XXIII. *Evangelii Lucae*, nescio cur rejiciatur plurimorum Codicum lectio. Καὶ ἀναστάντες ἅπαν τὸ πλῆθος αὐτῶν, ἤγαγον αὐτὸν ἐπὶ τὸν Πιλάτον.

De plebis more prosequendi & comitandi damnatos ad supplicii loca diligenter notavit *H. Valesius* ad *Ammian. Marcell.* XXVIII. IV. p. 408. *Luciani* de Morte Peregrini locum, ab ipso laudatum, inveneris. T. III. p. 356. novissimae editionis.

P. 51. Vs. 6. Ἀνεσκολοπίσθη] Revera σταυρὸς & σκόλοψ differunt. at ab aliis & nostro sine discrimine adhibentur σταυροῦσθαι & ἀνασκολοπίζεσθαι. & utraque voce passim poena mortis significatur. sic mox dicit ἔβλεπεν ἀπὸ τοῦ σταυροῦ. *palo sive cruci affixus est, ut plagiarius, ut pirata, ut effractor sepulcrorum.* vid. L. 11. *ff. de sepulcro violato.* L. 1. ff. ad L. *Fabiam de Plagiariis.* L. 15. C. ad *Leg. Fabiam de Plag.* L. 2. C. *ubi de Crim. agi oporteat.* Latroni & sacrilego irrogatur poena σκόλοπος apud *Euripid.* in *Rheso*, 512.

——— ——— ζῶντα συλλαβὼν ἐγὼ,
Πυλῶν ἐπ' ἐξόδοισιν ἐμπείρας ῥάχιν,
Στήσω πετεινοῖς γυψὶ θοινητήριον.
Ληστὴν γὰρ ὄντα καὶ Θεῶν ἀνάκτορα
Συλῶντα, δεῖ νιν τῷδε κατθανεῖν μόρῳ.

apud *Josephum* L. XIX. *Ant. Jud.* I. §. 13. μῖμος εἰσάγεται καθ' ὃν σταυροῦται λῃστῶν ἡγεμών. vide ibi interpp. Apud *Artemid.* L. IV. 69. tamen *latro* decollatur. λῃστεύων ἑάλω καὶ ἐτραχηλοκοπήθη. Scilicet olim poena

gladii

gladii in vilissimos exercebatur. Poena crucis a Constantino sublata est, ut hinc quis ante eum Imperatorem vixisse Nostrum colligeret: sed inde nihil argumentari licet circa aetatem Charitonis: nam vel ut ficta fabula vel accomodata ad Hermocratis tempora ejus scriptio accipi debet. ἀνασκολοπισμὸς ita describitur a *Manethone*. L. IV. 197.

> Ἀνδροφόνους δρῶσιν, ληΐστορας, ἐμπεδολώβας,
> Κερδει ἐχθροτάτω θηρήτορας, οἷ βασανηδὸν
> Στρεβλὰ κολαζόμενοι σκολοπηΐδα μοῖραν ὁρῶσι,
> Πικροτάτοις κέντροισι προσαρτηθέντες ἐν ἥλοις,
> Οἰωνῶν κατάδειπνα, κυνῶν θ' ἑλκύσματα δεινά.

ubi illud στρεβλὰ κολαζόμενοι intellige de κολάσει, quae praecedebat ultimo supplicio, ceu parti ejus, sive etiam exquirendae veritatis caussa. de qua re superius disputatum. de σταυρώσει exstat apud *eundem* L. I. 145. difficillimus locus. ibi occurrit prolixissima fere ἔκβασις, qua hic poeta utitur. continet vero invectivam in Martem, acerbam magis quam elegantem. quia totius loci unus est color, & non variatae satis sunt ἔννοιαι. sed haec non agimus. ita igitur finit diras in κακοεργὸν Ἄρη.

> Οὓς μὲν γάρ μογερῶς πυρικαέας ὤλεσας ἄνδρας,
> Οὓς δὲ καὶ ὠμοβόροισιν ἕλωρ θήρεσσιν ἔδωκας,
> Ἄλλον δ' ἀκλειῶς μεθ' ἑοῦ μόρου ἐσταύρωσας,
> Οὐδὲ τάδ' ἀνδροφόνοις περὶ δούρασιν ἡλοπαγῆ χείρ.

quae ultima sic redduntur.

> *Alium inglorie cum sua morte cruci affixisti.*
> *Nondum haec cruentis hastis clavo agglutinata sit manus?*

fateor me nihil hic intelligere. tentaram

> Ἄλλου δ' ἀκλειῶς μεθέπων μόρον, ἐσταύρωσας.
> Οὔτασε δ' ἀνδροφόνοις περὶ δούρασιν ἡλοπαγὴς χείρ.

> *Altus inglorie caussatus mortem, cruci adfixisti.*
> *Vulneravit vero homicidis in lignis manus clavos figens.* scilicet *carnificis*.

sic supra habuimus προσαρτηθέντας ἐν ἥλοις. at obstat quod ἡλοπαγὴς non *clavos figentem*, sed *clavis fixum* notat. ut I. 242. κηροπαγεῖς τρίχες. *capilli sordibus, quasi cera, conglutinati*. etiam locutio οὔτασαι περὶ δούρασι stribliginem praefert. remisi igitur conjecturam incudi. vide an recusa magis placeat. primum versum intactum relinqui posse credo, sed explicatione juvandum.

P. 51. Vs. 1. ὑπέστησαν] Interpretatus fuerim ὑπισχνεῖσθαι *polliceri promittere.* non solum *Thucydides* e prosaicis, ut vult *Thom. Magister*, sed alii plurimi. *Herodot.* IX. 33. *Liban. Ep.* CCXX.

P. 51. Vs. 4. ἐπὶ τούτοις] Rursus hic tricari possis, utrum *ea conditione*, an *dehinc.* sed ultimum verum. vid. I. XIV. 20. 19.

P. 51. Vs. 5. μέρος ἐπημολύθησαν] Inquietam novaturientium manum quae nihil intactum, ut ut integrum, relinquere potest, taedet fere exemplis coercere. *Thucydides* solus centum auctoritates praebeat. in quo ceu καινὸν hoc *Corinthus* notat, nescio quo jure. *Moer. Atticista* ἀνέστησαν τοῦ ὁ δῆμος Ἀττικῶς. ἀνέστη ποῦ ὁ δῆμος. Ἑλληνικῶς, leviter eo respicere videtur. in ipsa voce μέρος hanc numeri variationem offenderis non semel. vid. *Photii Biblioth.* p. 424. 436. 449. 452. 453. *Herodian.* VIII. VII. 29. *Iliad.* B. 278. *Odyss.* O. 305. *Aeschyl. Suppl.* 249. & observata *J. Casaub.* ad *Athenaeum* VII. 1 & 2. *J. Perizon.* ad *Aelian.* V. H. XIV. 22. *P. Wessel.* ad *Diod.* II. 19. V. 4. *Xenoph. Eph.* I. 4. ἦλθον δὲ εἰς τὸ ἱερὸν θύσαντες πᾶν τὸ πλῆθος. nec opus ibi κατὰ. ita in initio C. XXIII. *Euangelii Lucae*, nescio cur rejiciatur plurimorum Codicum lectio. Καὶ ἀναστάντες ἅπαν τὸ πλῆθος αὐτῶν, ἤγαγον αὐτὸν ἐπὶ τὸν Πιλατον.

De plebis more prosequendi & comitandi damnatos ad supplicii loca diligenter notavit *H. Valesius* ad *Ammian. Marcell.* XXVIII. IV. p. 408. *Luciani* de Morte Peregrini locum, ab ipso laudatum, inveneris T. III. p. 356. novissimae editionis.

P. 51. Vs. 6. Ανεσκολοπίσθη] Revera σταυρὸς & σκόλοψ differunt. at ab aliis & nostro sine discrimine adhibentur σταυροῦσθαι & ἀνασκολοπίζεσθαι. & utraque voce passim poena mortis significatur. sic mox dicit ἔβλεπεν ἀπὸ τοῦ σταυροῦ. *palo sive cruci affixus est, ut plagiarius, ut pirata, ut effractor sepulcrorum.* vid. L. 11. *ff. de sepulcro violato.* L. 1. ff. ad L. *Fabiam de Plagiariis.* L. 15. C. ad *Leg. Fabiam de Plag.* L. 2. C. *ubi de Crim. agi oporteat.* Latroni & sacrilego irrogatur poena σκόλοπος apud *Euripid.* in *Rheso.* 512.

——— ——— ζῶντα συλλαβὼν ἐγὼ,
Πυλῶν ἐπ' ἐξόδοισιν ἐμπείρας ῥάχιν,
Στήσω ποτεινοῖς γυψὶ θοινητήριον.
Ληστὴν γὰρ ὄντα κ̀ Θεῶν ἀνάκτορα
Συλῶντα, δεῖ νιν τῷδε κατθανεῖν μόρῳ.

apud *Josephum* L. XIX. *Ant. Jud.* I. §. 13. μῖμος εἰσάγεται καθ' ὃν σταυροῦται λῃστῶν ἡγεμών. vide ibi interpp. Apud *Artemid.* L. IV. 69. tamen *latro* decollatur. λῃστεύων ἑάλω κ̀ ἐτραχηλοκοπήθη. Scilicet olim poena gladii

gladii in vilissimos exercebatur. Poena crucis a Constantino sublata est, ut hinc quis ante eum Imperatorem vixisse Nostrum colligeret: sed inde nihil argumentari licet circa aetatem Charitonis: nam vel ut ficta fabula vel accomodata ad Hermocratis tempora ejus scriptio accipi debet. ἀνασκολοπισμὸς ita describitur a *Manethone*. L. IV. 197.

Ἀνδροφόνους δρῶσιν, ληΐστορας, ἐμπεδολώβας,
Κέρδεος ἐχθροτάτου θηρήτορας, οἳ βασανηδὸν
Στρεβλὰ κολαζόμενοι σκολοπηΐδα μοῖραν ὁρῶσι,
Πικροτάτοις κέντροισι προσαρτηθέντες ἐν ἥλοις,
Οἰωνῶν κατάδειπνα, κυνῶν θ' ἑλκύσματα δεινά.

ubi illud στρεβλὰ κολαζόμενοι intellige de κολάσει, quae praecedebat ultimo supplicio, ceu parti ejus, sive etiam exquirendae veritatis caussa. de qua re superius disputatum. de σταυρώσει exstat apud *eundem* L. I. 145. difficillimus locus. ibi occurrit prolixissima fere ἔκβασις, qua hic poeta utitur. continet vero invectivam in Martem, acerbam magis quam elegantem. quia totius loci unus est color, & non variatae satis sunt ἔννοιαι. sed haec non agimus. ita igitur finit diras in κακοεργὸν Ἄρη.

Οὓς μὲν γὰρ μογερῶς πυρικαέας ὤλεσας ἄνδρας,
Οὓς δὲ καὶ ὠμοβόροισιν ἕλωρ θήρεσσιν ἔδωκας,
Ἄλλον δ' ἀκλειῶς μεθ' ἑοῦ μόρου ἐσταύρωσας,
Οὔπω τάδ' ἀνδροφόνοις περὶ δύρασιν ἡλοπαγῆ χείρ.

quae ultima sic redduntur.

Alium inglorie cum sua morte cruci affixisti.
Nondum haec cruentis hastis clavo agglutinata sit manus?

fateor me nihil hic intelligere. tentaram

Ἄλλου δ' ἀκλειῶς μεθέπων μόρον, ἐσταύρωσας.
Οὔτασε δ' ἀνδροφόνοις περὶ δούρασιν ἡλοπαγὴς χείρ.

Altus inglorie caussatus mortem, cruci adfixisti.
Vulneravit vero homicidis in lignis manus clavos figens. scilicet *carnificis.*

sic supra habuimus προσαρτηθέντας ἐν ἥλοις. at obstat quod ἡλοπαγὴς non *clavos figentem*, sed *clavis fixum* notat. ut I. 242. κηροπαγεῖς τρίχες. *capilli sordibus, quasi cera, conglutinati.* etiam locutio οὐτάσαι περὶ δούρασι stribliginem praefert. remisi igitur conjecturam incudi. vide an recusa magis placeat. primum versum intactum relinqui posse credo, sed explicatione juvandum.

Ἄλλον δ' ἀκλειῶς μεθ' ἑοῦ μόρυ ἐςαύρωσας.
Ὀυτιδάν', ἀνδροφόνοις περὶ δούρασιν ἡλοπαγῆ χεῖρ.

Alium vero ignominiose post ipsius mortem adfixisti cruci.
Nequam. homicidales circa hastas clavis affixa manus.

priori versu respicit crudelem morem, quo in cadavera saevire aliquando non dubitarunt, eaque cruci suffigere. ita narrat *Plinius* H. N. L. XXXVI. C. XV. p. 743. *ut* (Tarquinius Priscus) *omnium ita defunctorum figeret crucibus corpora, spectanda civibus, simul & feris volucribusque laceranda.* qui locus non fugit magnum *Casaubonum* ad *Sueton. Caesarem.* C. 74. *Piratas, a quibus captus est, cum in deditionem redegisset, quoniam suffixurum se cruci ante juraverat, jugulari prius jussit, deinde suffigi. Val. Maximus.* L. IX. 11. 3. *truncum corpus* patibulo affixum *gestatum est. Firmicus* VI. XXXI. 80. *patibulo suffixus in crucem crudeliter erigitur. Lucilius Satyr.* L. XXI. *deligata in patibulos deligantur & circumferuntur, cruci defiguntur.* hanc barbariem Marti tribuit. at obstiterit quod non legatur μεθ' ἑὸν μόρον. sed ita lege. vel exemplis defende Manethonem, in quibus μετὰ cum genitivo ita significare adfirmant. *Porphyr. de Occasion.* p. 442. καὶ τὰ μὲν πρὸ σωμάτων. τὰ δὲ μετὰ σωμάτων. In *Inscript.* apud *Sponium in Erudit. Antiq. Miscell.* p. 343. ἐν τοῖς μετὰ τούτων καιροῖς. vid. *Raphelium* ad *Marci Euangel.* 10. 30.

Secundus versiculus aliquanto intricatiorem emendationem habet. per se patet illud ὄντι τάδ' non nauci esse. vicinius nihil excogitari posse videtur, quam οὐτιδάν' ab οὐτιδανός. *nebulo. nihili homo. nihili hic deus.* vox Homerica. apud quem Polyphemus sic vocat *Ulixem. Odyss.* Θ. 209. ita Eurystheus *Moscho* vocatur ἀνὴρ οὐτιδανὸς & Nostro non semel usurpatur. ut L. VI. 178. οὐτιδανοὶ φῶτες. nec reveriturus est Martem hoc convitio percutere, quem modo vocavit κακοεργόν. & quem proximo versu pergit compellare in vocativo Νηλεές. At non sic contento vocatur ipsi χεὶρ ἡλοπαγὴς περὶ δούρασιν ἀνδροφόνοις. ut alios vocamus, *capita cara, fortia pectora. Martem* a violentia vocavit χεῖρα. *manum semper & quasi clavis adfixam, ac non avellendam a mortiferis hastis.* si quis probabiliora habeat, in medium adponat. est alius locus, L. VI. 500. ubi agitur de cruciariis: non multo melius habitus. sed optime a Gronovio restitutus parte priore.

——— Κλῶπας, ληϊςόρας, ἀνδροφονῆας,
Ἢ ναύταις ὀλοῇσιν ἐπ' ἀκταῖς κῆρας ἄγοντας
Ῥέζει.

Vides

Vides hic *fures*, *praedones*, *homicidas*, *quique in litoribus funestis nautis mortem inferunt.* jam poena eorum sequitur, quae certe secundum *Manethonem* in aliis locis & aliarum gentium jura non est nisi *Crux*. sed sic jam describitur Graece & Latine

—— Ἄτερ θανάτοιο τέλ☉ τετληότας αἰνὸν,
Πρὶν γε θανεῖν χρυερῇσι δαϊζομένους ὀδύνῃσιν.
—— *Sed mortis finem subeuntes dirum*
Prius quam moriantur, tristibus divisos doloribus.

vidimus in loco primum hic adducto e Manethone *cruciarios*, antequam suffigerentur, στρεβλὰ κολαζομένους. jam illos habemus ὀδύνῃσι δαϊζομένους, & τετληότας τέλ☉ αἰνὸν θανάτου, πρὶν γε θανεῖν. *doloribus discerptos*, *& subeuntes miserabilem mortis finem*, *antequam moriantur.* videtur species ὀξυμώρου. *mori ante mortem.* id est *mortis dolores & anxietates pati*, *nec tamen mori.* quod certe accidere suffixis cruci constat, qui potius inedia & siti & injuria aeris perire excarnificati solent, quam e letali vulnere. unde *mori merito ante mortem*, immo *sine morte* perhiberentur. & ita loquitur *Manetho*, si contextus sincerus. ἄτερ θανάτοιο *sine morte* notat. videtur V. D. legisse ἀτὰρ. *Sed.* si legamus ἄτερ, quod durius videtur, πρὶν γε θανεῖν referendum ad sequentia. si ἀτὰρ, referendum ad praecedentia. & τέλος θανάτου usitatissimum. nec tamen adjectione opus, quia τέλ☉ quoque per se *mortem* significat, si ἄτερ serves.

P. 51. Vs. 7. Πρὸ τοῦ Καλλιῤῥόης τάφου] L. 28. ff. 15. *de poenis. Famosos latrones in his locis, ubi grassati sunt, furca figendos . . . & solatio sint cognatis & affinibus interemtorum eodem loco poena reddita, in quo latrones homicidia fecissent.* Ita *in ipsis illis locis in quibus peccaverant, in crucem sustulit*, ap *Volcat. Gallic. Avidius Cassius* C. 4. *Ael. Lampr. Alex. Sev.* 23. antiquissimus mos, & quem observatum videas apud *Herodotum* L. VII. 88. in equo, qui dominum excusserat, ut mors sequeretur. Τὸν δὲ ἵππον αὐτίκα κατ' ἀρχὰς ἐποίησαν οἱ οἰκέται, ὡς ἐκέλευε. ἐς τὸν χῶρον ἐν τῷπερ κατέβαλε τὸν δεσπότεα ἀπαγαγόντες, ἐν τοῖσι γύνασι ἀπέταμον τὰ σκέλεα.

P. 51. Vs. 7. Ἔβλεπε] quare respectu occisi supplicia subibant in loco perpetrati criminis, modo vidimus. sed respectu ipsius facinorosi, ideo in loco tali mortem subire par erat, ut adspectus loci renovaret memoriam & imaginem sceleris admissi, & conscientiam ita acrius incitaret & morderet.

P. 51. Vs. 8. ἣν οὐκ ἔλαβον οὐδὲ Ἀθηναῖοι] Si bene memini, alias jam observavimus nimis crebro Charitonem inculcare illam Hermocratis contra Athenienses navalem victoriam. Verum hic satis inepto saltem modo. Non mirum enim Athenienses non captivam fecisse Callirhoën: nam dum

 pater,

pater, quoniam ita vult, confligeret ante Syracusanos portus, Callirrhoe domi cum matre telam pertexebat, credo. an nobis persuadebimus Hermocratem in hostem vela daturum, triremi uxorem cum liberis, catello & psittaco inposuisse, ut ita adspectu carorum pignorum animatius fortiusque pro aris & focis patriae depugnaret? Noster hic dormitabundus putavit se loqui de triremi Hermocratis, non de ejus filia. de qua navi sane Capite x. hujus Libri p. 61. 7. exstat locus, non minus reprehensione dignus. *Callirrhoë ibi questa de caede Chaereae, amantis, viri & sponsi, saltem cadaver ejus recipere supplicat Veneri.* post quae valde graviter haec subjungit. Τί δὲ καὶ ἡ τριήρης ἠδίκησε, καὶ βάρβαροι κατέκαυσαν αὐτὴν, ἧς οὐδὲ ἐκράτησαν οὐδὲ Ἀθηναῖοι. Nonne gravissima post mariti interitum doloris accessio habenda est, quod tam innocens triremis fuerit concremata, & hoc quidem per inhumanos barbaros: illa inter triremes heroina, quae tam magnanime non solum restitit, sed etiam triumphavit Athenienses? saltem solatium in morte habuisset, digna manu periens, & magni Jovis trisulco igni petita in cineres & flammas reducta fuisset. patienter ferrem in poeta, ubi luditur, Europen vel Proserpinam in ipso raptu doluisse lectos flosculos e sinu esse prolapsos. sed in historico, vel qui gravitatem historicam imitatur, talia merito sunt habenda ista παιδαριώδη & ψυχρὰ, de quibus egregie Longinus περὶ ὕψους. C. III. & IV. & in quae vitia incidit iste apud *Lucianum, quomodo Hist. scrib.* T. II. p. 34. historicus, qui *mortem Severiani lugens, epularum & propinationum, quas praebebat, una memoriam faciebat, & cum domino simul periisse non sine lacrimis enarrare sustinebat.* At parasitum forte tot caenarum internecio merito affligebat.

LIBRI TERTII CAPUT QUINTUM.

P. 51. Vs. 9. Ὥραν τοῦ πλοῦ] Hactenus igitur narrata uno anno vel decem mensibus accidisse possumus fingere. a mense enim Novembri in Martium mensem mare fere clausum. Nam quae nunc geruntur, media hieme evenere, uti patet e locutione τότε γὰρ ἔτι χειμὼν εἱστήκει.

P. 51. Vs. 10. Ἔαρος ὑπολάμψαντος] *Herodot.* I. 190. τὸ δεύτερον ἔαρ ὑπέλαμπε. VIII. 130. ἔαρος ἐπιλάμψαντος. Ex qua harum locutionum ver magis processisse intelligemus? ex ultima majus incrementum collegerim. ap. *Heliod.* L. V. 249. legitur καὶ ἀναχθέντες ἤδη ζεφύρων ἐαρινῶν ἐπηχούντων ἐφερόμεθα. ubi *H. Commelinus*, recti judicii sine verborum

rum inani & affectato strepitu Criticus, libenter ex Codd. *Pal.* & *Xyl.* reposuerit ὑπηχούντων. cui accesserim, auctoritate *Taurin.* & *Vatic.* librorum suffultus.

P. 51. Vs. 10. Τότε γὰρ ἔτι χειμὼν ἐνεστήκει] id est ἐν ἀκμῇ ἦν. *hiems erat adulta*, ut loquitur *Ammian. Marc.* XXVI. IX. 364. ita *Platoni* in Phaedro p. 242. A. μεσημβρία ἵσταται *Sophocl. Philoct.* 1295. Θόρυβος ἵσταται βοῆς. *Euripid. Heracl.* 74. τίς ἡ βοὴ βωμῷ πέλας ἕστηκε. saepe pro *esse adesse. oriri. ortam esse.* ut *stare* apud Latinos. *Diodor.* XIII. 55. p. 584. τοσαύτη κατάπληξις ἐνεστήκει. καθίστασθαι ejusdem usus. *Sophocl. Antig.* 421.

Χρόνον τάδ' ἦν τοσοῦτον, ἔστ' ἐν αἰθέρι
Μέσῳ κατέστη λαμπρὸς ἡλίου κύκλος.

vid. ad L. V. 96. 25. ita ἐνίστασθαι. *instare* vulgatissimum, eadem ratione de tempore & aliis rebus dicitur.

P. 51. V. 11. Χαιρέας δὲ ἔσπευσε] *Tacit.* III. *Ann.* I. *Agrippina nihil intermissa navigatione hiberni maris.*

P. 51. Vs. 12. διὰ τὸν ἔρωτα] *Max. Tyr.* XXVI. 2. ἐπειδὰν Ἔρως τῷ καθαρῶς ξυγγένηται . . ποταμοὶ πάντες περάσιμοι· χειμῶνες πλωιμώτατοι· ὄρη εὐδρομώτατα. quae finis exemplorum & testimoniorum foret! iste Maximi locus alium in memoriam revocat dissertationis XXIII. §. 2. παιδεύματα Κρητικὰ θῆραι, ὀρειβασίαι, τοξεῖαι, δρόμοι. hunc locum transtulit ex suo *Platone* L. VIII. de L. L. 834. B. C. ubi philosophus dicit *equos & currus*, non magno studio in *Creta* haberi. caussa, quia Creta tota fere, quanta est, montana est. mirum tamen Cretensibus tribui studium δρόμων. cum ὄρη & δρόμοι natura loci & exercitii pugnant, ut patet ex duobus Maximi collatis locis. At haec ita in concordiam redigas, ut non ita campis destituta fuerit Creta, quin se cursibus potuerint exercere: at cursus etiam in venatu res utilissima.

P. 51. Vs. 12. Ξεύξας σχεδίαν,] Hic pone comma. quasi alter Ulixes, Calypso fugiens, ἐπὶ σχεδίης πολυδέσμου πήματα πάσχων. *Odyss.* E. 33. *Maximo Tyrio* αὐτοσχέδιος ναῦς. & XII. 2. σχεδίαν ἐργάσασθαι. aliis πήξασθαι vel συμπήξασθαι vel διαπήξασθαι. si vera sit Lectio in *Luciano* T. I. 387.

P. 51. Vs 16. Στόλον] *coetum legatorum.* & *ipsam navim.* recte interpres vocem δημοσίᾳ explicuit. ἐκπέμπειν *de nave* : *item de exercitu. de duce cum exercitu.* isto sensu accipe.

P. 51. Vs. 16. Ἐκείνην τὴν τριήρη] Ostendimus initio *Animadversionum* Hermocratem non praefuisse Syracusanae classi, quando ista memorabilis clades Atheniensibus fuit illata. Verum Charitonem omnem victoriae gloriam huic praetori uni contribuisse, uti majus decus

suae

suae Heroinae conciliaretur. nec ita inique: quoniam saltem ejus praecipuo consilio tanta res gesta fuit. Unde & apud alios scriptores Hermocrati navalis victoriae palma adscribitur, & *Lucianus* quidem *Quom. Hist. Scr.* T. II. 52. expressis verbis hujus Hermocrateae triremis meminit, quasi illa pugnae interfuisset, & si ea victa fuisset, victoria inclinasset in Athenienses. καταδῦσαι δὲ τὴν Ἑρμοκράτους τριήρη.

P. 51. Vs. 17. Σημεῖα τῆς νίκης] haec fuerunt *infulae*, *coronae*, *spolia*: ἀκροςόλια forte & *aplustria*.

P. 51. Vs. 18. ἡ κυρία ἡμέρα] L. v. IV. 85. I. confer cum hoc loco *Thucyd.* L. VI. C. 30 & 32. male *apographum* καθειλκισαν & ἀπώγνωσις.

P. 51. Vs. 21. Ἐσχάτῳ γήρῳ καὶ νόσῳ φερόμενος] Interpres. *ob decrepitum senium & aegritudinem non suis illuc pedibus allatus.* igitur in promtu fuit corrigere ἐσχάτῳ γήρᾳ. locutione obvia. *Alciphr.* II. III. p. 224. suspicor tamen fuisse in codice ἐσχατόγηρως. quod vocabulum saepe in ista priora corruptum inveneris. vid. viros *Eruditiss. Wesseling.* ad *Diod.* XX. 458. & *Valkenar.* ad *Ammon.* I. XII. p. 54. *Glossae.* ἐσχατογέροντες. *decrepiti.* ita ἰδιόξενος & ἰδίᾳ ξένος. ap. *Demosth.* pro *Rhod. libertat.* 155. D.

P. 51. Vs 21. φερόμενος] L. I. VI. 10. 3. Ἐφέρετο καὶ Ἀρίστων, ἔτι νοσῶν. namque tum nuper *in agro de scala lapsus* male se habebat. φερόμενος hic βαςαζόμενος. ὑπολαμβανόμενος. in sella, vel lectica, vel etiam sublevatus aliorum bracchiis & humeris. *Theodor. Prodr.* IV. 177. ἀχθεὶς φοράδην εἰς κλίνην ἐπερρίφη. quod aegrotorum vel delicatorum. *Casaub.* ad *Athenaeum* XII. IX. *Euripid. Bacchis.* 966. φερόμενος ἥξεις. *Sophocl. Oed. Col.* 1161.

Προσέλθετ' ὦ παῖ πατρὶ, καὶ τὸ μηδαμᾶ
Ἐλπισθὲν ἥξειν σῶμα βαςάσαι δότε.

Accedite o filia [adhuc quasi ad Antigonen solam, quamvis adstet Ismene] *ad patrem &, quod numquam eventurum speraveramus*, concedite me portandum *dare corpus meum vestris brachiis*, vel *velitis corpus meum portare.* mox ait

Ἐρείσατ', ὦ παῖ, πλευρὸν ἀμφιδέξιον.

ubi *Glascovicensis Sophoclis* editor nuper pro βαστάσαι conjecit μ' ἀσπάσαι. sane si vel diceretur ἀσπάζω supervacanea conjectura foret. sic contrario peccato in *Antigone* vs. 1022. διεσπαίροντο conjicit, quasi diceretur σπαίρομαι.

Verum ad Charitonis hunc locum revertendum. γήρᾳ καὶ νόσῳ φερόμενος locu-

locutio, quae mihi non admodum placet. credo potius dicturum fuisse διὰ γῆρας καὶ νόσον φερόμενος. Deinde revera quidem statim post nuptias filii ex lapsu debilitatus Callirrhoae exsequiis φερόμενος interfuit. sed malo chirurgo usus fuerit, si, licet tum brevi ῥαίσας, post tot menses adhuc claudicarit, ut sustineri necesse habuerit. Mirum quoque quod talis jam nunc, tamen post quam plurimum tempus & post reditum Chaereae ex Babylonia Syracusas, adeo vires & agilitatem receperit, ut Charito de eo dicat L. VIII. VI. 140. 10. Ἧκε καὶ Χαιρέου πατὴρ, λειποψυχῶν ἐκ τῆς παραδόξου χαρᾶς. ibi nulla mentio *sustinentium. portantium.* nec animo, ut dixi, linquitur ibi prae senectute & morbo, sed prae gaudio. totum igitur locum legerim, ἐσχατόγηρως καὶ νόσῳ φθειρόμενος, περιέφυ τῷ τραχήλῳ τοῦ παιδός. Et hoc sufficit: ut aegrotarit. non opus, ut claudicarit. & sane caussam aegrotandi dederat filii absentia & casus Callirrhoae.

Haec voces passim sibi obstant. διαφοραὶ & διαφθοραί. φοραὶ & φθοραί. *Athenaeus* L. XIII. VIII. 903. *Lucian.* T. II. 183. διαφορουμένης & διαφθειρομένης ap. *Demosth.* παραπρ. 343. D. ubi prius probum. *Plat. de L. L.* 886. A. *Diod.* II. p. 538. XVII. 192. *Plutarch. M. Cat.* 331. *Canterus,* C. II. p. 35. *Syntagmatis.* Et φθείρεσθαι νόσῳ non modo significat, *perire, mori* ex *morbo*: verum etiam *consumi. exedi. atteri. minui*; priori sensu habes apud *Homerum Iliad.* N. 666. Νούσῳ ὑπ' ἀργαλέῃ φθίσθαι: de nostra notione vid. *J. Perizon.* ad *Aeliani V. H.* VIII. 11. ἄνθρωποι φθείρονται. *sensim intereunt. senescunt.* ita διαφθείρεσθαι ap. *Lycurgum* in *Leocr.* §. II. p. 182. τοῖς σώμασιν ἀπειρηκότας καὶ ταῖς ἡλικίαις πρεσβυτέρους . . . . ἰδεῖν ἦν καθ' ὅλην τὴν πόλιν ἐπὶ γήρως οὐδῷ διαφθειρομένους. Verum ibi tamen Suidae lectionem [in πεπορπημένος] περιφθειρομένους cum *Kustero* veriorem habeo. eodem fere sensu, quo verba φθείρεσθαι πρός τινα. εἰς. κατά. εἰσφθείρεσθαι. παραφθείρεσθαι. ἐκφθείρεσθαι. ἀποφθείρεσθαι. quae antiquos Grammaticos recte explicuisse credo: *inauspicato. cum pernicie sua vel aliorum violentius & cum impetu aliquo & molestia prorumpere, irrumpere. aliquem accedere eo modo. in locum abire. se perditum ire.* licet Virum, quem maximi suo merito facio, noverim nuper hanc notionem vocibus his ereptum ivisse, & deduxisse a φθεὶρ. at sine fraude liceat huic opinioni obmovere difficultatem unam alteramve in gratiam veterum & recentiorum grammaticorum. nimirum ab hac voce ex linguae Graecae analogia non magis φθείρω posse deduci quam a χεὶρ χείρω. a θὴρ θήρω. a φὼρ φώρω. quia nulla barytona a se formant, sed circumflexa vel aliter producta. Χειρόω. χειρόω. χειρίζω. θηράω. φωράω. sic a φθεὶρ φθειρόω. φθειριάω. φθειρίζομαι. quod ap. *Herodot.* v. *Hom. Vita* C. 35. *Arat.* 961. Nec objiciatur *Hesychianum* περιφθείρεται. τοὺς φθεῖρας συλλέγει. ἢ μειοῦται. ἐλαττοῦται. licet enim id quoque agnoscat *Phavorinus*, habendum pro Comici alicujus loco, qui

magis similitudinem soni, quam analogiam derivationis spectavit. Vel legendum περιφθειρίζεται. τ. φθ. σ. περιφθείρεται. μειῦται. ἐλαττῦται. Φθείρω. μείρω. σπείρω δείρω. δέρω. δαίρω. πείρω. τείρω. ita χαίρω, σπαίρω. αἴρω. εἴρω. non a substantivis, sed a primitivis verbis derivantur. Ne usum advocem, qui forte hic aut illic *lentum motum* non plane respuat, sed ubique e contrario *inpetum*, *violentiam* requirat. ut adeo nihil commune habeat cum τῷ ἕρπειν. quod per se nec *celerem* nec *lentum motum* notat, sed *motum in terra vel juxta terram*. immo illud ipsum saepe notat *festinanter ire*. & non modo apud Tarantinos, sed omnes Dorienses populos, ipsos Lacedaemonios, tam apud poetas quam prosaicos significat simpliciter *ire*. βαδίζειν. unde etiam ἕρπετα *omnia animalia*: *ipsae etiam volucres*. ut *Salmasius* observat ad *Simniae alas*. nec absonum. ipsae enim aves, quia juxta terram vel in volatu versantur, inter terrestria animalia a philosophis numerantur. vid. *Appulejus* de *Deo Socratis* p. 679. sed illubenter his Etymologicis tricis me immisceo. usus in his regnet: qui, ut innui, centena loca sistit impetum designantia in his verbis, contra unum quod forte lentiorem motum non aversetur.

Quare nec video, quae difficultas in locutione apud *Demosth.* in *Midian* §. 23. Ἀλλὰ δεινοί τινες εἰσὶν. ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, φθείρεσθαι πρὸς τοὺς πλουσίους.. non magis quam in loco *Josephi* B. J. L. IV. C. IX. §. 4. Πολλοὶ πρὸς τὴν ἰσχὺν καὶ τὴν εὔνοιαν τῶν κατορθωμάτων ἐφθείροντο. quid! an *lente & pedetentim* abire jubetur Menelaus apud *Euripid. Androm.* 709. his verbis

Εἰ μὴ φθερεῖ τῆσδ' ὡς τάχιστ' ἀπὸ στέγης.

an ibi mox, quando dicitur φθείρεσθε τῆσδε, δμῶες, servi jubentur sensim & lente recedere ab Andromacha vincienda & vexanda, an potius quam celerrime eam dimittere, & inde in malam rem abire? An apud *Lucian. Asino* p. 624. is suo commodo & lento passu abire jubetur, cui haec verba intonantur, οὐ φθερῇ ἀπ' ἐμοῦ, καὶ τῆς ἐμῆς οἰκίας καὶ μακρὰν που ἀπελθὼν κοιμήσῃ. Verum exemplorum finis talium non foret & abstinere iis decreveramus, alioquin enim decem decades auctoritatum excutiendae forent.

P. 51. Vs. 22. Περιέφυ τῷ τραχήλῳ τοῦ παιδὸς, καὶ ἀνακρεμάμενος αὐτοῦ τοῦ τραχήλου, κλαίων εἶπε] apage, clamantem audire videor, putidam Glossam, istud τραχήλου secundo loco? At vel sic pertinaciter conservabimus, quia novimus optimos scriptores, &, quod mirum, qui concisiore alioqui stylo utuntur, non abstinere ab iterandis in vicinia vocibus, nullam saepe ob aliam caussam quam perspicuitatis gratia. *J. Caesar* multus in

talibus.

talibus. nec fecerim cum viris eruditis, qui nuperrime non semel suo more loqui facundissimum Romanorum imperatorum vetuerint. saniora docebit *P. Burmannus* ad *Suetonii Caesarem*. C. 11. quid fiet *J. Capitolino* in *Maximino jun.* Cap. v. *Lupi urbem quingenti simul ingressi sunt in eam urbem In quam se Maximinus contulerat*. in his penes Codices meliores, uti in ceteris, magna sit auctoritas.

P. 51. Vs. 25. Ἐν ταῖς χερσὶ σαῖς ἀποθάνω] *Ovidius Ep. Penelopae* vs. 112.

Respice Laerten, ut jam sua lumina condas:
Extremum fati sustinet ille diem.

Confer *Xenoph. Ephes.* 1. p. 18. πῆ με καταλείψεις (sic Cod.) τέκνον. . . τὸν γέροντα . . τὸν παιδαγωγὸν . . αὐτὸς ἀπόκτεινόν με τὸν δυστυχῆ, καὶ θάψον. mox ibi pro ἐλέσθαι lege ὄψεσθαι. mox supple οἰκεῖα. ἦγον δὲ αὐτοῖς. omnia ex eodem fonte. sed quod ultimum non latuit εὐστοχίαν perspicacis *Hemsterhusii*. quem consule in *Miscellaneis* nostris ad hunc locum. cur autem ἔτι μεῖνον in ἐπίμεινον mutaremus, quod aliis placuerit forte, caussam non video. vide L. iv. vii. 75. 23.

P. 52. Vs. 2. Ἐμβαλοῦ φορτίον κοῦφον] Verbum hoc semper in ista forma adhibetur, quando *currui* vel *navi imponere* aliquid dicimur. se vocat autem *leve onus*, quia una femina, & anus emacerata & exilis. Apud *Nasonem* Briseis ad Achillem *Epist.* iii. 68.

Non ego sum classi sarcina magna tuae.

& apud eundem vatem Uxor L. 1. *Trist.* iii. 84.

Accedam profugae sarcina parva rati.

P. 52. Vs. 2. Ῥίψατέ με εἰς θάλασσαν, ἣν σὺ πλέεις] παθητικῶς. quasi solatio futurum sibi sit, per filium & propter filium obire mortem, si βαρεῖα, ut dicit, evaderet naviganti. Βαρὺς in sensum metaphoricum leviter deflexum, opponitur τῷ κοῦφος in sensu proprio. & potest respectum fuisse ad morem quo solebant in tempestatibus aliquando jactu hominis in mare facto iram istius elementi placare. vide *Eustathium* de *Ism. & Ism.* L. vii. 255.

P. 52. Vs. 3. Περιέῤῥηξε τὸ στῆθος] an breviter pro περιῤῥήξασα ἐσθῆτα ἐκόπτετο τὸ στῆθος. *vestem scindens pectus percussit*. at τὸ κόπτεσθαι non adeo hic desideraverim. *rupit pectus* pro *rupit fascias pectorales*. ἔῤῥηξε τὰ περὶ τὸ στῆθος. τὸν κόλπον. *tunicas a pectore rupit*, ut Latini loquuntur. alioqui sane περιῤῥήξασθαι & τύπτεσθαι τὸ στῆθος non raro junguntur. verum simpliciter *pectus retexisse* suffecerit. *Ovidius* x *Met.* 391.

——— — *canosque & inania nudans*
Ubera, per canos alimentaque prima precatur.

vide notam sequentem. potuit sensu indicato activum sine vitio adhibere, quia facile ἑαυτῆς in στῆθος intelligimus. nihil vetat tamen dicere περιῤῥήξασθαι, τύπτεσθαι. τὴν ἐσθῆτα. τὸ στῆθος. vide ad L. III. x. 60. II. Sed si hic diceretur de percusso pectore intelligendum necessario foret ἑαυτῆς.

P. 52. Vs. 4. Τάδ' αἴδεο] *Iliad*. x. 80. totum locum adscribam, quia eo superius disputata confirmantur.

Μήτηρ δ' αὖθ' ἑτέρωθεν ὀδύρετο δακρυχέουσα,
Κόλπον ἀνιεμένη, ἑτέρηφι δὲ μαζὸν ἀνέσχε.
Ἕκτορ, τέκνον ἐμὸν, τάδε τ' αἴδεο. . . .

Heliod. VII. 356. μή δέ τινα καὶ ἐπικουρίαν τῇ γεννησάσῃ, καὶ εἰς φῶς παραγαγούσῃ, καὶ τούτοισιν ἐκθρεψαμένῃ σὲ τοῖς μαζοῖς ἐπινοήσειας. male *Cod. Taur*. προσαγαγούσῃ. alii sine necessitate προαγαγούσῃ. vis τοῦ παράγειν nota. nempe ἄγειν εἰς τὸ φανερόν. pro τούτοισι magis etiam Ionice *Taur*. τουτέοισιν vel simile quid. credo ante id me tetigisse. Καὶ item ante ἐπικουρίαν omittit *Taur*. verum non ausim ejicere. nam luxuriantur Graeci in hac voce. nec video necessitatem apud *Plutarch*. περὶ Ἴσιδος. §. 8. amovendi τὸ καὶ, licet servetur vulgata.

P. 52. Vs. 7. Ἱκεσίας] Vindicat hanc vocem *St. Berglerus ad Alciphr*. I. XXXI. p. 131. ubi materni hujus πάθους exempla habes, quae a nobis modo notata confirmant.

P. 52. Vs. 10. Ἵνα φύγῃ δυοῖν θάτερον, ἢ τὸ μὴ ζητεῖν τὴν Καλλιῤῥόην, ἢ τὸ λυπῆσαι τοὺς γονεῖς] at si quid video, ita periens in aquis, non ex duobus malis & abominatis sibi casibus, vel *Callirrhoen non quaerere, & in ejus igitur amorem peccare; vel in parentes peccare, eos dolore adficiendo, si quaereret Callirrhoen*: non ex duobus malis, dico, alterutrum fugeret: sed in utrumque submersus incideret: nam nec quaereret Callirrhoen, & tamen parentes maxime afflicturus esset. Sed apparet quid voluerit dicere: at per brevitatem non inplevit ambitum ἐννοίας. *volens mori, ut fugeret geminum, sed alternans malum. necesse erat enim Callirrhoen non quaerere, si nollet in pietatem peccare parentibus debitam. necesse erat e contrario affligere parentes, nisi vellet peccare in amorem Callirrhoae conjugi debitum*. formula δυοῖν θάτερον accommodatius adhibet L. V. VI. 89. 6. si dixisset ἵνα φύγῃ δύο κακὰ, καὶ γὰρ δυοῖν θάτερον γενέσθαι ἀναγκαῖον ἦν, ἢ τὸ μὴ ζητεῖν τὴν Καλλιῤῥόην, ἢ τὸ λυπῆσαι τοὺς γονέας, αὐτοῦγε ζῶντος perspicuus sermo fuisset.

P. 52. Vs. 12. Ἀποῤῥίψαντες] Hac locutione egregrie illustratur plane

ne similis. D. *Lucae* in *Actis* Apostolorum XXVII. 43. ἐκέλευσε δὲ τοὺς δυναμένους κολυμβᾶν, ἀποῤῥίψαντας πρώτους ἐπὶ γῆν ἐξιέναι. qua ipsa dictione usus *Lucian.* 1. Hist. ver. §. 30. T. II. p. 94. ἀποῤῥίψαντες ἐνηχόμεθα. ubi *L. Bosius* & *M. Solanus* non obliti fuerunt loci Euangelici. naturam phraseos Noster ipse modo explicuit ἔῤῥιψεν ἑαυτὸν ἀπὸ τῆς νεὼς εἰς τὴν θάλασσαν. potes quoque intelligere, prout locus requirat, ἀπὸ τῆς ἠιόνος. τοῦ αἰγιαλοῦ. ellipsis τοῦ ἑαυτὸν in quot vocibus obtineat, vix enumerare est. in ἀποσπᾶν. βάλλειν. ἀλλάττειν. immo in ipso ῥίπτειν frequentatissimum & in ejus compositis. *Xenoph.* de *Venat.* p. 991. D. de cervis & feris aliis. Ρίπτουσι τε καὶ εἰς τὴν θάλατταν, ἐὰν κατέχωνται καὶ εἰς τὰ ὕδατα ἀπορούμενοι. p. 980. A. ὅτε καὶ ἐν τῇ θαλάττῃ (sic hic) διαῤῥιπτῶν ἐπὶ τὸν δυνατὸν καὶ ἐν ὕδατι . . . p. 979. C. de leporibus. ἐπαναῤῥιπτοῦντες μακρὰ διαιροῦσιν ἀντιπάιζοντες. vide etiam p. 986. B. C. Hanc locutionem quoque similibus illustravit *J. Gronovius* ad *Herodot.* III. 128. p. 916. ubi tamen in *Lucae* loco ἑαυτοὺς vel ἱμάτια dubitat utrumque sit subintelligendum. quamvis autem non negem ἀποῤῥίπτειν τὰ ἱμάτια posse dici, tamen ῥίπτειν suffecturum puto isto in casu. & si sermo esset de in pugnam festinantibus & procurrentibus, possent intelligi ἱμάτια. ut apud *Platon.* V. de R. P. p. 473. E. ῥίψαντας τὰ ἱμάτια, γυμνοὺς λαβόντας ὅ, τι ἑκάστῳ παρέτυχεν, ὅπλων, θεῖν διατεταγμένους, ὡς θαυμάσια ἐργασαμένους. in tali, ajo, casu, scriptum inveniens ῥίψας vel ἀποῤῥίψας intelligerem θοιμάτιον. non hic vel apud *Lucam* vel apud *Lucianum*. *Theogn.* vs. 175.

Ἣν [τὴν πενίαν] δὴ χρὴ φεύγοντα καὶ ἐς μεγακήτεα πόντον
Ριπτεῖν καὶ πετρῶν, Κύρνε, κατ' ἠλιβάτων.

P. 52. Vs. 13. Ἀνεκούφισαν] *Sophocl. Oedipo Tyr.* 22.

——— ——— ——— κἀνακουφίσαι κάρα
Βυθῶν ἔτ' οὐχ οἵα τε φοινίου σάλου.

P. 52. Vs. 13. ἀπεσκέδασε] simplex hujus verbi ex varia lectione reciperem apud *Maneth.* L. 1. 217.

Καὶ προκοπῆς στερέουσι καὶ ἐκ φιλίης σκεδάσουσι.

licet tempora non conveniant. nec eo nomine praeferendum ἐλάσουσι. sed utrumque edito praestat: nam quis intelligit ὀδάσουσι.

P. 52. Vs. 13. Λοιπὸν] *Suidas* vocat ἐπίῤῥημα. de eo egit *Bergl.* ad *Alciphor.* I. 21. apud quem Epistolographum ἤδη λοιπόν. vid. *Ulpian.* ad *Demosth.* περὶ παραπρ. 294. D. plerumque commodius *jam* quam *ad extremum* vertitur. vid.

vid. *J. Perizon. ad Aelian.* VIII. 14. ubi in laudato oraculo saltem lege Λοιπὸν ἄπει σιγῶν. Adponam Φαννίυ Epigramma, ubi haec particula in plerisque apographis male excepta.

Ναὶ Θέμιν, ἀκρήτου καὶ τὸ σκύφος, ᾧ σεσάλευμαι,
Πάμφιλε, βαιὸς ἔχει τὸν σὸν ἔρωτα χρόνος.
Ἤδη γὰρ καὶ μηρὸς ὑπὸ τρίχα καὶ γένυς ἡβᾷ,
Καὶ πόθος εἰς ἑτέρην λοιπὸν ἄγει μανίην.
Ἀλλ' ὅτε δὴ σπινθῆρος ἔτ' ἴχνια βαιὰ λέλειπται,
Φειδωλὴν ἀπόθου. καιρὸς ἔρωτι φίλος.

ubi male λοιπός. male ἐπ' ἴχνια,

P. 52. Vs. 14. φιλίας ἔργον οὐκ ἀγεννὲς] *Max. Tyr.* dixit L. VI. 4. Ὄφελος φιλίας Ἀττικῆς.

P. 52. Vs. 14. Ἀγεννὲς] merito differentia statuitur inter hoc vocabulum & ἀγενής. prius enim ταπεινός. μαλθακός. ultimum ad *natales* respicit. verum saepe in Codd. miscentur. Noster VII. VI. 125. 18. φρόνημα οὐκ ἀγεννές. *Lucian. Rhet. praec.* T. III. p. 28. jungit ἀγεννὴς & δειλός. vide eundem *Dial. Meretr.* XIII. p. 316. apud *Aeschin.* παραπρ. 267. A. malim ἀγεννεῖς. ita confunduntur γεννικῶς & γενικῶς. vid. *Lucian.* T. II. p. 510. Cl. *Alberti* ad *Hesychium.* turpissimo errore vox ἀγένειος pro ἀγενὴς accepta fuit *in Inscript.* ap. *Muratorium* p. DCXLIX. ubi quis dicitur ἀγενείους στάδιον. *in stadio* inberbes *pueros vicisse.* at ibi vertitur *ignobilis.* breviter istud monumentum percurram. Laudatur autem ceu e *Cyriaci Schedis.* at inter Romae edita *Anconitani* Epigrammata non exstat.

Vs. 2. L. Ὁμολωΐχου. vid. *Miscell.* Observ. XI. p. 159. mox Σιμίου vel Σιμμίου. *Simmiae.* non *Simii.* mox πυγμὴν. *ludum pugnorum* audit. ap. *Fabrettum* p. 100. *Caestibus* id est *pycme* (pygme). Et quis ita balbutit, ut *pugilatum* ita reddat?

Vs. 6. Lacuna ficta est. integer enim hic lapis & sic se habet.

Σάμιχος Ἐπαινέτου Λαρυμνεὺς
Παίδων τῶν πρεσβυτέρων δόλιχον.

non mirum deficere visum fuisse saxum ei, qui vertere potuit *juvenum & senum dolilicheorum.* cum significet, *puerorum majorum*: *aetate provectiorum.* notissimum est variarum aetatum pueros decertasse in ludis Graecis. & cui ignotum δόλιχον στάδιον. *curriculum longum. Lucian. Quom. Hist. Scrib.* 41. δόλιχον ἐν παισὶ νενικήκει. ubi frustra Solanus haeret. mox haec restitue sic

Eu-

Ευχαρίδαι. *Eucharidae*. Ουλιάδης. *Uliades*. ab οὖλος. Ἀρτεμίσιος Νικαρέτου. *Nicaretae*. πλαταιεύς. Δημοφῶντος. Δημήτριεὺς *Demetrienfis*. quae omnia ibi male habentur : & fic paffim omnes feu verfu feu profa Tituli Graeci.

P. 52. Vs. 15. παραυτὰ] an παρ' αὐτὰ. eodem redit. Apud *Hefychium* etiam credo vitiofe, πάραυτα. παραχρῆμα. εὐθέως. παραυτίκα. in Gloffis παρ' αὐτὸ. *illico*.

P. 52. V. 6. φίλος μὲν φίλος] In codice obvia figla φίλ'. unde tamen faepe errores. amat autem nofter διπλασιασμοὺς, quos *Demetrius Phalereus* commendat §. CCLXXX. Nofter L. III. VIII. 57. 1. Ἔκλαυσεν ἔκλαυσεν. III. X. 60. 24. σὺ μόνη, σὺ μόνη. licet fint frequentiffima, adponam aliquot exempla, ut male feriatam crifin coerceam, fi fieri poffit. vid. *Demofth. de Coron.* 513. B. παραπρ. 327. E. πρὸς βοιωτὸν. 1015. πρὸς Ἀνδρ. 703. E. *Olynth.* 1. 3. F. *Philipp.* 1. 49. F. 53. F. ὑπὲρ Μεγαπ. 157. E. παραπρ. 312. B. οὐ γὰρ ἐνῆν, οὐ γὰρ ἐνῆν. ubi mox tamen ἐνῆν mutarim in ἦν uti *Ulpian.* habet ; vel plane omiferim. nec oratores modo, fed paffim alii. verum in multis locis haec elegantia naufragium fecit incuria librariorum : in aliis locis intemperantia criticorum. miror exempli gratia *St. Berglerum in Alciphrone* L. III. 62. p. 432. e fcripto non adfumfiffe οἶδα γὰρ οἶδα, ut apud eundem L. XXXIX. οἶα γὰρ οἶα. vide eundem L. III. XXXVI. χαλεπὸς . . . χαλεπός. *Ariftoph. Plut.* 1081. οἶδ' οἶδα τὸν νοῦν. *Eurip.* Iphig. in Aul. 653. οὐκ οἶδα οὐκ οἶδα. *Lucian. Dial. mort.* XIV. 397. καὶ προσκυνεῖσθαι καὶ ὑπὸ Μακεδόνων, ὑπ' ἐλευθέρων ἀνδρῶν, ἠξίους. cui haec repetitio difpliceat vel delenda vox videatur! fi deleas, gratia & vis perit dicti. vide L. II. VII. 33. 19.

P. 52. Vs. 17. Υπεκστήσομαι] Scilicet ἐκ τοῦ μέσου. in apographo hic. ὑπεκστήσομεν. at in margine *vel* σομαι. indubitato fic legendum. vide *Cl. Hemfterhuf.* ad *Lucian. Tim.* p. 152. & notata. L. I. IV. 8. 2.

P. 52. V. 18. Ἀπεσάλευσε] *Navis in falo*, quando a litore receffit. apud *Achill. Tatium* II. 103. de perfona. αὐτὸς δὲ μικρὸν ἀπεσάλευσε τῆς γῆς. idem L. II. 133. paffiva forma. ἡ ναῦς ἀπεσαλεύετο. ut nofter alii & *Max. Tyr.* I. 3.

P. 52. Vs. 19. ἀπεσπάσατο] ἀποσπάσασθαι fignificat *aliquod, aliquem ab alia perfona vel alio loco ad fe trahere*. ἀποσπασθῆναι. *avelli ab aliquo*. vide *Abrefchium* in *Mifcellan.* X. p 210. igitur hic diceretur *Prolychармus parentes a puppe ad fe traxiffe*. quod abfurdum lege ἠσπάσατο. quod & vidit interpres. ita ἀποσκοπεῖν. ἀποβλέπειν. *e longinquo videre* vid. *Cl. Hemfterh.* ad *Lucian. Dial. Mort.* VI. p. 304. *Plato* VI. de R. P. p. 499. dixit Πόῤῥωθεν ἀσπάσασθαι. *Eurip. Hippol.* 102.

Πρόσωθεν αὐτὴν ἁγνὸς ὢν ἀσπάζομαι.

ut

ut ἀποσπάσασθαι est *ad se trahere. ex alio loco.* ita ἐπισπάσασθαι *ad se, ad partem corporis sui.* sic ἐπισπασάμενος τὴν κόμην. rectissime receptum apud *Lucian. in Rhet. Praec.* p. 13. ubi ἀσπασάμενος, item irrepserat. vid. *Abdicat.* p. 186. ita *Phalar. priore.* 191. τινὰ διασπάσασθαι, *dum quisque ad se trahit corporis partem.* obiter corrige in affini voce, *Schol. Luciani* ibidem p. 191. κατέσπασε. κατεχάλασε. vulgo κατεγάλασε.

P. 52. Vs. 22. Πώσειδον] Apographi error non erat recipiendus pro Πόσειδον. δύνομαι. πεπράθη recte correcta.

P. 52. Vs. 23. Χωρὶς ἐκείνης κόμισον] sic supple, cum interprete vel ἐπάναγε. vel δὸς ἀνιέναι. ἀναχωρῆσαι.

LIBRI TERTII CAPUT SEXTUM.

P. 52. Vs. 25. Πνεῦμα φοβερὸν] an φοβερὸς, idem quod μέγας. *Catullus. Ep.* XXIV.

O ventum horribilem atque pestilentem.

vid. *Salmasium in Plinianis.* p. 314. sed hoc parum ad rem. posses σφοδρός. vid. *Lucian. Verae Histor.* II. p. 105. 131. & φοβερὸς in σφοδρὸς jure refinxit Cl. *Hemsterhusius* in *Xenoph. Ephes.* L. I. p. 19. in *Miscellan.* III. 321. quem locum habe integriorem. καὶ ἤρα τῆς κόρης φοβερὸν ἔρωτα. λέγει δὲ πρὸς τὸν Κόρυμβον καὶ τὰ αὐτοῦ, καὶ συνεβούλευσε μὴ ἐπὶ πλέον ἐπανιᾶσθαι, ἀλλὰ ἔργου ἔχεσθαι. καὶ γάρ . . . .

Sed cum Reiskio verius hic puto φορὸν, ut Noster loquitur L. VIII. II. 130. 19. πνεύματι φορῷ χρησάμενος. Diligentia *Wesselingii* plura subpeditabit ad *Diodor.* XIV. C. 55. *Thucyd.* II. 77. πνεῦμα ἐπίφορον dixit. recte apud *Plutarch.* in *Caes.* 147. φοβερὰν mutatur alio sensu in φορᾶς. apud *Strabonem* L. VI. 431. A. φορὸν πνεῦμα probavimus L. III. III. 47. 7. prae πνευμάτων φορά. at contra apud eundem L. II. 180. C. levis suspicio nata an non sit legendum: συμφωνεῖν καὶ τὰ ὡροσκοπεῖα καὶ τὰς ἀνέμων φασὶ τὰς ἑκατέρωσε φορὰς. vulgo τοὺς . . . ἀνέμους . . τοὺς . . . φορούς. vid. *Maxim. Tyr.* XI. 5.

P. 52. Vs. 25. Υπέλαβε] L. III. III. 46. 18.

P. 52. Vs. 26. Καὶ ὥσπερ κατ' ἴχνος] hic fere unicus locus, ubi Deum e machina advocat. eodem cursu per vastum mare uti: eodem spatio die-

dierum I. XI. 16. 10. & ad eandem litoris particulam adpellere non παράδοξον, ἀλλὰ μᾶλλον, ut ipſe ait, ἄπιςον. calx huic arenae admiſcenda fuerat. vide cogitata ad L. III. IV. 50. 17.

P. 53. Vs. I. Οἱ μὲν οὖν ἄλλοι] Confer *Virgilii* locum in *Aeneid.* I. 172. 179.

P. 53. Vs. 4. Δυνάμεθα] legat, qui velit δυνάμεθα, igiturque & ſic reponat L. VII. I. 115. 4. & centum locis.

P. 53. Vs. 9. Πρώτην Καλλιρρόην ἔδειξας] Elegans & uſitatata constructio. ut L. VIII. II. 130. 21. πρώτυς ἐξέπεμψε τὺς κήρυκας. *Thucyd.* VIII. 100. προσέβαλον πρώτῃ Μηθύμνῃ, ubi poterat ſcribi. πρῶτοι & πρῶτον. ita & hic πρῶτον & πρώτη aeque foret bonum. uti L. II. II. 25. 13. σὺ μοὶ πρώτη Χαιρέαν ἔδειξας. ſed orationem hic variatam fuiſſe quid vetat? *Herodot.* III. 137. ἐπί τινα τῆσδε προτέρην ςραθευσόμεθα πόλιν. poterat etiam πρότερον. *Diodor.* XIV. 16. p. 632. Τότε πρώτοις ἐπεψηφίσαντο Ρωμαῖοι τοῖς ςρατιώταις. nec opus πρῶτον. immo & πρῶτοι ſi inveniretur, ſervari ex conſenſu codicum deberet. ita eodem Libro C. XLVIII. omnes tres formae locum poſſunt habere: & Codicibus modo obtemperare reſtat. nec ſane video cur in *Max. Tyrii Diſſert.* XXVI. 8. μόνον ſit in μόνος mutandum. ὁ ἐξ ὀφθαλμῶν ἔρως κοινωνικὸς μόνον. vertere licet aeque bene *amor ex oculis eſt modo, eſt tantum, eſt ſolum communicabilis*, atque per adjectivum *ſolus vel unus*. recte πρῶτον apud *Lyſiam* p. 14. ſervatum: licet Codex unus exhibeat πρῶτοι. *Ariſtoph. Lyſiſtr.* 443. ταύτην προτέραν ξύνδησον ὁτιὴ καὶ λαλεῖ. rectum hoc, at in eadem fabula vs. 316. metrum poſtulat, uti *Florens Chriſtianus* partim vidit, ut ſcribamus,

Τὴν λάμπαδ' ἡμμένην ὅπως πρώτην ἐμοὶ προσοίσεις.

vel ἐμοὶ πρῶτον. At apud *Lucian. Tyrann.* p. 157. 31. εἴθε πρώτως σοι ἐνέτυχον non opus quidem cum *Solano* πρῶτος vel πρώτῳ. quia tamen facile Σ adhaeſerit ex ſequenti voce, in πρώτῳ inclinarem. vide *J. Perizon.* ad *Aeliani V. H.* X. XVIII.

P. 53. Vs. II. Εἰκόνα χρυσῆν, ἀνάθημα Διονυσίυ] Solebant veteres parentum, cognatorum, amicorum imagines, tum viventium, tum defunctorum in templis dedicare. Diſtichon apud *Plutarch.* de *vitis* X. *Rhetorum* p. 838.

Τιμόθεος φιλίας τε χάριν, ξενίην τε προτιμῶν,
Ἰσοκράτυς εἰκῶ τήνδ' ἀνέθηκε θεαῖς.

id eſt *Cereri & Proſerpinae.* ibidem p. 839.

Ἰσοκράτης Ἀφαρεὺς, πατρὸς εἰκόνα τήνδ' ἀνέθηκε
Ζηνὶ, Θεούς τε σέβων καὶ γονέων ἀρετήν.

animadverte θεοὶ de *Jove uno*, ut γονεῖς de *patre solo*. videantur *Miscellanea* nostra T. VIII. p. 292. *Cl. Muratorius*, pro more, vitiosissime repetivit p. CXXII. 5. & CXXVII. 2. edens Ζῆνα θεοῦστε. *Jovem & deos*. cum Jovi Olympiae in basi haec aerea statua sit dedicata. apud eundem p. MLVI. 7. ἀπολλώνιος ἀπολλωνίου μαραθώνιος τοῦ ἑαυτοῦ πατέρα ἀπολλώνιον δημητρίου, ἀπόλλωνι. quemadmodum recte emendavit ibi Cl. Antiquarius. vide *Marmora Oxoniensia* XXVI. p. 25. CLXXXI. 61. apud Platonem legimus in *Phaedro* p. 235. E. Καί σοι ἐγὼ, ὥσπερ οἱ ἐννέα ἄρχοντες, ὑπισχνοῦμαι χρυσῆν εἰκόνα ἰσομέτρητον εἰς Δελφοὺς ἀναθήσειν, οὐ μόνον ἐμαυτοῦ, ἀλλὰ καὶ σήν. ubi *J. Serranus* vertit *coronam*, etiam in aliis errans. ut cum ἰσομέτρητον vertit *aequilibrem*: cum sit *aequalem magnitudine*. in *Anthol.* p. 253. *de statua*, μέτρον τεὸν καὶ κάλλος ἔχουσαν. *Theocr. Idyll.* X. 33.

Χρύσεοι ἀμφότεροι κ' ἀνεκείμεθα τᾷ Ἀφροδίτᾳ.
Τὼς αὐλὼς μὲν ἔχοισα καὶ ἢ ῥόδον, ἢ τύγε μᾶλον.
Σχῆμα δ' ἐγὼ καὶ καινὰς ἐπ' ἀμφοτέροισιν ἀμύκλας.

P. 53. Vs. 13. Σκοτοδινιάσας] *Hesych.* μετὰ σκότους ὀφθαλμῶν συστραφεὶς, ὃ ἐστιν ἰλιγγιάσας. ad Grammatici mentem *Aristoph. Acharn.* 1235.

Ἰλίγγιῶ κάρα λίθῳ πεπληγμένος
Καὶ σκοτοδινιῶ.

Platoni X. *de L. L.* 892. E. etiam junguntur.

P. 53. Vs. 16.] Ζάκορος *Lexicon Coislinianum* p. 233. p. 600. ὁ τοῦ νεὼ ἐπιμελόμενος. κορεῖν γὰρ τὸ σαίρειν. τὸ δὲ ζα οὐκ ἐστιν ἐνταῦθα ἐπίτασις. vult scilicet esse *praepositionem* Διά. διάκυνθος Ζάκυνθος. vide *Etym. M.* p. 407. 28. & *J. Clericum* ad *Menandrum* p. 47. Ζάκοροι & νεωκόροι, licet quidam *inferiores*, in maxima plerumque dignatione: inde merito apud *Lysiam* p. 130. Διοκλῆς ὁ Ζακόρου τοῦ Ἱεροφάντου servatur. Cur enim quis non simul νεωκόρος sive Ζάκορος esset & ἱεροφάντης? quoniam eorum munus erat ἱερὰ φαίνειν, ἐξηγεῖσθαι & porro. ita ἱερεὺς & νεωκόρος in eadem persona juncti inveniuntur tum alias, tum in duobus titulis apud *Muratorium* CCXLVIII. 1. quamvis ibi perhibeatur ἱερεὺς τοῦ θεοῦ καὶ νεωκόρος τοῦ σεβαστοῦ. vellem autem exemplum ubi quis diceretur Ζάκορος ἱερέως vel ἱεροφάντου. nam Ζάκορος dei alicujus vel νεωκόρος non longe quaerendus foret. *Manetho.* VI. 437.

Ἀθανάτων ζακόρους, σηκῶν, θ' ἁγίων ἱερῆας.

Apud *Manilium* L. V. 340. *Atque auctoratos in tertia jura ministros.*

Scaliger & *Salmas.* ad *Vopisci* Aurel. p. 509. interpretatur νεωκόρυς. malim ἱεροδέλυς. *auctoratos ministros.* nec enim omnes *neocori servi.* Isti autem tituli spurcissime habiti: sed quos juvare jam non vacat. potius succurramus miserae cuidam sacerdoti feminae, ex qua facta fuit *Saltatrix.* sic enim legimus apud eundem *Muratorium* p. DCLXI. I.

ἡ βουλὴ ϗ (ὁ) δῆμος
Φλαουίωι ἀθηναίωι Φλαουίυ ποντίλυ
θυγάτηρ ἄπαζα κορεύσασα

Senatus & populus
Flavio Athenienſi Flavii Pontili (filio)
Apaza filia saltatrix.

Ubi valde adposita & reconditae eruditionis multa docentur de *saltatricibus*: quae velim omnino consulas. singula enim verba animadversione dignissima. hoc loco prodidit ex schedis *Cyriaci.* at omnis haec doctrina in fumum abitura est, si eadem sit inscriptio, quam prodidit vir Cl. ex suis schedis p. DLXX. 4. ubi θυγατερ απαζα κορευσασα redditur: *filia Apaza virgo.* & sane eadem videtur. *Cyriacus* p. XXXV. exhibet θυγατερα παζακορευσασα. Tu mecum lege θυγάτηρ ὑποζακορεύσασα. nempe erat filia patri ὑποζάκορος. *Suidas.* ζάκορος. νεωκόρος. ϗ ὁ ὑπηρέτης. ne autem vocem ὑποζακορεύειν suspectam habeas, idem cavit Lexicographus ex *Herodoti* L. VI. C. 134. & 135. laudans ὑποζάκορον τῶν χθονίων θεῶν. sive ἱέρειαν. verbum habes ap. *Murat.* CLXXX. I. licetne errorem alium ex hoc titulo, saltem e versione tollere? quem tu putas esse *Flavium Athenis ortum*: *Athenienſem.* me fateor nescire unde sit. nam Φλάβιος Ἀθηναῖος. mihi est *Flavius Athenaeus.* ut *Flavius Pontilus* cognomine ita dictus.

P. 53. Vs. 14. Ὕδωρ προσήνεγκε] *Aristoph. Vesp.* 989.

Πάτερ, πάτερ, τί πέπονθας. ΦΙ. οἴμοι πῦ 'θ' ὕδωρ.
ΒΔ. Ἔπαιρ', ἔπαιρε σαυτόν.

Heliod. II. 72. ὡς δὴ κἀκεῖνοι παρ' ἐλπίδα σωθέντες ἐκινδύνευον, ἕως ὁ Κνήμων πίδακά τινα διασμώμενος ϗ τὴν συῤῥυεῖσαν καταβραχὺ νοτίδα κοίλαις ταῖς χερσὶν ὑδρευσάμενος, τὸ πρόσωπόν τε αὐτῶν ἐπέῤῥανε, ϗ θαμὰ τῶν ῥινῶν ἐπαφώμενος, ἐπὶ τὸ φρονεῖν ἐπανήγαγεν. Ita Codex *Taur.* nisi quod pro ἕως habeat ϗ. & vitiose ἐπέραινε. *Theodor. Prod.* VIII. p. 365.

Εἰ μὴ Μύρι%λα μύρα μυκτήρων μέσων
θεῖσα συνεζώωσε τὸν νεανίαν.

vide *Philippi Parei Electa Plautina* p. 85.

P. 53. V. 19. Ἀγαθῶ μεγάλῳ] Hoc in Venere ita fuerit. & sic saepe *aparitio* deorum fausti fuit ominis. at aliquando & quorundam numinum ἐπιφάνεια perniciosissima. Historiae & Fabulae exemplis in utramque partem abundant.

P. 53. Vs. 21. Τίς γάρ ἐστιν, ὁ Χαιρέας εἶπεν, αὕτη;] Ita apographum distinguit. nec male.

P. 53. Vs. 24. Ὑποβαστάσας] *H. Stephano* ignotum. aliis non item.

P. 53. Vs. 24. Ἑκάστης γενέσθαι] L. I. XIV. 20. 21. II. X. 38. 3. apud *Aristaen.* I. 20. legimus. τοῦτο ἔκπληστον καὶ περιβόητον, ὡς παράδοξον καὶ παγγέλοιον γέγονε τὸ κακόν. *Mercerus*, *cognitum*. Vir doctus corrigit *abominandum*, ut epistola sequente περιπτυόμενον. de quo consulatur Cl. *Luciani* interpres ad ad T. I. p. 414. *Mercerus* videtur legisse ἔκπυστον. ἀνάπυστος *Herod.* VI. 64. & 66.

P. 53. Vs. 26. Ἀλλ' ἀμεῦ] varia agitavi. nihil satisfacit. an placet ἀλλὰ μὴν. *Demosth.* περὶ συμμ. 137. A. Ὑπὲρ Μεγαπ. 157. B. Κατὰ Φιλ. A. 53. E. ἀμῆ. ἀμοῦ. ἀμῶς non audeo.

P. 54. Vs. 2. Θάλασσα φιλάνθρωπε] Non saepe hoc epitheto cohonestatur perniciosum hoc elementum. *Theophyl.* Ep. 28. καλλυνάζει γὰρ ἡ θάλασσα τὸ ἄγριον, καὶ παρέχεται τοῖς πλωτῆρσιν ὄψιν φιλάνθρωπον, ὁπηνίκα τῷ ἐλαίῳ φιλοφρονοῦνται, ἄγαν τοῖς κύμασι χαλεπαίνουσαν. *Anthol.* III. XXII. 26. 246.

Ἀνθέα τὸν ναυηγὸν ἐπὶ στόμα Πηνειοῖο
 Νυκτὸς ὑπὲρ βαιῆς νηξάμενον σανίδος,
Μούνιος ἐκ θάμνοιο θορὼν λύκος ἄσκοπον ἄνδρα
 Ἔκτανεν. ὦ γαίης κύματα πικρότερα.

immo πρᾳότερα. vel πιστότερα cum codice *Vatic.* a manu partim secunda. vid. L. III. XXII. 37. 250.

P. 54. Vs. 2. ἐξεπήδησε τὰ δάκρυα] *Martial.* I. XXXIV.

Amissum non flet, cum sola est Gellia, patrem.
Si quis adest, jussae prosiliunt *lacrimae.*

fuerunt igitur oculi huic Gelliae flendi artem egregie edocti: cum aliae *unam falsam lacrimulam oculos misere terendo vix vi expresserint*, ut ille ait.

P. 54. Vs. 3. Ἢ ἵνα] Credasne hac particula aliquem offensum iri, millies ita obvia? Si pruriant tamen manus, scribe adfirmative. ἦ.

P. 54.

P. 54. Vs. 9. Γεγαμηκότι;] pone interrogationis notam.

P. 54. Vs. 10. τὸ καινότατον] uti τὸ λεγόμενον passim interjicitur. sic τὸ καινότατον ap. *Longin.* III. 97. in apographo παραμυθῆτε.

LIBRI SECUNDI CAPUT SEPTIMUM.

P. 54. Vs. 14. Τριήρη ναύμαχον.] plerumque tales triremes, quae etiam ταχεῖαι & sic opponuntur ἱππαγωγοῖς. quamvis in hunc usum fere ὁλκάδες & πλοῖα adhibebantur. vide *Demosthen.* Philipp. A. 49. E. 50. C.

P. 54. Vs. 14. Καθειστήκει] L. III. v. 51. 10.

P. 54. Vs. 14. Υποκορισάμενος] Si credimus *Moeridi Atticistae* hoc Atticum magis quam κολακεύειν. sed quis id verbi non ita adhibuit! Quamvis re vera pro ὑποκορίσασθαι non semper commode adhiberetur κολακεύειν. vide *Thomam Magistrum.*

P. 54. Vs. 15. Διὰ τίνα] acceperim ceu singularis numeri pronomen *Callirrhoen* designans. *propter quam.*

P. 54. Vs. 18. Σεβέσαι πόλεμον, μέγαν μὲν, οὐ κοινὸν, ἀλλὰ τῆς Διονυσίου μόνης οἰκίας] puto excidisse οὐ ante vocem μέγαν. *bellum non quidem magnum. neque commune Reipublicae & sociis, verum.* nam adparuerat modo una triremis. *Xenoph. Hierone* 906. B. ἡ πόλις αὐτῶν κοινὸν πόλεμον πολεμῇ, cui opponitur οἰκεῖος apud *Herodot.* v. 23. VII. 235.

P. 54. Vs. 19. Ἀφιππευσάμενος] Ἀφιππεύω obvium. vide doctum interpretem *Diodori* L. II. C. 19. Ἀφιππασάμενος habes apud *Plutarch. Alex.* 43. qui tamen etiam ἀφίππασεν in *Arato* p. 354. & alias. ἱππάζεται habes apud *Aristoph. Nub.* 15. sed ἱππεύεται agnoscit *Scholiastes*, animadvertente *Kustero.* Codex meus a vulgata stat. vide quoque Cl. *Hudchinsonium* ad *Xenoph.* Agesil. p. 17. significat κέλητι ὀχούμενον ὀχεῖσθαι. secundum Comici *Scholiasten.*

P. 54. Vs. 20. Φρούριον βαρβάρων] Φρύγες enim erant, ut patet ex L. VIII. VIII. 142. 16. v. II. 82. 4. nempe praesidia a rege Persarum imposita, quibus Iones & Milesii coercerentur, libertatis avitae merito avidi. erat Φρούριον re vera Mileti. vid. *Thucyd.* VIII. 84.

P. 54. Vs. 20. Υφορμῶσα] legendum esse ὑφορμοῦσα diximus L. I. VII. 10. 17. vide *Thom. Mag.* in ὁρμίζω. qui metaphoricas locutiones in ὑφορμεῖν & ἐφορμεῖν sic explicat, ut utrique eandem vim tribuat. tamen

 prius

prius aptius videtur *de navibus occulto alicubi stantibus, ut aliis insidientur easque excipiant.* alterum de iis, *quae in ancoris stant occasionibus & eventibus excubantes & intentae.* ὑφορμεῖν & σοφίζεσθαι. apud *Ulpianum in Demosthenis Timocrateam* p. 790. D. sibi controversa. credo ὑφορμεῖν veram lectionem. apud *Alciphr.* III. LXV. miror relictum esse. ἡ ναῦς, ἡ ἐπὶ τῷ χώματι ὁρμῶσα. nisi deductum hoc ab ὁρμᾶν. sed tum versio mutanda fuisset. Recte tale vitium sustulit Cl. *J. Taylorus* ex Lycurgo p. 323. ita & παροςμίσαντες in *Lysia* p. 241. idem merito reponi jussit. Καθορμισθείσης δὲ τῆς νηὸς recte *Cod.* noster in *Apollod.* I. VII. 23. p. 57. quod & notavit *Faber* ex *Palatino.* Mendosa haec vox etiam in Epigrammate *Rufini.* saltem in *Apographis.*

Λέμβιον, ἡ δ' ἑτέρα Κερκύριον, αἱ δύ' ἑταίραι,
'Αιὲν * ἐφορμῶσιν τῷ Σαμίων λιμένι. * vulgo ὑφορμῶσιν.
'Αλλὰ, νέοι, πανδημὶ τὰ ληςρικὰ τῆς Ἀφροδίτης
Φεύγεθ'. ὁ συμμίξας καὶ καταδὺς πίεται.

forte quis ὑφορμῶσιν malit: ob animadversa modo ad *Thomam.* verum non recesserim a Vaticana lectione, & vicinae adeo hae notiones, utrum de speculis an insidiis, an utraque re simul agatur, ut aliquando optionem dubiam faciant. ἐφορμεῖν saltem saepe occurrit sensu ab ὑφορμεῖν vix remoto. vid. *Demosthenis Olynth.* III. 36. A. ubi ἐφορμᾶν male *Luccesinius*: sed qui parum de contextu fuit sollicitus.

P. 54. Vs. 22. 'Ανάρπαςον γενέσθαι] ποιεῖν. obviae locutiones. dicuntur non modo de *urbibus obiter & subito captis & subjugatis*, quo sensu saepe *Herodotus* & *Euripid. Rheso.* 121. verum de *penitus & subito eversis & deletis.* ut *Tacitus* L. IV. H. 72. ait, *Cremona e gremio Italiae rapta.* sic hic *triremis penitus deletur & evanescit.* unde ἀφανισθῆναι pro Glossa τῆς ἀναρπασθῆναι venire potest. accommodata exempla hujus significationis *in rebus & personis* ad *Diodori* L. XIII. 56. suppeditabit *Celeberr. Wesselingius.* dicenda quaedam erunt L. IV. IV. 74. 70. ἀνάσπαςόν τινα ποιεῖν, ποιήσασθαι, γενέσθαι alius paullo indolis: & fere dicuntur, de *eversae urbis & regionis incolis vel in captivitatem & alienas sedes abductis vel expulsis* & *relegatis. Hesych.* ἀνασπάσω. ἐκβαλῶ. apud *Herodotum* de *exulibus, relegatis, expulsis* saepe. L. III. 93. V. 12. 106. VI. 9. nec de ipsa urbe, vel regione adeo dicitur. magis hoc poetae liceret. tamen apud *Demosthen.* περὶ παραπρ. 299. E. in *Obsopoei* Codice & *Benenati* ora legitur ἀνάσπαςος ἡ πόλις αὐτῶν γέγονε. quod ferri posset, si non de civibus jam praecessisset ἐξεληλαντο. quare ibi ἀνάςατος, uti in pagina 345. A. ejus orationis legitur ἀνάςατος χώρα. praetulerim, ut ap. *Sophocl. Trachin.* 244. quamvis ἀνάςατος pro ἀνάσπαςος recte dicatur paullo minus violen-

violento sensu apud eundem *Tragic. eadem fabula.* vs. 38. ἀνασπᾶν ita acceperim apud *Lucian. Tyrann.* T. II. 114. τὺς τυραννυμένυς ἐκκόπτων . . . τὺς ἐφήβυς ἀνασπῶν. ubi ἐκκόπτειν est *vi ejicere*, ut *hostem ex arce. ex colle edito.* saepe *Xenoph.* vide L. VII. H. H. B. 638.

P. 54. Vs. 25. Νεμήσεως] Maligni in hac voce Lexicographi. *Heliodorus* & alii boni auctores saepe utuntur.

P. 55. Vs. I. Ἐνὶ δεσπότῃ] *Xenoph. Eph.* I. 17. ἡμᾶς ὑφ' ἑνὶ ποιήσας δεσπότῃ.

P. 55. Vs. I. Καὶ ὁ λαβὼν αὐτοὺς ἐπώλησεν] *Demosth.* περὶ παραπρ. 297. A. ὑμᾶς λαβὼν ᾤχετο. *Ulpian.* ἀντὶ τῦ δυλώσας ὑμᾶς . . . ἀπήγαγε. non adeo necessarium, quod nescio cui incidit, λαχών. alioqui obvia permutatio horum vocabulorum. ita μεταλαχεῖν ὕπνυ pro μεταλαβεῖν apud *Heliod.* VI. 272 in *Codice Taurinensi.* nec male. Casaub. ad *Athenaeum* VII. IX 287. F. in Alexidis versiculo emandat pro εἴληφ' ἐγώ.

Ἐπιπονώτερον μὰ τὸν Διόνυσον ὀυκ εἴληχ' ἐγώ.

quod quidem incertum. at certum versum vel sic misere laborare.

—— —— —— —— Ἐπιπονώτερον
Μὰ τὸν Διόνυσον [ἄλλον] ὀυκ εἴληχ' ἐγώ.

vel simile quid desideratur. apud *Apollon. Rhod.* I. 920. recte credo *Laurentiana* membrana.

Νῆσος ὁμῶς κεχάροιτο καὶ οἳ λάχον ὄργια κεῖνα
Δαίμονες ἐνναέται. ubi λάβον.

P. 55. Vs. I. Ἐκεῖ δὲ πέδας σύροντες εἰργάζοντο παχείας τὰ Μιθριδάτυ] Aures nostras laedit haec verborum positio. quam jam olim vocarunt σύγχυσιν. nec credo, ideo plane damnarunt. certe non auctores ipsi, qui ea usi fuerunt, & qui a dislocata vocabulorum serie speciem aliquam, sive bene, sive male, suis scriptis gravitatis & attentionis a lectoribus adquirere studuerunt. eae synchyses durae & difficiles semper, temporibus etiam vitiosiores visae fuerunt, quando coeperunt etiam hac in parte compositionis scriptores fuco potius quam mascula austeritate & decora negligentia orationem commendare suam. Hinc toties antiqui Grammatici hoc vitium notaverunt, critici novitii inconsultiore consilio etiam eximere auctoribus non dubitaverunt, ubicumque hujus instituti vestigia adparerent. Prudenter *Lucian.* de *Quomodo Hist. Scr.* T. II. 58. Καὶ μὴν καὶ συνθήκῃ τῶν ὀνομάτων εὐκράτῳ καὶ μέσῃ χρηστέον, οὔτε ἄγαν ἀφιστάντα,

ϛάντα, ϗ ἀπαρτῶντα, τραχὺ γάρ, ὔτε ῥυθμῷ παρ' ὀλίγον, ὡς οἱ πολλοὶ, συνάπτοντα. τὸ μὲν γὰρ ἐπαίτιον, τὸ δ' ἀηδὲς τοῖς ἀκόυυσι. *Thucydidi* prior τραχύτης vitio data: *Rhetores* secundae classis fere omnes posteriore mollitie laboraverunt. periculosum igitur in auctoribus vel illam duritiem velle emollire: vel nimis affectatum fractumque in hoc genere orationis habitum velle emendare. & ultimum vitium facile multos latuerit, cum longe plurimi in ipsa poesi aurium obesitate rhythmum vix percipere possint. Sed facillime offendantur, simul atque in prosa verbulum eo loco in orationis serie non sit collocatum, quo sua sibi vernacula lingua id collocari desideraret. At quam parum idonei hic judices sedeamus, res ipsa loquitur. nam rhythmus in prosa fere ab auribus hodiernis recessit respectu linguarum antiquarum. ubique tamen hoc genus emendationum & animadversionum offenderis. lubet aliquot specimina e multis per satiram adponere. *Thucyd.* VIII. 106 γεγενημένης δὲ τῆς τροπῆς, ϗ καταφυγόντων τῶν Πελοποννησίων πρὸς τὸν Πύδνον μάλιϛα ποταμὸν τὸ πρῶτον, ὕϛερον δὲ ἐς Ἄβυδον. ubi illud μάλιϛα vides separatum vel a καταφυγόντων vel a τὸ πρῶτον. Idem L. IV. 135. Ἀπεπείρασε δὲ τῦ αὐτῦ χειμῶνος ϗ ὁ Βρασίδας τελευτῶντος, ϗ πρὸς ἔαρ ἤδη, Ποτιδαίας. ubi animadvertis ὁ Βρασίδας aliena sede non modo, verum Ποτιδαίας ibi duodecim vocabulis & duobus commatibus a verbo suo remotum. qualia ὅσα κόνις circa finem periodorum apud quosvis bonos occurrunt: sed quae in Idiotisinis nostris imitationem non admittunt. *Herodot.* V. 118. Νηυσὶ ϛρατιὴν πολλὴν ἄγοντα Περσικὴν Ἀρτύβιον. locus nostro fere similis positione. *Demosth.* περὶ παραπρ. 322. E. Μικρὸν ἀκούσατέ μυ ἔξω τι τῆς πρεσβείας ταυτησί. Idem in *Midiam* p. 632. B. Καὶ πολλὺς ἂν ἑτέρους ἔχοιμι λέγειν, ὧν οἱ μὲν, τεθνᾶσιν, οἱ δ' ἠτιμωμένοι διὰ πολλῷ τύτων εἰσὶν ἐλάττω πράγματα. *Lysias* p. 443. Καὶ μηδεὶς ὑμῶν ἡγείσθω με Λαοδάμαντι χαριζόμενον κατηγορεῖν Ἐυάνδρου, ὅτι φίλος ὢν τυγχάνει, ἀλλ' ὑπὲρ ὑμῶν ϗ τῆς πόλεως προνοούμενον. ubi tota periodus turbat ὅτι φ. ω. τ. quae non ad proximum Ευάνδρυ sed ad remotum Λαοδάμαντι spectat. apud *Lycurgum* in *Leocr.* §. 18. legitur ῥᾷδιον ἔϛαι παρ' ὑμῖν ἄρα μεγάλα ἀδικεῖν, ἢ φανεῖσθε ἐπὶ τὺς μᾶλλον μικροῖς ὀργιζόμενοι. ubi optimo jure Cl. editor corrigit ἐπὶ τοῖς. nam illud τὺς non nisi typi vitium haberi meretur. At transponenti ἐπὶ τοῖς μικροῖς μᾶλλον, non accesserim. immo minus id elegans putarim. Interpositio vocabuli inter articulum & nomen politissimis scriptoribus in usu. quoties *Herodotus* τῶν τις ἐχθρῶν & similia. Olim jam in hoc loco turbatum fuit, nam eadem synchysi offensi, ad sensum aeque perspicue, ediderunt *Vitebergae* Anno MDLXVIII. εἰ φανεῖσθε μᾶλλον ἐπὶ μικροῖς ὀργιζόμενοι. At orator cavens aperte Atheniensi populo convitium facere, quasi ἐπὶ μικροῖς ὀργιζομένῳ, conturbavit verba & pronuntiavit ἐπὶ τοῖς μᾶλλον μικροῖς ὀργιζόμενοι. illud

lud μᾶλλον quasi occultans. *Demosth.* in *Leptinen.* 541. D. Ἐν, οἶμαι, πολλοῖς. *Strabo* L. VI. 418. C. ἡ δ' ἄλλη κατοικία ϗ τῆς μεσογαίης ποιμένων ἡ πλείςη γεγένηται. ubi Casaubonus pro sua modestia ipse damnat vocis ποιμένων sollicitandae suspicionem, & ostendit ex pagina sequente. 419. C. Strabonem amare hanc figuram. quod & patet ex L. XVI. 1108. B. πέτρας τινας ἐπικεκαυμένας δεικνύουσι τραχείας περὶ Μυασάδα. Ambiguum saepe, fateor, sensum talia possunt facere. sed non sumus ii, qui veteres auctores in ordinem redigamus, & nostro more, non suo libitu, loqui cogamus. Critico non spectandum quid vel quomodo debuissent veteres scribere: sed quid re vera scripserint. alia ista est Crisis, nec minus nobilis: qua Longini, Dionysii, Demetrii claruerunt: sed qui non eo vecordiae progressi fuerunt, ut ob vitiosam compositionem vel alium orationis, quem caussabantur, defectum, ita scripsisse auctores negarent. Horum methodus & scientia multum re vera adjuvat Criticum, ut ita dicam, literarium, ad veram lectionem indagandam: sed minime est norma, ad quam emendatio exigi debeat. legant temeraria Criticorum, quae passim jam grassantur, cohors, modestiores laude cumulata dignos censeo, legant, dico, & relegant, quae in hanc rem prudentissime, at severe quoque, monet magnus *J. Casaubonus ad Athenaei.* L. VII. C. IX. p. 511. & quae nostra aetate *P. Burmannus*, vir aeterna laude dignus, in hanc literarum omnium certissimam perniciem consignavit in *Phaedro* majoris formae praemissa praefatione. At pergamus. *Plutarch. Demetrio* p. 33. Καὶ διηγεῖτο τὴν γενομένην, αὐτῷ μάχην πρὸς τὸ θηρίον, ὑπὸ Ἀλεξάνδρου συγκαθειρχθέντι τοῦ βασιλέως. *Lysias* p. 95. Ἡ δεινόν γε, εἰ εἰς μὲν λύσιν τοῦ σώματος ἔδωκα τὸ ἀργύριον ἐκ τῶν πολεμίων, ἐξεῖναί ἂν μοι χρῆσθαι αὐτῇ, ὅ, τι ἐβουλόμην· κινδυνεύοντι δὲ μοι περὶ τῆς πατρίδος, εἰ δὲ πυθέσθαι παρ' αὐτῆς τἀληθῆ ἐκγενήσεσθαι περὶ ὧν εἰς κρίσιν καθέστηκα. ubi illud ἐκ πολεμίων. ambiguum & remotum satis a voce λύσιν. nescio vero an locus ita constitui totus possit. pro ἐξῆν & ἐκγενήσεται vides quid substituerim. viri praestantes aliter locum sanare instituerunt. Nec offendor in *Diodoro* L. XII. 30. ubi scribitur. Οἱ φυγάδες ἀθροισθέντες ϗ παραλαβόντες ἔπλευσαν τοὺς Ἰλλυριοὺς κοινῇ μετ' αὐτῶν ἐπὶ τὴν Ἐπίδαμνον. Apud *Lucianum in Abdicato.* T. II. p. 180. Ταύτην ἐγὼ τὴν τέχνην οὐχ υἱὸς ὢν σὸς ἐξέμαθον, οὐδὲ τῷ σῷ νόμῳ ὑποκείμενος, ϗ ὅμως αὐτὴν μεμάθηκά σοι, ϗ πρῶτος αὐτῆς ἀπολέλαυκας, οὐδὲν παρὰ σοῦ πρὸς τὸ μαθεῖν ἔχων. τίνα διδάσκαλον ἐμισθώσω; ubi *F. Guietus*, quia ϗ πρῶτος αὐτῆς ἀπολέλαυκας dividit periodos cohaerentes praecedentem & sequentem, mediam tertio loco poni jubet. certe tum potius in Cl. *Gesneri* emendationem transirem. sed locus mihi esse sanus videtur. nam non modo singula verba, sed commata sive periodi orationis aliquando conturbatiore ordine proferuntur.

Apud eundem *Lucian.* T. III. 405. *Epist. Saturn.* idem, ſane periculoſae in criticis audaciae vir, non ferens verborum trajectionem, vocem ultimam hujus periodi gloſſam pronuntiat. Τὸ τάριχος μὲν ἐς τὴν φακὴν ἐμβαλεῖν τῶν ἰχθύων. in Samoſatenſis *Dial. Deor. Mar.* VIII. p. 308. huic licentiae locum libenter fecerim. Καὶ νῦν σὺ τὸν κιθαρῳδὸν τοῦτον τὸν ἐκ Μηθύμνης ἀναλαβὼν, ἐξενήξω ἐς Ταίναρον, αὐτῇ σκευῇ καὶ κιθάρᾳ. *Aristaen.* II. V. Καθάπερ αἴγλη τις ἡλίου πάλλεται συχνὰ περὶ τοῖχον, ἐξ ὕδατος ἀνταυγοῦσα κατὰ σκαφίδος ἢ λέβητος κεχυμένου. ubi noluerunt auctorem illud κεχυμένου tantum removere ab voce ſua ὕδατος. *Aristaen.* I. XVII. Καὶ τρικυμίας τὸν τρόπον τῆς ἀτάτου σαλεύεις. ubi fruſtra haec trajectio *Sophiſtis* imputatur.

Non quod umquam librariorum culpa vel perverſo nitidioris ſcripturae ſtudio, dum erroneam verborum ſeriem litura noluerunt corrigere, tales ſynchyſes accidiſſe negem. immo non verba, & periodos, ſed longe majora ſcriptorum membra evidenter a ſcribis confuſa & male locata eſſe extra dubium eſt poſitum. Verum caute in his procedendum eſſe ajo, & auctoribus ſuo more ſcribere permittendum. quis ex. gr. non adſentiatur magno *Salmaſio* in Antonino Liberali Fab. XLI. ordinanti ita verba confuſiſſima. καταλαβοῦσα . . δ' αὐτὸν ἐχόμενον ὑπὸ ἀτεκνίας, ὑπισχνεῖτο καὶ ἐδίδασκεν τὸν τρόπον, ᾧ γένοιντο παῖδες αὐτῷ. ὁ γὰρ Μίνως οὔρεσκεν ὄφεις καὶ σκορπίους καὶ σκολοπένδρας. ubi vulgo Κ. . . . αὐτῷ, ὄφεις, καὶ σκορπίους καὶ σκολοπένδρας, εἰ γένοιντο παῖδες. ὁ γὰρ μίνως ὄυρεσκε. Et apud *Xenophontem Ephesium* L. v. 71. quis non cum ſagaciſſimo *Hemſterhuſio* reponat. Καὶ δεσμὰ περιτίθησι, καὶ παραδοῦσα οἰκέτῃ τινὶ πιστῷ Κλυτῷ τοὔνομα, κελεύει ἐμβιβάσαντα εἰς ναῦν, ἀπαγαγόντα εἰς Ιταλίαν, ἀποδόσθαι πορνοβοσκῷ τὴν Ἄνθιαν. ubi vulgo contra ſenſum ἀποδόσθαι εἰς Ιταλίαν. & hanc tranſpoſitionem Codex omnino confirmat. ex quo & aliae hic mutationes petitae. in Verbis *Athenaei* L. xv. 679. A. λέγε ἡμῖν περὶ τοῦ προκειμένου, ἵνα μὴ κατὰ τὸν θεῖον Πλάτωνα ὑπολάβωμέν σε ἀποθανόντα μεταμορφωθῆναι ἐν τῷ περὶ ψυχῆς. *mira trajectione* uſum auctorem agnoſcit magnus Interpres. at quis imberbis pene Criticus jam non audacter pronuntiaret, eſſe aſſumentum otio abutentis ſcioli, qui ſedem loci indicare voluerit: quod ita in contextum irrepſerit. facile his multa addi poſſent in utramque partem. Viri eruditi *Hudchinſonus* ad *Xen.* K. A. L. v. 382. & *Abreſchius* ad *Xenoph. Eph.* in *Miſcell. Vol.* XI. III. p. 6. nonnulla contulerunt.

Liceat igitur & Charitoni ſynchyſi fuiſſe uſo: qua iterum non obſtinuit L. VIII. VII. 142. 2. Σὺ δὲ ἡμῖν διήγησαι τὰ μετὰ τὸν ἔκπλουν συνεχθέντα τὸν σὸν ἐντεῦθεν. Quin crediderim librarios aliquando tales verborum trajectiones perverſa diligentia correxiſſe. ut certe Horatio per ipſos vix canere licuerit L. I. Serm. v.

—— *ubi*

— — — ubi sedulus hospes
Pene macros arsit dum turdos versat in igni.

sed ubi duo *codices mei* cum *Taurinensi & Franequerano* meliorem lectionem tuentur & egregie *J. Rutgersius* in *Venus. Lect.* C. x. vide *doctiss. H. Cannegieterum* ad *Aviani Fab.* xxv. 4.

P. 55. Vs. 2. Πέδας παχείας] *Alciphr.* III. 24. χοίνικας παχείας ἐπισύρων κ̀ τῇ σκαπάνῃ προσανέχων κ̀ τῇ σμινύῃ τῆς μὲν τρυφῆς ἐπιλήσεται. ita & *Ctesias* p. 635. *Edit. Gron.* & *Demosth. de Coron.* 494. D. vid. *Æschin.* περὶ παραπρ. 426. C. *Æschylus Agamn.* 1648. dixit βαρείαις πέδαις sive potius σειραῖς, ut *Eruditiss. Abreschius* ad hunc Tragicum p. 401. *Aristoph. Vespis* 433. ut noster loquitur

Εἰ δὲ μὴ ἐν πέδαις παχείαις οὐδὲν ἀριστήσετε.

ubi *Junt.* & *Aldin.* omittunt τὸ ἐν. in *Kusteriana* & *aliis* εἰ δὲ μὴ, 'ν. at non opus isto auxilio, quia μὴ passim pro nulla syllaba per elisionem habetur: ut merito *H. Grotius* ad *Philemonis* λείψανα *Incerta* vs. 334. [& 285.] Μὴ *cum sequente vocali coalescere solere nemo modice Graece sciens monendus est.* monitore tamen opus erat *H. Stephano* in *Sophoclis Oed. Colon.* 1215.

ὡς μὴ εἰδότ' αὐτὸν μηδὲν ὧν σὺ πυνθάνεις.

qui istam elisionem duram fatetur. cum centies apud omne genus poetas occurrat. illum tamen secutus *Glascovicensis Editor.*

P. 55. Vs. 3. προσελθεῖν] L. III. II. 42. 13.
P. 55. Vs. 4. Διωλύγιον] L. III. III. 47. 16.
P. 55. Vs. 8. Ἀνὴρ ἐκ παρθενίας] L. VI. I. 985. VI. I. 98. 5.
P. 55. Vs. 8. Οὐδὲ ἐν τοῖς ὀνείροις εὐτυχής] contigit enim infelicibus saltem aliquando bona & jucunda somnia videre. & in somniis solemus saepe supra modum divites, felices, honorati videri. unde proverbialis locutio. ὅσα ἐν ὀνείρῳ φέρειν. apud *Theocr. Idyll.* IX. 16.

— — — ἔχω δ' ὅσσ' ἐν ὀνείρῳ
Φαίνονται, πολλὰς μὲν ὄϊς, πολλὰς δὲ χιμαίρας.

ubi *Schol.* consulatur & in primis Bataviae nostrae decus *Desider. Erasmus* in Adagiis p. 732. qui ibi Bucolici locum laudatum non praeteriit. nec alterum ex *Idyll.* XXI. 67.

Μὴ σὺ θάνῃς λιμῷ, καί τοι χρυσεῖσιν ὀνείροις.

Hanc ad paroemiam credo respexisse Charitonem : sed inflexit plane sensum : nam Chaereas non videt hic somnium, sed Callirrhoe. verum credebant etiam ei ipsi, qui miserabili habitu alicui adparuisset, aliquid malorum portendi vel jam accidisse. mox videbimus. Adponam Μακεδονίου Ὑπάτου Epigramma ἀνέκδοτον hinc non alienum.

Τὴν φιλοπουλυγέλωτα κόρην ἐπὶ νυκτὸς ὀνείρου
  Εἶχον, ἐπισφίγξας πήχεσιν ἡμετέροις.
Πείθετό μοι ξύμπαντα, καὶ οὐκ ἀλέγιζεν ἐμεῖο,
  Κύπριδι παντοίῃ σώματος ἁπλομένου.
Ἀλλὰ βαρύζηλός τις Ἔρως καὶ νύκτα λοχήσας
  Ἐξέχεεν φιλίην, ὕπνον ἀποσκεδάσας.
Ὧδέ μοι οὐδ' αὐτοῖσιν ἐν ὑπναλέοισιν ὀνείροις
  Ἄφθονός ἐστιν Ἔρως κέρδεος ἡδυγάμου.

illud κέρδος ἡδύγαμον videtur dictum pro κερδεῖν γάμον ἡδὺν. γάμος sequiorem sensum admittente. ita apud *Ovidium* VIII. *Met.* 850. *qui raptae praemia nobis virginitatis habes.* id est: *qui praedatus, lucratus es nostrum pudorem.* difficile haud foret facilius intellectu vocabulum χάρματος vel simile aliquod substituere. sed dum interpretari liceat, emendare reveremur.

P. 55. Vs. 10. Δηλοῖ γὰρ θάνατόν σου τὰ δεσμὰ] *Vincula mortem* praesignificare nusquam, quod memini, tradit ὀνειροκριτῶν Coryphaeus licet, περὶ πεδῶν ex instituto agat L. II. C. LII. at *Astrampsychus* tamen canit p. 7.

Πέδας κρατῶν, κίνδυνον ἐλθεῖν προσδέκα.

nec longe abit *Nicephorus* p. 15.

Κλοιὸν φέρων τις, οὐ μακρὰν τοῦ κινδύνου.

& p. 17.

Πέδας φέρων, νόμιζε κινδύνους ἔχειν.

haec sufficiunto ex ματαιοτεχνίᾳ hac. mox *Apograph.* male ζῶντας.

P. 55. Vs. 16. Μὴ γὰρ ἀπολείψειν ἂν τὸν Διονύσιον οὐκ ὄντος ἔτι Χαιρέου] nempe ἐθάῤῥει, sive, ut antea L. I. XIV. 20. 14. deficit εἶχος ἦν. ἡγεῖτο. ᾤετο.

P. 55. Vs. 19. ἐργάσηται] L. III. X. 60. 16. II. VI. 31. 25.

P. 55.

P. 55. Vs. 19. περιέστασε τὸ πένθος] L. II. III. 25. 25.

P. 55. Vs. 20. Ψευδόνειρον] elegans vox. mirum eam non in *Artemidoro* inveniri, cum toties utendae ejus ansa praebita fuerit. id dictum, ut apud *Spartianum* in *Aelio Vero* C. IV. *Quid si non recte constellatio ejus collecta est, quem credimus esse victurum.* ubi merito *Salmasius* nihil mutat.

P. 55. Vs. 21. Ἡ γαστὴρ] *Partus.* vel mavis *Spes vicini partus, quod praegnans erat?* certe edito partu luctus cessabat apud Romanos. *Paullus*, sive *Festus. minuebatur populo luctus aedis dedicatione. . . . privatis autem, cum liberi nascerentur, sive cum liberi nati sunt.* id est, *lugubria ponebantur.* Verum & animi tristitias cessare tum fas erat.

P. 55. Vs. 22. Ταῖς ἀληθείαις] Varie effertur apud Graecos. τῇ ἀληθείᾳ ἐπ' ἀληθείᾳ. ἐπ' ἀληθείας. nostra forma obvia. vid. *Aristaen.* I. XIII. *Philemom. Fragm.* 278.

Verum hoc substantivum etiam alias numero plurium saepe gaudet. *Menander* Ἀφροδισίοις p. 38.

Εἰ τὰς ἀλειθείας ἁπλῶς τίς σοι λέγει.

in Incertis 585. λέγειν ὀκνοῦντες τὰς ἀληθείας ἀεί. *Lucian. Cataplo.* I. p. 641. τὰς ἀληθείας εἰπεῖν.

P. 55. Vs. 22. πρεσβεῖαι] id antiquissimi moris. vid. *Josephum. Ant. Jud.* L. XII. 7. 8. 9. si otiosus sis.

P. 55. Vs. 23. Αὔξει] *Magister Thomas* non inprobat passivum usum. adi *J. G. Graevium*, affatim de hoc agentem, ad *Luciani Soloecistam Tom.* III. *pag.* 559.

P. 55. Vs. 25. δέσποιναν αὐτὴν ἀπέδειξε τῆς οἰκίας] L. VIII. VII. 142. 8. simpliciter εὐθὺς γάρ τὴν ἀργυρώνητον αὐτῷ δέσποιναν ἀπέδειξε. *Longus.* III 91. ἐκείνην ποιῆσαι δέσποιναν οἰκίας *Artemid.* II. 20. p. 108. II. 42. 135. una voce οἰκοδέσποινα. ita οἰκοδεσπότης. *Alciphron* III. LII. ὁ τῆς οἰκίας δεσπότης. *Eurip. Med.* 694.

Γυναῖκ' ἐφ' ἡμῖν δεσπότιν δόμων ἔχει.

ita de filiis familias. *Eurip. Ione.* 1526. *Alciph.* 681. 806. solebant autem post primum partum illas, quibus cohabitaverant adhuc dum, matres familias declarare, & ornamenta uxoria contribuere. *Lysias* p. 5. ἐπεὶ δέ μοι παιδίον γίγνεται, ἐπίστευον ἤδη, καὶ πάντα τὰ ἐμαυτοῦ ἐκείνῃ παρέδωκα. vide Consultiss. *H. Noordkerkium* in *Decad. Observ.* C. VII. p. 143.

P. 55. Vs. 25. ἀναθημάτων] Puerum ipsum in auro argentove vel tabulam felicis puerperii indicium, aliquando viliora, ut peplum, sandalia, dedicabant in templis, praecipue Dianae Ilithyiae. vide quae scripta in *Vanno Critica* C. VII. §. 5.

P. 55. Vs. 26. πανδημεὶ εἰςία] vide notata L. III. II. 44. 15.

LIBRI TERTII CAPUT OCTAVUM.

P. 56. Vs. 4. Χαριςὸν παρ' αὐτῆς] illud χαριςὸν est nihili. requireretur ἐνέχυρον vel simile quid. ut antea locutus fuit. & forte scribendum ἔχῃ ἐνέχυρον εὐχαριςίας. *ut non modo pignus grati animi habeat in illa, quia erat benevola, verum quia etiam meliorem fortunam ei deberet Plango.* vide dicta ad L. II. VII. 33. 8. & II. IX. 35. 16. posses etiam ἔχῃ χάριν τὴν παρ' αὐτῆς vel ἔχῃ χάριν παρ' αὐτῇ. vel ἔχῃ χαριςικήν. sed tum foret delendum παρ' αὐτῆς. quin & χαριςικὸς non qui gratus, sed qui libenter gratificatur: gratiam init. contortius foret. alioqui vox proba, licet Lexicis ignota. vid. *Democratis Sententias.* p. 64. & *Phrynichum Arabicum*, qui explicat πολὺ χαριζόμενος. in *Coisliniana Biblioth.* p. 469.

P. 56. Vs. 5. Τῆς διακονίας ἐρωτικῆς] aliis locis ὑπηρεσία. L. VI. IV. 104. 25. *Heliod.* VII. 326. τὰ ἐρωτικὰ τῇ Ἀρσάκῃ διακονουμένων. p. 342. συνηθές τι [cod. male τε] καὶ Ἀφροδίσιον διακόνημα. *Achill. Tat.* IV. 231. & centies.

P. 56. Vs. 7. Τῇ Ἀφροδίτῃ] Venus in agris Dionysii culta respicitur. II. II. 25. 6. II. III. 26. 13.

P. 56. Vs. 8. Λεχῶς] rescribe λεχοῖ. *Eurip. Electra.* 654.

Λέγ' ἥλιθς ἐν οἷσιν ἁγνεύει λεχώ.

vide notata L. II. IX. p. 229. *Animadversionum.* credo *Salmasium* in loco ibi laudato errare, quando docet λεχὼς. *lectus puerperae* dici.

P. 56. Vs. 10. Κρείττων καὶ μείζων] formulam jam tetigimus L. I. C. I. 3. 18. non quasi re vera major facta esset & statura crevisset : sed ita videbatur, *Spectabilior effecta.* quin & revera *habitior.* ita *major* apud Latinos. *Manilius* I. 35.

Major

Major uti facies mundi foret ac veneranda:
Non species tantum, sed & ipsa potentia rerum.

At proscribit hos cum plusculis versus *Bentlejus*, rogans *qui potuerit fieri major?* mundus major factus fuit, cum magis coepit cognosci: ut ipsa terra major facta fuisse potest dici, postquam tot novae regiones detectae. major & venerabilior factus sic mundus. quin porro re vera, ex hypothesi, majus deinde coelum est factum, ut canit L. IV. 933.

Majus & Augusto crescit sub principe coelum.

at secunda criminatio forte conficiet rem circa voces *& veneranda. Non solet auctor hexametrum ita claudere* ait. V. D. certe *Lucretius* hoc frequentius facit. sed fallemur, si a talibus abstinuisse *Manilium* putemus L. III. 125. *quam diuturni.* eodem libro vs. III. 125. *& specioso.* III. 461. (434) *sic breviantur.* quae omnia pro legitimis ab ipso Britanno Aristarcho agnoscuntur. tandem. *species idem prorsus quod modo facies.* at contra se res habet. *facies* hic *adspectus. species* hic pro *inani forma*, & opponitur *ipsi potentiae rerum.* ut *res & species* saepe sibi contrariae. non majoris operae foret praecedentes & sequentes versus infamia notatos, in integrum, pro parte saltem, restituere.

P. 56. Vs. 13. Καλαρχόμενος ἑκατόμβης] sic in *nuptiis filiae centum boves mactat Clisthenes* apud *Herodot.* VI. 129.
hic autem princeps dicitur καλάρχεσθαι, vel quod re vera id fecerit, ut accidit, vide *Heliod.* X. 531. vel quod per sacerdotem fecit, ipse fecisse dicatur. ut centies loquimur. de vi vocum. καλάρχεσθαι & ἀπάρχεσθαι *L. Kusterus* potest consuli ad *Aristoph. Aves* 960. & *Pac.* 1056.

P. 56. Vs. 14. Δέσποινα] rem divinam a precibus auspicabantur. *Heliod.* X. 531. Καὶ πλησιάσας τοῖς βωμοῖς ὁ Ὑδάσπης καὶ μέλλων ἀπάρχεσθαι τῶν ἱερείων, ὦ δέσποτα, εἶπεν, Ἥλιε καὶ Σελήνη δέσποινα. L. III. 141. Βωμὸν δὲ παμμεγέθη χιλίαις μυρίαις φορτώσαντες, καὶ τὰ νενομισμένα τῶν ἱερείων ἄκρα πάντα ἐπιτιθέντες, κατάρχειν τῆς σπονδῆς τὸν ἱερέα τοῦ Πυθίου, καὶ τὸν βωμὸν ἀνάπτειν ἠξίουν. ubi forte quis ἄκρα πάντα mutanda censuerit in ἄρθρα. at omnes Codices, mihi cogniti, obstant. apud *Schol. Aristoph.* in *Ranis* p. 1349. λέγουσι δὲ τὰ ἄκρα τῶν δακτύλων φαλάγγας. *Kusterus* corrigit ἄρθρα. *Alciphron* II. II. p. 220. καὶ τὰ ἄκρα καὶ ἡ καρδία μου ἀνέσπαπται. sed ubi *Arnaldus* in *Miscellan.* Vol. V. T. II. p. 276. legit ναρκῶ. at Cl. *Trillerus* in *Observ.* p. 230. καὶ δρακύω vel καὶ ταχερὰ. ἡ. κ. *Lucian.* de *Gymn.* T. II. 910. Καὶ ὁ πόνος οὗτος ὤμους τε αὐτῶν κρατύνει καὶ τόνον τοῖς ἄκροις ἐντίθησιν. & *Arnaldus* ibi rursus τοῖς ἐπικαίροις. *Lucianus Lexiph.* II. p. 334. ὅτι ἀμφοτέροις κατα-

καταχῶν αὐτȣ̃ τὰ ἄκρα διεπίεσα. ubi τὰ ἄκρα πλευρὰ interpretatur *Guietus. Hephaestion Theb.* p. 10. in *Leone* σινωθήσεται δὲ περὶ τὰ ἄκρα. & *in Scorpio* p. 14. τομὰς ϗ καύσεις ϗ σπασμȣ̀ς περὶ τὰ ἄκρα πείσεται. *Strabo* L. II. 152. B. διόπερ οὐλότριχας ϗ οὐλόκερως ϗ προχείλȣς, ϗ πλατύῤῥινας γίνεσθαι. τὰ γὰρ ἄκρα αὐτῶν συςρέφεσθαι.

An igitur edicemus pro imperio haec omnia esse corrigenda, & qui non ita sentiant τῶν γονίμων Criticae παίδων facessere ex numero jubebinus. si ita necesse, saltem alius horribile hoc decretum pronuntiet. Ipse interim cum *Joanne Buberio*, in *Miscellaneorum* Vol. XII. T. II. 436. credam in plerisque commode τὰ ἄκρα significare *corporis extremitates*, quas, ipso docente, *Seneca de Ira* L. II. C. 3. vocat *Summa. dum ad dicendum componitur, summa riguerunt.* ubi ipse ex *Philone Judaeo Legat*; ad *Cajum* T. II. p. 598. adduxi φρίκη βύθιος εὐθὺς κάτεχεν ἡμᾶς, ἣ ϗ μέχρι τῆς ἐπιφανείας ἀνεχύθη. & in *Manethone* L. V. 221. hinc conjeci ἄκρα σιδήρῳ pro inani vocabulo ἀκρισιδήρῳ. p. 227. *Animadversinum.* quae *Cl. Salmasius* in *Plinianis* notavit p. 154. ubi ἀκρέα μόρια dicit nihil differre & τὰ ἄκρα, nescio an undequaque satisfecerint. quamvis hae voces apud *Erotianum in cod. meo* commutentur.

P. 56. Vs. 16. Καὶ πατὴρ] Si tricari velimus, addere debuisset ϗ ἄῤῥενος τέκνȣ πατὴρ. Etenim *filia* ex priori matrimonio supererat.

P. 56. Vs. 18. Ὅμηρον ἔχω τῆς εὐνοίας τῆς πρὸς αὐτὴν] Interpres τῆς πρὸς αὐτὸν. posses etiam τῆς πρὸς αὐτῆς. *Lucian. Quom. Hist.* T. II. p. 54. τὴν παρ' ἡμῶν εὔνοιαν. πρὸς pro παρὰ passim. αὐτὸν pro ἑαυτὸν vel ἐμαυτὸν vel σε αυτὸν multi adstruxere. jam tetigisse credo. vid. *Perizon.* ad *Aelian.* V. H. XXI. XXXII. *Alciphr.* I. XXXIV. 152. II. IV. 256. *Eruditiss. L. F. Abreschium* ad *Aeschyl.* p. 175. & *Th. Wopkensium Tullian. Lectt.* L. II. C. X. p. 184. ubique in his confusio, saepe non ferenda. ap. *Sophocl. Ant.* 416.

Ὀσμὴν ἀφ' αὐτȣ̃ μὴ [ὁ νεκρὸς] βάλοι, πεφευγότες.

vulgo ἀπ' αὐτȣ̃. ita in *Apollod.* I. 7. p. 24. αὐτὸς ἀπ' αὐτȣ̃. *Cod.* meus male.

P. 56. Vs. 21. Αὐτοῖς ςεφάνοις] Nempe quibus ipsi erant coronati, ut in festo die & public alaetitia. vid. VIII. I. 128. 16.

P. 56. Vs. 21. Ἐφυλλοβόλησαν] vide *Casaub.* ad *Sueton. Caesar.* 34. pro ἀνθοβολεῖν. φυλλοβολεῖν dicuntur arbores. Apud *Callimachum Epigr.* XLI. ῥόδα φυλλοβολεῦντα habes. subjiciam, ut ex mea sententia legendum est.

Ἕλκος ἔχων ὁ ξεῖνος ἐλάνθανεν· ὡς ἀνιηρὸν
Πνεῦμα διὰ ςηθέων, εἶδες, ἀνηγάγετο.

Τό

Τὸ τρίτον ἡνίδ' ἔπινε; τὰ δ' ἐῤῥόδα φυλλοβολεῦντα
Τῶνδρὸς ἀπὸ κροτάφων πάντ' ἐχεόντο χάμαι.
Ὤπτηθαι μεγαλωςὶ, μὰ δαίμονας. οὐκ ἀπὸ ῥυσμῶ.
Εἰκάζω. φωρὸς δ' ἴχνια φὼρ ἔμαθον.

vs. 3. ἡ γῆ ἔπινε vel ἤγικε πίνε. in libris manu exaratis. posset ferri prior lectio. ut ad κοτταβισμὸν respiceretur, quo licet ab amentibus in pelvim saepe, at & in terram vinum cum sonitu allidebatur sive elidebatur. *Dionysius* ὁ Χαλκοῦς cognomine ap. *Athenaeum* L. xv. 11. 668.

Κότταβον ἐνθάδε σοι τρίτον ἱςάναι οἱ δυσέρωτες.

vide modo *Joseph. J. Scaligerum* ad *Manilii* L. v. p. 412. & *If. Casaub.* ad *Athenaei.* L. xv. C. 1 & 2. ne alios excitem. ipse *Callimachus fragm.* CII.

Πολλοὶ ϗ, φιλέοντες Ἀκόντιον, ἧκαν ἔραζε
Οἰνοπόται Σικελὰς ἐκ κυλίκων λάταγας.

ubi illud ἔραζε negligitur in versione. utrumque indicat habitum amatorum, qui πολυπόται. vide ad L. 11. IV. 27. 23. Τὰ δ' ἐῤῥόδα servarim. vide *Vann. Criticam* C. IX. p. 335. vs. 4. alii στεφάνων. alii στομάτων; ut *Athenaeus* XV. IX. 674. C. & ἐχέοντο. vides quid dederim. στομάτων certe vitiosum. vs. 5. in chartis erat μεγαλῶς τι μὰ δαίμονας. In quibus a *R. Bentlejo* & aliis abierim, si tanti sit, conferas.

P. 56. Vs. 21. Τὸ τέμφυθο πληθῆναι] non mirum, quum non semel isto favore excepti prae copia ingestorum florum, coronarum, vittarum & aliarum rerum periculum adierint suffocationis. vide *J. Casaub.* ad *Suet. Neronem.* C. xxv.

P. 56. Vs. 21. Ἀνθῶν] *Herodianus*, qui Phrynicho fere subjungitur, Attice dicendum statuit ἀνθέων. *Xenoph.* tamen p. 979. A. ἀνθῶν dixit. ipse *Plato Critia.* p. 115. A. *Longus* L. IV. *Alciphr.* III. XXXVII. bis. ubi *Berglerus* hoc placitum tangit. *Aelian. Ep.* v. sed illius auctoritas nulla. ne scilicet confundatur cum ἀνθ' ὧν. Scilicet hoc curabat populus Atheniensis, & non mille ambiguitates in omnibus linguis sunt. sic *Suidas* ait a *Xenoph.* βελέων, ὀρέων dici. ne confundatur cum ὄρων ab ὄρος ὄρω. sed cur non dixerit βελῶν, haud succurrit. sic χειλῶν pro χειλέων saltem librarii reliquere. vid. *Aristaen.* I. 16 & I. 17.

P. 56. Vs. 22. Διονύσιος μθὺ οὖν πάντων μθὺ ἀκουόντων εἶπε τὴν εὐχὴν] vid. L. III. II. 44. 3. & *Horatii* Interpretes optimos *Lambinum Torrentiumque* [*Verder Beke* vocat *Sannedon* φορτικῶς] ad *Epist.* I. XVI. 59.

Tt At qui

At qui adſpectus! tollunt ſupercilia paedagogi. *dele, dele illud ſecundum* μὲν, vociferantes. Vapulet *Plato* de *R. P.* IV. 421. A. ſcribens. εἰ μὲν οὖν ἡμεῖς μὲν φύλακας ὡς ἀληθῶς ποιοῦμεν. V. 473. C. Ἐτὸς μὲν τοίνυν μεταβαλόντος, δοκεῖ μὲν μοι ἔχειν δεῖξαι, ὅτι μεταπέσοι ἄν. de L. L. V. 735. Καὶ τὰς μὲν τύραννος μὲν ὢν ϗ νομοθέτης ὁ αὐτός. noſter rurſus. L. VI. V. 106. 6. Καλλιῤῥόη μὲν τό μὲν πρῶτον. ubi plura.

P. 56. Vs. 23. Μόνη] L. III. 11. 4. 3.

P. 56. Vs. 24. υἱὸν εἰς τὰς αὐτῆς ἀγκάλας ἐνέθηκε] Nempe ſtatuarum multarum ita erat habitus & conformatio, ut ambas manus paullo demiſſas protenderent & ita ſupinarent, unde *Ariſtophanis* jocus in *Eccleſ.* 775.

Οἴσειν δοκεῖς τιν', ὅς τις αὐτῶν νοῦν ἔχει;
Οὐ γὰρ πάτριον τοῦτ' ἐστὶν, ἀλλὰ λαμβάνειν
Ἡμᾶς μόνον δεῖ νὴ Δία· ϗ γάρ οἱ Θεοί.
Γνώσει δ' ἀπὸ τῶν ἱερῶν τε τῶν τ' ἀγαλμάτων.
Ὅταν γὰρ εὐχώμεσθα διδόναι τἀγαθὰ,
Ἕστηκεν ἐκτείνοντα τὴν χεῖρ' ὑπτίαν·
Οὐχ ὥστε δώσοντ', ἀλλ' ὅπως τι λήψεται.

ubi *Schol.* Ἐπειδὴ ἐπιτοπλεῖστον τὰ ἀγάλματα τῶν θεῶν ὑπτίας τὰς χεῖρας ἔχουσι.

P. 56. Vs. 25. ζωγράφος, πλάστης, ποιητής] L. IV. VII. 76. 17. ποιηταί τε ϗ πλάσται τόξα περιτετείκασιν αὐτῷ. *Ammian. Marcell.* XXIII. 4. 277. *Qualia nobis pictores oſtendunt fulmina & fictores. Trebellius Poll D. Claudio* C. VI. *quae fabella iſtum numerum affinxit? qui poëta compoſuit.* alii ſcripſiſſent *effinxit. Pacat. Paneg.* XLV. *pictorum atque fictorum imitatio.* Callirrhoe vero puerum ita Veneri ejusque benevolentiae dedicavit & commendavit, cariſſimos *in ulnis*, ἐν ἀγκάλαις gerere dicimur. *Xen.* K. Π. VII. 195. A. ὥστε μόνον οὐκ ἐν ταῖς ἀγκάλαις περιεφέρομεν αὐτοὺς ἀγαπῶντες. *Capitol. M. Anton.* 4. *educatus eſt in Adriani gremio.* ſic etiam ἐν κόλπῳ.. *in ſinu. Tacit.* III. H. 74. *Domitianus mox imperium adeptus, Jovi cuſtodi templum ingens, ſeque in ſinu dei ſacravit.* vide *Cl. Kannegieterum* ad *Aviani Fabull.* XXXV. 7. de dedicatione puerorum diis facta egimus in *Vanno Critica* C. VII. 194.

P. 56. Vs. 25. ποιητὴς ἱστόρησε] Non invenuſte hac voce de poeta utitur. *Heſych.* inter alia μυθεύει.

P. 56. Vs. 26. Οὐδεὶς γὰρ αὐτῶν ἐποίησεν Ἄρτεμιν ἢ Ἀθηνᾶν, βρέφος ἐν ἀγκάλαις κομίζουσαν] Si hoc verum, nihil mirum. peccaſſent enim in fabuloſam hiſtoriam. qui enim Virginibus Deabus, Minervae & Dianae, geſtus iſte conveniret, qui matribus proprius vel nutricibus, lac infanti praebituris? Quamvis Diana κουροτρόφος & παιδοτρόφος audiat, ſed alia ratione.

ne. vide *Pausan.* IV. C. XXXIV. *Diod.* L. V. 73. *Schol. Odyss.* Y. 71. At aliae Deae frequenter ita pictae & sculptae, ut infantes ulnis levatos mammis adplicarent. *Lucretius* L. IV. 1160.

At gemina & mammosa, Ceres est ipsa ab Iaccho.

Id est Ceres Iaccho mammam quae praebuit & proinde ulnis gestavit. hinc Ἴακχος. ὁ Διόνυσος ἐπὶ τῷ μαστῷ. apud *Suidam.* quae eadem, ut perquam multa alia, leguntur apud *Lexicographos* in *Bibl. Coislin.* p. 472. *Kusterus* consulatur ad Lexicographum priore loco laudatum. ubi tamen male *mammosa* refertur ad *Ceres.* In *Monumentis Praenestinis Jos. Mar. Suaresii* p. 37. *Fortuna puerum sustinens ulnis* exhibetur eadem, quae apud *Muratorium* ex *Ligorio.* p. LXXXIII. quam inter suspecta monumenta non relatam miror. nec patrocinium a V. D. tale est, ut ulli auxilio sit. quid enim ille puer cum *Pluto* commune habet? totius statuae conformatio aliquid peregrini & a gravitate Romana alieni spirat. deinde quid intererat illius *Juniae Aviliae Tychae aeream* statuam ponere *Fortunae omnium gentium & deorum.* femina fuerit sane, qualem dicunt Britanni, *publicq spirited. publici boni valde studiosa*: immo aliquid amplius, quae non orbis terrarum, sed & ipsius coeli deorumque curam gesserit. an hoc fecit, quia ipsi nomen Τύχη? Verum Pausaniae locus ad nostrum institutum facit. L. IX. C. XVI. enim memoratur ibi Τύχη, φέρουσα Πλοῦτον παῖδα & Εἰρήνη Πλοῦτον ἔχουσα. auctor ait, σοφὸν βούλευμα, ἐνθεῖναι Πλοῦτον ἐς τὰς χεῖρας ἅτε μητρὶ ἢ τροφῷ τῇ Τύχῃ. Eidem L. V. XVIII. effigies *Noctis* explicatur *quae dextera sustinet puerum album, Somnum, sinistra puerum nigrum, Mortem, illum dormientem, hunc dormienti similem.* [somno enim similis mors. vid. L. I. VI. 9. 24. p. 69.] *quorum mater Nox.* sed additur ἀμφοτέρους διεστραμμένους τοὺς πόδας. non capio, cur *ambo hi pueri distortos pedes habuerint.* de *Nigro* & Morte facile caussam intellexerim. an igitur legendum. ἀμφοτέρους διεστραμμένον τοὺς πόδας. sic paene censuerim. similia anaglypha exstant in monumentis Etruscis. Vol. III. Tab. IX. & X. quae debemus indefessae *Ant. Fr. Gorii* industriae. apud *Thomasium* de *Donariis.* p. 96. Imago sedens, puerumque tenens exhibetur. verum antiquarius divinitatem exhiberi negat. *Anthol.* L. IV. XII. 66. p. 333. Εἰς ἄγαλμα Ἥρας θηλαζούσης Ἡρακλέα.

Αὐτὴν μητρυιὴν τεχνήσατο. τοὔνεκα μαζὸν
Εἰς νόθον ὁ πλάστης οὐκ προσέθηκε γάλα.

Huc refer quae *Hyginus* de origine *Viae Lacteae* & alii. miror autem Charitonem, quem credimus merito post Constantini tempora vixisse,

 di-

divam puerum ulnis tenentem ſeculo ſuo venditaſſe, ceu inventum adeo mirum, ut neque pictor, neque ſculptor neque poeta ſimile quid commentus fuerit: ſi quidem iſtis temporibus *diva Virgo* tali habitu, dudum a pictoribus exhibita fuerat. Talis vel picturae vel ſtatuae memorant hi Jambi in loco prope Conſtantinopoli. Ἐν βλαχέρναις Ἴαμβοι.

Εἰ φρικτὸν ἐν γῇ τοῦ θεοῦ ζητεῖς θρόνον,
Ἰδὼν τὸν οἶκον θαύμασον τῆς παρθένου.
Αὐτὴ γὰρ ἡ φέρουσα τὸν θεὸν ἐν ἀγκάλαις,
Φέρει τὸν αὐτὸν εἰς τό τοῦ τόπου σέβας.
Εἰς τὴν θεοτόκον βαστάζουσαν τὸν Χριστόν.

Αὐτὴ τεκοῦσα παρθένος πάλιν μένει,
Καὶ μητροπάρθενος. ἔστι γὰρ τὸ παιδίον
Θεός, θελήσας προσλαβέσθαι σαρκίον.

neſcio an bene ita reſcripſerim pro μηθρονθῆς. haec hactenus.

P. 57. Vs. 1. Ἔκλαυσεν, ἔκλαυσεν] vide L. III. v. 52. 16.

P. 57. Vs. 2. Ἡσυχῇ τὴν Νέμεσιν προσεκύνησε] Formula obvia. *Alciphr.* I. XXXIII. 139. προσκυνῶ δὲ τὴν Νέμεσιν. ubi *Berglerus* laudat Platonem L. v. de R. P. 451. A. προσκυνῶ τὴν Ἀδράστειαν. rurſus *Alciphr.* I. XXXVII. 179. τὴν Νέμεσιν ὁρᾶν. *Eurip. Rheso.* 342.

Ἀδράστεια μὲν Διὸς παῖς
Εἴργοις στομάτων φθόνον.

& 468. σὺν Ἀδραστείᾳ λέγω. vid. *Barneſium.* ſubjiciam modo duo *Epigrammata* ex ineditis, ambo ἄδηλα. quamvis auctores aliquanto certius indicari poſſent, quam ſolent his ſibi conjecturis placentes.

Τὸν καλὸν ὡς ἴδομαν Ἀρχέστρατον, οὐ μὰ τὸν Ἑρμᾶν,
Οὐ καλὸν αὐτὸν ἔφαν. οὐ γὰρ ἄγαν ἐδόκει.
Εἶπα. καὶ ἁ Νέμεσίς με συνήρπασε, κ' εὐθὺς ἐκείμαν,
Ἐν πυρὶ. πᾶς δ' ἐν ἐμοὶ Ζεὺς ἐκεραυνοβόλει.
Τὸν παῖδ' ἱλασόμεσθ', ἢ τὰν θεόν; Ἀλλὰ θεοῦ μοι
Ἔστιν ὁ παῖς κρείσσων. Χαιρέτω ἁ Νέμεσις.

* * * *

Θαρσαλέως τρηχεῖαν ὑπὸ σπλάγχνοισιν ἀνίην
Οἴσω, καὶ χαλεπῆς δεσμὸν ἀλυκτοπέδης.
Οὐ γάρ πω, Νίκανδρε, βοὰς ἐδάημεν ἔρωτος
Νῦν μόνον. ἀλλὰ πόθων πολλάκις ἡψάμεθα.

Καὶ

Καὶ σὲ μὲν Ἀδράστεια, κακῆς ἀντάξια βουλῆς,
Τίσαι, καὶ μακάρων πικροτάτη Νέμεσις.

ubi observes de *Adrastea* & *Nemesi* ceu de diverso verba fieri numine; cum alioqui passim pro eodem habeantur. Νεμέσεις plurium numero cultas fuisse Zmyrnae & aliis locis notissimum. miror viros doctos in eo haesisse. vid. *H. Valesium Emend.* II. XVII. atque ibi Cl. *P. Burmannum Juniorem.*

P. 57. Vs. 3. προσέπεμψεν εἰς τὴν ἔπαυλιν] *mittere ad villam.* non *praemittere ad villam.* quo sensu non opus. *Demosth.* περὶ παραπρ. 337. D. οὓς ὁ Φίλιππος αὐτοῖς προσέπεμψε. *quos ad illos Philippus misit.* ita *Xenoph. Eph.* III. 40. τὰ μὲν πρῶτα τῷ μειρακίῳ προσέπεμπε. *misit ad juvenem.* nempe δῶρα vel προαγωγὸν, ut recte Eruditiss. *Abreschius* interpretatur in *Miscellan.* XI. III. 7. Siquis haec plane diversa putet, solito errore hic πρὸς pro πρὸ irrepsisse credat.

P. 57. Vs. 7. πλὴν εἰκόνα ἀνδρὸς φιλάτε] vide quae dicta ad L. II. IX. 36. 2. ἂν ὅμοιος τῷ πατρὶ. *Virgil.* VI. Æn. 866. de *M. Claudio Marcello*, *C. Marcelli* & *Octaviae*, *Augusti Sororis*, filio, in ipso aetatis flore exstincto, ideo canit.

Atque hic Aeneas: una namque ire videbat
Egregium forma juvenem & fulgentibus armis:
Sed frons laeta parum & dejecto lumina voltu:
Quis, pater, ille, virum qui sic comitatur euntem?
Filius, anne aliquis magna de stirpe nepotum?
Qui strepitus circa comitum! quantum instar in ipso est!

ἡλίκη εἰκών. *quanta similitudo?* Stupidi autem est non intelligere, quando memoratur εἰκὼν *similitudo*, πρωτότυπον, *rem vel personam* requiri, cui quis vel quid ἔοικε: *simile sit.* nec longe hic quaerenda persona cui hic juvenis Marcellus similis erat: nempe *Marcello* illi de quo Virgilius modo.

Aspice, ut insignis spoliis Marcellus opimis
Ingreditur, victorque viros supereminet omnes.

Servius ipse bene. ad vs. 864. *Virum.* Marcellum, *cui similis est.* hanc autem similitudinem non opus hic ut coarctes in vultus lineamentis: sed his non remotis unico hoc verbo dicit poeta: *hunc Marcellum juvenem praeclarissimo suae gentis Marcello similem & aequiparandum fore.*

Heu miserande puer! si qua fata aspera rumpas,
Tu Marcellus eris.

optime rursus *Servius. Talis, qualis fuit Marcellus, ille vir amplissimus, superius dictus.* hunc locum fusius & extra orbitam evagatus exsequi volui, quia, licet *P. Burmannus* in praeclara Virgilii editione jam ad Lexica amandasset *J. Harduinum*, qui vocem *instar* se intelligere negasset, tamen alii inventi fuerunt, qui huic hominum παραδοξοτάτῳ succinere non dubitaverint. Sed forsan etiam ipse laterem laverim. neque enim cujusvis est poetas intelligere: ne dum interpretari: multo minus emendare.

P. 57. Vs. 8. Αφεῖλω] pro ἀφεῖλου. quod mutassem, quia aliis locis ordinaria forma utitur ἀφειλόμην & ἀφείλετο, & nusquam obviam habui secundam personam hac terminatione. verum ne scribae vel descriptoris hallucinationem putarem, permoverunt quatuor loca, ubi sic scriptum invenitur in Nostro. re vera bis ter etiam legitur συνήθως pro συνήθεις. nemo tamen ideo in Graecitatem admiserit σύνηθος pro συνήθης. At in hoc verbo paullo aliter se res habet, quia profecto saepius, quam credatur, occurrant εἱλάμην, εἵλατο, εἵλαντο, & quae proinde patrocinantur τῷ ἀφεῖλω. harum flexionum auctoritates attulerunt viri praestantes *J. Alberti* & *F. L. Abreschius*, ille ad *Hesychii* Lexicon in ἀφείλατο & εἵλατο. ἀνθείλαντο. & forte alias: hic in *Miscell.* nostris Vol. v. T. iii.

In *Xenoph.* quidem K. A. I. 268. Codex Regius ἀφείλετο. ut jam nuper, hoc inconsulto, editum. *Simonides* quoque usus in Scolio ap. *Diod. Sicul.* xi. 412. etiam in *Ursiniana* hujus editione inter carmina *Illustr. Poet.* ita editum p. 171. Apud *Diodorum* saepius vel in contextu vel in Variantibus saltem. ut iv. p. 276. xvi. 44. xxxvi. 533. p. 584. Cl. interpres quoque tetigit in N. F. saepius in Codd. vide Cl. *Bengelium* ad *Acta* ii. 23. vii. 21. xii. ii. *Millium* xxiii. 2. ii *Thess.* ii. 13. in *Epigrammate* apud *Sponium* in *Ant. Erud. Miscell.* p. 370. & 376. variat *Fabrettus* p. 287. & *Gorius Etrusc. Inscript.* 421. Sed in ἀφείλατο constantes omnes. in *Coislin. Biblioth.* p. 604. 3. Αθηνᾶ ἱππεία. μεθίππον ἀνείλατο. L. μεθ' ἵππου, ἀνήλατο. uti ap. *Aristaen.* i. 13. ἤλατο vel ἥλετο non ἤλατο. An *Hesychius* etiam activam formam servavit Καθεῖλας. κατέλυσας. ἀπέκτεινας. κατέβαλες. si ita, non καθεῖλας scribendum. quo tamen modo etiam *Phavorinus.* ἕλω, εἷλα, ut ἔπω, εἶπα.

Eadem difficultas in εὕρατο. quod ab εὕρω εὗρα, εὑράμην. & sunt qui hanc formam antiquiorem putant. vide *Phrynichum.* vel pro εὑρησάμην. εὕρατο, εὑράμενοι & alia invenias, ὅσα κόνις, apud recentiores omnes. apud *Heliod.* iv. 183. omnes codices excepto uno. Verum etiam apud vetustos

vetustos. *Menander apud Stobaeum* C. XLIX. τὴν τέχνην ἐξεύρατο *Epigram. Anthol*, III. XXIII. 29. 263. ubi variatur. *Hermionax* apud *Athenaeum* L. XIII. VIII. *Manetho.* v. 2. quid ὠμώμην & alia excitem, cum *R. Dawesius* in *Miscellaneis* p. 259. εὑράμενος & alia ex omnibus Graeciae antiquae monumentis non sine infamia eradi jusserit. quale decretum etiam ejus p. 264. contra ista *Grammaticorum insomnia* τυφθείητον, τυφθειήτην, τυφθείημεν, τυφθείητε, τυφθείησαν emanavit. quae & similia igitur in sex mille locis jam exstirpentur radicitus. indigna enim quae novam hanc, quae quotidie altius & illustrius literas Graecas irradiat, adspiciant lucem. Et in prosa sine difficultate hoc fiet: loca poetarum tamen aliquammulta refractaria Herculem Criticum aliquem desiderarint. Nec defuturos opinor. duro tantum nodo durior cuneus adhibeatur. Longum foret excutere quae de his & similibus tradiderunt *G. Budaeus*, *Henr. Stephanus* & alii recentiores. ut taceam *Heraclidas*, *Thomas Magistros*, *Phrynichos*, *Etymologi M. auctorem*, *Eustathios*. quos si quis adeat, inveniet tamen nihil novi circa haec, & quae non centies dicta sint, protulisse Grammaticum Britannum. Ac potius est, ut hoc in genere quam parcissime indicti aliquid afferre in medium affectemus: & veteres terminos ita temere movendos non credamus.

P. 57. V. 10. Καὶ τὶς εἴποι ναυμαχοῦντος] omnes occasiones arripit Hermocraten & in eo Callirrhoen extollendi. in *Apographo* καὶ τύχη εἴποι. in ora „ *lege* τις. obtemperavimus. sed quid si scriptum fuerit. καὶ [τυχὸν] τὶς εἴποι. L. I. III. 5. 22. συνήθη, τυχὸν, ἐστί. *Aristaen.* II. 10. ἵνα τύχον τὸν ἔνδον ἔρωτα θεραπεύῃ. ut recte Sambuciana. τὸν omittitur alias.

P. 57. Vs. 10. Κρείττων Ἑρμοκράτους ὁ ἔκγονος] Votum parentum. jam *Homerus Iliad.* Z. 474.

> Καί ποτέ τις εἴπῃσι, πατρός δ' ὅγε πολλὸν ἀμείνων
> Ἐκ πολέμου ἀνιόντα.

Paullus Silentiarius Ἐκφράσει *S^tae^ Sophiae.*

> Ἔρχεο καγχαλόωσα, τεὴν ὅτι παῖδα δοκεύεις
> Μητρὸς ὑπερτέλλουσαν, ἐπεὶ χάρις ἥδε τοκήων.

ubi mox lege. Δάκρυ δὲ pro δάκρυ καὶ libro manu exarato addicente. *Plinius Paneg.* C. 88. *Filio tuo vinceris.* in loco *Homeri R. Dawesius* p. 147. legit εἴποι. rationes ejus vide. Chariton ei favet: at receptae lectioni *Hegemon* apud *Athenaeum* L. XV. XVII. p. 698. καὶ πότε τὶς εἴπῃσι, μικρὸν τηροῦντ' ἐσιδοῦσα.

P. 57.

P. 57. Vs. 11. Ὁ Πατὴρ] Non *Chaereas*. is mortuus creditur. & ille comprehenditur mox in voce γονεῖς. nec virtus Chaereae adhucdum enituerat. de *Hermocrate* igitur Callirrhoae pater intelligetur, an pueri avus?

P. 57. Vs. 12. Καὶ τεθνεῶτες] ita adfirmative rursus loquitur L. v. x. 96. 15.

P. 57. Vs. 15. Τίθημι] ἡγοῦμαι. *Sophocl. Antig.* 1180.

—— —— —— οὐ τίθημ' ἐγὼ
Ζῆν τοῦτον, ἀλλ' ἔμψυχον ἡγοῦμαι νεκρόν.

vide tamen ad L. III. x. 61. 5.

P. 57. Vs. 16. αἰτοῦμαι διὰ σοῦ παρὰ τῶν ἄλλων θεῶν] vide ad L. VI. II. 100. 5.

LIBRI TERTII CAPUT NONUM.

P. 57. Vs. 18. Μικρὸν διαλιποῦσα] Χρόνον. διάστημα χρόνου. *Heliod.* x. 471. *Aeschin. Parapres.* 405. D. μίαν νύκτα διαλιπών. absolute *Xenoph. Symp.* 892. B.

P. 57. Vs. 23. Καὶ ὥσπερ ἐμμανὴς φερομένη, ἀνέκραγε] probarim interpretis lectionem καὶ ὥσπερ, ὥσπερ ἐμμανής. VII. I. 113. 7. καὶ συνεχῶς, καθάπερ ἐμμανής. *Herodot.* III. 25. Οἷα δὲ ἐμμανής ὢν καὶ οὐ φρενήρης. *Heliod.* x. 525. ὥσπερ τις ἐμμανής. *Philost. Apoll. Vita.* VIII. 31. aliquando illud ὡς omittitur. *Sophocl. Electra* 296.

—— —— Πλὴν ὅταν κλύῃ τινὸς
Ἥξοντ' Ὀρέστην, τηνικαῦτα δ' ἐμμανὴς
Βοᾷ παραστᾶσ', οὐ σύ μοι τῶνδ' αἰτία.

Schol. ineditus ἀντὶ τοῦ ἐμμανῶς. *vecors animi. amenti similis* Latini. οὕτως igitur διὰ τὴν ἔκπληξιν posset accipi.

P. 57. Vs. 24. Στήσασα τοὺς ὀφθαλμοὺς] ita *Xenoph.* K. Π. I. 10. A. στῆσαι τὸ πρόσωπον. sed diverso hoc sensu & de vultu constanti, modestoque. Ut apud *Plut. Arat.* 353. *Silio Italico* xv. 70. *stans vultus. Porphyrio de Abstin.* IV. 363. βλέμμα καθεστηκός. vid. *Jo. Clericum Silvis Philolog.* C. VIII.

VIII. p. 264. Sed furentibus tribuuntur *ſtantes*, *rigidi*, *inmobiles oculi. Statius Theb.* XI. 673.

> *Horruit inſtinctu rabido, ſteteruntque trementes,*
> *Ceu viſu praeſente, genae.*

Genas enim ibi recte explicat *oculos C. Barthius.* ut ſaepe. tamen & contra *inſtabilis & vagus viſus* furioſis tribuitur. apud eundem L. X. 168. *acies huc errat & illuc.* furoris ſunt diverſi effectus. de *entheo Eunap. Max.* p. 72. ϛήσας τὰ ὄμματα.

P. 58. Vs. I. Ποταποὺς εἶδες; ἀναμνήσθητι τὸν χαρακτῆρα αὐτῶν] *Theophraſtus* ſcripſit *morum characteres.* verum hic potius χαρακτῆρα interpretor, proprios cuique nationi habitus, geſtus, lineamenta, colorem, veſtes. Nam de moribus non ſollicita, ſed de patria Callirrhoe erat. utrum Perſae, an Graeci, utrum Iones, an Siculi. re vera ποδαπὸς ad *mores* refertur ex praecepto *Phrynichi* & aliorum Grammaticorum. ad quem *Nunneſius* & *Boſius* ad *Thomam* tamen oſtendit inſtabilem eſſe uſum & Codices paſſim variare. *Herodot.* V. 13. VII. 218. *Xen.* K. A. IV. 328. C. ubi Cod. *Reg.* ποδαπός. *Alexis* ap. *Athenaeum* X. VIII. 431. B. ſed videntur, quod jam aliis viſum, haec vocabula non magis differre, quam τάπις & δάπις. Ita apud *Theophraſt. Char.* XIII. Καὶ γυναικὸς δὲ τελευτησάσης ἐπιγράψαι ἐπὶ τὸ μνῆμα, τοῦ τε ἀνδρὸς, καὶ τοῦ πατρὸς καὶ αὐτῆς τῆς γυναικὸς τοὔνομα καὶ ποταπή ἐστι. *cujas.* at ibi requireretur ποδαπή. nam ſequitur morum character. καὶ προσεπιγράψαι, ὅτι οὗτοι πάντες χρηστοὶ ἦσαν. *periergia* autem ibi in hoc ultimo non tantum elogio, ſed quod non ſimpliciter modo viri nomen adjeciſſet. ex. gr. Φιλησίη Ξενοφῶντος Ἀθηναίου. tamen non plane extra morem: ut patria adjiceretur in monumentis mulierum. *Anthol.* III. 12. I. 223.

> Πρηξὼ, Καλλιτέλευς. καὶ ποδαπή; Σαμίη.

P. 58. Vs. 3. Ὃ γὰρ βούλεται] vide ad L. VI. V. 105. 6.

P. 58. Vs. 5. Ἐνθάδε παρεῖναι] malim hic ab εἰμὶ *ſum* deductum. ne quis vitioſe pro παριέναι, ut ſaepe, poſitum accipiat. ap. *Max. Tyr.* XXIII. I. *Daviſius* recte ἀπεῖναι in ἀπιέναι mutat. ita εἶναι pro ἰέναι male in *Cod. ap. Lyſian.* p. 509. ita *H. Stephan.* in *Plutarchi Ageſil.* 398. & *Pompejo.* 478. me non invito προσεῖναι in προσιέναι mutat. apud *Heliod.* IV. 166. εἰ δεῖ καὶ κόμπον προσιέναι τοῖς εἰρημένοις. ubi legerim εἰ δὲ δεῖ τι καὶ κόμπου προσεῖναι τοῖς εἰρημένοις. Cod. T. δὲ δεῖ τι . . . προσεῖναι. *Palat.* κόμπου. *Bourdelotiana* & *Hervagiana* τι agnoſcunt. non auſim tamen omnino damnare τὸ προσιέναι. Apud *Demoſth.* I. *Phil.* 53. A. Ὅτι δεῖ τοὺς ὀρθῶς πολέμῳ χρωμένους οὐκ ἀκολουθεῖν τοῖς πράγμασι, ἀλλ' αὐτοὺς ἔμπροσθεν εἶναι τῶν πραγ-

πραγμάτων. ubi *Lucchesinius*, ut saepe, plane contra mentem oratoris: *Eventus rerum duces habere, non comites consiliorum.* immo ipsos decet esse duces rerum: non pedissequos. *debent providere. praecavere eventibus. antevertere* quasi, *ne noceant.* non male forte in hanc sententiam ἰέναι legeris. quamvis *J. Stobensis* C. LII. p. 365. vulgatam agnoscat. *Ammian. Marcell.* XXI. V. p. 210. *expertus, quid in rebus tumultuosis anteversio valeat & praegressus.* ubi adposite *Fred. Lindenbrogius* advocavit *Demosthenis* ῥῆσιν.

P. 58. Vs. 5. Δύναται Χαιρέας παρεῖναι] δυνατὸν ἐστι Χαιρέαν παρεῖναι.

P. 58. Vs. 7. περιεργὸς . . . πολυπραγμονήσει] Vicina haec sunt vitia. unde jungit *Aelian.* V. H. XII. I. Πολυπραγμοσύνης δὲ ἁπάσης γυναικείας καὶ περιεργίας ἀπήλλακτο. quamvis πολυπραγμοσύνη etiam in meliorem partem, ut φιλοπραγμοσύνη ponatur. vide *Casaub.* ad *Strabon.* I. p. 9.

P. 85. Vs. 13. Καταβήσεσθαι καὶ θεὸν ἐξ οὐρανοῦ ἀντεραστὴν] vide L. III. III. 45. 21. *Propert.* II. 5. 9.

> *Me juvenum facies pictae, me* numina *laedunt.*
> *Me tener in cunis & sine voce puer.*

Ubi *J.* *Broukhusius* recte forsitan *de pictis sub deorum specie juvenibus* accipit. Codices duo mei *pictae facies. Naso* XV. *Heroid.* 87.

> *Hunc ne pro Cephalo raperes, Aurora, timebam.*
> *Et faceres, sed te prima rapina tenet.*
> *Hunc si conspicias, quae conspicis omnia, Phoebe:*
> *Jussus erit somnos continuare Phaon.*
> *Hunc Venus in coelum curru vexisset eburno:*
> *Sed videt & Marti posse placere suo.*

vide Epigramma Graecum a me p. 24. *Animadversionum* proditum. Adponam aliud, cujus secundum Distichon edidit in *Plinianis*. p. 23. *Claudius Salmasius.*

> Εἰ Ζεὺς ἐκ γαίης θνητοὺς ἔτι παῖδας ἐς αἰθέρην
> Ἥρπαζεν γλυκεροῦ νέκταρος οἰνοχόους,
> Αἰετὸς ἂν πτερύγεσσιν Ἀγρίππαν τὸν καλὸν ἡμῶν
> Ἤδη πρὸς μακάρων ἦγε διηκονίας.
> Ναί μά σε γὰρ, Κρονίδη, κόσμου πάτερ, ἣν ἐσαθρήσῃς,
> Τὸν Φρύγιον ψέξῃς αὐτίκα Δαρδανίδην.

Cod. in vs. 3. ἡμῶν. *Salm.* ἡμῖν. in vs. 5. ἂν pro ἣν. sed ἣν in aliis. qui male λέξεις. vs. 6.

P. 58.

P. 58. Vs. 15. Τὴν ἐμὴν Ἀφροδίτην] Habebant suos deos deasque a se scilicet quoque cognominatos. haec fuerit nobilis nomine Ἀφροδίτης Διονυσιάδος vel Διονυσίης vel Διονυσιακῆς. *Venus Augusta* ap. *Gruter.* 8. MLXVIII. & *Murator.* 7. LVIII. ubi auctior. quod laudo. at p. MXXXVII. 1. oblitus fuit se illam vel similem priori loco dedisse. ambas autem illas ego inscriptiones fere credo non nisi unam eandemque esse. *Junonibus Juliae & Sensiae.* ap. *Grut.* II. XXVI. *Diana Raesiana* ap. *Reinesium* Cl. I. CCXXXII. & Cl. I. LXXI. *Hercules Paternianus.* Ita *Jupiter Caelestinus* a familia ita dictus videtur non injuria doctissimo Viro, *Henrico Cannegietero* in Volumine XII. *Miscellan. Nov.* p. 181. non aliter olim dictae Χάριτες Ἐτεόκλειοι. & Νέμεσις Ἀδραστείη. quae deinde absolute Ἀδράστεια.

P. 58. Vs. 16. Τίς ἐμήνυσεν αὐτοῖς; τίς ἐπέτρεψε;] timebat ne Venus sua ipsis εὐήκοος facta foret. neque enim Venerem incassum venerabantur. Miratur, quis indicarit fanum suae Veneris: ut in agro. indignatur ζάκορον sive νεωκόρον ipsos admisisse. *Apogr.* διατί δε. in his valde variatur. etiam in Codd.

P. 58. Vs. 17. ἀπέκρυπτε τὴν ἀλήθειαν, καὶ δεδοικὼς Διονύσιον, γινώσκων ὅτι] Illud καὶ δεδοικὼς Διονύσιον per parenthesin intelligas. quae signa licet in Codd. non adpareant, tamen animus legentium locis conturbatioribus ita succurrere debet. quia autem non tantum Dionysium quantum Callirrhoen timebat, de Dionysii metu obiter mentio fit. vide modo sequentia. igitur nihil mutandum. In *Apographo* Καὶ Διονύσιος δεδοικώς. centies librarii casum vicinae voci accommodarunt, sententiae securi locorum; vel etiam personam, ut in *Anthol.* III. XXIV. 2. 264. legitur.

> Σὴν κεφαλὴν αἴλουρος ἀπέθρισε· τ' ἄλλα δὲ πάντα
> Ἥρπασε *, καὶ φθονερὴν οὐκ ἐκόρησε γένυν. * l. ἥρπασα.

At si omnia etiam, sicuti caput, rapuit felis, quomodo dicitur non satiasse gulam? Immo quidem caput abstulerat: at reliquum corpusculum ei eripuerat Agathias, & alta humo condiderat, ne illud effoderet ille γάλος, [αἴλουρος ita Romanis vocari traditur in Epigraphe.]

> Νῦν δὲ σε μὴ κούφη κεύθοι κόνις· ἀλλὰ βαρεῖα;
> Μή τὸ τεὸν κείνη λείψανον ἐξερύσῃ.

isti monacho sit κόνις βαρεῖα, qui nobis hic dedit contra codices ἥρπασε pro ἥρπασα & μήποτε σὸν pro μὴ τὸ τεόν.

P. 58. Vs. 18. Καὶ αὐτὸν ἀπολεῖ καὶ τὸ γένος αὐτοῦ] Liberos Phocan habuisse ex hoc loco collegimus L. II. VIII. 35. 3. Apud orientales populos

πραγμάτων. ubi *Lucchesinius*, ut saepe, plane contra mentem oratoris: *Eventus rerum duces habere, non comites consiliorum*. immo ipsos decet esse duces rerum : non pedissequos. *debent providere. praecavere eventibus. antevertere* quasi, *ne noceant*. non male forte in hanc sententiam ἰέναι legeris. quamvis *J. Stobensis* C. LII. p. 365. vulgatam agnoscat. *Ammian. Marcell.* XXI. v. p. 210. *expertus, quid in rebus tumultuosis anteversio valeat & praegressus.* ubi adposite *Fred. Lindenbrogius* advocavit *Demosthenis* ῥῆσιν.

P. 58. Vs. 5. Δύναται Χαιρέας παρεῖναι] δυνατὸν ἐστι Χαιρέαν παρεῖναι.

P. 58. Vs. 7. περιεργὸς . . . πολυπραγμονήσει] Vicina haec sunt vitia. unde jungit *Aelian.* V. H. XII. 1. Πολυπραγμοσύνης δὲ ἁπάσης γυναικείας καὶ περιεργίας ἀπήλλακτο. quamvis πολυπραγμοσύνη etiam in meliorem partem, ut φιλοπραγμοσύνη ponatur. vide *Casaub.* ad *Strabon.* I. p. 9.

P. 85. Vs. 13. Καταβήσεσθαι καὶ θεὸν ἐξ οὐρανοῦ ἀντεραστὴν] vide L. III. III. 45. 21. *Propert.* II. 5. 9.

> *Me juvenum facies pictae, me numina laedunt.*
> *Me tener in cunis & sine voce puer.*

Ubi *J. Broukhusius* recte forsitan *de pictis sub deorum specie juvenibus* accipit. Codices duo mei *pictae facies*. *Naso* XV. *Heroid.* 87.

> *Hunc ne pro Cephalo raperes, Aurora, timebam.*
> *Et faceres, sed te prima rapina tenet.*
> *Hunc si conspicias, quae conspicis omnia, Phoebe:*
> *Jussus erit somnos continuare Phaon.*
> *Hunc Venus in coelum curru vexisset eburno:*
> *Sed videt & Marti posse placere suo.*

vide Epigramma Graecum a me p. 24. *Animadversionum* proditum. Adponam aliud, cujus secundum Distichon edidit in *Plinianis*. p. 23. *Claudius Salmasius*.

> Εἰ Ζεὺς ἐκ γαίης θνητοὺς ἔτι παῖδας ἐς αἰθὴρ
> Ἥρπαζεν γλυκεροῦ νέκταρος οἰνοχόους,
> Αἰετός ἂν πτερύγεσσιν Ἀγρίππαν τὸν καλὸν ἡμὸν
> Ἤδη πρὸς μακάρων ἦγε διηκονίας.
> Ναὶ μά σε γὰρ, Κρονίδη, κόσμου πάτερ, ἢν ἐσαθρήσῃς,
> Τὸν Φρύγιον ψέξῃς αὐτίκα Δαρδανίδην.

Cod. in vs. 3. ἡμῶν. *Salm.* ἡμῖν. in vs. 5. ἂν pro ἢν. sed ἢν in aliis. qui male λέξεις. vs. 6.

P. 58.

P. 58. Vs. 15. Τὴν ἐμὴν Ἀφροδίτην] Habebant suos deos deasque a se scilicet quoque cognominatos. haec fuerit nobilis nomine Ἀφροδίτης Διονυσιάδος vel Διονυσίας vel Διονυσιακῆς. *Venus Augusta* ap. *Gruter.* 8. MLXVIII. & *Murator.* 7. LVIII. ubi auctior. quod laudo. at p. MXXXVII. I. oblitus fuit se illam vel similem priori loco dedisse. ambas autem illas ego inscriptiones fere credo non nisi unam eandemque esse. *Junonibus Juliae & Sentiae.* ap. *Grut.* II. XXVI. *Diana Raesiana* ap. *Reinesium* Cl. I. CCXXXII. & Cl. I. LXXI. *Hercules Paternianus.* Ita *Jupiter Caelestinus* a familia ita dictus videtur non injuria doctissimo Viro, *Henrico Cannegietero* in Volumine XII. *Miscellan. Nov.* p. 181. non aliter olim dictae Χάριτες Ἐτεόκλειοι. & Νέμεσις Ἀδραςεία. quae deinde absolute Ἀδράςεια.

P. 58. Vs. 16. Τίς ἐμήνυσεν αὐτοῖς; τίς ἐπέτρεψε;] timebat ne Venus sua ipsis εὐήκοος facta foret. neque enim Venerem incassum venerabantur. Miratur, quis indicarit fanum suae Veneris: ut in agro. indignatur ζάκορον sive νεωκόρον ipsos admisisse. *Apogr.* διατί δε. in his valde variatur, etiam in Codd.

P. 58. Vs. 17. ἀπέκρυψατε τὴν ἀλήθειαν, καὶ δεδοικὼς Διονύσιον, γινώσκων ὅτι] Illud καὶ δεδοικὼς Διονύσιον per parenthesin intelligas. quae signa licet in Codd. non adpareant, tamen animus legentium locis conturbatioribus ita succurrere debet. quia autem non tantum Dionysium quantum Callirrhoen timebat, de Dionysii metu obiter mentio fit. vide modo sequentia. igitur nihil mutandum. In *Apographo* Καὶ Διονύσιος δεδοικώς. centies librarii casum vicinae voci accommodarunt, sententiae securi locorum; vel etiam personam, ut in *Anthol.* III. XXIV. 2. 264. legitur.

> Σὴν κεφαλὴν αἴλυρος ἀπέθρισε· τ' ἄλλα δὲ πάντα
> Ἥρπασε *, καὶ φθονερὴν οὐκ ἐκόρησε γένυν. * l. ἥρπασα.

At si omnia etiam, sicuti caput, rapuit felis, quomodo dicitur non satiasse gulam? Immo quidem caput abstulerat: at reliquum corpusculum ei eripuerat Agathias, & alta humo condiderat, ne illud effoderet ille γάτος, [αἴλυρος ita Romanis vocari traditur in Epigraphe.]

> Νῦν δέ σε μὴ κούφη κεύθοι κόνις· ἀλλὰ βαρεῖα,
> Μὴ τὸ τεὸν κείνη λείψανον ἐξερύσῃ.

isti monacho sit κόνις βαρεῖα, qui nobis hic dedit contra codices ἥρπασε pro ἥρπασα & μήποτε σὸν pro μὴ τὸ τεόν.

P. 58. Vs. 18. Καὶ αὐτὸν ἀπολεῖ καὶ τὸ γένος αὐτοῦ] Liberos Phocan habuisse ex hoc loco collegimus L. II. VIII. 35. 3. Apud orientales populos

pulos etiam in insontes reorum uxores liberosque & familiam poenas extendendi immanis saevities obtinuit. Passim exempla in historia Persica: immo etiam Judaica exempla detestanda exstant. vide *Marcellinum Ammianum* L. XXIII. VI. 296. Apud antiquissimos Graecos id quoque usurpatum testatur *Homerus Iliad.* Γ. 301.

> Ὧδε σφ' ἐγκέφαλος χαμάδις ῥέοι, ὡς ὅδε οἶνος,
> Αὐτῶν καὶ τεκέων. ἄλοχοι δ' ἄλλοισι μιγεῖεν.

Quamvis ibi inter Graecos & Phrygas barbaros res agatur. apud Macedonas regum insidiatores cum stirpe tollebantur. vide *Diodor.* L. XVII. C. 80. p. 222. At Macedones pene barbari olim, & Philippus ipse non raro hoc elogio insignitur a Demosthene. verum inhumanitas haec etiam Graecos aliquando incessit. vide *Lysiam* κατ' Ἐρατοσθ. p. 204. & 222. sic in jurejurando apud Athenienses διεξομεῖται κατ' ἐξολείας αὐτῦ καὶ γένους καὶ οἰκίας. *Demosth.* in *Aristocr.* 736. παραπρ. 304. E. 336. C. Apud Romanos in paucissimis criminibus hoc obtinebat. Quid tyranni Caesares ausi, notum. vide *Commentat.* ad *Sueton. Caes.* XLI. p. 96. *Tib.* LXI. *Galb.* XII. Hic sumus quidem in Ionia Graecaque colonia, sed sub domino Persa.

P. 58. Vs. 23. Οἷ καθέστηκε δεινῦ] id est ἦν. vide L. III. V. 51. 10. *Demosth.* in *Aristocr.* 750. C. αἰσθόμενος ὖ ἦν κακῦ. si quis avidus hujus formulae penitius cognoscendae, adeat *Miscellanea* Vol. XI. T. III. p. 23. quae notata L. I. XI. 15. 23. οἷ κακῶν ἦν dixit quoque *Heliod.* VIII. 386. qui locus sic auctior in *Taurinensi* legitur. ἀλλ' ἀπηγόρευτο καὶ αὐτῇ παρ' ἐλπίδας ἡ προσβολὴ ὅπου, καὶ εἰς ποῖον μέρος ἡ πεῖρα, συνεῖτο οἷ κακῶν ἦν. praeterea habet ἀπηγορεύετο & συνεῖκα. voces ἡ πρ. ὅπ. κ. ε. ποι. με. ex *Cod.* locum habuerint non incommode. post πεῖρα plene distinxerim.

P. 58. Vs. 23. Καὶ λέγων καὶ σιωπῶν.] *junta periculoso ficta seu vera promeret. Tacit.* I. *Ann.* 6.

P. 59. Vs. 1. φέρω διηγήματα] ita ἀγγελιαφόρος & similia.

P. 59. Vs. 1. Αὐτῦ] requireretur αὐτῶν, nempe διηγημάτων. verum a numero ad numerum in his saepe optimi scriptores delabuntur. διηγήματα hic nihil plus significant, quam διήγημα. *Sophocl. Ant.* 502.

> Μισῶ γε μέντοι, χὤταν ἐν κακοῖσί τις
> Ἁλὺς, ἔπειτα τῦτο καλλύνειν θέλῃ.

& vs. 11. 81. ——— ——— ——— τὰς γὰρ ἡδονὰς
> Ὅταν προδῶσιν ἄνδρες, ὐ τίθημ' ἐγὼ
> Ζῆν τῦτον, ἀλλ' ἔμψυχον ἡγῦμαι νεκρόν.

videa-

videatur *P. Burmannus* ad *Quintiliani Institut.* L. IX. II. p. 790. *Manetho* in his extra modum sibi indulget, quemadmodum observavit *J. Gronovius*. est tamen ubi librariis ista licentia inputanda veniat. L. I. 213.

Ἀλλὰ κακῶν ῥεκτεῖρα πέλει, λείπυσα πρὸς αὐτόν.
Ἔκφρονας, αἰνομόρους, ἢ κὴ νοσεροὺς τελέσειεν.
Ἀμβλύτερον τ' ἐτέλεσσεν ἑὸν βίον ἐν καμάτοισιν.

nempe ἐτέλεσαν σφέτερον requirebatur. κὴ male deerat medio versui. primum verte. *at malorum effectrix est, deficiens in vicinia, in finibus Jovis Luna.* opponitur πληθύουσα λείπυσα πρὸς Κρονίωνα. vide L. II. 478. III. 216. 314.

L. VS. 315. Οὗτοι φωρηθέντες ἐν ἀλλοτρίοισι μελάθροις
Εἰς συνοχὰς ἥξυσι σιδηρήεντά τε δεσμά.
Εἱρκὰς δ' οἰκήσυσι φυλασσόμενοι ἀλύδεσσιν.
Ἐν δὲ βίᾳ βίοτον λείψει κακοεργεῖ θυμῷ.
Ἢ σφαγίοις ξίφεσιν δεδαιγμένοι ἠπελέκεσσιν,
Ἢ βρόχον ἀγχινόεντα δι' αὐχένος ἐνδήσαντες,
Ἢ διὰ λαιμοτόμου φάρυγος βίον αἵματι λείψει,
Σφονδυλόεντα τράχηλον ἢ ἰνίον ἀκροδομηθεὶς,
Πνεῦμαθ' ἑὸν λείψυσι πικρᾶς μοίρας ὑπ' ἀνάγκης.

ubi per se lector observet, quoties a numero ad numerum transeat. paucis haec recensebimus. vs. 316. male σιδηρόεντα. ut ab ὄλβος, ὀλβήεις IV. 100. χυδήεις. II. 231. ἑλκήεις. I. 161. vid. E. M. in αἱματόεσσα. Ἐν δὲ. *praeterea.* vide *Animadv.* L. I. C. XII. p. 126. *Casaub.* ad *Strabon.* L. III. 218. quamvis ἐν βίᾳ Pro βιαίως ferri posset. Pro βίοτον in codice θάνατον. sed bene *Gronovius* ita voluit emendare. βίοτον in βίᾳ latuerat. qui etiam adstruxit locutionem. L. IV. 487. item malim ἐν δὲ βιαιοτάτῳ θανάτῳ βίον ἐκλείπυσι. vs. 320. ἀγχονέοντα. sed ut ab ἄλγος, ἀλγινόεις βρόχος. L. IV. 489. sic ab ἄγχος, hic ἀγχινόεις. ab ἀγχόνη neutrum recte venerit, credo. vs 321. vitiose φάρυγος. cum alterum ubique in usu & versui accommodatum. *Nicand. Ther.* 250. *Alexiph.* 66. 186. apud *Hom. Theocr. Anthol.* vs. 322. legimus in L. IV. 51. ἐς ἰνίον. pro ἢ ἰ. variaverit. vs. 323. male τ' ἑόν. alii etiam ἑὸς pro σφέτερος & σφετερὸς pro ἑός. vid. *Casaub.* ad *Athenaeum* L. IX. IV. 649. ὑπ' ἀνάγκης. in dativo. bene. Ita legendum L. IV. I. confer. L. IV. 490. ubi ὑπ' ἀνάγκῃ. saepe ὑπὸ cum hoc casu jungit. observavimus antea. Ut ad vs. 318. paullum revertar. nisi ita frequens hac chorda oberraret *Manetho*, facillime posset scribi Ἐν δὲ βίᾳ βίοτον λείψουσι κακουργεῖ θυμῷ. nam sine discri-

discrimine vel contrahunt similia vel integriore voce utuntur poëtae. ut in *Anthol.* L. I. XX. 2. πολλή σοι, Φυτοεργὲ, πόνυ χάρις. pro Φυτουργός. nec ibi quidquam sollicitandum. licet autem sit familiarissima locutio *Manethoni* & aliis λείπειν βίον, non eam reposuerim mox vs. 325. ubi nunc

——— ——— οἱ πολλάκι ναυφθορίῃσι
Χείματος ὀρνυμένου βίοτον σώζουσι δὶ ἅλμης,
Νηχόμενοι μοίρῃσιν ὑπότρομον ἐν πελάγεσσι.

licet L. IV. 400. in gemello loco legatur χείματος ὀρνυμένε βίοτον λείψουσι δὶ ἅλμης Νηχόμενοι μοίρης βαιὸν χρόνον ἐν πελάγεσσι. nam cur variare rerum casus non licuerit *Manethoni.* sic centies *Firmicus Maternus* ubi eadem narrat, tamen vel aggravat vel imminuit bona malave. ultimo loco modo *parvum fati tempus natant.* & ideo *perdunt vitam.* primo loco *sub periculo mortis. trementes mortem* natant, & ideo *vitam servant.* formam vocis ὑπότρομον bene explicuit *Gronovius* L. VI. 443. ἀναλίγκιον ὀρνίθεσσι.

P. 59. Vs. 3. Μετέωρος πρὸς τὴν ἀπαγγελίαν γενόμενος] *Lucian. Jove Tragoedo* T. II. 646. καὶ νῦν μετέωροι πάντες εἰσὶ πρὸς τὴν ἀκρόασιν. passim de iis, qui *sperant, exspectant. incerti sunt de eventu alicujus rei.* L. III. IV. 48. 25. ὁ μὲν οὖν δῆμος μετέωρος καθῆστο. quod *Demosth.* de Corona. 502. A. πᾶς ὁ δῆμος ἄνω καθῆτο. ubi *Ulpian.* Μετέωρος ἦν ἐκδεχόμενος τὰ βουλευθέντα. saepe additur ἐλπίσι. duplice sensu, vel *spe pendens* : vel *spe plenus* & *elatus.* de quo usu ad *Diodorum* doctissimus interpres egit L. XI. XLI. 436. & alias. etiam μετεωρισθῆναι simpliciter quoque passim ita. vide *Schol. Thucyd.* II. 8. *Sophocles Oed. Tyr.* 497. eleganter dicit,

Πέτομαι δ' ἐλπίσιν, οὔτ' ἐνθάδ' ὁρῶν, οὔτ' ὀπίσω.

aves in aëre μετέωροι. at potius locutio traducta, ubi de incerta spe, de re nautica & navi in salo fluctuante. & sic incertae res μετέωροι dicuntur. Ἔτι τῶν πραγμάτων μετεώρων ὄντων, ait *Demosth.* περὶ παραπρ. 312. A.

P. 59. Vs. 4. Αναρτήσας ἑαυτὸν τῆς ἀκροάσεως] parum differt haec locutio a superiore: verum constringitur magis ad attentionem animi: nec hic ad incerta spei adeo adaptari potest. alioqui ἀναρτᾶσθαι ἐλπίσιν & ἐξαρτᾶσθαι ἐλπίδων & ἐξ ἐλπίδων, ut μετεωρίζεσθαι in usu sunt. *Demosth.* περὶ παραπρ. 296. E. ubi *Ulpian.* & *Berglerus* ad *Alciphronem* L. II. IV. p. 252. consulantur. ibi *Cod.* firmat Perizonii conjecturam Πρωτέως ἀκρωτήρια. Verum non minus eleganter dicuntur ἀναρτᾶσθαι, *qui attenti ab alicujus ore quasi pendent. Demetrius Phalereus* §. CCXXII. ait κρεμῶντα τὸν ἀκροατὴν καὶ ἀναγ-

ἀναγκάζοντα συναγωγιᾶν [ἀναχρεμάσαι ἀπὸ τῶν ἐλπίδων *Berglerus* l. l. advocat.] *Lucian. Scytha.* T. 1. 685. εἰ δὲ καὶ φθέγξαιτο μόνον, οἰχήσεταί σε ἀπὸ τῶν ὤτων ἀναδησάμενος. *Dionysius animo suspenso & arrectis auribus adstabat.* vide Servium ad 11. *Aen.* 303. In lingua nostra egregii musici aliquem dicuntur *by de ooren ophangen.* quae locutio cum principibus poëtis nostratibus fuerit frequentata, frustra σκληρότητος insimulari videretur.

P. 59. Vs. 5. Μὴ βραδύνης] In *Apographo* Βραδύνη. posses. βράδυνε. βράδυνον. promiscue usurpantur & simul hi modi & tempora. vide L. 1. v. 9. 7.

P. 59. Vs. 6. Ἐξέθανεν] apte *Hesychius.* ἐξέθανεν. ἐλειποθύμησε. ubi videbis hanc vocem plurimis & elegantibus notionibus, saltem metaphoris, gaudere. *Zosimus* L. 11. 11. dixit ἐκθανεῖν ὑπὸ καύματι. pene *suffocari prae aestu.* quae certo ibi vera lectio.

P. 59. Vs. 8. Νὺξ] ἀχλύς. L. III. 1. 41. 2. hic locus confirmat, quae ibi diximus de constructione ἀχλὺς κατεχύθη αὐτῆ ὀφθαλμοῖς. hic habes solito more ὀφθαλμῶν. ita IV. v. 73. 4. passim autem, νύξ. ἀχλύς. σκότος. νέφος ita adhibentur. vide L. III. 1. 41. 2. obiter restituam ultimam vocem *Heliodoro* L. x. 489. ἐντρυφᾷ τῇ ἡμετέρᾳ περὶ τεκνοποιΐαν ἐπιθυμίᾳ, καὶ νόθον ἡμῖν καὶ ὑποβολιμαῖον εἰσποιεῖ διαδοχὸν, καθάπερ νέφει τῇ ταινίῃ τὴν ἀλήθειαν περισκιάζων. ubi nunc ἔφη. ita *Cod.* optimus *Taurinensis. Vaticanus* in ultima voce quoque consentit. *Ammian. Marcell.* xv. v. 62. *fallaciarum nube discussa. Demosth.* [de *Corona* 505.] apud *Demetrium Phalereum* CCLXXXVII. dixit κίνδυνον παρελθεῖν ὥσπερ νέφος. Non obtemperarim Codici Palatino, vocem νεφέων substituere jubenti in hoc *Epigrammate Anthol.* I. LXVIII. 18. p. 93.

> Ζώεις δ' εἰς αἰῶνα· τὸ δὲ κλέος ἐστὶν Ἀθήναις
> Τοὐκ σέθεν, οὐρανίων ἁπτόμενον περάτων.

licet enim facile νεφέων ferri possit, & parum referat, utro legas modo: tamen cum in hoc Epigrammate membrana Palatina etiam tres quatuorve malas certo lectiones exhibeat, etiam hanc mutationem interpolatori tribuerim. ex. gr. exhibet.

> Αὐταὶ καὶ χάριτες σοὶ ἐδωρήσαντο, Μένανδρε,
> Στωμύλον εὐτυχίην δράμασιν ἐνθέμεναι.

pro εὐστοχίην. quae virtus in scribendo *Sapphoni* tribuitur in *Anthol.* L. IV. C. XXVI. 20. p. 368. Δηλοῖ φαντασίην ἔμπλεον εὐστοχίης. Sic de *Poeta* etiam *Manetho.* L. v. 265.

Πυθ-

Ῥυθμοῖς κ͵ μέτρων ποιήμασιν εὔστοχον ἄνδρα.

Longinus περὶ ὕψους C. xxxiv. hanc facultatem cum comicis poetis communem habere praedicat *Hyperiden*. κ͵ πολὺ τὸ κωμικὸν κ͵ μετὰ παιδιᾶς εὐστόχου κέντρον. Sed ut haec virtus nequeat etiam aliis scriptoribus tribui, temerarium foret adfirmare. εὐστοχία ista mentis bene natae pars, qua apta, ad rem accomodata scribimus: quae plus a judicandi facultate, quam ab imaginandi facilitate mutuatur. inde Sappho laudatam videmus, ceu cui contigerit φαντασία ἔμπλεως εὐστοχίης.

P. 59. Vs. 9. φαντασίαν ἔλαβε] ut L. ii. vi. 32. 16. λαβεῖν διάνοιαν. idem est, ac si dixisset ἐφάνη ὁ Χαιρέας τῷ Διονυσίῳ ὡς ἐφεστηκὼς κ͵ ἀποσπῶν. ita *Sophocl. Phil.* 898.

Ὡς οὐκέτ' ὄντος γὰρ τὰ συμβόλαιά σου
Πρὸς τὰς παρούσας ξυμφορὰς ἐφαίνετο.

L. iv. ii. 66. 4. τὴν ἔξωθεν φαντασίαν σκυθρωπὴν προσέθηκον. iv. v. 73. 11. φαντασία γὰρ ἀποπληξίας αὐτοὺς εἶχε. *Aelian* V. H. ii. xliv. τὴν φαντασίαν τοῦ ἐκβοηθοῦντος ἔτι μᾶλλον παραστήσοντος. *Appul.* iii. 63. *Pricaeus* p. 180.

P. 59. Vs. 10. Καὶ σχῆμα κ͵ χρῶμα νεκροῦ ποιήσας] προσλαβόμενος. παρέχων. ἔχων. παριστάς. ἐπιδεικνύς. ἐμφαίνων. σχηματιζόμενος νεκρὸν τῷ χρώματι κ͵ τῇ μορφῇ. quis usum verbi ποιεῖν circumscripserit? L. i. iv. 8. 9. ἄπνους ἔκειτο νεκρᾶς εἰκόνα πᾶσι παρέχουσα. *Lucian. Epist. Saturn.* T. iii. 409. πολὺ τὸ νεκρῶδες ἐπιφαίνοντα. vocabula σχῆμα & χρῶμα saepissime junguntur. notione praesenti apud *Plutarch. Alex.* p. 77. σχῆμα κ͵ χρῶμα τιάρας ἔχειν. *Plato Gorgia.* p. 465. B. ἡ κομμωτικὴ . . . σχήμασι κ͵ χρώμασι . . ἀπατῶσα.

Hinc transferuntur ad alia. ad *Musicam*. vid. *Platonem* de L. L. ii. 669. *Athenaeum* xiv. x. 638. A. item ad orationem *prosam*. χρῶμα λόγου Rhetoricis magistris celebratum. Sed alii saepe sine discrimine χρώματα & σχήματα orationi tribuunt. quae sint declarat *Ulpianus* ad *Demosth.* in *Aristocr.* 748. C. τοῖς σχήμασι, κ͵ τοῖς τομαῖς, κ͵ ταῖς ἀποστάσεσι κ͵ ταῖς παραλήψεσι, ταῖς ἐξαγγελίαις κ͵ ταῖς ἀποστάσεσι παραμυθεῖται τὸ ὕπτιον τῆς διηγήματος. *Lucian. Quom. Hist. Scrib.* T. ii. 59. εἶτα ἐπιθεὶς τὴν τάξιν, ἐπαγέτω τὸ κάλλος, κ͵ χρωννύτω τῇ λέξει κ͵ σχηματιζέτω, κ͵ ῥυθμιζέτω. ea vera mihi videtur lectio. tria haec σχῆμα, χρῶμα, ῥυθμὸν conjungit etiam *Manetho* L. v. 266. ubi de oratore & poëta loquitur:

Ἀστρολόγον πινυτὸν, κ͵ ῥήτορα κ͵ φιλόμουσον.
Ῥυθμοῖς, κ͵ μέτρων ποιήμασιν εὔστοχον ἄνδρα,
Σχήμασιν εὐθαρσῆ κ͵ χρώμασιν ἀπροφίδηλον.

vertitur *coloribus haud adspectabilem. colores* etiam *orationi* tribuuntur. at ἀπροφίδητ⊙ an ita notat? mihi vox incognita, nec ulla derivatione investiganda. an legit Editor ἀπροσίδητον, ἀπροτίοπτον. videretur igitur de *fuco* vel *veste* accepisse. sed de *eloquio* accipiendum esse nullus dubito. apprime bonum foret ἐπαφρόδιτον, si idem in hoc vocabulo licere constaret, quod in ἀπονέεσθαι & similibus. & si tali licentia in aliis saepius usus esset *Manetho.* Ita *Longinus* C. XXXIV. *Demostheni* tribuit τὸ ἐν πᾶσι τούτοις ἐπαφρόδιτον ἀμίμητον. quid si legamus ἀπροσίτητον! ita idem optimus eloquentiae magister eodem loco eidem tribuit ἀπρόσιτον δεινότητα. & alias saepe. optime autem poëta oratorque σχήμασιν εὐθαρσής dicitur. sic *Horatius* a *Quintiliano* celebratur, *ceu plenus jucunditatis & gratiae & variis figuris & verbis feliciter audax.*

P. 59. Vs. 12. Μόλις δὲ καὶ κατ' ὀλίγον] L. I. VIII. II. 21. dixit μόγις καὶ κατ' ὀλίγον. ut volunt ἀττικωτέρως. abunde notatum a viris doctis, *Wassae* ad *Thucyd.* VII. 40. *Hemsterh.* ad *Luc Jud Vocal.* T. I. 87. *Wesseling.* ad *Diodor.* II. C. 48. noster L. III. IV. 50 10. μόλις μετὰ καὶ βραδέως & *Eunapius* p. 59. L. III. I. 41. 6 ὀψὲ δὲ καὶ μόλις. IV. II. 67 9. apud *Apollon. Rhod.* III. 188. *Cod. Laurentianus* μόλις pro μόγις habet. apud *Hesiod.* L v. 229. contra favet *Taur.* τῷ μόγις. apud *Lucian. de Merc. Cond.* Γ. I. 677 in Codd. ἠρέμα καὶ κατ' ὀλίγον. quod ut glossam neglectum nollem. ap. *Marinum Vita Procli* XXIV. p 58. ἔργων μόλις at *apographum* L. *Holstenii.* πόνων μόγις. p. 59 *Fabricius* habet μεθ' ἡμέρας. at *Holstenius* μεθ' ἡμέραν. & rursus 92. καὶ νύκτα μεθ' ἡμέρας. ubi *Holsten* καὶ μεθ' ἡμέραν. quod suspicionem creat de manu emendatrice. quae alias mihi de hoc *Apographo* etiam subnata est. adi L. IV VI 73. 17.

P. 59. Vs. 14. ψυχὴν ἐνέθηκε Διονυσίῳ] nam modo pene νεκρὸς ἄψυχ⊙ fuerat. vide L. VIII. IV 135. 22.

P. 59 Vs 15. Ἐν ἑαυτῷ γινόμεν⊙] L. IV. V. 73. II. καθ' ἑαυτὸν γινόμεν⊙. *Sophocl. Philoct.* 964 ἐν σαυτῷ γενοῦ. centies obviae locutiones. de quibus copiose agit eruditiss. *Abreschius* ad *Aeschylum.* p. 175. de elliptica forma ἐν ἑαυτοῦ, ἐν ἡμῶν, velim subtiliter excogitata se eruditis probent. mihi antiqua similium locutionum per ellipsin explanatio adhuc placet. si ἐν & εἰς in verbis quibusdam compositis habeant vim τοῦ εἴσω, & illa verba cum genitivo componantur ideo, ut *Scholiastae* volunt, non hinc monstrari potest ἐν & εἰς genitivum extra compositionem adsciscere. & ἐγκλεισθῆναι ἑρκέων & εἰσδέχεσθαι τειχέων, mihi commode explicantur supplemento vocis μέρει. ut τίσιν τινες in aliis formis. Attici genitivis his multifariam utuntur. etiam poëtae ἕλκειν ἄροτρον πεδίου. ἐλαύνειν ἵππους Δαναῶν. ubi praepositiones reticentur. illa adverbia ἔνδοθεν. ἔξωθεν. εἴσω. cur non aeque intelligantur? sed non libet argutari.

P. 59. Vs. 17. Παρόντες] firmat παρεῖναι p. 58. 5. mox ultimae tres

 sylla-

syllabae τῦ ἐπυνθάνετο modo adparebant. debuerat accentus in δεσμὰ corrigi. talia incuria aliquando relicta, non magno malo.

P. 59. Vs. 18. Καθάπερ οὖν νέφος ἢ σκότος ἀπεκάλυψε τῆς ψυχῆς Διονύσιον] nam νύξ αὐτῦ κατεχύθη. Verum qualis haec locutio? νέφος ἀποκαλύπτει Διονύσιον τῆς ψυχῆς. Interpres Διονύσιος ἀπεκάλυψε σκότος τῆς ψυχῆς. sed ἀποκαλύπτειν pro ἀποσκεδάσαι mihi non occurrit. apud *Homerum. Iliad.* Δ. 502. τὸν δὲ σκότος ὄσσε κάλυψεν. & *Iliad.* Γ. 442.

Οὐ γάρ πώποτε μ' [με] ὧδε ἔρως φρένας ἀμφεκάλυψεν.

An ad similitudinem horum dixit *Charito*, σκότος ἀπεκάλυψεν Διονύσιον. & ψυχῆς vel conjungemus cum τῷ σκότος. σκότος τῆς ψυχῆς ἀπεκάλυψε Διονύσιον, vel σκότος ἀπεκάλυψε Διονύσιον τῆς ψυχῆς. *quod ad animum*. pro κατὰ τὴν ψυχήν. si haberetur σκότος ἀπεκάλυψε Διονύσιον ψυχὴν plane constructio videtur *Homerica*. verum ἀμφὶ & ἀπὸ diversae potestatis in compositis. ἀποκαλύπτειν, quod scio, non significat nisi, *manifestare. clare indicare, quod obscurum erat. velum demere. revelare.* apud *Max. Tyr.* XVI. 3. ἡ τέχνη ἀπεκάλυψεν τὸν ἔξω δρόμον. *ars liberum fecit, retexit, patefecit radiis exterioribus aditum.* debuisset dicere. ὅδε ὁ λόγος ἀπεκάλυψεν ὥσπερ νέον φῶς τῇ Διονυσίυ ψυχῇ. *Paullus Silentiarius* ἐκφράσει. vs. 80.

Αὐτὰρ ἐμὸς σπηπτῦχος ἀπότροπον ἄλγος ἀκύσας,
Οὐκ ἔτι δὴν ἐκάλυψε νόυ σέλας, οὐδὲ κατηφὴς
Ἠρεμέειν τέτληκεν ἀεργέος ἄμμασιν ὄκνυ.

an σκότος ἀπεκάλυψε Διονύσιον τῆς ψυχῆς dixit pro σκότος ἀπέλιπεν τὴν Διονυσίυ ψυχήν. quasi posset dici πέτασος ἀπεκάλυψε τὴν κεφαλήν. *pileus* [demtus] *nudavit caput.* sic fere *Val. Flacc.* I. 434. *At tibi collectas* solvit *jam* fibula *vestes*, Ostenditque *humeros fortes.* malim intricatius interpretari, quam emendare ita, ut etiam difficultates remaneant.

P. 59. Vs. 19. περιπτυξάμενος] *Heliod.* VII. 353. περιπτύξασα. sic etiam poëtae. ita in προσπτύξασθαι. mox *Apogr.* εὐεργέτη. κηδημών.

P. 59. Vs. 22. Σὺ δὲ ποιήσαντος οὐ μέμφομαι.] *J. Capitolinus M. Anton.* 26. *Ipsum Cassium pro clementia occidi passus est, non occidi jussit. Vulcat.* in *Cassio.* 8. *Non jussit, sed passus est.* Ex *Thucydide* laudant ὧν οὐδεὶς ἐμέμψατο. locum inquirere non vacat. Et potest ille genitivus Attico more pendere a praecedenti genitivo. interea tu genitivum hunc absolute accipias. quo de genere L. III. II. 44. 25.

P. 59. Vs. 25. φιλοδέσποτον] Inde apud *Appulejum* II. *Met.* p. 38. *Actor servus* vocatur *Philodespotus*. δῆμος *Theognidi* 847. φιλοδέσποτος. non raro in *Inscriptionibus*.

P. 60. Vs. 1. Καὶ δεῖ ζητῆσαι τὸν νεκρὸν] etiam nunc, si fieri possit. *Ne diu populi Romani laetitia dubitaret, si putaretur aliquo profugisse, cujus mortis probatio quaereretur.* Incertus *Paneg. Constant.* C. XVII.

P. 60. Vs. 1. Ὅπυ τις ἐπράθη] scripserint alii ὅποι. L. I. XI. 15. 23.

L. I-

LIBRI TERTII CAPUT DECIMUM.

P. 60. Vs. 5. Εἶτα συγκαλέσας] Charito a Grammaticis vapulabit, apte orationem componere non edoctus, & participium adhibens pro verbo finito συνεκάλεσε. At oggeret, ita centies alios locutos fuisse & se longe magis Graeco eloquio valentes. Ut *Herodot.* L. VIII. 83. Ἠώς τε διέφαινε, καὶ οἳ σύλλογον τῶν ἐπιβατέων ποιησάμενοι προηγόρευσε εὖ ἔχοντα μὲν ἐκ πάντων Θεμιστοκλέης. in his saepe ἦν vel ἦσαν reticetur. apud *Anton. Liberal. Fab.* IV. ὅτε τὰς Γηρυόνου βοῦς συνελθόντες ἀφελέσθαι. ubi *Berkelius & Munkerus* συνῆλθον. at recte hic mutavit sententiam ad *Lactantii Placidi Narr. Fab.* XXIX. p. 844. de his pendentibus participiis quaedam recurrent ad L. VI. v. 105. 8. VII. v. 122. 25.

P. 60. Vs. 6. συγκαλέσας πεισθέντα τοὺς ἀγροίκους] lege πεισθέντας. *persuasos. edoctos. instructos. formatos a Phoca. Herodot.* II. 121. p. 133. ποιῆσαί μιν πεισθέντα ταῦτα. *Plutarch. Artax.* πεισθέντα ὑπὸ Στατείρας. Idem plane vitium a *Fabro* notatum in *Apollod.* L. II. p. 153. (142) quod tamen *Cod.* meus tuetur.

P. 60. Vs. 8. Πάντες δὲ ᾔδεσαν] Ne quem offendat Charitoni in deliciis suo loco ἀσύνδετος oratio.

P. 60. Vs. 8. Λῃσταί] Φρουρικοὶ στρατιῶται jam facti λῃσταί. ne possit Callirrhoe ad milites illos mittere, qui ibi praesidebant. unde addit πόθεν.

P. 60. Vs. 10. Εἴδομεν] a persona tertia ad primam transit, ut saepe. quod non raro displicuit librariis & criticis. *Xenoph.* K. A. 318. C. ὅτι ἠναγκάζοντο . . . καὶ ὅτε ἐδυνάμεθα.

P. 60. Vs. 11. Περιῤῥήξατο] de Atticorum veterum constantia in utenda media forma in his similibusque verbis abunde actum a viris Clarissimis in *Miscell.* nostris Vol. VI. III. 64. & ad *Diodor.* XVII. C. 35. Poëtae tamen Attici minime abstinent ab activo in his iisdem. vide *Aeschyl. Pers.* 199. 468. 1034. 1065.

P. 60. Vs. 12. Κόπτουσα τοὺς ὀφθαλμοὺς] minus frequenter quis suos oculos ferire dicitur. hoc Oedipodeum quid. longe alia res L. V. IX. 94. 3. ἀψαμένη τῶν ὀφθαλμῶν, Ἴδετε, φησὶ, Χαιρέαν. *Heliod.* II. 68. τὼ χεῖρε τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐπαγαγὼν, εἰς γόνυ τε ὀκλάσας, ἐθρήνει. sed & hoc diversum. alienis quidem oculis in ira, in primis mitior sexus, non parcebant. L. VI. v. 106. 6. & vide *J. Passerat.* ad *Propert.* IV. IX. p. 667. accedit proxime τὸ μέτωπον κόπτεσθαι. quod saepissime apud plurimas gentes fiebat in luctu. *Herodot.* VI. 58. κόπτεσθαι τὰ μέτωπα. *Heliod.* X. 524. ῥαπίσαι. *Herodot.*

rodot. τόψαδε ita non semel. II. 40. 61. 85. miror haesitatum fuisse. vide *Desid. Heraldum* ad *Martialis* L. II. XI.

P. 60. Vs. 13. Ὅπου τὸ πρῶτον εἰσῆλθε] locus notus solatio qualicunque est. *Aristoph. Vesp.* 830. ὡς δεινὸν ἡ φιλοχωρία. ubi paullo post Σικελικὴν repone pro Σικελὴν in Iambi legem pugnante. Quod alii jam recte exhibuerunt. ut *Christoph. Kirchnerus* in voce τροφαλίς. vide vs. 892.

P. 60. Vs. 13. ἔδωκεν ἐξουσίαν τῷ πάθει] L. III. VII. 55. 7. ἔδωκε παρρησίαν τῷ πάθει.

P. 60. Vs. 16. Ἠρεμίας λαβομένη] Rasura quasi vult indicare ἐρημίας fuisse. quod interpres secutus. ita rursus nescio quid turbatur. L. V. IX. 94. 2. ἐπεθύμει ἠρεμίας. non dubito, quin vox ἠρεμία saepe sit pulsa loco ab voce ἐρημία. *Hesych.* ἡσυχία. γαλήνη. ἠρεμία. *Lucian. Abdicat.* II. 174. plurale ἠρεμίαι adhibetur. *Demosth.* περὶ συντ. 124. D. ἐπὶ πολλῆς μὲν ἡσυχίας καὶ ἐρημίας. At *Cod.* bene ἠρεμίας. ita *Iamblic. de Vita Pyth.* C. XX. p. 81. ἐν οἷς τόποις συνέβαινεν ἠρεμίαν τε καὶ ἡσυχίαν εἶναι σύμμετρον. *Chion Epist.* II. p. 26. ἀπραγμοσύνη γὰρ ἦν καὶ ἠρεμία. *Max. Tyr.* XII. I. Νυκτὸς πρὸς ἠρεμίαν. XVI. 13. γαλήνης καὶ ἠρεμίας. vide *Leunclav.* ad *Xenoph.* de *R. Eq.* 935. E. Adponam Epigramma octastichon, cujus unum distichon publici fecit juris *Cl. Salmasius* in *Plinianis* p. 278.

Εὐτυχὲς, οὐ φθονέω, βιβλίδιον, ἦ ῥα σ' ἀναγνοὺς
  Παῖς τις ἀναθλίβει πρὸς τὰ γένεια τιθείς.
Ἢ τρυφεροῖς σφίγξει περὶ χείλεσιν, ἢ κατὰ μηρῶν
  Εἰλήσει δροσερῶν, ὦ μακαριστότατον.
Πολλάκι φοιτήσεις ὑποκόλπιον, ἢ παρὰ δίφρους
  Βληθὲν, τολμήσεις κεῖνα θίγειν ἀφόβως.
Πολλὰ δ' ἐν ἠρεμίῃ προλαλήσεις. ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν,
  Χαρτάριον, δέομαι, πυκνότερόν τι λάλει.

Agnoscisne sensum & verba *Ovidianae* Elegiae quae primum in *Tristibus* occupat locum?

Parve, nec invideo, sine me, liber, ibis in urbem.

aliis locis aliorum versuum offenderis imitationem: nam hoc epigramma Nasoni in memoria volutatum fuisse, dum ista scriberet, nullus dubito.

Vox ἠρεμίη non in antiquis modo scriptoribus, verum etiam in recentioribus corruptelam passa est. ex. gr. In admirando sane isto, si tempus spectes, Musuri carmine vs. 152. pro ἠρεμίης legitur ἡμερίης. & vertitur *dies.* & ita etiam in *Aldi* editione legitur. nempe typi repetiverunt vocabulum

tum ex fine praecedentis disftichi ἡμερίων. Etiam aliis locis ista magnifica Elegia emendatione indiget. λαβὲσα ἠρεμίας mihi sincerius videtur quam λαβὲσα ἐρημίας.

P. 60. Vs. 17. χαμαὶ] L. VII. VI. 124. 5. *Xenoph. Ephes.* II. 30. ὁ δὲ, ὡς εἶχεν, ἐπὶ γῆς ῥίψας. editum ῥῆξας. contra *Codicem. Theod. Prodr.* VI. 270.

P. 60. Vs. 17. καθιδεῖσα] vitiose pro καθεθεῖσα etiam in *Apographo.* vide L. I. I. 2. 23.

P. 60. Vs. 17. κόνιν τῆς κεφαλῆς καταχέασα] *Heliod.* I. 24. medio usus καταχεάμενος. & IV. 203. κόνιν τῦ τε προσώπυ καὶ τῆς κεφαλῆς. Mos vulgatissimus apud' orientales non modo, sed etiam Graecos aliosque populos. *Catullus Epith.* 350.

Cum in cinerem canos solvent a vertice crines.

id est *capillos in nodum collectos solvant, ut cinere conspergantur.* quis ignorat in luctu crines solutos, κεχυμένυς? at *J. Vossius* explicat. *tondebunt matres capillitium, ut cremantibus filiorum cadaveribus inponant.* Sane etiam ille mos receptus fuit. at quis dixit *solvere crines* & quidem *a vertice* pro *tondere*? hoc non magis Latine dici credo, quam *solvere gramen a terra* pro *metere. solvere barbam a mento* pro *tondere.* si hoc voluisset, scripsisset *tondent*, cum *tondĕre* aeque bene ac *tondēre* dicatur. putidum foret centum sistere loca, ubi *crines soluti* in sacris, in luctu occurrant: pro vinculis demtis crines *demittere.* καθιέναι. nec credo facile inventum iri auctoritatem, ubi haec locutio aliter significet. at frustra sumus *si mores* & ἐννοίας auctoribus inputemus, quae in ipsorum verbis haud inesse manifestum sit.

P. 60. Vs. 17. τὰς κόμας σπαράξασα] in hac locutione non obvium habui σπαράξασα. at τίλλειν & τίλλεσα apud poetas sine discrimine occurrunt. *Lucian. de Luctu* II. 929. ultimum habet & alii. noster primo utitur II. VIII. 35. 3. tamen σπαρασσόμεθα apud *Hesychium* non multum alienum fuerit. *Ctesias* ap. *Hesychium* Σάραπις. Διαῤῥηξαμένη τὸν σάραπιν, τὰς τρίχας καθειμένη ἐτίλλετό τε, καὶ βοὴν ἐποίει. ubi nescio cur in *Gronoviana* editione adhuc legatur ἐτέλετο, post consensum emendandi *Pricaei* ad Appulejum p. 419. & forte sex septemve aliorum criticorum. *Anthol.* III. XXIII. 4. 258.

Ἡ δὲ κόμην τίλλυσα γόῳ πληκτίζετο μήτηρ,
Αἱ αἱ τῶν λαγόνων μόχθον ἐπισαμένη.

Sic codex habet. πληκτίζετο idem quod ἐκόπτετο.

P. 60. Vs. 18. Βοῶν] Βοᾶν *in funere* proprium. *Anthol.* III. V. 3. 197. L. III. 32. 12. p. 288.

Πᾶσ' ἐπὶ πυρκαιῆς ἤδ' ἐβόησε πόλις. Μάτηρ ὠκύμορον παῖδ' ἐβόησε φίλαν.

Anthol. inedita.

Οὔπω τοι πλόκαμοι τετμημένοι, οὐδὲ Σελάνας
  Τοὶ τριετεῖς μηνῶν ἀνιεχεῦντο δρόμοι,
Κλεύδικε, Νικασὶς ὅτε σὰν περὶ λάρνακα μάτηρ,
  Τλῆμον, ἐπ' εὐακτῷ πολλ' ἐβόα στεφάνῳ.
Καὶ γενέτας Περίκλειτος. ἐπ' ἀγνώτῳ δ' Ἀχέροντι
  Ἡβάσεις ἥβαν, Κλεύδικ', ἀνοστοτάταν.

Jensius p. 326. matrem Nicasin pro sua sollertia transformavit in Νικάσεις. Inscriptio Codicis *Palatini.* Εἰς Κλεόδικον, υἱὸν Νικασίδος. hinc in *literato lapide*, qui apud me, & vitiose a Tollio, Muratorioque editus: & forte in his sinceriore tum versione tum editione sistendus.

Ἤλυθες οὐκ ἀβόατος ἐνὶ τριοσαῖς δεκάδεσσιν,
  Θεύδοτε, τὰν ζωοῖς οἶμον ὀφειλομέναν.

Haec pluscula notavi, nequis acumen suum ostentet mutetque in γόων. rideamus paullo in his lugubribus. & avocemur spectaculo *boum volantium*, quos nobis sistit hic *Manethonis* versiculus 453. L. VI. exhibens

Ὀρνίθων τε βοῶν θηρήτορας ——— ———

Aviumque grandium captatores. scilicet βούπαις est *grandis puer*: & *Manetho*, ut ceteri poetae, necessitate metri, ut solent boni scilicet versificatores, coactus, dixit ὄρνις βοῦς pro. . . . restat, ut aliquis dicat παῖς βοῦς pro *grandi puero.* at satis. tu lege θοῶν *agilium.* nec tamen possum quin simile aliud miraculum vobis sistam ex eodem libro vs. 407. ubi *pecudes, oves* in homines mutatas offenderis.

Ποιμένας ἀγρονόμους τε βροτῶν ἀγέλας ἐλάοντας,
Ἵππων τ' ὠκυπόδων σημάντορας, ἠὲ συφορβούς.

Pastores & agricolas mortalium, greges ducentes,
Et equorum pernicium signatores vel subulcos.

at quis ignorat apud *Theocritum* Polyphemi jactantiam βοτὰ χίλια βόσκω. *oves mille pasco.* lege igitur βοτῶν ἀγέλας. *ovium greges.* praeterea ἀγρο-

νόμους

νόμως accipe epitheti modo. dixi jam antea *Manethonem* conjunctionem voci secundae non raro subjungere. praeterea σημάντορας interpretare, *rectores*. vide *Hesych.* cui ἐπιτάκτορες. ἡνίοχοι. ἐπιστάται. contra *J. Firmicus* videtur *pecus* pro *humano foetu* posuisse non semel. ut L. VII. C. I. *pecus, intra viscera matris artuatim concisum a medicis, proferetur.* quod *Manetho* dicit L. VI. 41.

Καὶ τότ' ἐπ' ὠδίνεσσι βρέφη ῥαχθέντ' ὀλοῇσιν;
Νηδύος ἐξέλκουσι διαμμελεϊστὶ ταμόντες.

quod rursus *Firmicus* L. VI. C. XXXI. §. 107. dicit. *nam intra matris viscera impedito partu, laniatum pecus miseris lacerationibus dissipatur, ut sic artuatis visceris partibus membra omnia crudelis artificii praesidio proferantur.* rursus L. III. VI. §. 6. *intra viscera ejus dilaceratum pecus a medicis proferetur.* Quae si tamen recordatus fuisset egregius *du Cangius* in *Lexico* non scripsisset „ *pecus* pro *Foetus. Embryo.* ex *scribae oscitantia*, ut videtur. in MS. pactus legis Salicae. tot. 76 . . . *si quis ancillae pecus mortuum excusserit*,,

Voce *gens* simul de *hominibus* & *feris* adhibet *Manilius* L. II. 236.

Hanc circum variae gentes *hominumque* ferarumque
Aëriaeque colunt volucres.

vulgo languidius *hominum atque ferarum.* at *Oxoniensis Cod. hominumque ferarum.* unde *que* deesse suspicatus fui in *ferarum.* sic ἔθνος passim de *animalibus.* non ideo tamen in *Theocriti Idyll.* XXV. 185. reposuerim

Ἀλλ' ἄρκτους τε, σύαστε, λύκων τ' ὀλοφώιον ἔθνος.

non minus etenim elegans usus est vocis ἔρνος, quam omnes libri ibi praeferunt. adeatur *Casaub. ad Theophr. Char.* XXI. 153.

P. 60. Vs. 19. Συναποθανεῖν] L. VIII. ultimo. ἀλλὰ βίον μακάριον καὶ θάνατον κοινὸν κατάνευσον ἡμῖν. Ita *Longus* II. 65. τὸν αὐτὸν ἕξειν θάνατον καὶ βίον. & quis amans non vel ita optarit vel optare voluerit videri. Verum omnes praetergressus fuisset *Menander* ap. *Alciphronem* L. II. III. si ei per librarios & mutilatores licuisset. jam accipe integrum locum e *Codice* nostro. Καὶ συννεάσαιμεν ἀλλήλοις, καὶ συγγηράσαιμεν, καὶ νὴ τοὺς θεοὺς συναποθάνοιμεν· ἀλλ' αἰσθανόμενοι, Γλυκέρα, ὅτι συναποθνήσκομεν· ἵνα μή. Paullo ante ibi lege ἔσχατον ἡμῶν γῆρας & τὰ ἤθη. & τρυφὰς e *Codice*: forte malis τὰ σὰ ἤθη. *D. Paullus* II. ad *Corinth.* VII. 3. συναποθανεῖν & συζῆν. conjungit. frustra in *Charitone* nodum in his quis quaerat.

P. 60. Vs. 19. Ἐπαποθανεῖν] *Achill. Tat.* VI. 433. Apud *Platonem Symp.* 180. A *Achilles* dicitur *Patroclo* ὑπεραποθανεῖν καὶ ἐπαποθανεῖν. potes ὑπεραποθανεῖν restituere *Apollodoro* ex *codice* meo p. 47. Edit. *Galeae.*

P. 60. Vs. 25. εἶδες] in templo tuo, in agro Dionysii.

P. 61. Vs. I. τοιαύτῃ θεῷ τις ἂν προσεύχοιτο.] *Salvinus* advocat apte.

——— *Et quisquam numen Junonis adoret*
Praeterea, aut supplex aris inponat honores!

P. 61.

P. 61 Vs. 2. Νυκτὶ φοβερᾷ] Neminem confido adeo novandi morbo correptum iri, ut hic φοβερᾶ reponere meditetur. ita *Thucyd* III. 22. νύκτα χειμέριον. Dores dixissent χειμερίαν. vide *Theocr. Ep.* VIII. Οἰκειότερ@ θάλασσα noster L. VII. v. 122 5. vide II. I. 23. 13. *Alciphr.* II. III. 240 ταῖς ἐτησίαις θυμελαις. *Cod.* ἐτησίοις III XXIII. ἀμοιβῆ δίκαι@. *Aelian.* V. H. IV. VIII. πάμπολλοι μυριάδες. *Aristaen.* I. XVI. ἴσῳ βολῆ. ἀναγκαίᾳ ὠφελίᾳ. *Clem. Alex. Paed.* II. VIII. 216 at *Cod.* ἀναγκαίᾳ. *Xenoph. Eph.* II. 29. ἐσθῆτάς τε τὰς Βαβυλωνίας ex *Cod.* contra I.. III. 47 ex *Codice* ὁδὸν ἀναγκαῖον muta in ἀναγκαίαν. uti censuerat celeberr. *Hemsterhusius* in *Miscell.* v. II. p. 6. XI. III. 20. paullo ante ibi repone ἐώρταζον pro ἑωρτάζοντο. quod miror viros accuratissimos effugisse. Tamen in *Manethone* L. v. 217. invitus fero masculinam terminationem in voce πινυτὸς, quod ibi de feminis occurrit. nec valde placet in *Demosth.* in *Aristocr.* 752. E. τρεῖς μόνοι ψῆφοι. apud *Heliod.* II. 70. habes τῆς ἡδίςυ κοινωνίας in *Cod Taurinensi* ap. *Marinum Proclo* XXIX. 71. νόσῳ χαλεπῷ. in *Apogr. Holstenii.* ubi mox ex eodem supple & lege ἤχαλε ἢ ὀδυνηρῶς διέκειτο. ὥσπερ ἦν εἰκός.

P. 61. Vs. 3. Ἐρωτικὸν] cum *genitivo* ap. *Plutarch. Romulo.* 80. *Alciphro Epistola inedita.* Τα δε λοιπὰ κυπαρίττια ἢ μυρίνη. ἐρωτικῦ, φίλη, κτημάτιον ὄντως, ὀν γεωργῦ. qui locus in *Apographis* quibusdam male habitus: quia ignoraverunt epistolam ad feminam scriptam esse, cui nomen φιλοδημῳ vulgo φιλοδήμῳ. at debebat. φιλοδημοῖ. *Cod.* φιλοδημῷ. Inter laudes *Ptolemaei Philadelphi* recenset *Theocr. Idyll.* XIV. 61.

Ἐυγνώμων, φιλόμυσ@, ἐρωτικος, εἰς ἄκρον ἡδὺς.

vide *Plutarch.* de *Antonio* & *Demetrio* in hujus vita p. 7. Ante vocem hanc minor distinctio ponenda fuerat.

P. 61. Vs. 4. Τὸν νυμφίον] non addidit ἄνδρα propter *Dionysium*, cui jam cohabitabat

P. 61. Vs. 5. τὸν νεκρὸν] L. v. x. 96. 12. passim tam de feminino quam masculino cadavere.

P. 62. Vs. 5. Θίθημι] *pono. agnosco. concedo. Demosth.* περὶ συμμορ. p. 136. F. vide L. III. VIII 57. 5.

P. 62. Vs. 7. Ἐγενήθημεν] alicui blandiatur forte ἐγεννήθημεν. confunduntur in *Epist. Apollonii Tyan.* p. 401. 23. in meo libro. non *facti*, sed *nati fuimus omnium infelicissimi.* haec sententia hic apta. at ei aptum aeque verbum γεν-ἀς. *Plato* x. de R P. 720. A. ἐν γυναικὶ γεννηθεῖσαν γενέσθαι. ad γένεσιν, *genituram*, *Horoscopum* & *astrum suum* respicit. de ridiculo, quod insit isti ἔννοια. τὶ δὲ ἢ ἡ τριήρης antea egimus. L. III. IV. 51. 8.

P. 61. Vs. 1. οἷς ἴδι@ ὐδὲ τάφ@] quod abominabantur & summae infelicitatis esse ducebant. unde nescio an non *Iscarioten Judam* in mei ita maßent sorte, qui in *Actorum* C. I. v. 25. ἴδιον τόπον interpretantur ἴδιον τάφον.

JACO-

JACOBI PHILIPPI D'ORVILLE ANIMADVERSIONES IN CHARITONIS APHRODISIENSIS LIBRUM QUARTUM.

LIBRI QUARTI CAPUT PRIMUM.

P. 62. Vs. 2. Καταδραθεῖσα] Noster metathesi in hoc vocabulo utitur. in prosa alioqui usitatius καταδαρθεῖσα. *Coislinianum Lexicon* p. 460. καταδαρθεῖν Ἀττικοί ἐπὶ τῦ κοιμᾶσθαι. p. 432. habes καταδαρθεῖσα & καταδαρθῦσα. & sic noster L. VI. VII. 108. καταδραθών. ap. *Thucyd.* IV. 133. occurrit ἐπικαταδαρθούσης. vide etiam *Platon.* VII. de R. P. 534. C.

P. 62. Vs. 3. Ληστήριον. . . ἐπιφέροντας] Centies ad τὸ σημαινόμενον optimi respiciunt auctores. pervicacia tamen quorundam effecit, ut homines docti identidem hanc figuram adstruere necesse habuerint. videantur viri praeclari *J. Wasseus* & *C. A. Dukerus* ad *Thucyd.* VI. 55. qui frequentissime utitur. uti L. V. 60. VI. 53. quid alios excitem: qui vel ante ipsos vel postea saxum istud volverunt! τὸ κοινὸν κακούμενοι. τὸ Κρητικὸν ἐπανιόντες. ἡ μοῖρα νικήσαντες. habes in *Cononis* excerptis apud *Photium* p. 435. 450. 453. *Lysias* τὴν βυλὴν δήσαντας. quod etiam apud *Lucian.* T. II. 899. & 89 7. T. I. 871. & centies. *Heliod.* X. 529. πᾶσα ἡλικίη καὶ τύχη θυμηδῦντες. *Antipater Anth.* III. XXII. 64. p. 253. facile quis quingenta exempla sistat. Et tamen in *Demosthene* in *Midian* §. 26. p. 117. *Eruditiss. Jac. Jurinus* in notulis suis p. 315. ubi legitur Παντὸς δὲ τῦ στόλου πλεόντων ἐν τάξει. scribit „ *mirum ni legendum sit* πλέοντος „ resingatur igitur etiam *Aeschyli* versus 585. in *Agamemnone.*

Τροίην ἑλόντες δήποτ' Ἀργείων στόλος
Θεοῖς λάφυρα ταῦτα τοῖς καθ' Ἑλλάδα
Δόμοις ἐπασσάλευσαν ἀρχαῖον γάνος.

P. 62. Vs. 4. 'Ο δὲ Διονύσιος] vide an sic malles distinctum. 'Ο δὲ Διονύσιος ἐλυπεῖτο μὲν, ὁρῶν τρυχομένην τὴν γυναῖκα, μὴ ἄρα τι καὶ τοῦ κάλλους παραπόληται. Εἰς τὸν ἴδιον ἔρωτα λυσιτελεῖν δὲ ὑπελάμβανε τὸν πρότερον ἄνδρα βεβαίως αὐτὴν ἀπογνῶναι. nunc verba εἰς τὸν ἴδιον ἔρωτα annectuntur τῷ παραπόληται. nec offendaris positione voculae δὲ post quintum vocabulum. adeas modo dicenda L. VIII. II. 130. 16.

P. 62. Vs. 8. Ἀνάσταθι, ὦ γύναι] βάδιζε aliis in locis ita utitur. hic autem in *luctu sedebat*. vide paginae sequentis vs. septimum, & L. I. I. 3. 9. videntur autum ejus menti obversati fuisse hi versus *Euripidei in Helena*. 1255.

Helena.	Τὸν κατθανόντα πόσιν ἐμὸν θάψαι θέλω.
Theoclymenus.	Τίς δ' ἔσ' ἀπόντων τύμβος; ἢ θάψεις σκιάν;
Helena.	Ἕλλησίν ἐστι νόμον, ὃς ἂν πόντῳ θάνῃ. ——
Theocl.	Τί δρᾶν; σοφοί τοι Πελοπίδαι τὰ τοιάδε.
Helena.	Κενοῖσι θάπτειν ἐν πέπλων ὑφάσμασιν.
Theocl.	Κτέριζ'. ἀνίστη τύμβον, οὗ χρήζεις χθονός.

ubi velim ista κενὰ ὑφάσματα componas cum κενοταφίοις τισὶν ἐλιωσομένοις, ὡς τύπῳ νεκροῦ, μὴ ἔχουσι δὲ νεκρὸν, de quibus egimus L. III. C. III. p. 45. 7. κενοτάφια igitur non forent κενὸς τάφος, sed κενὰ ἐντάφια. de ἐνταφίοις quaedam adferentur L. IV. VII. 75. 18. habemus autem hic in Charitone conspicuum exemplar inanium istarum exsequiarum.

P. 63. Vs. 3. Θάπτε με ὅττι τάχιστα] *Iliad.* Ψ. 71. in apographo male παρείσω. in medio reliquimus utrum ὅττι τάχιστα velis conjungere cum τῷ θάπτε an cum τῷ περήσω. libentius priori adnexuerim: tum ob sensum: tum quia minus bene dici rear ὅττι τάχιστα περήσω. Nam quod *Sam. Clarkius* ad *Iliad.* X. 130. ὅττι τάχιστα cum εἴδομεν conjungat & suspicetur hic quoque posse adplicari τῷ περήσω, me non movet. quoniam & ibi cum Romana editione *Eustathii* malim distinguere.

Βέλτερον αὖτ' ἔριδι ξυνελαυνέμεν ὅττι τάχιστα.
Εἴδομεν, ὁπποτέρῳ κεν Ὀλύμπιος εὖχος ὀρέξῃ.

P. 63. Vs. 5. Τοὺς ἀφανεῖς τάφους κοσμεῖν] vide modo locum *Euripidis*. & centum exempla solum Florilegium Graecorum Epigrammatum suppeditabit. etiam si procul a patria quis sepultus, tamen in patria cenotaphio

taphio honorabatur: vide *Anthol.* III. XII. 48. p. 233. & cui ignota Pisana cenotaphia? Instituti rationem praecipuam inter alios suggerit *Porphyrius* L. II. *de Abstin.* p. 213. ψυχαὶ τῶν ἀτάφων παρέμενον τοῖς σώμασιν.

P. 63. Vs. 6. πρὸς ἡδονὴν] L. VI. IV. 104. 19.

P. 63. Vs. 6. Φροντίδος] L. I. VI. 9. 21. & mox.

P. 63. Vs. 7. Ἐλώφησεν ἡ λύπη] *Schol. Apollonii* VI. 487. λωφῆσαι κυρίως ἐπὶ τῶν ζώων, τὸ ἀπὸ τοῦ τραχήλου ἄχθος ἀποθέσθαι. ἢ λωφήσων ἀντὶ τοῦ λήξων. ἀναπαύσων ἢ ἀναπαυσάμενος τὸν λόφον, τουτέστι τὸν τράχηλον. Uberiora etiam *Etym. M.* a λόφος igitur λωφᾶν. contra εὐρύχορος a χῶρος. *Aeschyl. Prom.* 930. probabile facit.

Καὶ τῶνδε γ' ἕξει δυσλοφωτέρους πόνους.

Eurip. Troad. 302.

Ἐν τοῖς τοιούτοις δυσλόφως φέρει κακά.

Damasc. ap. *Photbium* Cod. CCXLII. p. 1048. εὐλόφῳ αὐχένι τὴν δόκησιν ὑπέμενε. *Sophocl. Antig.* 298.

——— ——— οὐδ' ὑπὸ ζυγῷ
Λόφον δικαίως εἶχον ὡς στέργειν ἐμέ.

ubi licet *Schol.* bene, interpres ridicule *avium* cristam *sub jugum mittit.* Atticis & aliis scriptoribus frequentatissimum vocabulum. *Plato Phaedro* p. 251. C. dixit λωφᾷ τῆς ὀδύνης. λωφεῖν est Ionicum. apud *Homerum. Hesych. Nonn. Dionys.* XXIX. 180. ubi de λύπῃ. de qua proprie dici vult *Th. Magister.* passim πόλεμος. σπασμός. νόσος λωφᾶν dicuntur. ultima locutione utitur *Euripid.* in *Fragm. Philoctetae* p. 501. 32. ubi sic lege

Καί τοι πολὺ ἤδη τῷ χρόνῳ λώφησέ μοι Νόσος.

P. 63. Vs. 8. Ὥστε καὶ τοὺς αὖθις ἔχειν ἔρωτος ὑπόμνημα.] Vir eruditus reddit. *ut id hoc alterum quoque haberet amoris monumentum.* legit igitur τοῦτο αὖθις. sed in his nulla apparet ratio, cur mallet in agro, quam alio loco cenotaphium erigere. si in agro jam habebat amoris monumentum, praestaret etiam alterum habere prope urbem. sed non video hic amoris monumentum, quo respectu cenothaphium hoc vocetur *alterum.* certe saepius ejus conspiciendi potestas fieret, si in vicinia urbis aedificaretur. & id optabant. In *Anthol.* p. 233.

Ἀλλά μοι αὐτόθι τεῦχε κενήριον ἐγγύθι σεῖο,
Ὄφρ' ἀναμιμνήσκῃ τῆς ποτὲ κουριδίης.

αὖϑις. saepe notat *postbac. olim.* vide *Max. Tyr.* x. 2 & 3. *Lysian.* p. 483. *Hesych.* αὖϑις μετὰ ταῦτα. at si jam vertas: *ut etiam posteri habeant amoris monumentum*, eadem difficultas manet. in apographo. καὶ τοὺς lineola subductum. an ὥςε καὶ τούτου αὐτόϑι ἔχειν ἔρωτος ὑπόμνημα. *ut etiam hujus* [Chareae] *illic habeat amoris monumentum.* habebat in agro Veneris templum, amoris inter se & Dionysium feliciter ibi primum nati monumentum. nunc eodem locorum antiqui amoris optabat habere memoriam. non me expedio. posses etiam τοὺς ἀγρούς. sed nihil difficultatis tolleretur. vel ὥςε καὶ τοῦ ἀϑλίου αὐτόϑι ἔχειν ἔρωτος ὑπόμνημα. Sed talia non audeo. τί γάρ μοι καὶ μακροῖς αὐλοῖς. illi decent γονίμους κριτικοὺς, & qui veterum auctorum traducibus reguntur animabus. *quis conscia veri Stat cortina domo Critices, urticaque digna Fronte viret.*

P. 63. Vs. 11. Καὶ τὸν τόπον τοῦτον ἐφύλαττεν ἑαυτῷ] Utrum sibi vivo monumentum ibi exstruere meditabatur. an laxius accipiendum. quod prope Venerem suam alieni amoris nollet pati ὑπομνήματα.

P. 63. Vs. 12. Τριβὴν ἐἴγενέσϑαι τῇ φροντίδι] *Lucianus Prometheo.* T. 1. 199. ἡ φροντὶς οὐκ ἀτερπῆ ἔχουσα διατριβήν. vide ibi doctos interpretes. hic τριβὴ *mora occupata. negotiosa.*

P. 63. Vs. 13. Πρὸ τῆς πόλεως] Mos vulgatissimus. vide L. 1. VI. 10. 12. *Lucian. Contempl.* 1. 518. Ἤρια, ὦ Χάρων, καὶ τύμβους καὶ τάφους καλοῦσι τὰ τοιαῦτα. πλὴν τὰ πρὸ τῶν πόλεων ἐκεῖνα τὰ χώματα ὁρᾷς καὶ τὰς στήλας καὶ τὰς πυραμίδας. ἐκεῖνα πάντα νεκροδοχεῖα καὶ σωματοφυλάκια ἐστί. videantur ibi *Moses Solanus* & *Tiberius Hemsterhusius* optime de Luciano meriti.

P. 63. Vs. 14. Ὡς κεν τηλεφανὴς ἐκ ποντόφιν ἀνδράσιν εἴη.]

Odyss. Ω. 83. *Straboni* L. VIII. 534. B. τάφος ita ἐπιφανὴς dicitur. in apographo ἔῃ. forte ita Charito scripserit. nam in his sibi indulsit: sed magis librarii. ita alii poetarum verba laudantes saepe quid mutant. unde nescio an apud *Lucian.* in *Hermot.* 1. 762. legendum sit

Ἀλλ' ἐγὼ οὐ πιϑόμην ὑπ' ἀνοίας καὶ νεότητος.

licet primum hemistichium sit ex Homero translatum, ubi πιϑόμην secundum leges metri, quod in Luciano ἐπιϑόμην. Vides autem in Homerico superiore versu, uti semper in similibus, corripi secundam in ἀνδράσι. tamen in *Manethone*, syllabicae quantitatis observantissimo, L. II. 290. legitur ἀνδρᾶσι. sed liceat locum aliquot aliis mendis exsolvere. Ita igitur lege.

Πάγχυ δ' ἄρ' ἐς φιλότητα δύνην, τοκετῶν ἐποχῆντε
Ὀχλήσει, καὶ ἔνϑα λυγρῇ περὶ γαστρὶ μογήσει,

Ἤτοι

Ἤτοι πρὶν γονίμης ὥρης βρέφη ὠμοτοκῦσι,
Ἢ νεκρῶν περὶ γαςρὶ μέλη τέμνυσ' ἄπο τέκνων.
Ταῖς ἄλλαις ἀνδρεοσιν ἴσαις κάμνουσιν ἀνίαις.

praecipua tangemus. vs. I. legitur τοκέτων τ' ἐποχῆσι. at antea jam non semel monui Manethonem conjunctionem secundae voci saepissime prae aliis adnectere. ἐποχὴ τοκέτων. *partuum inhibitio. retardatio.* vs. 2. ὀχλήσει nec vulgari notione convenit, nec ea, quam illustrat *Cl. Salmasius* de *Modo usurarum* p. 788. *vexare. Hesych.* ὀχλεῖ. ςένει. λυπεῖ. Κωλύει μετὰ ὄχλυ. nec ὀχλίσει magis convenit. quo utitur *Nicander Alexiph.* 226. 452. si ὀχλίζειν posset notare *violenter invehere. admovere.* non male conveniret. sed hoc alias servetur explicandum. vs. quarto rescripsi ἄπο referens ad ἀποτέμνυσι. reliqua facilia. vs. quinto ἀνδρᾶσι vulgo. at corripitur. ut ἄςρασι. III. 362. & mox hoc ipso libro vs. 311. ἀνδράσιν ἶφι μάχεσθ.

At fere turpissimum omnium mendum indicare neglexissem. vs. primo nunc legitur ἐς φιλότητα λύπην. at prima in λύπη longissimas syllabas adaequat. reposui δύη. *Hesych.* δύη, δυςυχία ἢ ἔνδεια. πόνος. ταλαιπωρία. καὶ δυνπαθία. ne plura addam, diligentia celeberrimi *J. Alberti* ad Lexicographum cavit. scias tamen hanc vocem adhiberi ab nostro ipso L. VI. 413.

Ὀππποίηντε δύην βιότυ κείνων λάχ' ἕκαςος.

& praeterea a *Nicandro Theriac.* 920.

Ὄφρα δύην ὀλοῦ καὶ πότμον θηρὸς ἀλύξῃς.

Scholiastae ὀδύνη. βλάβη.

Vox autem λύπη notior altera δύη facile irrepsit. miror tamen, cum sit vocabulum tritissimum, hominibus non de plebe fuisse ejus ignotum modulum. ex. gr. *J. Vossius* ad *Melam* L. II. II. §. 91. p. 686. Editionis nuperrime, ab Cl. *Abrahamo Gronovio*, dignissimo Leidensis Bibliothecae Praefecto, novis dotibus instructae, *J. Vossius*, dico, ita nobis exhibet epigramma, ceu sincerum carmen.

Τὴν τρίβον εἴ παράγεις ἀλύπως τόδε σῆμα νοήσῃς,
Μὴ, δέομαι, γελάσῃς, εἰ κυνός ἐςι τάφος.
Ἐκλαύθην. χεῖρες δὲ κόνιν συνέθηκαν ἄνακτος.
Ὅς μυ καὶ ςήλῃ τὸν δ' ἐχάραξε λόγον.

Edidit & *Fleedwodus* p. 327. & *Gorius.* noster in *Inscript. Hetrusc.* T. I. p. 453. in marmore est ἀλητως. lego,

 Τὴν

Τὴν τρίβον ὡς παράγῃς ἀπλῶς, τόδε σῆμα νοήσας,
Μή, δέομαι, γελάσῃς, εἰ κυνός ἐστι τάφος.
Ἐκλαύσθην. χεῖρες δὲ κόνιν συνέθηκαν ἄνακτος.
Ὅς μου κἀν στήλῃ τόνδ' ἐχάραξε λόγον.

ΑΠΤΩΣ & ΑΛΗΤΩΣ non ita multum distant. & ita metro & sensui consultum. ἀσινῶς remotius. obiter non possum mirari elegantissimi *Salvini* judicium, qui nobis ad istud epigramma ex veteri codice propinat, *ceu pulcherrimam & optimam lectionem* in fine *Ovidianae* Metamorphoseos [vulgo *indelebile*]

Nomenque erit indeflebile nostrum.

Quod ego sane abominaturum fuisse crediderim Sulmonensem, nam sic ἄκλαυστος & ἄσβηστος ad plures descendisset, & nemo cari Nasonis nomen ter saltem inclamasset.

Centies, ut eo relabar, poetae optimi recentiores in voce *Pausilypas* peccant, famoso illo in ora Neapolitana Sannazarii & aliorum carminibus loco. At producendam esse syllabam patet ex versu *Sophocleo*, in *Nauplio*, quem laudat *Scholiastes Pindari* ad *Isthmion*. VI. 10.

Ζεῦ Παυσίλυπε καὶ Διὸς σωτηρίου.

& *Eurip. Bacchis*. 771.

Τὴν παυσίλυπον ἄμπελον δοῦναι βροτοῖς.

Tamen *Astrampsychus* scripsit p. 6.

Νῆξις θαλάσσης, ἀγρίας δηλοῖ λύπας.

qualia qui velint emendare in hoc auctore, frustra futuros esse credo. cum hic, & similes jam a vera vocabulorum desciverint prosodia. talis etiam *Theodorus Prodromus*. quem tamen & prosodiarum compilatores ceu auctorem adpellant: cum plus quam millies in legem pediam peccarit. certe in *Astrampsycho* nihil mutandum docet *Suidas*, qui in voce θάλατταν hunc versiculum eodem vitio inquinatum exhibet. ex parilibus tamen locis videtur summo *Casaubono* ad *Athenaeum*. L. IX. IV. excidisse, ut corrigeret.

Ὁ χοῖρος. ἔφυ μηδὲ λυπηθῇς πυρί.

quod

quod bene. sed interserit „ *vel* λυπηθεὶς „ at mallem credere id adjecisse ipsum interpretamenti loco, non quasi aeque sedem in Iambo sortiri posset : nisi manifestius eadem chorda aberrasset ad L. x. IX. 433. A. contra codices inserens.

Τέρψασαι [σε] λυπῶσ' εἰς τὸν ἄπαυλα χρόνον.

a similibus hallucinationibus non inmunis hic vir: quantumvis metri alioqui non negligens. sed vix pejus ei successit quam L. xv. C. VIII. 9, 64. ubi hi leguntur versus ex *Antiphane*.

Οὐκ ἐφύσων οἱ Λάκωνες ὡς ἀπόρθητοι πότε;
Νῦν δ' Ὁμηρείους ἔχοντες πορφυροῦς κεκρυφάλους.

qui cum sint puri puti *trochaici*, vir doctissimus mutat in *Jambos*. ne loquar de corrupta sententia. inposuit forte vox κεκρυφάλους. quae sane apud *Homerum* & alios medias syllabas corripit, at apud *Aristophanem* & *Nicandrum* producit secundam. sed quo φρένας ἐκπεπέτασμαι! Locum autem *Manethonis* necdum persanatum habeo.

P. 63. Vs. 15. Μιλήσιοι λιμένες] L. III. II. 44. I.

P. 63. Vs. 16. Ἀκλεᾶ] Accusativus Atticus, ut ὑγιᾶ. sed est & alius accusativus ἀκλεᾶ vel ἀκλέα. cur enim minus ἀκλῆς. δυσκλῆς. ἀγακλῆς, εὐκλῆς diceretur quam ἡρακλῆς. nec de eo ambigendum, cum apud poetas omnes casus similium vocabulorum exstent. alii tamen malunt εὐκλεᾶ. εὐκλεὰς scribere. de quibus *H. Stephanus* abunde. in *Manethone*, nescio an codice jubente, mirifice in his variatur. vocabulum hoc videtur reddendum *Nicandro Alexiph.* 114.

—— —— ἢ ἀκλέα πότμον ἀλύξαι.

ubi nunc ἀλκέα, saltem in quatuor editionibus. *durum* verti video. quasi ab ἀλκὴ. nullam vocis auctoritatem novi. *Veneno perire* non gloriosum mortis genus. ibi paullo ante ex vetere codice reponendum videtur.

Αλθήσῃ ὑδάτεσσιν, ὅθ' ἰκμήνῃ δέμας ἱδρώς.

vulgo ἐκμήνῃ.

P. 63. Vs. 19. ὑψηλῆς ἠιόνος] apte *Hesychius*. Ἠιών. ἀκτή. ψάμμος. ὄχθη. verum ibidem legimus ἠιόεντι. ἀφρώδει. sane *litus spumosum* esse aliquando, nemo neget. verum ut ἠιόεις significet ἀφρώδης mirum. nec novi

novi talem glossam ab alio grammatico adpositam. quid si legamus ὀφρυόεντι. ipse *Hesych.* ὀφρυόεντα. λοφώδη, ὑψηλόν. vide ibi vicina vocabula. ὀφρὺς passim de *cumulo arenoso* vel *terreo.*

P. 63. Vs. 19. Ἐν Συῤῥακούσαις] ut centies *Lacedaemon*, *Roma* complectuntur agros vicinos. hinc ἐν notat in vicinia. Sepulcrum erat Syracusis, ut ap. *Schol. Theocr.* I. 68. ὁ Ἄναπος ἐν Συρακούσαις. millia locorum exstant, & tamen passim tricantes videris. lecta exempla habet *C. van Binkershoekius* ad *Legem Rhodiam de jactu.* C. III. p. 24.

P. 63. Vs. 20. ὡς ἐκεῖνος] nempe *Syracusanus* τάφος. male *Apogr.* ἐκείνου.

P. 63. Vs. 21. πολυχειρία] *Thucyd.* II. 77. διὰ πολυχειρίαν. ubi Codex διὰ τὴν πολυχειρίαν. *Diod.* L. XIII. p. 610. XIV. 688. XVII. 190. semper Articulum addidit.

P. 63. Vs. 22. τὴν ἐκκομιδὴν τὴν ἐπ' αὐτῷ] Nempe cerimoniae exsequiales & religiones etiam in cenotaphiis locum habebant. vide *H. Norisium* ad *Cenotaphia Pisana dissert.* III. C. II.

P. 64. Vs. 1. Ἡμέρα ῥητῇ] *Indictivum funus* apud Romanos, quando Senatus decreto, jussu Aedilium per praeconem indicebatur. vide *Festum* in *Indictivum* & *Norisium Dissert.* III. C. I.

P. 64. Vs. 1. εἰς ἐκεῖνον] χρόνον. ita ἀπ' ἐκείνου. ἐξ ἐκείνου. *Lucian. Dial. Mar.* II. p. 293. *Phal. priore* T. II. 193. *Alciphr.* II. I. p. 200. licet in his neutrum posset intelligi. uti in ἐπὶ πλεῖστον fit. quod in εἰς ἐκεῖνον non licet. sed quoniam inveniatur εἰς μακρὸν, pro quo longe frequentius εἰς μακράν, & ideo probabile fiat intelligi posse χρόνον, ut in aliis ἡμέραν, cur non idem obtineat in εἰς ἐκεῖνον. Ex *Artemidoro* L. V. laudatur εἰς πλείονα, quod aperte χρόνον sibi vindicat, ut ap. *Demosth.* in *Aristog. post.* 847. A. nam in μικρόν. μακρὸν rursus effugium patet. εἰς μακρόν. ap. *Alciphr.* III. XV. ubi nihil merito mutat *Berglerus.* etenim rursus recurrit L. III. XLIX. si quid mutandum, legerim ἐκείνην. nempe ἐκκομιδήν.

P. 64. Vs. 3. Κατὰ καιρὸν] *tempori. commodo tempore. justo tempore* aliquando significat. IV. V. 73. 20. *Lucian. Hermot.* p. 749. ἀποδιδόασι κατὰ καιρὸν τοὺς τόκους. vide ibi *Hemsterh.* Idem *Philops.* T. III. p. 49. ἀγανακτεῖ ἣν μὴ κατὰ καιρὸν ἐφ' ἱερῶν τελείων ἐσιαθῇ. *Theocr.* XXV. 66. Μή τί οἱ ὁυ κατὰ καιρὸν ἔπος ποτιμυθήσαιτο. *Idyll.* XIV. II. πάντ' ἐθέλων κατὰ καιρόν. πρὸς καιρὸν idem fere quod ἐπ' ὀλίγον, cum quo conjungitur ab *Heliod.* L. VI. 277. ubi Codex una voce πρόσκαιρον.

P. 64. Vs. 3. Μιθριδάτης] vulgatum in his *Dynastiis* nomen. Talis *Xenoph. K. A.* VII. 427. D. Lycaoniae & Cappadociae sub Artaxerxe memoratur satrapa. item Mediae sub eodem *Ctesiae* in *Persicis* 54. 56. 58.

At veritatem in his quaerere anxie non debemus: sed verosimilia. nam totam historiam ponit accidisse sub Artaxerxe Mnemone, quae re

vera

vera plurimis ante annis evenisse necesse erat, si quidem evenisset, sub Artaxerxe Longimano, ut patet ex *Hermocratis Aetate*. vide L. IV. III. 82. 12.

P. 64. Vs. 3. Φαρνάκης] idem de hoc dicendum. varii Pharnaces *Thucydidi* circa haec tempora memorantur. vide L. I. 129. V. I. & III. qui hic *Lydiae*, L. IV. VI. 73. 20. *Lydiae* & *Ioniae* satrapa. vicinarum regionum. Illud δὲ post Φαρνάκης nisi temerarius quis non deleverit.

P. 64. Vs. 5. Ἦν δὲ καὶ κλέος] an delebimus καὶ, ita jubente interprete. alius forte in γὰρ transformaverit. mox male δόξας pro δόξης *apographum*.

P. 64. Vs. 8. λελυμένη] mos nimis notus. *Bion. Idyll.* I. 18.

> ———— ———— ———— ———— Ἁ δ' Ἀφροδίτα
> Λυσαμένα πλοκαμῖδας ἀνὰ δρυμὼς ἀλάληται,
> Πενταλέα, νήπλεκτος, ἀσάνδαλος. αἱ δὲ βάτοι νιν
> Ἐρχομέναν κείροντι καὶ ἱερὸν αἷμα δρέποντι.

Ita *Codices* exhibent. *Hesych.* κείρει. τέμνει. *Ovid.* I. *Met.* 508. *crura secent sentes. Virg.* X. *Ecl.* 51. *Glacies plantas secat.*

P. 64. Vs. 8. Ἀστράπτουσα τῷ προσώπῳ] *Alciphr.* III. 67. ταῖς βολαῖς τῶν ὀφθαλμῶν ἀστράπτουσαν. ita hic accipiendum. vide mox p. 64. 12.

P. 64. Vs. 9. Παραγυμνοῦσα] Non *omnino nudare*. ut παρανοίγειν. Cl. *Daniel Scottus* habet exempla ex *Herodoto* & *Polybio*. sed in quibus haec vis non percipitur. ut pedibus nudis, ita brachiis nudis & non manicatis in luctu fuisse videntur. sed variantur hae consuetudines. vide *Ez. Spanhemium* ad *Callimachum* in *Cererem*. vs. 125. L. VI. IV. 104. 3. extra luctum. Οἷον ἦν ἐνθάδε Καλλιρρόην ἰδεῖν. . . βραχίονας γεγυμνωμένην. vide ibi. studebant puellae ita decori. *Longus* I. p. 5. Νυμφῶν πόδες ἀνυπόδητοι. χεῖρες ὡς ὦμοι γυμναί. κόμη μέχρι τῶν αὐχένων λελυμένη. *Xenoph. Ephes.* I. 3. ἐσθὴς χιτὼν ἁλουργὴς, ζωστὸς εἰς γόνυ, μέχρι βραχιόνων καθειμένος. apud *Trebell. Pollion. Zenobia brachio nudo* saepe incessisse dicitur, in ejus vita p. 333.

P. 64. Vs. 9. Λευκώλενον] *Juno* in primis: sed & *Andromache*, *Nausicae* apud Homerum hoc epitheto ornantur. Καλλίπηχυς *Alciphr.* III, LXVII.

P. 64. Vs. 10. Καλλίσφυρον] *Thetis*, *Diana*, *Hebe*, *Marsippe*, *Ino*, omnes a pulcris pedibus laudatae. vide *Aelian.* H. V. XII. p. 710. deformes ita describit *Alciphro Epistola Inedita*. ἠλίκοι δὲ οἱ πόδες. ὡς πλατεῖς. ὡς ἀρεθμοί. l. ἐρετμοί. qui & πλάται. vel ἄρυθμοι. *enormes. ἐν ῥυθμῷ βαίνειν nescientes.*

Charito ordine fecisset si Callirrhoen, ut παραγυμνωθεῖσαν βραχίονας

 etiam

etiam ἀσάνδαλον & ἀνυπόδητον induxisset: aptius tum pedes laudati fuissent. verum nudis pedibus fuisse hinc credamus.

P. 64. Vs. 11. Μαρμαρυγὴν] L. 11. 11. 24. 18. *Anthol.* IV. V. 1. 300.

> Ὄμματα μὲν κόρης, μόλις ἡ γραφίς, ὔτε δὲ χαίτην,
> Οὔτε σέλας χροιῆς ἄκρον ἀπεπλάσατο.
> Εἰ τις μαρμαρυγὴν δύναται φαέθοντίδα γράψαι,
> Μαρμαρυγὴν γράψει καὶ Θεοδωριάδος.

Putaram oculorum vigorem pictoribus difficillimae imitationi esse.

P. 64. Vs. 12. Ὡς ἀκτῖνος ἡλιακῆς ἐμπεσούσης, ἀπεστράφησαν] *Sueton.* de Augusti oculis C. 79. *Oculos habuit claros & nitidos, gaudebatque si quis sibi acrius intuenti, quasi ad fulgorem solis vultum submitteret.* vide ibi interpretes. *Ael. Lampridius Alex. Sever.* 14. *nimius ardor oculorum & diutius intuentibus gravis. Majestas praestringit adspectus. Eumenius. Constant.* 17. *Eunap.* 83. ὥσπερ ἡλιακῦ φέγγος ἀστὴρ ἀπέλαμπε. *Alciphr.* II. I. 196. ἀποστρέφομαι ὡς τὸν ἥλιον, μὴ ἐπικαῶ τὰ ὄμματα. ubi mox *Cod.* πικρόν. *Heliod.* VII. 321. Ἐνατενίσας τε καὶ ταῖς βολαῖς τῶν ὀφθαλμῶν τῆς Χαρικλείας, ὥσπερ ὑπ' ἀκτῖνος ἐκ νεφῶν διαπλεούσης καταυγασθείς. sic lege cum Taurinensi. vulgo. ὥσπερ ἐκ νεφῶν ὑπὸ ἀκτῖνος διαπτύσης. *Plato* de R. P. X. 621. εἰς τὴν γένεσιν ᾄττοντας ὥσπερ ἀστέρας. saepe de *fulgure* dici ipsa Lexica docuerint. vide *Hesychium*.

P. 64. Vs. 12. Καὶ προσεκύνησαν] multum abest, ut τὸ ἀποστραφῆναι. *averti. converti* sit gestus προσκυνήσει contrarius, nam pars religiosae venerationis est circumversio. περιστροφή. *Sueton. Vitellio* C. 2. *Primus C. Caesarem adorari ut deum instituit, . . . capite velato, circumvertensque se, deinde procumbens. Plutarch. Numa* p. 151. καὶ τὸ προσκυνεῖν περιστρεφομένους. Quem locum cum aliis animadvertit *Car. Neapolis* ad *Ovidii Fastos* L. III. 283. Non quod re vera religionis caussa hic conversos velim: verum ut *conversionem & aversionem* a persona adorata προσκυνήσει esse non contrariam constet. quam facile etiam quis, cui mica salis, accipiat vel hoc vel illud prius factum: vel hoc ab his, illud ab aliis. ἀποστραφεὶς etiam adorat, qui e longinquo adorat. centies illa οἱ δὲ & οἱ μὲν frustra turbas dederunt. ita apud *Matth.* Euang. XXVI. 67. ἄλλοι quidam liberaliter interposuerunt. negligenter *apographum* προσεκύνησαν. quod cur monendum, nescio. alia res in *Monumentis Teiis* apud *Edm. Chishullium* 119. ψαφίσθη. & p. 128. δίδακκε. pro ἐδίδαξε vel ἐδίδασκε. haec enim ex dialecto oriri possunt.

P. 64. Vs. 12. Ἔπαθόν τι καὶ παῖδες] ut vis pulcritudinis feminae emineat, qua visa etiam pueri primos quasi cupidinis motus senserint. *Xenoph. Symp.* 873. D. Τῶν ὁρώντων οὐδεὶς οὐκ ἔπασχέ τι τὴν ψυχήν. *Theophylact. Ep.* XV. πέπονθα τὴν ψυχήν. de alio animi motu *Demosth. Parapr.* 323. C.

C. ὥς τε Φιλιππον παθεῖν τι. a ſenum ſenſu argumentum idem ducit *Ariſtaenetus*. I. I. Τοσῦτον αὐτῇ πάρεςιν εὐπρεπείας, ὡς τῶν προσιόντων ἀγλαΐζειν τὰς κόρας τὴν Λαΐδα· ϗ γέροντες εὖ μάλα πρεσβῦται θαυμάζουσιν, ὡς αἱ παρ' Ὁμήρῳ [*Iliad*. Γ. 149.] δημογέροντες τὴν Ἑλένην. ϗ εἴθε, Φασὶν, ἢ ταύτην εὐτυχήσαμεν ἡβῶντες, ἢ νῦν ἠρξάμεθα τῆς ἡλικίας. Indicativum in εὐτυχήσαμεν agnoſcit Sambuciana. & paſſim εἴθε cum indicativo jungitur ab Ariſtaeneto & aliis.

P. 64. Vs. 14. ὥσπερ τις ἐξ ἀπροσδοκήτου σφενδόνης βληθείς] *Appulejus* VIII. *Met*. 159. *velut quodam tormento inquieta quiete excuſſa*. Caſu jambum cum pede haec verba conſtituunt. cur aliter ſentiamus nulla cauſſa. neque enim quidquam poëtici iis ineſt. *Demetrius Phal*. §. XLIII. Πολλοὶ μέτρα ἰαμβικὰ λαλοῦσιν, οὐκ εἰδότες. immo etiam alia metra. centies talia obſervarunt commentatores. non ſemper tamen auſi fuerunt adſeverare re vera eſſe verſus ex aliquo poëta petitos: multo minus auctorem praeſumſerunt vaga conjectura aſſequi. Ipſi Charitoni alias etiam duo jambi vicini exciderunt. vide III. II. 43. 7. & L. IV. VII. 76. 22.

Ἐξὸν καθεύδειν, τήν τ' ἐρωμένην ἔχειν.

Paullus dictum in *Actis* C. XXIII. 5. Ἄρχοντα τοῦ λαοῦ σου οὐκ ἐρεῖς κακῶς. commode locum habuerit inter Ethicos Jambos. at neque illos verſus hodie exſtare in ullo tragico vel comico fidenter adſevero. adeant harum deliciarum avidi *Pricaeum* ad *Appuleji* IV. 227. qui non inutiliter talia obſervavit, & laudatos *Hudchinſonio* ad *Xenoph*. K. Π. 579. & *Miſcellanea* Vol. XII. III. 515. quin totas de hac re diſſertationes compilatas, ſi lubet, evolvere licet.

P. 64. Vs. 15. Θεραπευτῆρες] οἱ δορυφόροι. *Aelianus* V. H. XII. XLVII. Ὕστερον δὲ τὴν γυναῖκα ἄκουσαν δορυφόρῳ αὐτοῦ, πάντων μάλιστα θεραπευτῇ, Πολυκράτει, γυναῖκα δίδωσι. Forma noſtra eſt apud *Xenoph*. VII. K. A. 197. A. *Aelian*. *H*. *Anim* XI. 53. θεραπευτῆρες θεοῦ. *Max*. *Tyr*. XIV. 2. *Plut*. *Lycurgo*. 98. τοὺς συνήθεις ϗ θεραπευτῆρας ὑπηρέτας. *Appian*. *Mithrid*. p. 413. *Eunapius* p. 61. ex quibus locis patet familiariores & fideliores & acceptiſſimos miniſtrorum fuiſſe.

Gemina haec terminatio in multis obtinet. ἁρμοστήρ. *Xenoph*. H. H. 543. C. ſed id dialecto Laconicae poteſt tribui. qui vulgo ἁρμοστής. vide *Heſych*. ita Ζεὺς ἀγήτωρ iis, qui Ζεὺς ἡγεμών. *Hierone* 908. A λυμαντήρ. *Soph*. *Trach*. λυμαντής. *Xenoph*. *Oecon*. V. 832. D. ἐργαστήρ. qui ἐργάτης. κολαστήρ. *Eunapius* p. 102. *Manethoni* I. 105. Κοσμητήρ. Ἑρμῆς κοσμητῆρας ἑῆς ἐποίησε πόληος. κόσμοι. κοσμηταὶ vulgo. ἑῆς ibi σφετέρης. I. 81. ἀγρυπνητήρ, qui alioqui ἀγρυπνητής. Verum *Manetho* centum talia vocabula habet.

P. 64. Vs. 16. Εἴδωλον] Ita in apotheosi Imperatorum & aliis in funeribus imago praeferebatur. vide *Tacitum* III. *Ann.* 5. ubi laudatum consule *Herodiani* graphicam hujus moris descriptionem L. IV. C. II. inde *imaginarium funus Pertinaci* ductum explicant ap. *J. Capitolium Pertinace* C. 15. *Spartian. Severo.* C. 7. diversus imaginis usus, quo Celsi tyranni *imago* pro ipso *in crucem sublata* narratur a *Trebell. Poll.* p. 317. *Spartani* εἴδωλον regis etiam efferebant. *Herodot.* VI. 58. *Appulej.* VIII. 157.

P. 64. Vs. 15. Ἐπόμπευε] *Pompam praecedebat Chaereae imago.* Interpres. hoc non in Graeco. πομπεύειν est modo *circumferri in pompa quocunque loco.* aliquis antiquitatum consarcinator, Graeca non capiens, hinc doceret, ut sane fiebat, imaginem fuisse praelatam. liberum interpretandi genus in auctoribus non praedicarim ceu optimum.

P. 64. Vs. 16. διατυπωθὲν] Mirum propriae hujus significationis exemplum in thecis Graecanicis haud sisti.

P. 64. Vs. 17. Καλλίστην δὲ οὖσαν τὴν εἰκόνα προσέβλεψεν οὐδεὶς Καλλιῤῥόης παρούσης.] imago non modo ut formosi juvenis erat pulcra: sed praeterea luculenter iis ornata, quae solent vulgi oculos attrahere. quos hic solius Callirrhoae venustas formae defigebat. alioqui sane nihil mirum, si a pulcerrima pictura oculos in vivam spirantemque feminae deflectamus formositatem. vide ad L. VIII. I. 128. 14.

P. 64. Vs. 18. ἐδημαγώγησε] L. V. I. 80. 5. τὸ κάλλ☉ πάντας. L. II. VII. 32. 24. dixit δυλαγωγεῖν. hoc *victorum.* illud *oratorum.* apud *Tatianum Orat. Graecor.* XXXVIII. δυλαγωγεῖσθε praetulerim. praesertim cum δημαγωγεῖσθε in Codicibus non sit. & quia aptius. nec ψυχαγωγεῖσθε ita convenit. quod hic convenire posset. quo *Lucianus in Asino* T. II. 579. & 616. eleganter usus ἐρωτικῷ πολέμῳ ψυχαγωγεῖν. hoc vocabulum cum aliis redonabo *Alciphroni* L. III. *Epist. ult.* ἐγὼ δὲ, ψύλα καλατείνας, ἣ ποδῶν εἶχον, ᾠχόμην ϗ σώζομαι οὐχ ὑπὸ τοῦ τῆς Ἀτλαντίδ☉ παιδὸς ψυχαγωγηθεὶς. ἀλλ'. confer, & qualia sint supplementa, adparebit ἣ viderat *Bergleri* peritia. in *Cod.* male καλάτινας.

P. 64. Vs. 20. Τὴν κλίνην] *Eurip. Helena* 1277. vocat στρωτὰ λέκτρα σώματ☉ κενά.

P. 64. Vs. 21. Χαιρέᾳ περιεχύθη] at solebat in veris funeribus fieri. vide *Appulejum Metam.* p. 156. vel in sepulcro sese totos prosternebant. vide ad L. III. II. 44. 5. 251.

P. 64. Vs. 23. Μὴ γὰρ] L. III. III. 45. 25.

P. 64. Vs. 25. Κοινὴν γῆν ἐπιθέσθ] *Secundum amantium votum.* ut ait *Appulejus* VIII. *Met.* 162. Debuisset autem noster dixisse ἐπιτιθέναι. nam Fortuna ἐπιτίθησι: non *ipsa sibi.* recte & melius construxeris ἐφθόνησας ἐπιθέσθ

κοινὴν.

κοινὴν γῆν ἀποθανοῦσιν ἡμῖν. *invidisti, ne morientibus communem terram inponeremus nobis.* vel etiam dativus potest referri ad ἐφθόνησας. deinde neutrius formae locutio mihi alias occurrit. nec ideo quid mutandum censerem. Sed cum Noster saepissime *Xenophontem*, *Atheniensem* dico, imitetur. vide L. II. III. 27. 14. & L. VIII. I. 128. 14. & alia loca, fere mihi persuadeo & hic locutionem & ἔννοιαν ab ape Attica mutuatum esse. *Panthea* enim, Abradatae uxor, ita apud Atticum Rhetorem loquitur in K. A. 169. E. ἐπομνύω σοι τὴν ἐμὴν καὶ σὴν φιλίαν, ἦ μὴν ἐγὼ βούλεσθαι ἂν μετὰ σοῦ, ἀνδρὸς ἀγαθοῦ γενομένου κοινῇ γῆν ἐπιέσασθαι μᾶλλον, ἢ ζῆν μετ' αἰσχυνομένου αἰσχυνομένη. Puto igitur nostrum quoque scripsisse κοινῇ γῆν ἐπιέσασθαι. quod, quia ποιητικώτερον aliquantum, hic corruptum fuit, quemadmodum apud ipsum Xenophontem. ibi enim rancide in quibusdam legitur ἐπιπιέσασθαι. Miror Xenophonteum locum quoque non sic potius corruptum fuisse.

Locutio, ut ut ex poetarum lecythis depromta, tamen obvia & aliis quoque usurpata. *Hesych.* ἐπιέσασθαι. ταφῆναι. ubi commodo *Xenophontem* advocavit *Abreschius*, & *Hemsterhusius* plena manu flores sparsit, ut nihil plectendae corollae deesse videatur. en tamen paucas epiphyllidas. *L. Holstenius* ad *Stephanum* Θυρέα & *J. Jensius* p. 316. ediderunt Epigramma Χαιρήμονος, quod ita minus vitiose se habet.

> Κλευασου τοιμοι χλεῖος [sic in Cod.] ὑπερ Θυρεᾶν δόρυ τείνας
> κάτθανες, Ἀμφιλόχων γαῖαν ἐπεσσάμενος.

Herodoto Θυρέαι numero plurium celebrantur. *Anthol.* L. III. XXV. 36. 274. [varietates ex membranis]

> Ἀ Μακέτις σε κέκευθε τάφου κόνις· ἀλλὰ πυρωθεὶς
> Ζανὶ κεραυνείῳ γαῖαν ἀπημφίασας.
> Τρὶς γὰρ ἐπαστράψας Εὐριπίδη ἐκ Διὸς αἰθὴρ
> Ἥγνισε τὴν θνητᾶν σήματος ἱστορίαν.

Quin & tertium adpono ex fide codicis optimi, licet ab *Holstenio* editum in Ἑρμιὼν & celeb. *Hemsterhusium* non fugerit.

> Ἑρμιονεὺς ὁ ξεῖνος, ἐν ἀλλοδαπῶν δὲ τέθαπται
> Ζωΐλος, Ἀργείαν γαῖαν ἐπεσσάμενος.
> Ἂν ἐπὶ οἱ βαθύκολπος ἀμάσατο δάκρυσι νύμφα
> Λειβομένα, παῖδές τ' εἰς χρόα κειρόμενοι.

Merito doctissimus *Hemsterhusius* ibidem ex hoc *Epigrammate* animadvertit γῆν ἐφέσασθαι & γῆν ἐπαμήσασθαι differre. nam prius, ut patuit, dicitur

tur de eo, *qui sibi terram circumdat & ea se quasi vestit.* alterum plerumque dicitur de eo, *qui terram, pulverem* alii *ingerit, accumulat* : & adeo *eum sepelit.* usus proprius est in re rustica & hortensi, ubi agricola dicitur γῆν ἐπαμήσασθαι ταῖς ῥίζαις *Plantarum radicibus terram adgerere, ne a sole exurantur.* at *una quoque adgestam densabant,* & *vel instrumento vel manu vel pede comprimebant,* ne *vel imbres nimis facile penetrarent, vel nimalia arrodere teneras fibras possent. Columella* de *Cultu hortorum.* L. x. 320.

Ocima comprimite & gravibus densate cylindris,
Exurat sata ne resoluti pulveris aestus,
Parvulus aut pulex irrepens dente lacessat.

Eumenius ad *Constant. Flaviensium nomine* C. vi. *radices vitium* . . *propaginem produnt imbribus eluendam & solibus perurendam.* haec nostro vocabulo explicat *Xenoph.* v. *Memorab.* 862. 5. τί δὲ, ἔφη, τῷ σίτῳ ἐψιλωμένω τὰς ῥίζας. ἀντιπεροσαμησάμενοι τὴν γῆν ἄν, ἔφην ἐγώ. 865. C. Ἐπαμήσαιο δ' ἂν μόνον, ἔφη, τὴν γῆν, ἢ καὶ σάξαις ἂν εὖ μάλα περὶ τὸ φυτόν; σάττοιμ' ἄν, ἔφην, νὴ Δί', ἐγώ. εἰ μὲν γάρ μὴ σεσαγμένον εἴη, ὑπὸ μὲν τοῦ ὕδατος εὖ οἶδ' ὅτι πηλὸς ἂν γένοιτο ἡ ἄσακτος γῆ, ὑπὸ δὲ τοῦ ἡλίου ξηρὰ μέχρι βυθοῦ. . . . inde ad alia. sic *lugentes* dicuntur καταμήσασθαι κόνιν τῆς κεφαλῆς ap. *Joseph.* de *B. J.* ii. xxi. 3. sic *luctaturi* se invicem spargentes pulvere, ἐπαμῶντες τὴν κόνιν dicuntur *Lucian.* de *Gymnas.* T. ii. 885. verum saepissime hoc verbum de iis usurpatur, qui *mortuos adgesta terra humant,* vel etiam qui *levi pulvere cadaver adspergunt,* ut ne *in piaculum* incurrant, & securi *injecto te pulvere* pergant. vide *Aelian. Var. Hist.* v. 14. sic *Apoll. Rhod.* i. 1305.

Τήνῳ ἐν ἀμφιρύτῃ πέφνεν, καὶ ἀμήσατο γαῖαν
Ἀμφ' αὐτοῖς, στήλας τε δύω καθύπερθεν ἔτευξε.

ita *Schol.* ad *Soph. Antig.* 262. locutus de Antigone, quae fratris Polynicis cadaveri contra decretum Creontis sepelierat, vel saltem pulvere consperserat, ne in manes fratris peccaret, vocabula ἐπαμήσασθαι κόνιν & ἐπιβάλλειν τὴν ἄμμον νεκρῷ permutat. licet autem ἀμήσασθαι passim dicatur de eo, *qui mortuum terra ingesta condit,* tamen aliquando etiam adhibetur plane eodem sensu, quo τὸ ἐφέσασθαι. de *ipso mortuo. Theognis* vs. 427.

Καὶ κεῖσθαι πολλὴν γῆν ἐπαμησάμενον.

& re vera verbi indoles non pugnat: immo potius haec sincerior vis. sed usus

usus illam aliam significationem induxit, ut in aliis verbis. nam potius ἐπαμᾶν κόνιν alii dicendi forent. ut ap. *Lucian.* ἀμᾶν recte *Eustath. Iliad.* Ω. 417. p. 1358. συναγαγεῖν. interpratur. Verbumque iterum sua prima notione rusticum, de *collectione non solum frumenti*, sive *messe*, sed *omnium fructuum vindemia.* quoniam vero nec *aristae*, nec *fructus* colligi possunt, nisi *falce* vel *cultro separentur a radicibus*, *a ramis*, ἀμᾶν significare coepit, *metere. secare. decerpere. exscindere.* tam proprio sensu, de *messe*, *fructubus*, quam tralata notione de quavis alia re. unde veteribus glossographis passim θερίζειν. ἐκκόπτειν. καταβάλλειν [nam hoc de *segete* dicitur] Critici illi veteres autem in *Sophoclis Antigone* vs. 610. notiones τοῦ ἀμᾶν & ἀμήσασθαι. confuderunt. unde ἀμᾶν explicuerunt per καλύπτειν. κόνιν εἰσβάλλειν. at erraruut. ἀμᾶν istam notionem in usu vix habet. sed significat, ut dixi, *metere. discindere.* & in metaphora *excidere. perdere.* versiculi sunt

Νῦν γὰρ ἐσχάτης ὕπερ
Ῥίζας τέτατο φάος ἐν Οἰδίπου δόμοις.
Κατ' αὖ νιν φοινία θεῶν τῶν
Νερτέρων ἀμᾷ κόνις,
Λόγου τ' ἄνοια, καὶ φρενῶν ἐρινύς.

ubi cum vidissent mentionem factam ἐσχάτης ῥίζας. *ultimae radicis domus Oedipodioniae, quae Antigone*; praeterea κόνις memoraretur; de locutione cogitarunt, ἐπαμήσασθαι κόνιν ἐπί τινι: id est καλύπτειν. & *mortuum sepelire* vel *cogere, ut in sepulcrum descendat* : adeoque *perdere & abolere.* verum ἀμᾷ hic notat, *scindit* : *exscindit*, & proinde *perdit*, *radicem* ultimam domus Oedipodis. illam autem *radicem exscindere* dicuntur, ut locum hunc porro illustrem, *tres caussae*, quae hic, ut ὄγκος accedat Tragico choro, fiunt totidem *personae.* nempe ἡ λόγου ἄνοια *procacitas & intemperantia in sermone*, & ἐρινὺς φρενῶν, *mentis furor*, & quae priore loco nominata & praecipua est, *pietas, quam contra Creontis mandatum Antigone exercuit erga Polynicem, ejus cadaver sepeliendo.* κόνις φοινία τῶν θεῶν νερτέρων. est *Polynices caesus & ab Antigone humatus.* pulvis sive arena injecta merito *cruenta* : quia *caeso* ingesta. θεοὶ νέρτεροι sunt *manes.* θεοὶ καταχθόνιοι. non *Pluto vel Proserpina.* & ambo *Scholiastae* ita fere interpretati fuerunt vocem κόνις, ut sit *arena injecta Polynici.* Tragicus eleganter, sed stylo elevato, igitur dicit, *Antigonen, ultimas reliquias familiae Oedipodeae, perire, quia procaciter in regem invecta fuerit, & quasi furiis acta contra regis edictum Polynicen sepelierit; publicum hostem judicatum.*

P. 64. Vs. 25. κοινὴν γῆν ἐπιθέσθαι] ita apud *Philostratum Iconum* L. II.

IX.

IX. de Panthea & Abradate legitur ex emendatione certissima Cl. *Hemsterhusii* [nam & ibi haec vox corrupta] κοινὴν γῆν ἐπιέσασθαι. at animadverte apud *Xenophontem*, legi κοινῇ γῆν ἐπιέσασθαι. & ita tum in *Philostrato*, tum in nostro emendandum censeo. multum differunt hae locutiones. amantes cupiunt *una mori*. nam ipsis in ore est.

Ah! te meae si partem animae rapit
Maturior vis: quid moror altera:
Nec carus aeque, nec superstes Integer.

& id multis Anthea declarat apud *Xenophontem*, & nostra *Callirrhoe* in fine operis precatur a Venere θάνατον κοινόν. illud per κοινῇ γῆν ἐπιέσασθαι. *communiter. una. simul terram induere*, ut ita dicam, sine ambiguitate significatur. at si dicam κοινὴν γῆν ἐπιέσασθαι, non necessario simultanea mors intelligitur. nam omnes cogimur ocyus serius κοινὴν γῆν ἐπιέσασθαι. etiam si velles ita interpretari, ut significet *eodem sepulcro sepeliri. eadem humo reponi.* non inde sequeretur *amantes una mortuos esse.* nam post quinquaginta annos alter demum eidem sepulcro inponi posset, & sic κοινὴν γῆν ἐπιέσασθαι. γῆν ἐπιέσασθαι, est *mori*, & κοινὴν γῆν ἐπιέσασθαι nihil plus necessario notat. *Xenophon* igitur *Philostrato* & *Charitoni* praeluceat: non hic illos sequatur. quod dixi de γῇ κοινῇ firmari satis potest. ita in *Anthol.* L. III. XVIII. 3. 241.

Ἀλλὰ μόλις ξυναῖσι νόμοις εἴξασα τελευτῆς.

L. III. XVII. I. 241. ξυνῆς κοινὸν ὅραμα τύχης. *Phocylides* vs. 108. ξυνὸς χῶρος ἅπασι, πένησί τε καὶ βασιλεῦσιν. *Stobaeus* habet κοινός. C. CXVII. p. 599. eodem redit. praeterea consideres librariis prius in calamum mentemque venire, ut κοινῇ γῆν casibus sibi adaequent, quam ut hic duas actiones agnoscant, literisque exprimant. centies ita loca corrupta, dum disparatos casus adjectivorum participiorumque in eundem redigant ordinem cum substantivis praecedentibus vel sequentibus. rarius longe contra.

P. 65. Vs. I. καὶ πάντες, οὐχ, ὅτι τέθνηκε, Χαιρέαν ἠλέουν, ἀλλ' ὅτι τοιαύτης γυναικὸς ἀφῄρητο.] Ne dubites in superioribus nostrum magistro usum fuisse *Xenophonte*, rursus hanc ἔννοιαν ab eodem de iisdem Panthea & Abradata mutuatus est. L. VI. K. Π. 185. D. κατοικτείρων τὴν γυναῖκα, οἵου ἀνδρὸς στέροιτο, καὶ τὸν ἄνδρα, οἵαν γυναῖκα καταλιπὼν οὐκέτ' ὄψοιτο. Noster L. IV. III. 69. I. Μὴ γὰρ τὰ δεσμὰ καὶ τὸν σταυρὸν ἐλεῶ σου, χαιρέα, φησίν, ἀλλ' ὅτι τοιαύτης γυναικὸς ἀφῃρέθης.

LIBRI

LIBRI QUARTI CAPUT SECUNDUM.

P. 65. Vs. 4. Ἐξετρυχώθη] parum est munitum in Lexicis. tamen utitur *Thucyd.* III. 93. VII. 48. ita τρύχωσις in iis non comparet, licet adhibeatur *Max. Tyrio* XXXIV. 2.

P. 65. Vs. 5. Ἀμέλεια] cura corporis deficiens. ἀλυσία. ἀκομιστία. vide in hac voce *Hesych.* & doctum ejus commentatorem. *Plutarch. Consol. ad uxorem* p. 610. A. Ἀμέλειαι σώματος ἕπονται τῷ κακῷ τούτῳ, καὶ διαβολαὶ πρὸς ἄλειμμα καὶ λουτρόν· καὶ τὴν ἄλλην δίαιταν. *illuvies* Latinis. pro quo non semel *ingluvies* ap. *J. Firmicum Maternum Astron.* v. C. XII. §. 11. *mendicitatis atque intonsorum crinium ingluvies.* male.

P. 65. Vs. 6. λεπτή τις ἐλπίς] *Aristoph. Equit.* 1241.

Λεπτή τις ἐλπίς ἐστ', ἐφ' ἧς ὀχούμεθα.

qui versiculus apud *Phrynichum Arabium* in *Coisliniana Biblioth.* p. 467. sic legitur

Λεπτή τις, ἐλπίς. ἐφ' ἧς ὀχούμεθα.

P. 65. Vs. 9. πληγὰς λαμβανόμενον καὶ προπηλακιζόμενον] possunt esse πληγαὶ ἄνευ προπηλακισμοῦ, ut docet *Ammon.* in αἰκίαι. p. 9. tamen προπηλακίζεσθαι etiam σῶμα dicitur. vide ibi notata. & *Demosthenes*, in *Midian* p. 613. B. separat προπηλακίζειν καὶ τύπτειν.

P. 65. Vs. 10. Ἐργοστόλος] Et haec vox augeat Graecas gazas. ἐργοδιώκτης. ἐργοδότης. qui tamen diversum quid notat. *Phrynichus* de hac voce. ἐργοδότης οὐ κεῖται. tamen *Xenoph.* habet VIII. K. Π. p. 208. D. & observavit *J. Pollux* L. VII. §. 182. Ἐργοδότας εἴρηκε Ξενοφῶν. ap. *Murator.* CCXXXIV. 3. ἐργεπιστάτης. ubi redditur. *fidissimus in opere.* procul dubio ab ἔργον & πιστὸς deduxerunt.

P. 65. Vs. 10. Τῶν ὅλων δεσμωτῶν] haec notio posteriorum temporum. ut *toti* pro *omnes.* millies utitur ita iste *Eustathius* de Ismene & Ismenia. *Theophylactus Simocatta Ep.* X. πυρὸς ἀφθονία τοῖς ὅλοις ἐστὶ προχειροτάτη. *Anthol.* III. 1. 16. 194.

Κτήμασι μὲν πολύολβος ὅλων πλέον, ὧν τρέφε Κύπρος,
Ἐκ πατέρος πατέρων, ἐξ ὁσίων τε πόνων.

sic Cod. de ὁσίοις πόνοις vide L. 1. *Animadv.* p. 79 pro ὅλων πλέον ὧν membrana item habet ὄλβων πλεόνων. quod non capio. *Leo Philosophus* in *Theonem* & *Proclum.*

Χαίροις δὲ καὶ σὺ, Πρόκλε, τῦ Σαρπηδόνος
Ἄριστον αἷμα, τοῖς ὅλοις βοώμενον.

sed ibi forte τὰ ὅλα *universum orbem terrarum* notent. putavi aliquando, an legendum τοῖς Σόλοις. urbs *Ciliciae.* Σόλοι. tum quidem mutaverat nomen. sed poetae saepe antiqua gaudent nomenclatura. *Proclus* quidem *Lycia* oriundus, & *Sarpedon Lyciae* celebratur rex. At *Lycia* & *Cilicia* vicinae regiones. quin & *Sarpedon* alius *Cilix* non ignobilis. Levis suspicionis locum haec obtineant. ὅλοις & in suo Apographo invenit *J. Jensius* p. 338. ubi aliud Leonis distichon exhibet.

Θέσφατα μαντώης φοιβηίδος ὄργια τέχνης,
Ἀστρολόγων Παῦλός με διδάσκετο κύδιμος ἀνήρ.

ubi „ scribo Μαντόος „ quod nec ego nec versus capimus. videtur usus quoque *Lucianus* de *Merced. Cond.* p. 656. καὶ ὅλων τῶν . . . ἀξιωμένων. nescio an ideo ῥήσεις damnat ejusdem Luciani vel cujusvis alius in *Lucio M. Solanus* T. 11. p. 597. ubi asinus queritur de uxore heri sui, & dicit: μάζας ὅλας ποιῦσα, κατέπινεν. ἐμοὶ δὲ, πίτυρον ἄριστον ἦν. *placentas totas devoravit. mihi vero furfures erant prandium.* & paullo ante. ἀλεῖν αὐτῇ καὶ πυρὺς καὶ κριθὰς ὅλας. *triticum hordeumque* [totum] *molerem.* me nescire dico, an ideo doctus Anglus scribat. *Hoc & quod sequitur* μάζας ὅλας, *si scriptor esset tersus, mihi suspecta forent.* an potius quia repetitio ei displiceat. At si nulla alia culpa facetissimi hujus libelli auctor meruerit inter minus tersos referri scriptores: jam locum inter politissimos capiat licet. Nam omnis culpa non in Luciano, sed in interpretibus, qui non intellexerunt: quae sint κριθαὶ ὀλαὶ & μᾶζαι ὀλαί. scriptura aliquanto insolentior intellectum obnubilavit. si vulgatiore more haberetur κριθαὶ ὐλαὶ & μᾶζαι οὐλαὶ forte de οὐλοχύταις cogitassent, quae nihil aliud praeterquam κριθαὶ ὐλαὶ, ὀλαί. *Hesych.* Οὐλὰς κριθάς. Οὐλαι. ὄλα, δράγματα. Οὐλοχόϊον. ἀγγεῖον εἰς ὃ αἱ ὐλαὶ ἐμβάλλονται πρὸς ἀπαρχὰς τῶν θυσιῶν. vide Suidan in primis in οὐλοθυτεῖν. eodem redit utrum οὐλαὶ an ὀλαὶ scribas. sic suo loco *Hesych.* ὀλαί. κριθαί. ἀπαρχαί. queritur igitur feminam vesci *polline*, hordeo puro, sibi *fur-*

furfures relinqui. si composuissent *Appulejì Asinum* ibi p. 143. L. VII. in eadem narratione invenissent. *frictum hordeum.* & L. IV. 79. *tunsum minutatim.*

P. 65. Vs. 12. Πρὸς ἡμέραν] *singulis diebus. quovis die.* alio sensu L. I. X. 15. 3. apud *Capitolinum M. Aurelio.* C. 1. *ad diem* explicatur *quotidie. Treb. Poll. Gallieno.* 17.

P. 65. Vs. 12. Πείθεται καὶ δίδωσι] elegans brevitas sermonis. vide III. III. 47. 13.

P. 65. Vs. 13. Νεανίας ἀνδρικὸς] per se Νεανίας notat fortem, robustum, audentem virum. *Hesych.* τολμηρός. nempe ita saepe νεανικός. *Demosth.* de *Corona* p. 523. F. ἐν τισιν ἦν σὺ νεανίας καὶ πηνίκα λαμπρός; ne tamen suspicemur aliquid mali de Chaerea, quasi ipse non *fortis.* Etenim sequentibus virtutem suam probabit. multo minus, quia libro primo capite primo vocetur μειράκιον. nam licet verum sit, quod observat egregius *Jer. Marklandus* ad *Max. Tyr.* XXV. I. μειράκιον & τὸν ἐρώμενον referri ad νεανίσκον & τὸν ἐραστήν. tamen extra hanc comparationem μειράκιον nihil odiosi vel despecti in se habet.

P. 65. Vs. 13. Ἔρωτι, χαλεπῷ τυράννῳ] *Plat.* de R. P. IX. 573. A. *Euripid. Hippolyto* 538.

P. 65. Vs. 14. Πλεονεκτῶν ἐν τοῖς πόνοις ἡδέως] ad propriam verbi notionem suavissime respexit. est species ὀξυμώρου. *Xenoph Ages.* 666. A. τοῦ ἡλίου καὶ τοῦ ψύχους πλεονεκτεῖν. Idem K. Π. II. 49. D. τῶν πόνων πλέον ἔχειν.

P. 65. Vs. 18. Ὠχρός τε καὶ λεπτὸς] Ὠχρίασις ex amore oboritur. vide *Plutarchum in Demetrio* p. 46. cui non notum *Ovidianum, Pallidus omnis amans. Lucian.* I. p. 442. vocabula ex alia caussa conjunxit. Ὠχρὸς ἐς ὑπερβολὴν καὶ λεπτὸς ἐς τὸ ἀκριβέστατον φαινόμενος λιμῷ.

P. 65. Vs. 18. ἐπανῆλθεν τραῦμα ἔχων] In Παιδικοῖς Αἰολικοῖς ineditis.

Εἰς οἶκον δ' ἀπέβαν ἕλκος ἔχων.

P. 65. Vs. 18. τραῦμα θερμόν τε καὶ γλυκύ] In hanc sententiam quae Erotici tum prosa tum vorsa scripserunt vix modicus libellus ceperit. proprie θραῦμα variis modis potest dici θερμόν. vide *Sophocl. Philoct.* 705. τραῦμα γλυκὺ vix proprio sensu dixeris. at de amore millies adhibetur. *Lucian. Asino* 575. πικραῖς καὶ ἡδείαις θεραπείαις. Cui *Sapphus* γλυκύπικρον ὄρπετον respondet. & alias, tum in Epigrammate *Posidippi* a Cl. *J. Christiano Wolfio* quidem, sed vitiose edito.

Κέκροπι ῥαῖνε, λάγυνε, πολύδροσον ἰκμάδα Βάκχου,
Ῥαῖνε. δροσιζέσθω συμβολικὴ πρόποσις.

Σιγάσθω Ζήνων, ὁ σοφὸς κύκνος, ἅτε Κλεάνθους
Μοῦσα. μέλοι δ' ἡμῖν ὁ γλυκύπικρος Ἔρως.

In Sapphicis p. 232. etiam e correctione σινέσθω. *Vexet*. cum haberetur σινάσθω.

P. 65 Vs 22. Οικίσκῳ σκοτεινῷ] apud Harpocrationem οἰκίσκος *parva domus*. aliquando notat modo *membrum domus*. *conclave*. L. IV. v. 73. 9. quomodo & ipsa vox οἶκος aliquando sumitur. L. IV. III 69. 19.

P. 65. Vs. 23. Ἐπιστάτης] L. VIII. VIII. 142. 23. δεσμοφύλαξ. saepe idem qui ἐργοστόλος. ἐργοδιώκτης.

P. 65. Vs. 23. Ἐπεχείρουν] etiam alii cum accusativo componunt.

P. 65. Vs 24. Ἐν ξύλῳ] *Herodot*. IX. 36. σιδηρόδετον ξύλον vocat. *Heliod.* VIII. 40. 8. ἀπὸ τῶν ξύλων πρὸς οἷς τὰ δεσμὰ κατέκλειστο ὑπεκλυόντων. in eo claudebantur, qui ultimo supplicio destinabantur. *Herodot*. VI. 75. multi multa de hac re. *Salmasius de modo Usurar*. p. 812. *Gaulminus ad Eustath*. XI. 433. & qui laudantur ab *J. Chr. Wolfio* ad *Apostolorum Acta* XVI. 24.

P. 65. Vs. 25. Ὁ οἰκονόμος] qui igitur supra τὸν ἐπιστάτην. ita etiam ἐπίτροπος supra ἐπιστάτην apud *Xenoph*. v. *Memor*. 871. E. οἰκονόμος dicitur *villicus*. vide ad L. II. II. 24. 9 διοικητὴς supra οἰκονόμον. vide L. I XIII. 17. 17. itaque οἰκονόμοι *Villici* adfectabant honoratiorem adpellationem. unde *Ausonius Epist*. XXI. I.

Philon, meus qui villicatus praediis,
Ut ipse vult, epitropos.

P. 66. Vs. I. Οὐδὲ ἰδὼν αὐτοὺς, οὐδὲ ἀπολογουμένων ἀκούσας ἐκέλευσεν ἀνασταυρῶσαι] Non aliter Caligula, *Custodiarum seriem recognoscens, nullius inspecto elogio, stans modo intra porticum mediam, a calvo ad calvum duci imperavit*. ut de hoc portento hominis narrat *Sueton*. in ejus vita C. XXVII. *Ammian*. XV v. 65. *constabat nos omnes sub elogio uno morte multandos*. vide *Lindenbrog*. ad L. XXVIII. I. 395.

P. 66. Vs. 2. Ὁμοσκήνους] qui usus hoc composito fuit Dionysius Halicarnassensis, indicavit primus *Erud. D. Scottus*.

P. 66. Vs. 2. ἀνασταυρῶσαι] ut *servos*. vide *J. Pricaeum* ad *Appulejum Metam*. p. 611. unde ut insolitum notat milites in crucem sublatos *Vulcat. Gallic*. vita *Avidii Cassii* C. 4.

P. 66. Vs. 2. Πόδας τε καὶ τραχήλους συνδεδεμένοι] mox vocat κοινὴν ἅλυσιν. omnes uno loro ex pedibus & cervicibus erant connexi. *Theodor. Prod.* 245. VI.

Πολλοὺς

Πολλὺς τραχήλυς εἶλκεν ἅλυσις μία.
ἤγοντο πάντες ἐξ ἑνὸς καλωδίυ.

Plato VII. de R. P. 514. A. Ἐν ταύτῃ ἐκ παίδων ὄντας ἐν δεσμοῖς, καὶ τὰ σκέλη, καὶ τὺς αὐχένας, ὥστε μένειν τε αὐτοὺς, εἴς τε τὸ πρόσθεν μόνον ὁρᾶν, κύκλῳ δὲ τὰς κεφαλὰς ὑπὲρ τῦ δεσμοῦ ἀδυνάτυς περιάγειν. aliud id est, & quod L. X. p. 615. E. ejusdem operis legitur. συμποδίσαντες χεῖρας τε καὶ πόδας καὶ κεφαλήν. quod *quadrupedem constringere* dixit *Terentius*.

P. 66. Vs. 3. Καὶ ἕκαστος αὐτῶν τὸν σαυρὸν ἔφερε] *Euangelio Joann.* XIX. 17. καὶ βαστάζων [ut Noster mox] τὸν σαυρὸν αὐτῦ ἐξῆλθεν ἐπὶ τὸν λεγόμενον κρανίυ τόπον. nullum hinc argumentum duci potest pro Christianismo Charitonis. nam ita moris erat. *Artemid.* II. 61. p. 148. Καὶ ὁ μέλλων σαυρῷ προσηλῦσθαι, πρότερον αὐτὸν βαστάζει.

P. 66. Vs. 4. Τὴν ἔξωθεν φαντασίαν] *externam speciem. adparentiam.*

P. 66. Vs. 4. Οἱ κολάζοντες] Participium pro substantivo. sic ἐξετάζων ἐξεταστὴς ap. pro *Demosth.* de *Corona.* 491. E. Ὁ μὲν γὰρ λογισμὸς, εὐθυνῶν καὶ ἐξετασόντων προσδεῖται.

P. 66. Vs 5. Εἰς φόρυ παράδειγμα] *Xen. Eph.* II. 28. Ἐγὼ γάρ σε τιμωρήσομαι, καὶ τοῖς ἄλλοις οἰκέταις τὴν σὴν αἰκίαν ποιησάμενος παράδειγμα. ubi paullo ante in *Codice* εἰπών. ut noster, locutus *Ael. Lampridius Alex. Sev.* 6. *ad exemplum timoris.* quod Latinius futurum credebat *J. Gruterus* non adjecta voce *timoris.* & sane horum scriptorum elocutio saepe graecissat, ut qui sua pleraque e Graecis compilarint & aliis de caussis. hinc *exempla* absolute apud Romanos pro *gravibus suppliciis. J. Pricaeus* ad *Appul. Met.* p. 502.

P. 66. Vs. 5. Εσίγα] alioqui iis saepe, qui ad supplicium ducebantur, capistro, φιμῷ os obstringebant, ne possent populum ad misericordiam movere: vel judices incessere. vide *H. Vales.* ad *Ammianum* L. XXIX. I. p. 430.

P. 66. Vs. 7. Τοσῦτον δὲ τὸν λόγον ἀκύσας] id est ἀκύσας τὸν λόγον κατὰ τοσῦτον [μέρος] *Xenoph.* K. A. V. 368. A. ἐγὼ μὲν τὸν ἄνδρα τοσῦτον ἐγίνωσκον, ὅτι εἷς ἡμῶν εἴη. & L. I. K. A. p. 29. *Edit. Hudchins.* εἶπε τοσοῦτον. ita τοσόνδε. ut ibi animadvertitur. *Eurip. Iphig.* in *Tauris* 555.

Τοσόνδε γ' [ἐρωτήσω] εἰ ζῇ τῦ ταλαιπώρυ δάμαρ.

Herodot. VII. VII. 127. σρατοπεδευσάμενος τὴν παρὰ θάλασσαν χώρην τοσόνδε. ubi *Gronovius* necessario e *Codice* Mediceo reponendum censet τοσῆνδε. non ego & alii mecum. *Lucian.* de *M. Peregrin.* 354. πλὴν τότε τε-

τοσῦτον ἐπήκυσα. ubi. *Tan. Faber* non satisfacit. *Lysias* p. 476. τοσῦτον μέμνηθε. notum enim τοσῦτον passim pro τοσῦτο adhiberi.

P. 66. Vs. 12. πενθῦσαν] Non semel exsequiae primam amoribus praebuerunt occasionem. *Lysias* p. 5. ἐπ' ἐκφορὰν γὰρ αὐτῇ ἀκολυθήσασα ἡ ἐμὴ γυνή, ὑπὸ τύτυ τῦ ἀνθρώπυ ὀφθεῖσα, χρόνῳ διαφθείρεται. & multas lugubria decent.

P. 66. Vs. 13. Ὅλος ὢν ἐπί τῆς ἐννοίας] L. II. IV. 27. 25. varie effertur haec formula. *Diod.* XVI. 92. casum mutavit ὅλος ἐπὶ τοῖς ἐπηγγελμένοις. saepe ὅλως, parvo discrimine. *Lucian.* I. p. 211. ὅλως πρὸς τῷ τοιύτῳ ἐςι. *Alciphr.* III. XI. vide *Berglerum* ad I. XIII. rursus ὅλον γενέσθαι τινος aliquantum abit. *Heliod.* VII. 309. τῶν ἱερῶν ὅλος γενόμενος. *Euripid. Iphig.* in *Aulide*. 647.

Πρὸς ἐμῦ γένυ νῦν, μὴ 'πὶ φροντίδας τρέπυ.
'Αλλ' εἰμὶ παρὰ σοὶ νῦν ἅπας κὐκ ἄλλοθι.

P. 66. Vs. 15. Πηγὴν αἵματος] centies πηγή apud Graecos, ut *fons* apud Latinos pro *origine. principio.* unde *Horatio*, *principium* & *fons* synonymice junguntur. ut *fons & caput. Incerto in Paneg. Constantino dicto.* C. I. *Plato Phaedro* 245. C. Ἀρχὴ καὶ πηγή. *Philo Jud.* p. 1013. *Plato* III. *de leg.* 690. D. νῦν γὰρ δὴ ςάσεων πηγήν τινα ἀνευρήκαμεν. eleganter autem hic πηγή αἵματος. propter copiose profusum sanguinem: qui tum *fluere. ῥεῖν. κυμαίνειν* dicitur. *Marcus Euang.* V. 29. Καὶ εὐθέως ἐξηράνθη ἡ πηγή τῦ αἵματος αὐτῆς.

Potuisset etiam dicere πηγή φόνυ. nam αἷμα & φόνος promiscue tum prosaicis, tum poetis usurpatur. *Euripides Oresta.* 1139.

Κακῆς γυναικὸς οὕνεχ' αἷμ' ἐπραξάμην.

ut vs. 284. ἔργασαι δ' ἐμοὶ Μητρῷον αἷμα. ut noster L. IV. III. 68. 7. ἐργάζεσθαι φόνον. *Eurip. Bacch.* 895. ἀλλ' αἷμα θήσεις. quod 795. dixerat θήσω φόνον γε θηλύν. ut recte animadvertit *Barnesius.* quem & ad *Suppl.* 672. videas. *Lucian. Tyrann.* p. 157. ἐμπεπλησμένον τῦ φόνυ. *Dialog. Meretr.* XIII. 317. λελυμένος φόνῳ. *Hesych.* φόνος, αἷμα. *Lucas Euang.* XXIII. 30. αἷμα προφητῶν. φόνος. *Pindar. Isthm.* VIII. 109.

——— ὁ δὲ Μύ —— σιον ἀμπέλιον
Ἅιμαξε, Τηλέφυ μέλανι ῥαί -- νων φόνῳ πέδιον.

φόνος μέλας, ut passim αἷμα μέλαν. *Anthol.* VII. V. 53. 205.

Τύψε.

Τύψε. μέλαν δὲ οἱ αἷμα ταλαυρίνε διὰ χρωτὸς
Ξέσσ', ἐπὶ δ' ἀργαλέαν βῶλον ἔδευσε φόνῳ.

egit de hac permixtione *G. Cuperus. Observ.* III. XIX. sic Latinis *caedes & sanguis* centenis in locutionibus indiscretim adhibentur. *caedem facere* : sed etiam *sanguinem facere*. vide *J. F. Gronovium ad Hist. Eccl. Script.* C. XXV. p. 277. & *Arn. Drakenborchium* ad *Livii* L. II. C. XXX.

P. 66. Vs. 15. αἵματος μεγάλε] igitur nemo offenderit αἷμα μέγα magis quam μέγας φόνος. ita in Epigrammate laudando ad L. IV. VII. 73. 10. σποδιὰ μεγάλα. *multorum cinis. Statius* VIII. *Theb.* 573.

—— —— Sic Hyrcana Leo Caspius umbra
Nudus adhuc, nulloque jubae flaventis honore
Terribilis, magnique etiamnum sanguinis insons.

id est *multae, magnae caedis. Sidon. Apollin. Carm.* V. 500.

—— Sed sanguinis auctor Majoris, dum parcis, eras.

Servius ad II. Æn. *caedis magnitudo.* ut *Lucian. Tyrann.* T. II. p. 153. μεγάλην σφαγὴν ἐργάζεσθαι. Verum sanguinis & caedium imaginem paullo hilariore argumento dissipemus. apud *Nonnum* in *Dionysiacis* L. XXXII. 32. Juno omnibus illecebris adornata ad Jovem accedere meditatur. in isto cultu describendo, post alia pro more suo multa frivola, haec garrit.

Εἶχε δὲ ποικίλον αἷμα παλαιότατον, ᾧ χύτο νύμφης,
Κρυπταδίῃ φιλότητι κασιγνήτων ὑμεναίων,
Νυμφίον ἀρχαίης ἔτι λείψανον αἷμα χορείης,
Κυριδίης φιλότητος ἵνα μνήσειεν ἀκοίτην.

at quid hoc! εἶχεν αἷμα ᾧ ἔχυτο αἷμα. certe phiala vel alio vasculo utimur, si liquores servari debent. quid multa! reponendum ἅμμα. *vinculum. cestus. zona.* saepe poetae memorant ἅμμα κορείας. ut in *Anthol.* p. 453.

Χρύσεος ἀψαύστοιο διέτμαγεν ἅμμα κορείας.

aptum epitheton *Zonae* ποικίλος. ita habemus apud principem vatem *Iliad.* ξ. 214. ποικίλον κεστόν. & in zona vel alio linteo illud λείψανον ἀρχαίης κορείης commode servatum fuit. notum quales vires sanguini & qui-

quidem eo magis tali, in amore conciliando adſcribantur. plane ſimiles multas nugas ibi recenſet Nonnus. quam rancida iſta altera imago αἵματος ποικίλυ παλαιολάτυ. potius fugerit Jupiter Junonem, ſi tali ornatu inſtructa ipſi adparuiſſet. quando horrorem & abominationem ingenerare volumus, *cruoris*, *ſanguinis*, *tabi* mentionem ſolemus facere. inde *Pharmaceutria*, *Venefica maga*, apud *Theocritum*, quando ſuis veneficiis horrorem conciliare ſatagit, inducit non ſolum *Hecaten infernalem*, *quam etiam canes extremiſcunt*. ſed illam etiam incedere facit per *ſepulcra & nigrum mortuorum ſanguinem. tabum.* quem adſpectum praebere debuit horrenda haec dea, per ſepulcreta ſanguine & tabe mortuorum lurida pervadens! poëta ait

Τᾶ χθονίᾳ θ' Ἑκάτᾳ, τὰν ϰ σκύλακες τρομέοντι,
Ἐρχομέναν νεκύων ἀνά τ' ἠρία ϰ μέλαν αἷμα.

Hecaten, *Dianam eſſe praeſides*, *adminiſtras veneficarum & magarum*, cur quis doceatur. *Ovid.* VII. *Met.* 194.

Tuque triplex Hecate, *quae coeptis conſcia noſtris*
Adjutrixque venis, *cantus arteſque magarum.*

Unde facete *Horatius*, ut oſtenderet Canidiam pejorem, & magis abominabilem ceteris veneficis, quibus alias adeſſe ſolerent Luna, Diana, Trivia, ſive quocumque nomine vocetur hoc numen, *Satyrar.* I. VIII. 35. fingit,

——— ——— *Lunamque rubentem*,
Ne foret his teſtis, *poſt magna latere ſepulcra.*

alioqui ipſa Ἄρτεμις μάγος, ut *Tatiano* vocatur *Oration.* ad Graecos C. XII. illa pervadebat, deducta caelo, cum veneficis per ſepulcreta, ut una legeret ferales, ſed magiae aptas mortuorum reliquias. paſſim Veneficae ita exhibentur a poëtis & aliis. ita Medea apud *Apollonium* L. IV. 51. inducitur θαμὰ δὲ πρὶν ἀλωμένη ἀμφί τε νεκρὺς. cur? declaret *Lucanus* L. VI. 543.

——— ——— *avide deſaevit in artus*,
Immergitque manus oculis, *gaudetque gelatos*
Effodiſſe orbes & ſiccae pallida rodit
Excrementa manus: *pendentia corpora carpſit*,
Abraſitque cruces, *percuſſaque viſcera nimbis*

Vulſit

Vulsit; & incoctas admisso sole medullas.
Insertum manibus chalybem, nigramque per artus
Stillantis tabi saniem, virusque coactum
Sustulit, &, nervo morsus retinente, pependit.
Et quacumque jacet nuda tellure cadaver,
Ante feras volucresque sedet.

ita, si modo veteri & tabido opus sanguine habent. at

——— ——— ——— *si sanguine vivo*
Est opus, erumpat jugulo qui primus aperto.

ideo apud *Horat. Ep.* XVII. per ironiam de Canidia

Nec in sepulcris pauperum prudens anus,
Novendialis dissipare pulveres.

Appulej. II. *Met.* 33. *Nam ne mortuorum quidem sepulcra tuta. sed & bustis & rogis reliquiae quaedam & cadaverum praesegmina petuntur.* L. III. p. 53. *trucidatorum servatus cruor. Tacit.* III. *Ann.* 69. *erutae humanorum corporum reliquiae.* vide *Lindenb.* ad *Ammian. Marcell.* XIX. XII. p. 179. in his colligendis, aeque atque in radicibus venenatis Luna, Diana, Trivia erat magis socia, comes, adjutrix. quin etiam ipsae deae his gaudebant. Quam energetice igitur poëta inducit adjutricem pharmaceutriae *Hecaten* vadentem non per busta modo, sed per tabida cadavera. ne dubites, hos lege Lucani versus. ubi Erichtho sic Furias, & ipsam Hecaten alloquitur. ——— *per busta sequar, per funera custos*: nonne haec Theocriti verba ἀνά τ' ἠρία ϗ μέλαν αἷμα.

——— *per* busta *sequar, per* funera *custos,*
Expellam tumulis, *abigam vos* omnibus urnis.
Teque Deis, ad quos alio procedere vultu
Ficta soles, Hecate, *pallenti tabida forma,*
Ostendam, faciemque Erebi mutare vetabo.

maneat igitur magicis sacris suus horror. sepulcra, funera, cruores non hinc removeantur. & quamvis vulgo epitheton modo μέλαν *niger*, sit physice datum *sanguini*: hic ad terrorem istum colorem sanguini tributum tuto credemus. Quid quod crediderim apud modestos criticos quadraginta codicum consensum alicujus fore ponderis. tot a me collati hic nihil variant. unus auctor E. M. qualis negligentia ipsi & aliis

 gram-

grammaticis saepe accidit, exhibet in Ηρία. ἀνάτ' ἠρία κεκμηκότων. sollicitus scilicet solius vocis explicandae. Et in primis magnae fuerint auctoritatis in lectione vindicanda, quae non ita ineptum habere sensum nonnullis forte videatur. praecipue si id, quod substituere satagimus, ne quidem eo sensu Graecum esse ostendi possit. ne loquar poeticam φαντασίαν commentanti & multo magis emendanti summa cum cura debere spectari. in qua consideranda saepe negligentiores Critici, inventi sui novitate sive fallaci specie abrepti. sic *Guietus*, sane audacior passim, apud *Lucanum* satis improvide tentat

> —— *per busta sequar, per funera*: cunctis
> *Expellam tumulis.*

cum vox *custos* sit elegantissimi ibi usus. Erichtho ita se adsimulat *custodibus*, qui *ditiorum* paullum sepulcris, res nota, adponi solebant. ipse *Lucan.* VIII. 744.

> *Corpus, vile suis*, nullo custode *cremantes.*

nam *custos* est; *uti*, *ceu* custos. ut ὡς centies apud Graecos reticetur. pulcerrima imago Erichthus Tisiphonen & *ipsam Hecaten* de tumulis & cadaveribus, quibus abuti volebant, instar custodis funerum, ceu magas & fures fugantis. Novi hominem, sane non stupidum, immo acutum in ceteris & multiplicis scientiae dote insignem, qui coram me saepius negarit vel exquisitissimam vocis vel organorum harmoniam ad aures suas suaviorem accidere quam gannitum catulorum. credo. Verum non ita inprudens erat, ut inficeretur aliorum auribus eum inditum esse sensum, ut merito divina Musicae vi quasi extra se raperentur. proinde nec illis, quibus aures non contigerunt poeticae, & quam paucissimis contigerunt, haud habemus, ut indignemur: sunt enim naturae donum, quae ipsos hac suavitate expertes voluit. Verum merito in censuram cadunt, quando, cum tales creati sint, & levi admodum studio naturae defectum, si fieri posset, supplere sategerint, tamen de poëtis, eorumque elocutione judices sedere praesumant. ne de potioribus poëticae partibus loquar.

Verum ut revertamur ad *Nonnum*. si quis in isto loco pro ἅμμα maluerit εἷμα, non admodum repugnem: nec si invenissem, εἷμα, quoniam satis defendi possit, ut ἅμμα ingererem, admodum laborassem.

P. 66. Vs. 16. Μιαρὰν συμπράξασαν τῷ φόνῳ] proprie καθαραῖς χερσὶν opponuntur μεμιασμέναι αἵματι. In *Luciano de Morte Peregrini* p. 358. editur ἀναμνησθεὶς τῶν περὶ τοῦ φθόνου εἰρημένων. cum nota „ φόνου *legendum fortassis. bene margo A i.W.* „ ut in versione *caede.* at Faber & alii recte sic. nescio an putidum istud φθόνου in textum sit repositum, ut locus fieret

notu-

notulae isti ex *AiW*. sed quale est istud *Fortasse*. Quid si quis ne mentiatur, modeste dicat. forte *sol medio die lucet*! si Critici tales forent omnes, profecto de ipsorum petulantia haud quereremur, sed sensum tamen communem desideraremus. fuit in *Apogr*. male πεάξασαν.

P. 66. Vs. 18. τὴν συνειδυῖαν] *Appulejus* III. *Met*. 48. *Et res ad hoc deducta est, ut per quaestionem sceleris sui participes indicet: ut tam dirae factionis formido funditus perimatur.*

P. 66. Vs. 20. Βασανιςηρίων] ὀργάνων. Quod inter alios supplet *Porphyr. de Abstin.* 391. ὡς στρεβλούμενοι ϗ λυγιζόμενοι ϗ καόμενοι ϗ διὰ πάντων ὁδεύοντες τῶν βασανιςηρίων ὀργάνων. An non paullo ante ibi legendum τοῖς τοιύτοις pro ταῖς αὐταῖς. certo ἐν ἑβδομάδι. *Sabbati die*. non *tota hebdomade*.

P. 66. Vs. 23. Ἔπληξε] ἐξέπληξε. *tetigit. percussit animum.*

P. 66. Vs. 23. Εὐτυχῆ τινα ἔδοξεν ὁμωνυμίαν ἔχειν ἐκείνη γύναικα] *Callirrhoae*. sed melius scripsisset ἐκείνην τὴν γυναῖκα. vel τῇ Μιλησίῃ ἐκείνῃ ταύτην τὴν γυναῖκα.

P. 66. Vs. 23. Ἐυτυχῆ ὁμωνυμίαν] vide notata II. v. 30. 8. *Max. Tyr.* XXIV. I. Καὶ εἰκάσθη τὸ ἐν Κορίνθῳ τῦτο πάθ☉ τῷ Βοιωτίῳ διὰ τὴν ὁμωνυμίαν τῶν μειρακίων. ambo *Actaeones* vocati. Θεμιςοκλῆς Ἀθηναῖ☉, θρασύτερ☉ εἰς τὴν ἐπωνυμίαν. *Eunap. Julian.* 117. *Demosth. Aristog. pr.* 840. C. δικαςὰς σωφρονεῖν jubet, quia ἐπώνυμοι τῇ Δίκῃ.

P. 66. Vs. 25. Καταςῇ εἰς ἀνάγκην] L. III. III. 46. 24.

P. 66. Vs. 25. Υβρίσαι τὸ ἥδιςον ὄνομα] Amantium furores circa nomen amicarum noti. non contenti semper in ore habere: in arborum corticibus, in parietibus sculpunt & inscribunt. poetis totarum elegiarum nudum amicae nomen materiam suppeditat. exosculantur in literis: venerantur quacumque obvium. Quin Agamemnon eo nomine suam *Briseida* facile posse recipi ab Achille in locum ejus *Chryseidos* autumat

Quod, si prima sinat litera, nomen idem.

apud *Ovid. Remed. Amor.* 476. sic Codices cum meo plerique. recte: *syllaba* est a sciolo.

Quid mirum si Mithridates vellet elabi mulierem Callirrhoae cognominem? aliquid plus rationis *Teucer* habet apud *Euripiden* in *Helena* vs. 75. quando mulierem, quae Helenam, Ilii excisae caussam, forma referebat [re vera erat: sed nesciebat *Teucer* Helenam esse] ideo erat occisurus, nisi in peregrina terra foret. aliquid plus nomine simili, est forma similis.

P. 67. Vs. 1. Παίοντες] Solita lictorum insolentia in reos. Apud D. *Lucam. in Euang.* XXII. 64. ἔτυπτον αὐτὸν, ϗ ἐπηρώτων αὐτὸν, λέγοντες, τίς ἐςιν ὁ παίσας σε,

P. 67. Vs. 2. Ἄγυσιν] per Criticos velim liceat praesenti huic locum suum tenere. vide *A. Drakenborchium* ad *Livium* L. 1. 779. ἄγυσιν est εὐθὺς ἄξυσιν.

P. 67. Vs. 6. Καὶ ἵδρου . . ἐν . . καὶ] verba incertiora. sensus apertus. potes καὶ ἱδρὼς ἔρρεεν vel ὑπέρρεεν vel ἱδρῶτι διερρεῖτο. apud *Heliod.* x. 487. apud *Philostr.* VIII. de *V. Apollon.* 371. ἱδρῶτι ἐρρεῖτο. nam etiam haec constructio proba. sic apud *Suidam* ἐπιρρεόμενος μέλιτι. in Ἐπίκουρος & Κόφων. & *Lucian.* de *Gymnas.* 907. σώματα ἱδρῶτι ῥεόμενα. quod ibi illustratur ex *Iliad.* ψ. 367. χαῖται δ' ἐρρώοντο.

Sed observemus potius amantibus & alio animi motu correptis sudorem largiter manare. *Plutarchus* in *Demetrio* in amore conjungit, ut hic, ἱδρῶτας ὀξεῖς καὶ ἐρύθημα πυρώδες. Et *Plato* in *Phaedro* p. 251. B. ἱδρῶτα ponit inter affectus amoris. *Eusthat.* de *Ism.* & *Ism.* XI. 429. ἡ δὲ περιρρεομένη πυκνοῖς ἱδρῶσι καὶ δάκρυσι. vide IX. 343. quae duo phaenomena etiam hic. *Theocr. Idyll.* II. 107.

—— —— Ἐκ δὲ μετώπω
Ἱδρώς μευ κοχύδεσκεν ἴσον νοτίαισιν ἐέρσαις.

Anthol. I. III. I.

Αἰδοῖ πάντα πρόσωπ' ἐρυθαίνομαι. ἐκ δὲ μετώπω
Ἱδρὼς πιδύων στῆθος ἐπισταλάει.

quod *Valerius Aedituus* apud. *A. Gellium.* L. 19. 9.

Dicere quum conor curam tibi, Pamphila, cordis,
Quid mi abs te quaeram, verba labris abeunt.
Per pectus miserum manat subito mihi sudor:
Si tacitus, subidus: duplo ideo pereo.

Heliod. x. 487. καὶ τὴν κόρην αὖθις ἐκ μέρει περιεσκόπει τρόμῳ τε καὶ παλμῷ συνεχεῖτο καὶ ἱδρῶτι διερρεῖτο. videatur *C. Barthius* ad *Statium* I. *Achill.* 306. sudor facile *fronte* prorumpit. unde apud *Sueton. Nerone* XXIV. *sudorem quoque frontis brachio detergere.* sicut etiam iste amantium sudor, ut partim vidimus. Propert. II. XVIII. 12.

Quae si forte aliquid vultu mihi dura negarat,
Frigida de tota fronte cadebat aqua.

in eadem elegia in non uno codice legitur.

Qui

Cui non his verbis adspergat tempora ſudor,
Aut pudor ingenuus aut reticendus amor.

at hic *ſudor* videtur irrepſiſſe ab eo, qui explicare voluerit, quomodo tempora alicui amor adſpergat, id eſt *ſudore.* verior lectio videtur Scaligerana *ſurdo.*

Per omnia tamen iſte ſudor membra diffundebatur. *Ovidius* III. *Amor.* XIV. 38.

Mens abit & morior, quoties peccaſſe fateris:
Perque meos artus frigida gutta fluit.

qui locus ſi ita intellegendus, certo prae *cadit* praeſtat *fluit.* quin etiam etſi de lacrimis acceperis. quod non puto. De hoc *ſudore* intelligendum & emendandum ex Codice Palatino olim cenſui *Anacreontem* oda VII.

Τρoχάοντα τεῖρεν ἱδρώς,
Κραδίη δὲ ῥῖνας ἄχρις
Ἀνέβαινε. κἂν ἀπέσβην.

plane ita *Alciphron.* II. II. Νὴ τὰ μυςήρια, νὴ τὴν τέτων τῶν κακῶν ἀπαλλαγὴν, ὡς ἐνθυμηθεῖσα τῦ Τιμάρχυ τὸν χωρισμὸν, ἄρτι ἀπέψυγμαι καὶ ἱδρῶ, καὶ τὰ ἄκρα καὶ ἡ καρδία μῦ ἀνέςραπται. omnes non magis naturam, quam Sappho magiſtram ſecuti.

Porro ἴδρυ poſſet eſſe integrum, licet tempora ſint diverſa. verum quid caeterae lacunae fiet. an cogitabis de alio amoris effectu. καὶ ἔντρομος ἐγένετο vel ἦν. *Sappho.*

Καδδ' ἱδρὼς ψυχρὸς χέεται, τρόμος δὲ
Πᾶσαν ἀγρεῖ:

vel καὶ ἐννεὸς ἦν. *Heliod.* 226. ἐνεὸς ἐγεγόνει. Eadem ἀλλὰ καμμὲν γλῶσσ' ἔαγε: de *ſudore frigido* aliis a cauſſis vide *Appulej.* X. *Met.* 217.

P. 67. Vs. 7. προέπεσεν] αὐτομάτως ἐξεπήδησε L. III. VI. 54. I.

P. 67. Vs. 7. Διασιωπῆσαι] *Lyſias* p. 512. ὥςε μηδένα τῶν παρόντων δύνασθαι φθέγξασθαι, ἀλλὰ καὶ δακρύοντας μηδὲν ἧττον τῶν πεπονθότων, ἀπιόντας οἴχεσθαι σιωπῇ. quid magis naturae conſentaneum, quam ut hic etiam taceat Polycharmus, dominum & de morte ipſius deliberantem, iis motibus animi videns de ſtatu dejectum? hoc ad ἔννοιαν defendendam. vocis probitatem ſatis tuebuntur *Euripides* in *Ione* vs. 1166. & alias. *Xenoph. Memor.* III. 772. D. & in *Ageſilao Ed. Hudchins.* p. 59.

P. 67. Vs. 8. Συναγαγὼν] *ſe recolligens.* ἀνανήψας. ἀνενεγκὼν ἀναλαβών.

non dubito quin Noſtri haec forma etiam probis ſcriptoribus placuerit. at mihi nec Lexicis auctoritas alia ſuppetit. ἐπανάγειν τινα ἐπὶ τὸ φρονεῖν. *Heliod.* II. 72.

P. 67. V. 9. Τί δέ σοι πρᾶγμα πρὸς Καλλιῤῥόην] plena locutio. quae ſaepe elliptice τί σοι καὶ ἐκείνῳ. mox fidenter ſupple ἐςαυρωμένος.

P. 67. Vs. 13. Ἐπεκλάσθησαν] errore vulgari ἐπεκαλάσθησαν. ſic ſaepe πάραγμα pro πρᾶγμα. & ſimilia. vidit Cl. *Reiskius* L. III. v. 52. 9. *Theodor. Prodr.* VII. 325. κατεκλάσθη τὴν καρδίαν. *Thucyd.* III. 67. IV. 31. *Plutarch. Demetr.* 57. *Lucian.* T. I. 594. III. 287. ὑπεμαλάχθη. *Heliod.* VII. 385. ὑπὸ τῆς συνηθείας ἐπικλωμένη. ubi ſane non videtur intellectum.

LIBRI QUARTI CAPUT TERTIUM.

P. 67. Vs. 22. Εὐτελὴς] & L. VII. II. 115. 24. Ἡμεῖς Ἕλληνές ἐσμεν Συρακούσιοι τῶν Εὐπατριδῶν. hic ſe extenuat, ut Chaereae accedat dignitas. tamen hoc epitheton fere vile nimis adparuerit, ſi *Alciphr.* III. XXVII. & *Hemſterhuſio* notata ad *Luciani* T. I. 443. inſpexeris. in miſeriis conſtitutis ſibi ipſi viliores videntur.

P. 67. Vs. 22. Συμφοιτητὴς] Ex *Phalaridis* perſonati epiſtolis laudatur. verum locupletiorem auctorem habet *Platonem Phaedro* p. 255. A. & *Eunap.* p. 170. vide L. III. III. 47. 3. notionem habuerit *condiſcipuli*, quia ex hac cauſſa ſaepe amicitia naſcitur. quo reſpicit *Horatius* L. I. *Od.* XXXVI.

Caris multa ſodalibus,
Nulli plura tamen dividit oſcula,
Quam dulci Lamiae, memor
Actae non alio rege puertiae,
Mutataeque ſimul togae.

ubi duo codices mei *pueritiae.* quam ſcripturam procul dubio ſunt probaturi, qui in Graecis nihil diſcriminis agnoſcunt inter poeticam & proſaicam orthographiam & vocabulorum formam. nam cur Latinis magis quam Graecis librariis patrocinium negarent!

P. 68. Vs. 1. Τριήρη] vix operae pretium monere, *Apographum* habere τριήρην. ſed in nominibus propriis duplex terminatio obtinet: Σωκράτη. Σω-

Σωκράτην. quam ultimam formam fere probant Grammatici : Codices utramque exhibent.

P. 68. Vs. 5. Συνδεδεμένων] συνδεσμῶται. quod *Dionis Cassii.* vel epitomatoris L. LXVIII. 781. C. ut οἱ κολάζοντες. quod *Atticorum* dicit *Corinthus.*

P. 68. Vs. 11. Τὴν ἐπὶ τὸν σταυρὸν ἠγόμεθα] ὁδόν. plerumque dicitur ἄγειν τὴν ἐπὶ θανάτῳ. sed variatur in libris scriptis. hanc formam viri eruditi adstruxerunt ad *Aeliani* V. H. I. XXX. vide *Xenoph.* K. A. 367. A. p. 431. *Ed. Hudchin. Philo. Jud. adv. Flaccum.* 977. (529.) δῆσαι τὴν ἐπὶ θανάτῳ. *Herodotus* L. III. 119. v. 72. *Lucian.* T. I. 384. συλλαμβάνειν ἐπὶ θανάτῳ. *Charitoni* liceat uti, quod maluisse videtur. *Lucian. de M. Peregr.* 356. τοῖς ἐπὶ τὸν σταυρὸν ἀπαγομένοις dicit. κατακρινεθεὶς τὴν ἐπὶ θανάτῳ. *Artemid.* IV. 35. ubi δίκην intellegas.

P. 68. Vs. 10. Χαιρέαν] potes etiam. Χαιρέαν λέγεις τὸν φίλον; εἶπεν ὁ Πολύχαρμος· ἀλλὰ δ. aliquando εἶπεν ἔφη periodum inchoat. ut L. VII. III. 119. I.

P. 68. Vs. 10. Ἠκολούθησε] L. III. III. 46. 21.

P. 68. Vs. 13. πάντας ἔπεμψε] ut vel ex accurrente tanta multitudine, e longinquo novi quid accidisse suspicarentur, & suppliciis peragendis aliquantum supersedendum existimarent.

P. 68. Vs. 13. Ἵνα μὴ φθάσῃ τελευτήσας] *Ne auxilium votaque sua mortuus praeverteret.* Interpres. nimis eleganter & laxe. hoc non interpretari, sed circumloqui & paraphrasi explicare. quod in liquidis locutionibus minime opus. sensus est, ne ante jam occisus esset, quam nuntius unus, forte tardior, vel inpeditus casu, perveniret. sed talia lectori non stupido intelligenda permittuntur.

P. 68. Vs. 14. Ἄρτι δὲ ἐπιβαίνοντα τοῦ σταυροῦ] *jam crucem conscendentem.* L. V. X. 95. 26. de *suspendio & laqueo.* ἐπὶ βρόχον ἀναβαίνειν. at ita etiam loquitur de *affigendo cruci.* L. IV. IV. 71. 17. ἐπὶ σταυρὸν ἀνέβην. & L. V. X. 96. I. εἰ ἐπὶ τὸν σταυρὸν ἀνέβαινον, ὃν ἔπηξέ μοι κατηγορία ψευδής. ita L. VIII. VIII. 143. 2. καθαιρεθῆναι τοῦ σταυροῦ. ita hic mox καθάβηθι. & κατέβαινε. duplice modo praecipue in cruce figebantur. vel crux jacebat humi, & ita jacenti maleficus funibus ei adstringebatur : mox crux erigebatur & tum demum clavis adfigebatur. vel in stantem jam crucem sontes tollebantur funibus vel alio modo : ita clavis adfigebantur. etiam jacenti cruci inpositi aliquando statim clavis adfigebantur. Antiquarii formas has & alias agnoscunt. vide *Justum Lipsium* de his disputantem *Libri de cruce secundi* Cap. VII. hic de stante cruce intelligendum.

P. 68. Vs. 15. ἐκεκράγεσαν ἄλλος ἄλλο τι.] In *Apostolorum Actionibus*

C. XIX.

C. XIX. 23. ἄλλοι μὲν οὖν ἄλλο τι ἔκραζον. *Noster* I. V. 8. 22.

P. 68. Vs. 16. Μὴ τρώσῃς] *ne clavos fige. Notanda hic simul orationis brevitas, quae in periculis congruit*, ait *Servius Honoratus* ad *Virg.* II. *Æn.* 322. *Ammian. Marcell.* XIX. I. 426. *tene, claude, comprime, abde.*

P. 68. Vs. 16. Ἐπέχε τὴν ὁρμὴν] in eo igitur erat, ut *chalybem manibus insereret*, ut ait *Lucian.* VI. 546.

P. 68. Vs. 17. πονήρυ βίυ] in accentu obsecuti sumus Grammaticis. uti L. V. IX. 94. II.

P. 68. Vs. 19. Ἀδελφὲ καὶ φίλε] & hic si Criticis veteribus credere velimus, Attice scribemus Ἄδελφε. vid. *Ammon.* in μόχθηρος. πονηρός. *Schol. Aristoph. Pluto.* 220. sic λάβε. *Ulpianus* ad *Timocrateam Demosthenis* p. 777. D. notat. sic δείλαιος Attici, Dores δειλαῖος. vide *Dukerum* ad *Thucyd.* VIII. XXIV. Compellatio autem *fratris* non modo Ecclesiasticis familiaris, verum optimis scriptoribus. vide *Xenoph.* K. A. 401. A. σοὶ φίλῳ καὶ ἀδελφῷ χρήσασθαι. *Spartian. Didio Juliano* C. 4. *unumquemque, ut aetas erat, vel patrem vel filium vel parentem affatus blandissime.* ubi *Gruter. fratrem* pro *patrem.* quia *parens* idem qui *pater.* sed *parens* ibi poterit esse *cognatus.* vid *Salmas.* ad *Capitol. M. Anton.* 5. Si tanti, plura dabunt *J. Pricaeus* ad *Appulej. Met.* I. 41. 490. *J. Broukhusius* ad *Tibull.* III. I. 24. vide L. V. III. 83. 15.

P. 68. Vs. 20. Εγκρατῆ σιτωπὴν] L. III. VI. 54. I. ἐσίγησεν ἐγκρατῶς.

P. 68. Vs. 21. Λυτρά] primum officium in hospitibus excipiendis. vide *Aeschylum Choëph.* 666. *Lucian. Asino* p. 570.

P. 68. Vs. 22. Χλαμύδας Ἑλληνικὰς] *Clamys* tribuitur *Thessalis* & *Macedonibus.* vid. *Strabo* VII. 503. B. & *Cl. Hemsterh.* ad *Pollucis* L. X. §. 124. quos excludere Graecorum nomine, durum foret. equitibus in primis, verum etiam militibus tribuitur. vide *Aristoph. Lysistr.* 986. Quin & in civili usu fuisse adparet. *Artemid.* I. 56. 48. νόμῳ γὰρ ἡ χλαμὺς περιτίθεται. & ibidem paullo antea. χρὴ γὰρ τὸν ἔφηβον ἐν τῇ χλαμύδι καὶ τὴν δεξιὰν ἐνειλημμένην ἔχειν. unde pateret χλαμύδα respondere *Pallio.* Namque *manum intra pallium continere* eodem sensu apud alios, & *Quintilianum Instit.* XII. 10. *Appulejo* X. *Met.* 233. memoratur *Ephebica Chlamyda.*

Forte autem tentetur quis, ut reponendum censeat Χλανίδας. χλανίδες hominum delicatiorum vestes, vide *Casaub. ad Athenaeum* L. XV. II. 946. & longe aptiores refocillandis horum corporibus, praecipue ex balneo exeuntibus, quam vestes militares *Chlamydes.* intellige tum *Milesias* χλανίδας, quae proinde πολυτελεῖς. nam nihil obstat, quo minus simul

ſimul *Mileſiae* & *Graecanicae* ſint ex oppoſitione veſtium *Perſicarum*. Tamen χλαμύδας non auſim proſcribere. nam certo veſtis fuit quoque in vulgari uſu. & mox epulas adeunt. Patet nihil mutandum. *Chlamydes Graecanicae* & χλαμύδες Ἑλληνικαὶ eaedem, illaeque celebrantur ab *J. Capitolino* in *Pertinace* C. 8. ubi *purpureae Chlamydes Graecanicae* diſtinguuntur a *Chlamydibus campeſtribus*. errat autem ibi vir magnus, cum etiam ex *Suetonii Nerone* C. xxv. iſtas *Chlamydas* fuiſſe *purpureas* doceat: nam ibi *purpurea veſtis & diſtincta ſtellis aureis chlamys* diverſa indumenta. Alioqui frequenter has voces commutatas novimus. exempla ſuppeditabunt. *Eduard. Bernardus* ad *Joſephi Antiq.* v. 1. §. 19. *Hemſterh.* in *Miſcell.* Vol. 111. p. 414. ad *Luciani Timon.* T. 1. p. 150. apud eundem *Lucian.* in *Amor.* T. 11. p. 452. ὑπὸ μιᾷ χλαμύδι doctiſſimi Viri ſententia nobis latet. ibi mihi χλανίδι non diſpliceret. conſulatur etiam *Ammonius* in his vocabulis. ap. *Xenoph.* L. 11. *Memor.* 755. E. memorantur ἱμάτια ἀνδρεῖα καὶ γυναικεῖα, καὶ χιτωνίσκοι καὶ χλαμύδες καὶ ἐξωμίδες. at mox p. 756. A. occurrunt quidem χλαμυδουργία & χλανοποιΐα, at χλανιδοποιΐα non. quae forte ſub χλανιδοποιΐα comprehenſa: quia vox altera in uſu non erat, quamvis analogia eam admitteret. In hanc ſententiam circa analogica vocabula a Grammaticis conficta diſputat multa *Sext. Empiric. Adverſ. Grammat.* C. x. Sic etiam χλαμὺς & χλανὶς confunduntur apud *Suidan* in ἐφεστρίς, quae ibi χλανίς. vid. *Kuſterum.* ut apud *Heſychium.* In elegantiſſimo Epigrammate *Procli* in *Dionyſium* ſive *Bacchum* in ipſo *Codice* haec vox jam ambigua. totum lectori non invidebo.

Ῥηγίνου μελάθροισι τὸν εὐαστὴν Διόνυσον
  Δέρκεο, δεξιτερῇ χειρὶ κυπελλοφόρον.
Ξανθὴν μὲν σφίγγοντα καρήατος αἰθόπι κισσῷ
  Χαίτην, καὶ λαιῇ θυρσοφόρον παλάμῃ.
Βαπτὰ δὲ πέπλα φέροντα κατὰ χροὸς αἵματι κόχλου,
  Καὶ στικτὴν νεβρίδων ἀμφικρεμῆ χλαμίδα.
Αὐτὸν Βάκχον ἄνακτα δόμων ἔντοσθε δέδορκας,
  Εὐξείνων εὐχαῖς ἵλαον ἑσταότα.

κάνθαρος *Baccho* ſaepe tribuitur: hic κύπελλον. *Val. Flacc.* 11. 272. *Et ſacer ut Bacchum referat Scyphos.* praetulerim χλαμύδα. ſuadent anaglypha & alia monumenta. de αἵματι κόχλου. vide *Animadverſiones* L. 1. v1. p. 68. Et ſane re perpenſa etiam noſtro loco χλαμύδας ſervarim.

P. 68. Vs. 24. φιλοφρόνησις] L. v. 1. 80. 4. ſine auctoritate apud *H. Stephanum.* paſſim occurrit. *Heliod.* v111. 375. φιλοφρονήσεις καὶ τὰς ἐκείνου οἰνοχοΐας τε καὶ διακονίας. ſic *Taurin.*

P. 68. Vs. 24. θυμηδίας οὐδὲν ἐνέδει] *Homerica* formula eſt.

Οὐδέ τι θυμὸς ἐδεύετο δαιτὸς ἐΐσης.

In L. v1. 11. 100. 7. ἐν θυμηδίαις ὄντες. *Alciphr.* 1. x11. 50. ἐγγέλο οὖν μοι μν-

μυσικῆς ἡ ἄκατ☉ πλέα, ϗ ἦν ᾠδικὸν τὸ πέλαγ☉, ϗ πᾶν θυμηδίας ἀνάπλεων. in quo loco vitium vix quis suspicetur. at *Codex* indicat meus τὸ πλέα & τὸ ἀνάπλεων non placuisse forte *Alciphroni*, licet tales repitiones vocabulorum occurrant passim. exhibet enim ἀνάμεσον. quod cur non reciperetur? *Max. Tyr.* III. 10. *Lucian Chronosol.* T. III. p. 396. θυμηδίαν ap *Heliod.* x. 529. vide doctum *Hesychii* Interpretem.

P. 68. V. 25. Θερμανθεὶς] L. IV. 11. 65. 18. *Demosth.* παραπρ. 323. D. διεθερμαίνοντο in simili caussa.

P. 69. Vs. 2. Πῶ γὰρ σὺ] Illud γὰρ interrogantis cum admiratione. *Odyss* o. 508. Πῆ γὰρ ἐγὼ, φίλε τέκνον, ἴω;

P. 69. Vs 6 Βασανίζεις] *Affligis.* quod non probatur *Thomae.* vide ibi *L. Bosium* & *Ammon.* in voce.

P. 69. Vs. 8. Μετέβαλε] pro μετεβλήθη. ut *Latini* dicunt, *mutavit* pro *mutatus est.* & alia Scribae hic saepe ungues defixerunt. ap. *Aratum* vs. 787.

Ἡ νότῳ ἀμβλύνεται, ἢ ὕδατ☉ ἐγγὺς ἐόντ☉.

at producit mediam ipse *Aratus* vs. 1013. ἀμβλύνηται. quare autumo reliquisse *Solensem* ἀμβλύνει· eundem in eadem voce usum agnosce in *Manethone* L. v. 340.

Ἀλλ' ὑπὸ τῆς Παφίης ἀμβλύνει ϗ μεταβάλλει.

nam & ipse, ut alii, producit syllabam L. II. 409. saepe *passiva* pro *activis* potestate *passivi* praeditis apud *Ægyptium poetam.* unde magna pars fluxit auctoritatum producendae *diphthongi* AI. ita utitur ipso hoc verbo *Aretaeus Cappadox* L. I. *Acut. Morb.* 92. C. ὅκως τῷ πρεσηνέϊ τῶδε ἀμβλύνη τὸ ἄλγ☉ τῆς δήξι☉. apud *Strabonem* L. VIII. 579. B. *Manu exarati Libri* optime κάμπτει. *flectit.* pro κάμπτεται. *Erudit. Forsterus* ad *Platonis* Dialogos in *Indice.* ἀνταποδιδοίη pro ἀνταποδίδοιτο. hoc probum & nostro simile. de quo genere multi. vide *H. Steph.* de *Dialect.* XXXI. p. 18. *Hudchins.* ad *Xenoph.* x. A. II. 143. at quod ad illos dialogos p. 242. huic usui adcenset δυνατὸς κατανοῆσαι, accipiens pro κατανοηθῆναι, fallitur. nam cum talibus adjectivis omnia verba in activo componuntur, vel saltem aeque bene ac cum passivis. meliora adponit *Eruditiss. R. Dawesius* in *Miscell.* p. 98. ita φάρμακον δυνατὸν εὑρεῖν Noster L. VI. III. 102. 18. non εὑρεθῆναι. longe alius naturae sunt ἁλῶναι ἑάλωκα, quae nunquam active notant, & comparari debeat cum Latinorum *vapulo.* plura talia verba in Graecis. an quis ἕστακα. ἑστηκὼς aliter usus, quam passive? tamen activam habent terminationem. male haec comparantur τοῖς βάλλειν, ἀλλάττειν & similibus. male quoque τοῖς πεποίημαι. *feci mihi.* vel ἔστρωμαι *substravi mihi.* quasi ἑάλωκα eadem ratione passive, qua πεποίημαι active dicerentur. vide tamen quae sic *J. Jensius* notavit ad *Luciani Tyrann.* T. II. p. 149 libet adponere Epigramma ex *Anthol.* III. XXV. 35. 274. editum quidem, sed mutilum & male intellectum.

Αἰχμ-

Ἀρχιμήδης σκωπτικόν.

Τὴν Εὐριπίδεω μήτ' ἔρχεο, μήτ' ἐπιβάλλε,
Δύσβατον ἀνθρώποις οἶμον, ἀοιδοθέτα.
Λείη μὲν γάρ ἰδεῖν κ' ἐπίῤῥοθος· εἰ δέ τις αὐτὴν
Εἰσβαίνῃ, χαλεποῦ τρηχυτέρη σκόλοπος.
Ἢν δὲ τὰ Μηδείας Αἰητίδος ἄκρα χαράξῃς,
Ἀμνήμων κείσῃ νέρθεν. ἔα στεφάνους.

ultimum distichon in libris nostris deest. quod δυσνοητόν sane. Videtur Tragoediam Medeae, ut summi artificii drama laudare. sed pentameter mihi obscurus manet: licet verba aperta. an mansit in metaphora? ut si alias quidem tragoedias Euripidis quis velit aemulari, asperam inventurus sit viam, licet adpareat laevis & facilis. at si tentet Medeam, praecipitatum iri talem poetam: & omni poetica gloria privatum iri.

In tertio versu habemus λείη ἰδεῖν. quam locutionem modo explicuimus. verum in Codice Palatino δεινή. omnino male. nam Euripidis versificatio facilis comparatur viae, quae adparet plana & facilis: at re vera, si eam ingrediaris est aspera & praecipitiis crebra. Sed quid notat ἐπίῤῥοθος. Glossae omnes βοηθός. *adjuvans. auxilians.* credo legendum ἐπίκροτος. via ἐπίκροτος est via *frequentata. multum rotis pulsata & ideo adplanata.* κροτητός. *pavitus.* optime opponuntur λεῖος & τραχὺς & χαλεπός. ut etiam ἐπίκροτος· quod patet, quia ἀπόκροτος, contrariae notionis, jungitur, ut συνώνυμον, τῷ τραχύς. vide *H. Stephanum* in his vocabulis.

P. 69. Vs. 12. Ὑπόθεσιν] L. VI. VIII. 110. 9. καινοτέρων εὑροῦσα πραγμάτων ὑπόθεσιν. *Plutarch. Artax.* 308. παρέχειν ὑπόθεσιν. *ansam. argumentum.* *Max. Tyr.* XXIII. βίου ὑπόθεσις. ita δρᾶμα adhibetur aliquando.

P. 69. Vs. 14. Ἵνα δοκῇ φίλῳ βοηθεῖν] vult dicere, sed obscurius dixit. ἐπὶ προφάσει τοῦ ἐθέλειν φίλῳ βοηθεῖν. *gaudebat, quod jam aliquid posset facere & loqui de Callirrhoe praetextu adjutandi amicum.*

P. 69. Vs. 17. Καὶ αὐτὸς μὲν ἀνεπαύετο, καθάπερ ἦν ἔθος αὐτῷ] *cubitum it, quo consueverat.* Interpres. At non aliter factum iri, quisquam suspicetur. nam nulla caussa mutandi cubiculi. verba sonant. *Et ipse quidem dormivit, quemadmodum ei mos erat. ut dudum adsueverat.* id est ἀναπλάττων ἑαυτῷ Καλλιῤῥόην τοιαύτην, ὁποίαν εἶδε πενθοῦσαν, κ' τοσοῦτον καταδραθών, ὅσον ἐν τοῖς ὕπνοις Καλλιῤῥόην ἰδεῖν. aliter enim fieri non poterat, cum tam crebra per convivium esset injecta de Callirrhoa mentio. & mox id dicturus est. certe καθάπερ non significat. *in quo loco.* nec ἀνεπαύετο *cubitum ivit.* & si prius istud voluit Charito, nihil dixit.

LIBRI QUARTI CAPUT QUARTUM.

P. 69. Vs. 23. **E**ν τοῖς ἀγῶσι τοῖς γυμνικοῖς ἔφεδρος] optime describit gladiatorem *tertiarium*, sive *secutorem*, qui post pugnam aliorum duorum cum victore congrediebatur, adeoque ipse viribus recens facile defatigatum superabat. videatur *P. Fabri Agonist.* L. I. XXIV. p. 84. qui *Luciani* locum ex *Hermotimo* laudat T. I. 783. quo lecto, nemo ignorarit, qui sit ἔφεδρος. vide ad *Demosth. de Pace* p. 61. E. *Sch.* pleraque pro more adposuit huc spectantia *Ezech. Spanhemius* ad *Callimachi Hymnum* in *Delum* vs 125. deinde *Hudchinsonius* ad *Xenoph.* K. A. II. 286. A. (159). *P. Wesselingius* ad *Diodorum* L. IV. p. 293. sua contulerunt. *Josephus* vero *Scaliger* putavit *Manilium* L. V. 299. (p. 377.) huc spectasse in his versibus:

> *Hectoris ille* (Teucer) *faces arcu teloque fugavit,*
> *Mittebatque suos ignes in mille carinas.*
> *Hic* (Philoctetes) *autem pharetram Trojae bellumque gerebat,*
> *Major & armatis hostis subsederat exul.*

illud *subsederat* referebat ad ἔφεδρον. *tertiarium gladiatorem. Bentlejus* hoc putavit nimis eruditum. & simpliciter explicat. *haeserat. cessaverat. substiterat.* at non sua sponte Philoctetes in Lemno manserat, sed ibi a Graecis ob tetri vulneris foetorem relictus, destitutus & desertus fuerat. mihi omnino eleganter poeta videtur respexisse vel ad talem *gladiatorem* vel ad *militem triarium*: quem novimus tum demum consurrexisse in pugnam & aciem instaurandam, quando duo priores ordines militum inpetum hostium sustinere amplius nequibant. Ita hic Philoctetes, cum ceteros Graecos Trojae expugnandae inpares esse adparuerat, accessit & ultimam manum bello inposuit. Quod doctus Britannus *armatos*, milites gravis armaturae, ὁπλίτας, opponat τοξότας, qui erant ψιλοί, rectum est. nec tamen Scaligeri vel nostrae interpretationi contrarium est. Scaliger certe per *armatos* intellexit ceteros Graecos, eique oppositum Philocteten eatenus inermem, quod solo arcu & sagittis instructus erat.

Verum locum porro consideremus. pro *arcu teloque* Anglus supposuit *arcu de classe.* quia scilicet ridiculum *arcum* & *telum* simul memorare. nempe

pe *arcus* τόξον saepe apud Graecos & Latinos sub una voce *arcum & sagittas* notant. hoc verum. sed an ideo non licebit utramque rem, sane separatam, singulo suoque vocabulo explicare? rideatur igitur *Virgilius*, qui L. XII. *Aeneid.* 815. canit.

Non ut tela *tamen*, *non ut contenderet* arcum.

an non hoc est *contendere tela* & *arcum*. & quidem aliquanto durius diceretur, quam *arcu & telo fugare*. at stomachi, qui talia non concoquunt, abstineant a poeticis epulis, suadeo.

Versus sequens Aristarcho Britanno habetur spurius. si occidas scilicet aegrum, non amplius doluerit: nec evacuaveris frustra medicinales lecythos. credo autem cauto medico uti licere in morbis desperatis dubio remedio, & criticis in ita adfectis locis audaciore conjectura. quid si igitur legatur!

Hectoris ille faces arcu teloque fugabat.
[*Mittebat* Phrygios *ignes in mille carinas*]

Phrygii ignes opponuntur eleganter *mille* carinis, quibus Graeca classis constabat. illud *mille* cum ἐμφάσει accipe. Parentheses tales non quaerenti occurrerint. posses etiam *mittentis* vel *missuras* (faces). Proximum versum optime emendat

Hic sortem pharetra Trojae bellique gerebat.

potueris etiam

Hic fatum in pharetra Trojae bellique gerebat.

sors Trojae sane idem quod *fatum* Trojae. tamen *Fata Trojae* hoc ipso vocabulo sunt celebratiora. Sed si vel hoc verius foret, loci restitutio debita viro summo. ne offendat *fatum pharetra*. tale illud. *Et vinum in venis* & similia. quod in Codd. *ortam* favet τῷ *sortem.*

P. 69. Vs. 23. Ἀκοντὶ] L. I. II. 4. II. vitiose ἄθλιον in Apographo.

P. 69. Vs. 24. προτεθείσης] L. I. X. 13. 25. *Lucian. Epist. Saturn.* T. III. p. 411. δίκας προτιθέναι.

P. 69. Vs. 26. Ἐμμφυεῖν] hic sane ita malim. licet in *Apographo* ἐμφύειν. vide notas ad L. VIII. III. 132. 24. de *infinitivo* egimus L. I. XIV. 20. 14.

P. 70. Vs. 3. Δρᾶμα περιτέθεικε] locutio a scena desumta. proprie histrioni πρόσωπον *persona* περιτίθεται. *Diodor. Siculus* XVI. C. 87. τῆς τύχης σοι

 περι-

περιθείσης πρόσωπον Ἀγαμέμνον@. *Plutarch. Arato* p. 338. διάπαν ὁ τῆς μοναρχίας ὄγκ@ αὐτῷ περιέθηκεν. *Aeschin.* πάραπρ. 253. C. Τύχην τινὰ περιτιθέναι. 260. B. πίστιν τινί. *Chion. Epist.* VII. 28. Βελλεροφόντε σχῆμα περιτιθέναι. *Diogen. Laert. Platone* p. 208. λόγες τινὶ. ita *Latini. Auctor Dialogi de Corr. Eloq.* C. 37. *Hanc illi famam circumderat.* vide *Tacit. Ann.* XIV. 53. *Hist.* IV. XI.

P. 70. Vs. 5. πάθει] *Alciphr.* II. IV. 260. πάλαι μὲν ἠπίσημός@ ἐμῷ πάθει ἢ ἔρωτι. νῦν δὲ ἤδη ἢ κρίσιν προσεθεικὼς αὐτοῖς. ut recte *Berglerus.* licet contra *Cod.*

P. 70. Vs. 5. Ὑπάρχῃ εἰς πόλιν] loquitur ut in re praesenti, quomodo millies fit: sed non inpune saepe. ὑπάρξῃ vel ἀπέρχῃ non opus.

P. 70. Vs. 5. Εἰς πόλιν] an trivialia talia identidem inculcanda! εἰς pro ἐν centies. sufficere debuissent cum centum aliis Graecitatis peritissimi duumviri *Steph. Berglerus* ad *Alciphr.* III. XXVII. & *Tib. Hemsterhusius* ad *Aristoph. Plut.* 456.

P. 70. Vs. 8. ἐξαιρέτως συναφθεῖσαν] tum quod secundum leges ei juncta sit: tum quod jam ex eo mater. L. III. II. 16. IV. III. 69. 3.

P. 70. Vs. 8. Δυνάμει πεποιθώς] ita loquimur. πλέτῳ, σοφίᾳ πεποιθώς. poetae πίσυν@ utuntur. ut *Manetho* II. 285.

——— βελαῖσιν ἑαῖς πίσυνον ἢ ἄκαμπτον.

quam locutionem ei quoque redde L. V. 96.

Ὄλβῳ γὰρ πίσυνοι ἢ τεύχεσι θωρεχθέντες
Οὐρανίοις ἄστροις ἔσι γεινόμενοι ἀτάντοι.

editur πιννοτοὶ. crediderunt reginam pecuniam etiam sapientiam largiri.

P. 70. Vs. 8. Μακρὰν] *Ovid.* IV. *Met.* 649.

——— ——— ne longe gloria rerum,
Quas mentiris, ait, ne longe Jupiter absit.

consulatur *N. Heinsius* ad VIII. *Met.* 435. ubi *Propertii* locum in L. I. VII. 17. sane non ex *J. Broukhusii* mente accipit.

P. 70. Vs. 10. φοβοῦμαι ἢ τὴν τύχην τῦ τόπε] quia ibi semel jam male acceptus fuit. *Phaedrus* I. 18. I.

Nemo libenter recolit, qui laesit, locum.

P. 70.

P. 70. Vs. 11. δόξῃ δὲ σοι τὰ τότε φιλανθρωπότερα] L. VII. v. 121. 15. πρὸς τὴν σύγκρισιν τῶν παρόντων ἦν μοι καὶ Βαβυλὼν φιλάνθρωπος.

P. 70. Vs. 11. Τότε Μίλητος] id est πόλις φιλάνθρωπος καὶ Ἑλληνική, quemadmodum adpellatur. L. II. v. 31. 4. *Ammiano Marcellino* L. XXVIII. I. 393. *amabilis civitas*. nunc plane mutata erit; ut ex comparatione sequenti adstruitur.

P. 70. Vs. 13. τίς σε θεῶν δυνήσεται σῶσαι] L. II. VII. 33. 5. *Horat. Od.* I. XXVII. 22.

Quae saga, quis te solvere Thessalis
Magus venenis? quis poterit deus?

P. 70. Vs. 14. παραδοθήσῃ τυράννῳ] L. I. XI. 16. 5. Ἄρχοντες τυράννων βαρύτεροι. II. VI. 32. 5. ἐγὼ τυραννήσω σώματος ἐλευθέρου. *Heliod.* IX. 430 οὐ γὰρ τυραννεῖ δίκην. ubi fere malim cum *Palat.* τὴν νίκην. inspice locum. *Max. Tyr.* XXII. I. ἐοικότι τυράννῳ μᾶλλον ἢ δικαστῇ. quem locum *J. Pricaeus* adplicat *Appulejo Met.* X. 214. *nec, ad instar barbaricae feritatis, vel* tyrannicae inpotentiae, *damnaretur aliquis inauditus.* damnare enim vel absolvere non secundum leges, verum ex privata utilitate tyrannidi proprium.

P. 70. Vs. 14. Ἂν παραστῇ] *si videatur. si decernatur. si subeat. si in animum quis inducat. si voluerit quis.* hoc enim notat haec phrasis. quae elliptica. & suppleri debet. ἂν πρᾶγμα. γνώμη. δόξα παραστῇ. saepe obvia: non semel explicata: sed saepius male vel plane non intellecta. *Thucyd* IV. 95. παραστῇ δὲ μηδενὶ ὑμῶν, ὡς ἐν τῇ ἀλλοτρίᾳ οὐ προσῆκον τοσόνδε κίνδυνον ἀναρρίπτειν. *ne quis vestrum arbitretur: cuiquam in mentem veniat.* *Andocid.* περὶ καθόδου. 22. 37. εἴ τῳ ὑμῶν διάβολόν τι ἐν τῇ γνώμῃ περὶ ἐμοῦ παρέστηκεν. & mox ἡ γνώμη παρέστηκεν. *Lysias* p. 214. aeque plene. καὶ μηδενὶ τοῦτο [τὸ πρᾶγμα] παραστῇ, ὡς Ἐρατοσθένους κινδυνεύοντος, Θηραμένους κατηγορῶ. vide Cl. *Joann. Taylorum* ad eundem p. 42. ubi optime & copiose exponit. ita p. 140. παρέστη μοι μηδὲν φροντίζειν. *Thucyd.* IV. 61. παρεστάναι δὲ μηδενὶ, ὡς. ubi *Schol.* δόξαν ἐπέρχεσθαι. L. VI. 76. Καὶ εἴ τῳ ἄρα παρέστηκε, τὸν μὲν. VI. 34. καὶ παραστῆναι παντί. ubi recte *sibi persuadere. Cl. Dukerus. Plato Phaedro.* 233 D. ἐν δέ σοὶ τοῦτο παρέστηκε. *Heliod.* VII. 402. χρηστότερα δὲ, ἤ ὡς σοὶ παρίσταται. *Demosth. Philipp.* II. 64. E. τὰ ἐναντία παρέστηκε προσδοκᾶν. Περὶ συντάξεως 126. E. παρέστηκε μέγα φρονεῖν. *Herodot.* VII. 46. τῷ οὐ παραστήσεται τεθνάναι βούλεσθαι μᾶλλον ἢ ζώειν. *voluntas subitura est.* bene. paullo aliter *Demosth.* I. *Phil.* 49. E. δεῖ δὲ γὰρ ἐκείνῳ τοῦτο ἐν τῇ γνώμῃ παραστῆναι. ubi alii frustra παραθεῖναι. alii non melius ἐκπαραστῆναι. nec satis ibi intellectum.

Lysias

Lysias p. 378. ἀλλ' οὐκ ἂν δεξαίμην ὑβρισθῆναι, οὐδὲ παραστῆναι τοῖς διαδυομένοις τὰς λειτουργίας. ubi recte versum. *eo animo esse. sibi persuadere. credere.* at frustra quasi παραστῆσαι [παράδειγμα] tentatur. aliud παραστῆσαι quo utitur *Demosth.* de *Corona* 472. C. τοῦτο θεοὶ dicuntur παραστῆσαι ὑμῖν. optime *Ulpian.* τῇ ὑμετέρᾳ δόξῃ καὶ ὑπολήψει ἐμβαλεῖν. saepe στῆσαι & στῆναι errorem pepererunt. *Plutarch. Nicia.* 213. Τοῖς Ἀθηναίοις εἰπεῖν παρέστη. *In mentem Atheniensibus venit dicere.* & de *Garrulit.* 509. D. ὃ μοι παρίσταται περὶ τῆς λαγύνου. Unde & τὸ παριστάμενον. *quod in mentem venit. quod placet.* de quo & tota hac locutione pro more disseruit accurate & docte Cl. *Hemsterhusius* ad *Luciani Contempl.* p. 507. cujus commentarios in reliqua *Samosatensis* opera numquam desiderare desierint, qui sciant aera quid distent lupinis. ἐὰν παραστῇ igitur notat. *si in animum inducas ire Miletum. si ita sederit. si ita steterit tibi & firmiter decretum sit, o Chaerea.* ad ipsum enim referendum: ad quem totus sermo dirigitur. nec potest accipi, *traderis Tyranno, si illis placuerit.* nam *Mithridates* sic suis verbis persuadendi vim demeret dubitando, an quidem malum hoc ingrueret. affirmans dicit, *Tyranno traderis, si pergere Miletum decernis nulla cautione adhibita.*

Interpres dederat: *si quis adsit*: nempe *tyrannus.* at de eo non dubitandum. *Dionysius* ibi enim erat: vel *judex iniquus ab eo subornatus & emtus.* revera tamen παραστῇ id quoque notat. ut ap. *Aristoph. Ranis.* 1000. καὶ πλησίον παραστῇ. sic in locutione ὅτι γε καὶ καιρὸς τάχυς παραστῇ. apud *Xenoph. Hieron.* 915. D. *Demosth.* in *Midiana.* 619. D. ἐὰν ποῦ καιρὸς ἢ χρεία παραστῇ. in quibus ἐπέλθῃ est ἰσοδύναμον. quod etiam nostrae aliquando locutioni aequivalet. παραδοθήσῃ, ἐὰν ἐπέλθῃ, τυράννῳ. Verum tamen ita differunt, ut hoc modo *subire*, illud potius *animo sedere* significet. egit etiam l. l. de hoc verbo *Hemsterhusius.*

P. 70. Vs. 14. πιστευθήσῃ] L. III. VII. 54. II.

P. 70. Vs. 16. Ἔρως ἀπάταις χαίρει καὶ δόλοις] Poetae hoc Amori saepe exprobrant. Auctor Παιδικῶν Αἰολικῶν apud me. Δολομάχανον νικάσειν Ἔρον. quod Epitheton Martis est *Simonidi* apud *Schol. Apollonii Rh.* III. 26. cui & Ἔρως δολομήδης. vide *Fulv. Ursini fragm.* p. 172.

P. 70. Vs. 17. Δόλους] vero & ἀπάτας conjungit *Herodot.* VIII. 140. ἡμῖν ὁμαιχμίην συνθέμενοι ἄνευ τε δόλου καὶ ἀπάτης. IX. 6. συμμάχους ἐθέλει ἐπ' ἴσῃ καὶ ὁμοίῃ ποιήσασθαι, ἄνευ τε δόλου καὶ ἀπάτης. *Artemid* II. 43. 137. δόλους καὶ ἀπάτας σημαίνουσι. *Dion Cassius* LXVIII. 775. A. δόλῳ τε δὴ καὶ ἀπάτῃ. *Soph. Phil.* 1262.

Ἀπάταισιν αἰσχραῖς ἄνδρα καὶ δόλοις ἑλών.

Et de ipsa nostri Cupidinis matre *Eurip.* in *Helena.* 1111.

Κύπρι

Κύρη Διώνης Κύπρι, μή μ' ἐξεργάσῃ.
——— ——— τί ποτ' ἄπληςος εἶ κακῶν;
Ἔρωτας, ἀπάτας, δόλια τ' ἐξευρήματα
Ἀσκῦσα, φίλθραθ' αἱματηρὰ δωμάτων.

Orpheus Hymn. in *Hermen.* Γυμνάσιν ὃς χαίρεις δολίαις τ' ἀπάταις. *Maneth.* IV. 237.

Ψέκτας, ἀνθρώπων διαβλήτορας, οἷς τὸ τεχνάεν
Ἐις ἀπάτην δολόεσσαν ἀληθείας πέλας ἥξει.

ubi ψέκτης recte *vituperator.* at vs. 316. παμψήκτες *omnium vituperatores* male redditur. est enim ibi non a παμψέκτης, sed a πάμψεκτος. *omnino vituperabilis.* alioqui saltem παμψέκτας corrigendum foret. *Appulejus* IV. *Milesʃ.* 66. 22. *dolis abjectis & fraudibus.* & alias.

P. 70. Vs. 20. Ἐκείνω] leviter inmutat versum *Odyss.* O. 21. ὀπύει in *Apographo.* uti saepe scribitur. ad sententiam facit *Tacit.* IV. *Ann.* 40. *Posse ipsam Liviam statuere, nubendum post Drusum, an in penatibus iisdem tolerandum haberet.*

P. 70. Vs. 21. Βάδιζε καὶ γράφε] L. V. IX. 93. 64. Βάδιζε καὶ ἀναπαύε. id est εὐθὺς γράφε. ita ἀνάστηθι. L. IV. I. 62. 8. *Demosth.* de *corona* 473. B. dicit βαδίζω ἐπὶ ἃ πεποίηκα. *Ulpian.* tropon agnoscit: quem tamen excusat. verum non multa excusatione opus, nam tropus ille familiaris & nihil aliud quam Ciceroniana locutio *ingredi ad rationem explicandam. Famil.* II. III. & alias. ita νῦν ἐπὶ ταῦτα πορεύσομαι. in *prima in Aristogit.* 830. C. vide L. V. IV. 84. 8.

P. 70. Vs. 23. Μόνος ἐπ' ἐρημίας γράφειν] habuimus alias Ἔρημος & μόνος conjuncta. ad L. III. III. 46. 19. *Eunapius Maximo* p. 95. ἰδίᾳ πυ καθίσας ἑαυτὸν, καὶ πρὸς τὴν γυναῖκα ἐπέστελλεν, αὐτὸς γράφων, ὐδενὸς εἰδότος.

P. 70. Vs. 25. Αποκλαύσας] L. IV. VII. 75. 22. *Herodot.* III. 64. ἀπέκλαιε Σμέρδιν. ἀποκλαύσας δὲ καὶ περιημεκτήσας τῇ ἀπάσῃ συμφορῇ. sic ἀποδύρασθαι καὶ ἀποπλησθῆναι. *Plato* de R. P. 606. A. *Sophocl. Phil.* 708. saepe a simplice verbo nihil pene distat. IV. VI. 74. 9.

P. 71. Vs. 1. Καλλιῤῥόη Χαιρέας] L. IV. VI. 74. 7. βασιλεῖ βασιλέων Χαιρέας. *Heliod.* V. 224. Ὀροονδάτῃ Μιθράνης. In his dignior praeponitur. at L. IV. 72. 22. Στρατηγὸς Πριηνέων Βίας Ἐυεργέτῃ Διονυσίῳ. hic pro more, licet Priennensis Praetor dignitate minor sit omnium Ionum πρώτῳ, primum tamen locum scriptor epistolae sumit. *Berglerus* ad *Alciphr.* L. III. LI. merito transpositione tali offenditur. aetates enim Alciphronis & Nostri multum

tum distant. *H. Valesius* in *Valesianis* p. 108. variari coeptum fuisse autumat post inductum Christianismum. *Ausonius Epist.* xx.

Paullino Ausonius. metrum sic suasit, ut esses
Tu prior, & nomen praegrederere meum.

qui locus non fugit doctiss. *H. Cannegieterum* in *Dissert.* de *aetate Aviani.* C. v. diligenter de hac diversitate disputantem.

P. 71. Vs. 2. Ἐλπίζω δὲ καὶ σὸν] desideraretur adjectus forte articulus τὸν σόν? haud puto.

P. 71. Vs. 3. Οἵ τινες ἐνέπρησαν τριήρη τὴν καλὴν, τὴν στρατηγικὴν, τὴν τοῦ σοῦ πατρός] nullus unquam equum Persa, vel Parthus pharetram suam ita deperiit, atque Charito noster hanc suam triremem. si poëta fuisset,

In caelum subducta foret, ceu nobilis Argo,
Quae meritum magnis mundum tenet acta procellis:
Jussissetve ustam Phrygia face sancta Cybebe
Numen habere maris, Nymphamque exire triremi.

P. 71. Vs. 5. Τοὺς μὲν οὖν ἄλλους πολίτας] observat personae characterem, ad quam scribit. Polycharmus ad Mithridatem de iisdem τοὺς μὲν πολλοὺς ἀπέσφαξαν. rursus L. VIII. 142. 19. caute. τοὺς δὲ πλείστους κατέσφαξαν. non ibi πολλοὺς nominat: ne despicere videatur. non πολίτας, ne damnum factum in civili sanguine commemoret, non sine invidia. haec tango, ut adpareat Charitonem non destitutum fuisse ab eloquentia; quae non consistit in elegantibus, vel magnificis, sed in aptis & rei accommodatis verbis utendo. ista non abesse debent, sed sine his reliqua nihil effecerint. inde rustici sermo inconditus potest esse eloquens. Rhetoris calamistrata oratio pro elinguis hominis loquela haberi potest. Apex facundiae, ubi haec conjuncta reperiantur.

P. 71. Vs. 8. ἄνθρωπος ὢν] *homo natus. Eurip. Hippol.* 472. ἄνθρωπος οὖσα.

P. 71. Vs. 10. Καταστπένδω τῶν γραμμάτων δάκρυα καὶ φιλήματα] alia constructione L. VIII. v. 13. 138. 8. καταστπένδω γράμματα δακρύοις.

Velim notari vocem καταστπένδειν magis proprie dici de *lacrimis* quam de *osculis*. eadem ratione noster L. II. VI. 31. 23. dixit. Τῆς αὐτῆς ἡμέρας ἀπαλλαγήσεται Καλλιρρόη μὲν ἐντεῦθεν, ἐγὼ δὲ τοῦ ζῆν. alio enim plane modo Callirrhoe Mileto & Dionysius e vita abiturus erat. Sed quia tamen

men ἀπαλλάξαϑαι βίε dicitur; haec non valde moratura ſunt lectorem. Verum optimi auctores & antiquiſſimi, cum fucus & affectatio vix in ſermone nota erant, tam proſaici quam poëtae, in utraque lingua delectati fuerunt, poſt duo ſubſtantiva unum ſubjungere verbum, iisdem reſpondens, quod tamen alterutri per ſe poſito applicari non vel vix poſſet. uſus hic eruditis notiſſimus: ſed ita tamen, ut non illiterati viri hic haeſerint: & quidam vel locutiones illas emendare, alii ut duras notare, alii denique ob talem locutionem verſum vel locum auctoris, ut ſpurium, proſcribere non dubitaverint.

Quae cum ita ſe habeant, licet profitear nihil me dicturum, quod prudentioribus genii harum linguarum non ſit perſpectiſſimum, in gratiam aliorum pluſculis de hac forma hic diſſerere viſum fuit. & eos quidem ſuas ſibi res habere jubeo, qui inquiſituri ſint magno, ut putant, cum literarum emolumento, an haec tamen non ſint dura: an non ſint affectata: an non ſint vitioſa. quia Critici, qualem hic profitemur, non eſt inquirere, utrum recte auctor quid ſcripſerit: ſed an omnino ſic ſcripſerit. Ac fere ſpero, etiam pervicaciſſimos & ſuae opinioni devotiſſimos, pene dixeram, criticos, convictum iri exemplorum copia, ut ſaltem optimos auctores, ſive male, ſive bene, hac figura uſos fuiſſe confiteri neceſſe ſint habituri. Quod ſi ii & alii etiam in poſterum ope hujus formae loca plurima velint explicare & declarare & vindicare, pretium tulerimus operae.

Et ab Homero, patre omnis eloquentiae, exordiamur. *Iliad.* Ω. 8.

Ἀνδρῶν τε πτολέμυς ἀλεγεινά τε κύματα πείρων.

ibi *Euſtath.* ait τὸ δὲ Πείρων, τοῖς κύμασι προσνεμετέον, τοῖς δέ γε πολέμοις ἐπιλογιστέον οἰκείαν τινα ἑτέραν μετοχὴν. συνήθη δὲ τῇ ποιήσει ϗ τὰ τοιαῦτα. ὁποῖον σὺν πολλοῖς ἄλλοις ϗ, Τὸ σῖτον ϗ οἶνον ἐδόντες. *panem & vinum edentes.* ut *Heſiod.* Θ. 640.

Νέκταρ τ' ἀμβροσίην τε, τάπερ θεοὶ αὐτοὶ ἔδυσι.

Odyſſ. Ξ. 291.

—— ὅθι τῦ γε δόμοι ϗ κλήματ' ἔκειτο.

ſane ſi ἔκειντο δόμοι, infelix foret. at κλήματα dicuntur κειμ. πλῦτος. ita *Iliad.* Γ. 327.

ἵπποι ἀερσίποδες ϗ ποικίλα τεύχε' ἔκειτο.

at recte *Schol. Sophocl. Electra.* 439. εἱστήκεσαν ἵπποι. *Odyſſ.* Υ. 267.

Ὑμεῖς δὲ μνηστῆρες ἐπίσχετε θυμὸν ἐνιπῆς
Καὶ χεῖρας.

at aliter θυμὸν ἐνιπῆς, χεῖρας βίας abstinemus. *Iliad.* A. 532.

—— —— —— ἡ μὲν ἔπειτα
Εἰς ἅλα ἆλτο βαθεῖαν ἀπ' αἰγλήεντος ὀλύμπου,
Ζεὺς δὲ ἑὸν πρὸς δῶμα.

ubi καθήλατο & ἀνήλατο uno redduntur verbo. *Eustath.* ibi ἰστέον ὅτι ἐν τῷ . . . ἐξ ἀναλόγου νοητέον ἔξωθεν ῥῆμα. ἵνα ᾖ, ὡς Θέτις μὲν ἥλατο εἰς θάλασσαν. Ζεὺς δὲ πρὸς τὸν ἴδιον δόμον ἦλθε. Haec sufficiant ex centum aliis locis apud poëtam. *Pindar. Olympion.* 1. 142.

Ἕλε δ' Οἰνομάου βίαν,
Παρθένον τε σύνευνον.

Ubi *Schol.* ἐνίκησε γὰρ τὸν Οἰνόμαον, καὶ ἔλαβε τὴν Ἱπποδαμίαν πρὸς γάμον. ubi igitur ἕλε. *occidit* & *in matrimonium accepit*, notat. vide *J. Casaub.* ad *Strabon.* 1. 52. C. *Sophocl. Oed. Tyr.* 389.

Τυφλὸς τά τ' ὦτα, τόν τε νοῦν, τά τ' ὄμματ' εἶ.

Coluthus de Raptu Helenae. 91.

—— —— —— οὐ βασιλήων
Κοιρανίην, οὐδ' ἔγχος Ἀρήιον, οὐ βέλος ἕλκω.

ubi *Eustathius* fuisset commentatus. τὸ ἕλκω προσνεμετέον τοῖς βέλος καὶ ἔγχος, τῷ δὲ κοιρανίην ἐπιλογιστέον οἰκεῖόν τι ἕτερον ῥῆμα.

Haec Graecis Musis talia placuisse probant. videamus de Latinis, an hic sint severiores. *Virgilius* 1. *Aen.* 360.

Crudelis aras, trajectaque pectora ferro Nudavit.

at *pectora nudamus oculis*, *aras crudeles* sive *facta crudelia ad aras* narramus auribus dilucide, L. 11. 378.

—— *retroque pedem cum voce repressit.*

aliter vocem, aliter pedem premimus. L. eodem. 654. *Incoeptoque & sedibus haeret iisdem.* at *animus* inceptis, *corpus* locis iisdem haeret. Jam ne arbitremur poetas, etiam principes, difficultate verba in metrum cogendi

gendi ad has duriores decucurrisse figuras. quod tamen nemo censuerit, nisi qui vix ungues rodendo & caput scalpendo distichum, idque malum, misero cerebello extuderit: nescieritque nullam dari rem, quae in cogitationem cadit, quam non fecundi poetae ingenium decem modis feliciter verbis elegantibus depingat. ne jam credamus, ajo, solis poetis hanc formam placuisse, ex prosaicis exempla quaedam promenda. *Herod.* II. 64. ὑπὸ τῆς συμφορῆς τῆς ἐκ τοῦ μάγου ἐκπεπληγμένος καὶ τοῦ τραύματος. At συμφορᾷ animus, τραύματι corpus ἐκπλήττεται. *Plato Theaet.* 170. A. Ὅταν ἐν στρατείαις, ἢ νόσοις ἢ ἐν θαλάττῃ χειμάζωνται. at quis non videt χειμάζειν ad mare proprie spectare? *Polyb.* I 44. p. 64. ἐλπίδα καὶ χεῖρα προσλαμβάνειν. at quantum distant *spem capere & copias novas assumere*!

Exemplis Latinis parcam ob ipsorum immensum numerum, centurias enim adposuerunt viri in Romana Critica principes *Gronovius*, *Graevius*, *Perizonius*, *Burmannus*, & quos his accensendus suis meritis *Carolus Andreas Dukerus* convocavit ad *Flori* L. III. XXI. 26. unde *Ciceroni*, *Sallustio*, *Livio*, *Tacito* hanc elegantiam placuisse edoceberis. unum perspicuum adponam exemplum ex *Floro* IV. III. 37. *his oculos*, *aliis manus amputabant*. quis unquam *oculos amputavit*? *palpepras* quidem. at in priori membro *effodiebant* intellige: quod ideo facile intelligitur, quia & *effossio* & *amputatio* in re conveniant, modo differant in *mutilationis* modo. sic haec explica in ceteris. Quin aliquando unum verbum respondet & sufficit duobus effatis ita, ut non vicinam, verum plane contrariam significationem habeat in hac quam in illa pericope ex gr. ut in prima *jubere*, in secunda *vetare* notet. vide Cl *Hemsterhusium* ad *Luciani Catapl.* T. I. p. 492. ita explica locum *Mamertini* ad *Julianum* C. IV. *Ingenua indignis cruciatibus corpora* : *nemo ab injuria liber* : *nemo intactus a contumelia*. in priore parte intellige contrariae significationis τοῦ *liber & intactus* vocabulum. *subacta. attrectata. non libera.* alii intelligunt *lacerabantur. suberant.* quod quodammodo procedat. at quis ferat *Acidalii* petulantiam reponentis *ingenui indignis cruciatibus correpti.* vel *torti*, si plura desideres, adi *Th. Bezam* ad I *Timoth.* IV. 3. *J. Broukh.* ad *Tibull.* I. IV. 6. *Prop.* I. I. 24. *P. Wesseling. Diod.* IV. p. 270. *P. Burmann.* ad *Phaedr.* IV. XVII. 31.

Jam videamus, quomodo eruditi quidam homines circa hunc loquendi modum fuerint versati. At primo loco monebo, licet haec figura sit tam recepta & optimis usitata, tamen in eadem abusum posse habere locum: immo habuisse insignem in modum: postquam verus orationis color tam solutae quam ligatae orationi decessit. ex. gr. *Appulej. Florid.* XVI. ait. *legenda ejus nunc esse ossa*, *mox carmina*. quantum hoc abit ab exemplis modo adductis. id plane est κακόζηλον. mollius hoc ejus-

ejusdem L. 11. *Milef.* 20. *fomno fimul emerfus & lectulo.* At, ut ingrediar dictam ad difpectionem, quis crediderit L. 11. *Aen.* 320.

Sacra manu, victosque deos, parvumque nepotem
Ipfe trahit.

inter cetera argumenta, quibus *Aeneis* probatur effe ftolidi alicujus Monachi opus, XIII feculo aevum agentis, & hunc verfum adhiberi, rogarique: *quomodo facra & deos potuit trahere, ut nepotem.* Mihi non vacat impudenti morioni refpondere. apud *Sophocl.* in *Electra* vs. 437. *Chryfothemis* fepulcro Agamemnonis quaedam inferre vult, a matre Clytaemneftra juffa. Verum Electra vetat, oftendens ab incefta patris interfectrice nefas effe paterno quid inferri fepulcro: ne tamen incurrat in iram matris, & fimul in patris cineres ullum piaculum committat, confulit,

Ἀλλ' ἢ πνοαῖσιν, ἢ βαθυσκαφεῖ κόνει
Κρύψον νιν, ἔνθα μὴ ποτ' εἰς εὐνὴν πατρὸς
Τούτων πρόσεισι μηδέν· ἀλλ' ὅταν θάνῃ,
Κειμήλι' αὐτῇ ταῦτα σωζέσθω κάτω.

Verum vel ventis, vel alte effoffa terra abfconde ifta [*libationes*], *unde nunquam in patris fepulcrum horum accedat quidquam. verum, ubi ipfa moriatur, iftae res ipfi ferventur apud inferos.* Solebant quippe res contaminatas, monftra & alia καθάρματα vel defodi, vel in fluviis, in mari mergi, *in ventos* fpargi. Tragicus autem, noftra figura utens, dixit κτερίσματα & λουτρά. *inferias & libationes* κρύπτειν κόνει five γῇ non modo, fed etiam πνόαις. ἀνέμοις ventis. pro διασκεδάζειν. ἀπολλύναι. *difpergere. abolere quovis modo.* Quae non capiens Glafcovicenfis editor ferio conjicit ποαῖσι. *herbis.* fcilicet optionem dat Electra, utrum velit in alta foffa defodere, an potius in fumma humo, in herbis effundere. quam belle, tu judices. fi homo hic confuluiffet fcholiaften, tam abfurdam conjecturam lucri facere potuiffet. ille enim optime locum explicat. πρὸς μὲν τὸ βαθυσκαφεῖ κόνει ἁρμοδίως λέγεται τὸ κρύψον. πρὸς δὲ τὸ πνοαῖς οὐ δύναται ἁρμόσαι. δεῖ οὖν συνυπακούειν ἔξωθεν ῥῆμα κατ' ἀναλογίαν. ἢ τὸ ῥίψον ἢ τὸ δός. ἤ τι τοιούτων. & quae fequuntur. hunc locum animadvertit *J. F. Gronovius* ad *Senecae Troadas* 844.

Verum audiamus in hoc genere decretum majoris abollae. *Iliad.* I. 518. Poeta fcripfit

——— Τῶν μηδὲ σὺ μῦθον ἐλέγξῃς, Μηδὲ πόδας.

quo-

quorum tu neque sermonem redarguas, refutes, neque pedes, id est, iter, adventum. ubi μῦθος & πόδες, sicuti in loco ante laudato ἐνιπὴ & χεῖρες distant.

Ad hunc versum quicunque commentatus sit ad versionem Anglicam *Alexandri Popii*, eximii poëtae „ *censet dari locum nullum, ubi unum verbum eo modo duobus substantivis jungatur, adeoque tales ineptas elegantias vix fert in* Ovidio, *talisque farinae poetis, qui* L. II. *Metam. dixit de Jove Phaetontem fulmine percutiente*

Aurigam animaque rotisque Expulit.

Atque ab aequo lectore veniam petit, si censeat hunc versum Homero & antiquitate indignum & ab interpolatore profectum. „ *En cor Zenodoti, en jecur Cratetis!* Non credo hujus censurae auctorem esse ipsum *Popium*, qui in poematio meritis laudibus mactato, *Raptus cincinni*, vocato, ea figura urbanissime & salsissime ipse adhibuerit, canens

Thare graet Ann somtimes counsels takes & somtimes thea.

nec jocosum poema causseris. ridiculum hic non in figura, sed in ipsa re. & sic serio dixit Polybius προσλαμβάνειν ἐλπίδα καὶ χεῖρα.

Vides, lector, quo ignorantia & confidentia homines provehat, ut loquendi formam millies occurrentem, usquam exstare negent, eaque falsa hypothesi nixi totos versus & periodos ex antiquissimis auctoribus proscribere non dubitent. verum talia facinora non modo viri, verum pene pueri, & novitii designare hodie non verentur. quotidie enim ex *Homero*, *Virgilio* & aliis, de caussis quam maxime frivolis, ejectos versus etiam plusculos critici saniores indignantur merito.

At inspiciamus porro, quid alii, quibus cor rectius sapit, de hoc loquendi modo censuerint. agnoscunt enim *summae elegentiae esse verbum semel positum significationi duorum accusativorum, quibus annectitur, ex aequo respondere posse: at tamen arbitrantur, durum admodum & καταχρηστικωτέραν fieri orationem, si verbum hoc ab alterutro abhorreat.* ex. gr. probaturi sunt φοβεῖσθαι τοὺς νόμους μᾶλλον ἢ τοὺς πολέμου κινδύνους. quia scilicet quamvis alio modo *leges*, alio modo *belli pericula* metuantur, tamen commode & leges & pericula timeri dicantur. at durioribus accensent illud *Apollonii Rhod.* I. 160.

Βῆ δ' ὅγε Μαιναλίης ἄρκτου δέρος, ἀμφίτομόν τε
Δεξιτερῇ πάλλων πέλεκυν μέγαν.

scilicet offendit, quod Antaeus dicatur πάλλειν δέρος *pellem ursae concutere*:

tere: cum *securim* proprie magis *quatere* dicatur. At quam facile πάλλειν utrique substantivo se adplicat! re vera id dicitur saepe de *basta*, *lancea*. at cur non de *clypeo* vel de *thorace* saltem, qualis hic occurrit, & qui re vera vadenti ἐπάλλετο *concutiebatur* & *vibrabatur*: erat enim *pellis ursina*. cur illa non diceretur in gradiendo πάλλεσθαι. κινεῖσθαι. σείεσθαι. idem *Apollonius* eodem libro 339. scribit,

—— ᾧ κεν τὰ ἕκαστα μέλοιτο
Νείκεα συνθεσίας τε μετὰ ξείνοισι βαλέσθαι.

at hoc & minus durum, quoniam non modo, in *pacificantibus*, verum etiam *pugnantibus* verbum συμβάλλειν adhibetur. vide *J. Houszlinum* ad priorem locum, qui observat *Aristotelem* III. *Rhet.* v. σολοικίζειν admittere statuentem, si quis dicat ψόφον ἢ χρῶμα ἰδών, cum dicendum foret ψόφον αἰσθόμενος. at pace philosophi, neque poetae neque prosaici ista edicta curant: qui centies saltem sensuum vocabula misceant. quo usu ista locutio vindicari satis posset. at in adductis jam ex optimis auctoribus verba occurrunt significationibus longe magis disparatis: quas locutiones tamen nemo prudens damnarit. ex. gr. quid magis oppositum, quam κεῖσθαι & ἵστασθαι. tamen apud *Homerum* vidimus κεῖσθαι pro utroque positum. αἱρεῖν pro *capere* uxorem & pro *occidere bostem* in Pindaro. quid alienius in vicem quam *tendere manus ad coelum & tendere vocem ad coelum*. tamen *Virgilius* dixit L. III. *Æn.* 176. *Tendoque supinas Ad coelum cum voce manus*, ne jam locutiones ex ipso *Cicerone*, *Livio* & aliis adponam, quae longe alieniora conpingant. uno exemplo defungar. *Cicer.* de N. D. II, 64. dicit *Nec vero supra terram, sed etiam in intimis ejus tenebris plurimarum rerum latet utilitas*. at in priori membro nihil aptius intelligas, quam *patet*: adeoque plane contrarium. hoc loco doctiss. *Ernestus* vindicat *Xenophontis* ῥῆσιν L. II. *Memorab.* p. 49. apud *Max. Tyr.* IV. III. legimus Οὗτος ὁ τύραννος [*voluptas*] ἐπανέστησε τὰ αἰσχρὰ καλοῖς, οὗτος ἐφώπλισεν ἀδικίαν δικαιοσύνῃ, οὗτος μέτρῳ [ἐφλώπλισεν] ἀμετρίαν. sane nescio cur pro isto secundo ἐφώπλισεν, aliud verbum ex. gr. ἐπετείχισε in contextum reciperemus. quin unum ἐπανέστησε suffecerit. ita apud eundem XVII. III. κἂν εἰ μειζόνως χαρακτηρίζοις τὸν Δία, κυανᾶς δὲ χαίτας, ἐλελιζόμενον δὲ ὑπὸ αὐτῷ τὸν τ' οὐρανόν. Cur hic quid defuerit; cur non adsumas in intellectu aptum verbum, πλάττοις, γράφοις, ποιοῖς? *Servius*, non malus arbiter, aliter sentiebat de his & similibus formis. ex. gr. L. III. *Aen.* 176. ad verba *Tendoque supinas.* ait *bonesta locutio, cum in uno sermone respondemus duobus.* „ accipe *Sermonem pro verbo, vocabulo.* „ *Honestam elocutionem alias* vocat *bonam elocutionem.* confer L. 234. VIII. 509. L. IV. 401.

bonesta

honesta figura dicitur. Non ita *Aegidio Menagio* sedebat, qui in commentario ad poëmata *Malherbae*, principis olim Lyricorum Francicorum, pagina 61. hunc ejus versum reprehendit.

Et nous rends l'embonpoint, comme la guerison.

quia non dicitur *rendre la guerison.* forte haec figura non convenit Francico idiomati. quare hic judicandi arbitrium non sumo.

Haec sufficiunto, ut pateat minus prudenter spatia hujus locutionis tam artis circumscribi finibus, temerario vero ausu ab aliis ab hanc figuram, & alias formulas, ipsis minus familiares, sacra antiquitatis monumenta, quantum in ipsis est, mutulari & truncari.

P. 71. Vs. 11. Εἰς Ἀφροδίτην βαδίζουσα.] per ellepsin saepius effertur. εἰς Ἀφροδίτης. sed cur ita hic posset esse locutus, suspicionem aperui ad L. 1. p. 19. *Animadversionum.* invenitur tamen accusativus, licet intelligendum sit *templum. Herodot.* VIII. 135. κατεκόσμησε ἐς Ἀμφιάραον. *Gronovius* tamen recte ἐς Ἀμφιάρεω. apud *Plutarch. Alcib* p. 20. ἐν Ἀγραύλῳ. pro ἐν Ἀγραύλου [ναῷ] uti *Valesium* emendare ibi docet commentator. εἰς sane non ita raro pro *ad* cum persona: quamquam malunt ὡς. *Hesiod. Theog.* 71. Νισομβρίων πατέρ' εἰς ὅν. *Quintus Calaber* L. XIV. 466. Οὐρανόθεν προέηκεν ἐς Αἴολον ἀμβροτον Ἶριν. ubi tamen Αἰόλου ambiguum tolleret. *Theod. Prodr.* VII. 317. Ἄμφω κεκληκὼς εἰς ἑαυτὸν τοὺς νέους. Verum horum auctoritates non ponderosae. *Aristoph. Pace.* 131.

Ὅπως κάκοσμον ζῶον ἦλθεν εἰς θεούς.

Pluto 237. & 242.

Ἢν μὲν γὰρ εἰς φειδωλὸν εἰσελθὼν τύχω.

ubi Cl. *Hemsterhusius* non sollicitandum monet. *Lysias* p. 430. εἰς ὑμᾶς [τὸν δῆμον] εἰσιόντες. 436. εἰς ὑμᾶς ἥκῃ. 485. 504. & in hac locutione εἰς est sollemne. *Aristoph. Equit.* 720. *Lysias* p. 14. ἀφικνοῦμαι εἰς τὸν καὶ τόν. ubi *Cod.* ὡς. at p. 339. εἰσελθὼν εἰς τὸν πατέρα ἐγώ. *Ctesias Pers.* C. 33. ἀποπέμπεται εἰς Ἀρταξέρξην. *Alciphr.* I. VI. κωμάζουσι πρὸς αὐτήν. *Cod.* εἰς. an fuit ὡς. *Aeneas Ep.* III. p. 423. sed nulla finis foret. nec video cur non *persona* pro *domo sua* sumi posset, vel vicissim in familiaribus sermonibus.

P. 71. Vs. 12. Δι' ὃν ἠγρύπνησας] Hoc accidit omnibus amantibus. peculiarius aliquid desiderarim. vel saltem de hoc habitu aliquam mentionem in principio fabulae factam fuisse oportebat, quo nunc respiceretur. an fuit. L. 1. 1. 2. 12. ἠγρύπνησαν οὖν, ἡ παρθένος μὲν τῆς διανοίας

tere : cum *securim* proprie magis *quatere* dicatur. At quam facile πάλλειν utrique substantivo se adplicat! re vera id dicitur saepe de *hasta*, *lancea*. at cur non de *clypeo* vel de *thorace* saltem, qualis hic occurrit, & qui re vera vadenti ἐπάλλετο *concutiebatur* & *vibrabatur*: erat enim *pellis ursina*. cur illa non diceretur in gradiendo πάλλεσθαι. κινεῖσθαι. σείεσθαι. idem *Apollonius* eodem libro 339. scribit,

——— ᾧ κεν τὰ ἕκαστα μέλοιτο
Νείκεα συνθεσίας τε μετὰ ξεινοῖσι βαλέσθαι.

at hoc & minus durum, quoniam non modo, in *pacificantibus*, verum etiam *pugnantibus* verbum συμβάλλειν adhibetur. vide *J. Houszlinum* ad priorem locum, qui observat *Aristotelem* III. *Rhet.* V. σολοικίζειν admittere statuentem, si quis dicat ψόφον ἢ χρῶμα ἰδὼν, cum dicendum foret ψόφον αἰσθόμενος. at pace philosophi, neque poetae neque prosaici ista edicta curant: qui centies saltem sensuum vocabula misceant. quo usu ista locutio vindicari satis posset. at in adductis jam ex optimis auctoribus verba occurrunt significationibus longe magis disparatis: quas locutiones tamen nemo prudens damnarit. ex. gr. quid magis oppositum, quam κεῖσθαι & ἵστασθαι. tamen apud *Homerum* vidimus κεῖσθαι pro utroque positum. αἱρεῖν pro *capere* uxorem & pro *occidere hostem* in Pindaro. quid alienius in vicem quam *tendere manus ad coelum* & *tendere vocem ad coelum*. tamen *Virgilius* dixit L. III. *Æn.* 176. *Tendoque supinas Ad coelum cum voce manus*, ne jam locutiones ex ipso *Cicerone*, *Livio* & aliis adponam, quae longe alieniora conpingant. uno exemplo defungar. *Cicer.* de N. D. II, 64. dicit *Nec vero supra terram, sed etiam in intimis ejus tenebris plurimarum rerum latet utilitas.* at in priori membro nihil aptius intelligas, quam *patet* : adeoque plane contrarium. hoc loco doctiss. *Ernestus* vindicat *Xenophontis* ῥῆσιν L. II. *Memorab.* p. 49. apud *Max. Tyr.* IV. III. legimus Οὗτος ὁ τύραννος [*voluptas*] ἐπανέστησε τὰ αἰσχρὰ καλοῖς, οὗτος ἐφώπλισεν ἀδικίαν δικαιοσύνῃ, οὗτος μέτρῳ [ἐφλώπλισεν] ἀμετρίαν. sane nescio cur pro isto secundo ἐφώπλισεν, aliud verbum ex. gr. ἐπετείχισε in contextum reciperemus. quin unum ἐπανέστησε suffecerit. ita apud eundem XVII. III. κἂν εἰ μειζόνως χαρακτηρίζοις τὸν Δία, κυανᾶς δὲ χαίτας, ἐλελιζόμενον δὲ ὑπὸ αὐτῷ τὸν τ᾽ οὐρανὸν. Cur hic quid defuerit: cur non adsumas in intellectu aptum verbum, πλάττοις, γράφοις, ποιοῖς? *Servius*, non malus arbiter, aliter sentiebat de his & similibus formis. ex. gr. L. III. *Aen.* 176. ad verba *Tendoque supinas.* ait *honesta locutio, cum in uno sermone respondemus duobus.* „ accipe *Sermonem pro verbo, vocabulo.* „ *Honestam elocutionem* alias vocat *bonam elocutionem.* confer L. 234. VIII. 509. L. IV. 401.

honesta

honesta figura dicitur. Non ita *Aegidio Menagio* sedebat, qui in commentario ad poëmata *Malherbae*, principis olim Lyricorum Franciorum, pagina 61. hunc ejus versum reprehendit.

Et nous rends l'embonpoint, comme la guerison.

quia non dicitur *rendre la guerison.* forte haec figura non convenit Francico idiomati. quare hic judicandi arbitrium non sumo.

Haec sufficiunto, ut pateat minus prudenter spatia hujus locutionis tam artis circumscribi finibus, temerario vero ausu ab aliis ab hanc figuram, & alias formulas, ipsis minus familiares, sacra antiquitatis monumenta, quantum in ipsis est, mutulari & truncari.

P. 71. Vs. 11. Εἰς Ἀφροδίτην βαδίζουσα.] per ellepsin saepius effertur. εἰς Ἀφροδίτης. sed cur ita hic posset esse locutus, suspicionem aperui ad L. 1. p. 19. *Animadversionum.* invenitur tamen accusativus, licet intelligendum sit *templum. Herodot.* VIII. 135. κατεκόσμησε ἐς Ἀμφιάραον. *Gronovius* tamen recte ἐς Ἀμφιάρεω. apud *Plutarch. Alcib* p. 20. ἐν Ἀγραύλῳ. pro ἐν Ἀγραύλου [ναῷ] uti *Valesium* emendare ibi docet commentator. εἰς sane non ita raro pro *ad* cum persona: quamquam malunt ὡς. *Hesiod. Theog.* 71. Νισσομένων πατέρ' εἰς ὅν. *Quintus Calaber* L. XIV. 466. Οὐρανόθεν προέηκεν ἐς Αἴολον ἄμβροτον Ἶριν. ubi tamen Αἰόλου ambiguum tolleret. *Theod. Prodr.* VII. 317. Ἄμφω κεκληκὼς εἰς ἑαυτὸν τοὺς νέους. Verum horum auctoritates non ponderosae. *Aristoph. Pace.* 131.

Ὅπως κάκοσμον ζῶον ἦλθεν εἰς θεούς.

Pluto 237. & 242.

Ἢν μου γὰρ εἰς φειδωλὸν εἰσελθὼν τύχω.

ubi Cl. *Hemsterhusius* non sollicitandum monet. *Lysias* p. 430. εἰς ὑμᾶς [τὸν δῆμον] εἰσιόντες. 436. εἰς ὑμᾶς ἥκει. 485. 504. & in hac locutione εἰς est sollemne. *Aristoph. Equit.* 720. *Lysias* p. 14. ἀφικνοῦμαι εἰς τὸν καὶ τόν. ubi *Cod.* ὡς. at p. 339. εἰσελθὼν εἰς τὸν πατέρα ἐγώ. *Ctesias Pers.* C. 33. ἀποπέμπεται εἰς Ἀρταξέρξην. *Alciphr.* I. VI. κωμάζουσι πρὸς αὐτήν. *Cod.* εἰς. an fuit ὡς. *Aeneas Ep.* III. p. 423. sed nulla finis foret. nec video cur non *persona* pro *domo sua* sumi posset, vel vicissim in familiaribus sermonibus.

P. 71. Vs. 12. Δι' ὃν ἠγρύπνησας] Hoc accidit omnibus amantibus. peculiarius aliquid desiderarim. vel saltem de hoc habitu aliquam mentionem in principio fabulae factam fuisse oportebat, quo nunc respiceretur. an fuit. L. I. I. 2. 12. ἠγρύπνησαν οὖν. ἡ παρθένος μου τῆς διανοίας

τῆς αὐτῆς αἰδουμένη καταφορος γενέσθαι. Χαιρέας δὲ διὰ τὸ πάθος. Verum levissima haec suspicio.

P. 71. Vs. 12. Τῆς νυκτὸς τῆς μυστικῆς] Μυστήρια. ὄργια Ἀφροδίτης pro nuptiis & concubitu passim. *Alciphr.* II. I. p. 200. ἄν μοι περιουσιάσαι γένηται ὑπὸ σοῦ, μηδὲν ἀνάξιον τῶν σῶν ἀγαθῶν ἐξ ἐκείνης τῆς ἱερᾶς νυκτὸς ἔτι πεποιηκυῖα. sic *Cod. Aristoph. Lysistr.* 832.

Ταῖς τῆς Ἀφροδίτης ὀργίοις εἰλημμένον.

& 897.

Τὰ τῆς Ἀφροδίτης ἱέρ' ἀνοργίαστά σοι.

Musaeus vs. 145.

ἦν δ' ἐθελήσῃς
Δεσμὰ θεῆς ἐρόεντα, καὶ ὄργια πιστὰ δαῆναι.
Ἔστι γάμος καὶ λέκτρα.

ubi δεσμὰ ἐρόεντα & ὄργια πιστὰ videntur opponi vagis & innuptis nuptiis. nec tamen est, ut valde eruditiss. *Lennepium* poeniteat suae suspicionis ὄργι' ἄπυστα post *Coluthum* p. 80. γάμῳ μυεῖσθαι illustravit *G. Arnaldus Lect. Graecis* L. II. C. VII. vox ἄπιστος corrupta ap. *Alciphronem* L. II. *Ep.* IV. 258. ubi enim legitur, καὶ τὰ ἄμιθα τῶν πρεσβυτέρων ἀμπλακήματα. reponendum ex *Cod.* ἄπιστα. vertitur φορτικῶς, ἄμιθα. *ingratum animum indicantia.*

P. 71. Vs. 14. Ἴδιον φιλοῦντος] Ζῆλος. vide *Luciani Dialog. Meretr.* VIII.

P. 71. Vs. 16. Σοὶ μηδὲν ἐγκαλῶν] quia merito plectebar.

P. 71. Vs. 17. Ἄλλο τι φρονεῖς] quod lingua efferre, animus cogitare refugit. si alium ames. ἄλλο saepe κακόν. *Sch. Thucyd.* VII. 64. *Casaub.* ad *Strab.* I. III. *D. Heinsius* ad *Hesiodi* Ἔργα vs. 344.

P. 71. Vs. 18. Θανάτου μοι δώσεις ἀπόφασιν] φέρειν. ἐκφέρειν. ποιήσασθαι ἀπόφασιν. alii. noster ῥηθείσης τῆς ἀποφάσεως. L. V. VIII. 93. 6. apud Atticos ἀπόφασιν διδόναι significat exhibere ἀπογραφὴν, *indicem, descriptionem* omnium bonorum suorum, quando ἀντιδόσεις fiebant, & οὐσίαι permutabantur inter cives Atticos occasione λειτουργιῶν. si tanti est, scias apographum habere ἐγρυπνήσας & ἀνέθη.

LIBRI QUARTI CAPUT QUINTUM.

P. 71. Vs. 19. Ὑγίνῳ] servile nomen. notus *Hyginus Grammaticus, Augusti libertus.* boni ominis. ita & *hygia.* in lapide apud me.

D. HYGIAE. M
V. ANN. VI
TYCHE. MATER. FILIAE
BENE. MERENTI. FECIT

P. 71. Vs. 20. Τῆς ὅλης ἐσίας.] I. XII. 17. 17.

P. 71. Vs. 20. Παραγυμνωθεὶς] ita typi dare debuissent, licet editum usitatius. multa verba modo abjicere, modo admittere literam Σ notum. ita ap. *Alciphr.* I I. ἀπογυωθεὶς. *Cod.* ap. *Aristaen.* I. 10. frustra *Mercerus* πειραθῆναι tentat. κεκλειμμένος & κεκλεισμένος. *Herod.* II. 121. VII. 129. *Aeschylus Suppl.* 639. ubi alii vitiose κεκλιμμένην pro κεκλειμμένην. vide ad L. I. XII. 17. 5. Attici saepe omittunt sibilantem literam. ita κέλευμα. vide doctiss. *Hemsterh.* ad *Aristoph. Plut.* p. 431. παράχωμα. in *Codd.* ap. *Strabon.* XVII. 1136. C. 1172. A. in contextu. quin *Ammonius* docet quaedam vocabula pro admisa vel repudiata hac litera diversam habere notionem. καταχύματα & καταχύσματα. videatur ibi *Cl. Valkenarius.* sic a χρίω & χρῦμα & χρῦσμα. ut tamen credam, παρακέχρῖται & παρακέχρυσται haud idem valere, vix hodie inducor.

Apud *Nemesium* C. V. p. 118. in Cod. ἐξαλμιζεν pro ἐξαλμιθὲν. sed non magis id arridet quam σβεθὲν pro σβεσθὲν in eodem libro. θ amisit modo annum inferiorem. ita non dicimus ἐπείθην sed ἐπείσθην. unde non πειθῶ apud *Hermian.* C. X. sed πεισθῶ. *persuasus fuero.* apud *Lucianum de M. Peregr.* p. 357. legitur. Ταῦτα εἰπὼν, ἐπήδησεν εἰς τὸ πῦρ, ἐ μὴν ἑωρᾶτό γε, ἀλλὰ περιεχέθη ὑπὸ τῆς φλογὸς, πολλῆς ἠρμένης. ubi docemur „ ἐχέθην *usitatius esse quam* ἐχέσθην [credo] *quod tamen quum a* χήθω possit esse formatum, expungendum non esse contra editiones optimas. „ *T. Faber* tamen indignaretur suam ita non inter optimas censeri. Etiam *Veneta Editio* MDL. ita exhibet. in qua multas bonas lectiones comparere scio. & *Editiones* aliae habuerint. ego vero utramque lectionem forte esse vitiosam, sed περιεχέθη nos quam lenissime ducere suspicor ad veram περιεχίσθη ὑπὸ τῆ φρογὸς. *a nobis separatus, divisus,* [*dissectus fuit*] *per flammam. flamma eum plane circumdans a visu nostro seclusit.* sic insula dicitur a fluvio περιχισθῆναι, qui eam circumdat. *Herodot.* IX. 50. εἰς τὸν χῶρον τῆτον, τὸν δὴ ἡ Ἀσωπὶς Ωερόη περιχίζεται, ῥέυσα ἐκ τῆ Κιθαρῶνος. ubi active accipe. habes apud nostrum L. VIII. 824. 2. διεχέθησαν pro διεχίσθησαν. porro παραγυμνῶν nostro sensu est apud *Herodot.* I. 126. VIII. 119. vis activa in his temporibus obvia.

P. 71. Vs. 23. Ὑπιοχύμμενος] in *apographo* ὑπιοχνύμμενος. potes etiam ὑποχόμμενος. mox διοικειτὴν.

P. 72. Vs. 3. Ἐλήνιζε] cur magis careat augmento, quam ab ἑλκόω. ἡλκω-

τῆς αὐτῆς αἰδυμβόη καταφορ@ γενέας. Χαρέας δὲ διὰ τὸ πάθ@. Verum leviſſima haec ſuſpicio.

P. 71. Vs. 12. Τῆς νυκὸς τῆς μυστικῆς] Μυστήρια. ὄργια Ἀφροδίτης pro nuptiis & concubitu paſſim. *Alciphr.* II. I. p. 200. ἂν μοι περιουσιάσαι φθήνται ὑπὸ σοῦ, μηδὲν ἀνάξιον τῶν σῶν ἀγαθῶν ἐξ ἐκείνης τῆς ἱερᾶς νυκτὸς ἔτι πεποιηκυῖα. ſic *Cod. Ariſtoph. Lyſiſtr.* 832.

Τοῖς τῆς Ἀφροδίτης ὀργίοις εἰλημμένον.

& 897.

Τὰ τῆς Ἀφροδίτης ἱερ' ἀνοργίαστά σοι.

Muſaeus vs. 145.

ἢν δ' ἐθελήσῃς
Δεσμὰ θεῆς ἐρόεντα, καὶ ὄργια πιστὰ δαῆναι.
Ἔστι γάμ@ καὶ λέκτρα.

ubi δεσμὰ ἐρόεντα & ὄργια πιστὰ videntur opponi vagis & innuptis nuptiis. nec tamen eſt, ut valde eruditiſſ. *Lennepium* poeniteat ſuae ſuſpicionis ὄργι' ἄπυστα poſt *Coluthum* p. 80. γάμῳ μυεῖσθαι illuſtravit *G. Arnaldus Lect. Graecis* L. II. C. VII. vox ἄπιστ@ corrupta ap. *Alciphronem* L. II. *Ep.* IV. 258. ubi enim legitur, καὶ τὰ ἄμιθα τῶν πρεσβυτέρων ἀμπλακήματα. reponendum ex *Cod.* ἄπιστα. vertitur φορτικῶς, ἄμιθα. *ingratum animum indicantia.*

P. 71. Vs. 14. Ἴδιον φιλοῦντ@] Ζῆλ@. vide *Luciani Dialog. Meretr.* VIII.

P. 71. Vs. 16. Σοὶ μηδὲν ἐγκαλῶν] quia merito plectebar.

P. 71. Vs. 17. Ἄλλο τι φρονεῖς] quod lingua efferre, animus cogitare refugit. ſi alium ames. ἄλλο ſaepe κακόν. *Sch. Thucyd.* VII. 64. *Caſaub.* ad *Strab.* I. III. *D. Heinſius* ad *Heſiodi* Ἔργα vs. 344.

P. 71. Vs. 18. Θανάτου μοι δώσεις ἀπόφασιν] φέρειν. ἐκφέρειν. ποιήσασθαι ἀπόφασιν. alii. noſter ῥηθείσης τῆς ἀποφάσεως. L. V. VIII. 93. 6. apud Atticos ἀπόφασιν διδόναι ſignificat exhibere ἀπογραφὴν, *indicem*, *deſcriptionem* omnium bonorum ſuorum, quando ἀντιδόσεις fiebant, & οὐσίαι permutabantur inter cives Atticos occaſione λειτουργιῶν. ſi tanti eſt, ſcias apographum habere ἐγρηγορήσας & ἀνέθη.

LIBRI QUARTI CAPUT QUINTUM.

P. 71. Vs. 19. Ὑγῖνῳ] ſervile nomen. notus *Hyginus Grammaticus*, *Auguſti libertus.* boni ominis. ita & *hygia.* in lapide apud me:

D. HY.

D. HYGIAE. M
V. ANN. VI
TYCHE. MATER. FILIAE
BENE. MERENTI. FECIT

P. 71. Vs. 20. Τῆς ὅλης ὀσίας.] I. XII. 17. 17.

P. 71. Vs. 20. Παραγυμνωθεὶς] ita typi dare debuissent, licet editum usitatius. multa verba modo abjicere, modo admittere literam Σ notum. ita ap. *Alciphr.* II. ἀπογυωθεὶς. *Cod.* ap. *Aristaen.* I. 10. frustra *Mercerus* πειραθῆναι tentat. κεκλειμένῳ & κεκλεισμένῳ. *Herod.* II. 121. VII. 129. *Aeschylus Suppl.* 639. ubi alii vitiose κεκλιμένην pro κεκλειμένην. vide ad L. I. XII. 17. 5. Attici saepe omittunt sibilantem literam. ita κέλευμα. vide doctiss. *Hemsterh.* ad *Aristoph. Plut.* p. 431. παράχωμα. in *Codd.* ap. *Strabon.* XVII. 1136. C. 1172. A. in contextu. quin *Ammonius* docet quaedam vocabula pro admissa vel repudiata hac litera diversam habere notionem. καταχύματα & καταχύσματα. videatur ibi *Cl. Valkenarius.* sic a χρίω & χρῦμα & χρῦσμα. ut tamen credam, παρακέχρυται & παρακέχρυσται haud idem valere, vix hodie inducor.

Apud *Nemesium* C. v. p. 118. in Cod. ἐξαλμισθὲν pro ἐξαλμισθέν. sed non magis id arridet quam σβεθὲν pro σβεσθὲν in eodem libro. θ amisit modo annum inferiorem. ita non dicimus ἐπείθην sed ἐπείσθην. unde non πειθῶ apud *Hermian.* C. x. sed πεισθῶ. *persuasus fuero.* apud *Lucianum de M. Peregr.* p. 357. legitur. Ταῦτα εἰπὼν, ἐπήδησεν εἰς τὸ πῦρ, ὁ μὴν ἑωρᾶτό γε, ἀλλὰ περιεχέθη ὑπὸ τῆς φλογὸς, πολλῆς ἠρμένης. ubi docemur „ ἐχέθην *usitatius esse quam* ἐχέσθην [credo] *quod tamen quum a* χήθω possit esse formatum, expungendum non esse contra editiones optimas. „ *T. Faber* tamen indignaretur suam ita non inter optimas censeri. Etiam *Veneta Editio* MDL. ita exhibet. in qua multas bonas lectiones comparere scio. & *Editiones* aliae habuerint. ego vero utramque lectionem forte esse vitiosam, sed περιεχέθη nos quam lenissime ducere suspicor ad veram περιεχίσθη ὑπὸ τῆς φρογός. *a nobis separatus, divisus,* [*dissectus fuit*] *per flammam. flamma eum plane circumdans a visu nostro seclusit.* sic insula dicitur a fluvio περισχισθῆναι, qui eam circumdat. *Herodot.* IX. 50. εἰς τὸν χῶρόν τοῦτον, τὸν δὴ ἡ Ἀσωπὶς Ὠερόη περισχίζεται, ῥέουσα ἐκ τοῦ Κιθαρῶνος. ubi active accipe. habes apud nostrum L. V III. 824. 2. διεχέθησαν pro διεσχίσθησαν. porro παραγυμνοῦν nostro sensu est apud *Herodot.* I. 126. VIII. 119. vis activa in his temporibus obvia.

P. 71. Vs. 23. Ὑπισχόμενος] in *apographo* ὑπισχνύμενος. potes etiam ὑποσχόμενος. mox διοικειτήν.

P. 72. Vs. 3. Ἐλήνιζε] cur magis careat augmento, quam ab ἑλκόω.

 ἡλκώ-

ἠλιακμζύ© ap. *Artemid.* I. 24. vel ἡδρασμζύ©. quamvis ap. *Hesych.* ἑδρασμζύη. sed quod e corrupto Codice petitum censet praeclarus editor. merito. multas vitiosas lectiones in suum Lexicon contulisse dedita opera, διορθώσει apposita, saepe animadvertimus. ἡδρασμζύ© habes apud *Artemid.* II. 25. 112. ita ἑτοιμασάμην etiam apud *Xenoph. Apol. Socrat.* p. 702. D. legitur. sed melius Basileensis editio. at ἐκκλησίαζεν, an recte scribitur? an potius ἐξεκλησίαζεν. id certe analogice fieret. unde vitiose fere scribitur ἐξεκκλησίαζεν. vide *Lysiam* p. 259. 261. Grammatici de verbis ἐγγυᾶν & ἐγχυριάζεσθ abunde.

P. 72. Vs. 4. Πῶς ἂν χρήσαιτο τοῖς πράγμασι] elegans locutio & obvia. *Herodot.* L. VIII. CXXXV. ὐδὲ ἔχειν, ὅ,τι χρήσονται τῷ παρεόντι πρήγματι. & alias.

P. 72. Vs. 6. Τύχη ὅμοιον τῇ γνώμῃ τὸ τέλ© ἐβράβευσε] *dispensavit. direxit. administravit. ex arbitrio constituit.* vide interpretes Graece eruditos ad *D. Paulli Ep.* ad *Coloss.* I. 18. & III. 15.

Haec vox in metaphora frequentior recentioribus Atticis quam vetustis, certe in prosa. tamen *Demosth.* III. *Olymp.* 38. F. τὰ τῶν ἄλλων δίκαια βραβεύειν dixit. *Eurip. Helena* 1002. 1079. λόγυς. πάντα *Phoeniss.* 453. *Plutarch Artox.* 299. τὴν εἰρήνην τοῖς Ἕλλησι. *Max. Tyr.* XL. I. περὶ κάλλυς θεᾶς. Cl. interpr. ad *Diod.* XIV. 65. in *Porphyr.* de *Abstin.* II. 171. non intellexerunt. τῆς θυσίας [ita bene emendatum] ὐχ ἄτω ταῦτα βραβευσάσης. *Alciphr* I. XXV. ὥστε τὸ ζῆν οὐχ ὑπὸ τύτων ταλαντεύεται, ἀλλ᾽ ὑπὸ τῆ τύχη βραβεύεται. *Cod.* ὧυθ᾽ ὑπὲρ τύτοις non abit *Heliod.* VII. 318. τότε δήπως εἰ τε τὸ [*sic Cod.*] δαιμόνιον, εἴ τε τύχη τις τὰ [*sic Cod.*] ἀνθρώπεια βραβεύυσα. *Xenoph.* K. A. III. 296. D eleganter eodem modo dixit. ἀγωνοθέται οἱ θεοί εἰσι. *Plutarch. Sympos* 184. A. ἀγωνοθετῶν ϗ βασανίζων. Noster saepe utitur verbo, quo de agimus: & modo saepe notat, *dare. concedere. largiri.* v. X. 95. 22. VI. I. 99. 9. VI. IV. 104. 25.

P. 72. Vs. 7 Μειζόνων πραγμάτων ἐκίνησεν ἀρχὴν] Iisdem verbis utitur L. I. VII. 10. 15. An non hoc pauperis venae? Ita quidem visum est politulis quibusdam elegantiarum arbitris. At ita non sedebat Homero, Virgilio, immo Moysi, qui multis in occasionibus formulas easdem repetunt. Et *Ulpianus* testatur *Demosthenem* iisdem saepe verbis & argumentis delectari, si sint ἰσχυρὰ. si *accommoda* & *valida sint.* vide ipsum ad *Orat. de Corona* p. 473. F. quod & aliis locis tangit.

P. 72 Vs. 9. Δῦλοι] modo ὑπηρέται. qui aliquanto *digniores.* vide *J. Buherium* ad *Marmora Brettiana* p. 44. & *P. Wesselingium* de *Archont. Judaic.* C. VI.

P. 72. Vs. 9. Ασωτίαν] Hanc scripturam probat *Moschopulus* περὶ σχεδῶν p. 41. licet formetur verbum ἀσωτεύω vel ἀσωτεύομαι. Quam in his varie-

varietur, tum in typis tum in scriptis libris notum. Codicibus melioribus hic multum tribuendum. In poetis, ubi correpta syllaba opus, scriptio per ἰῶτα tutior esse videtur.

Quoties Κολακία non occurrit! Ἀλαζωνία. εὐημερία. codex tamen ap. *Polyb.* VII. p. 702. εὐημερεία. est enim ἡμερεύω. habes ῥητορία ap. *Demetrium Phaler.* §. IX. Ἐφηβία. *Artem.* I. 56. 48. *Vann. Crit.* 174. Πομπεία. πομπία. quam scripturam merito inprobat *Cl. Interpres* ad *Diod.* XIII. p. 612. tamen πομπεία σκευὴ recte se habet L. XII. 502. πομπεῖος. ut ἀνδρεῖος. σκευὴ aeque probum ac σκεύη. *Lucian.* I. T. II. 616. vide *Demosth.* παραπρ. 312. B. κατ' ἀνδροτ. 706. B. Ἀριστοκ. 750. B. Τιμοκρ. 774. C. 798. A. Φαρμακία scribitur ap. *Artemid.* I. 68. 56. Νεκυομαντία apud alios & *Lucianum.* Νοσηλία. *Porphyr.* de *Abst.* IV. 354. Ἀλίεια, ἀλεία & ἀλία. ap. *Artemid.* I. 72. 61. de quo Cl. *Hemsterh.* ad *Xen. Eph.* p. 65. *in Miscellan.* VI. 339. Λατρία ap. *Maneth.* IV. 373. sed haec est scriptura, quae & in aliis ibi saepe obtinet. lege ibi.

> Κὴν μὲν ἐπισκοπέῃ χθμέθλην Κρόνος, ἐς ζυγὸν ἥξει
> Λατρείης πονέοντα. vulgo πονέοντα. sed ut γονόεις. γονέεις.

Κυρία pro κυρεία apud eundem L. IV. 606. significat *dominatio. Hesych.* explicat τὴν κατὰ φύσιν ὑπάρχουσαν δύναμιν. sed ubi quoque male κυρία, uti apud *Athenaeum* L. X. XI. p. 440. F. ubi corrigit ex *Suida Casaubon.* & exponit ἐξουσίαν. male vertitur *Domina* apud *Manethonem.* & certe multa confundi necesse est, si ἰῶτα occupet ubique locum diphthongi EI. πορία in *Epist. Jacobi* I. VS. II. quod forte aliunde. sed male ap. *Maneth.* IV. 380. πορίῃ. sic L. VI. 346. lege ἢ ἴκελα ζώοισιν ὑπὸ γλαφυραῖσι τορείαις. *Firmicus* accipit pro *tornatoribus* L. IV. VII. 5. ap. quem L. IV. VI. I. repone *tornatores* pro *tortores.* παιδία passim male. quam Graecam vocem recte negat *Casaub.* ad *Athenaeum* VII. XXI. tamen in compositis, ut γυμνοπαιδίαι [quae & γυμνοπαιδιαὶ] vide *Casaub.* ad *Athenaeum* XIV. V. 958. *Ernestum* ad *Xen.* I. *Memor.* p. 25.] nam in compositione variatur. vide laudatum *Moschopulum.* ut ἀνανδρία. ἀδυλία vel ἀειδυλία [ut ibi legendum] φιλοπτωχία. παιδείας. muta in παιδιᾶς ap. *Eunapium Proaer.* p. 128. Sed minime p. 189. cum *H. Junio* παιδεία in παιδία.

Alius generis sunt ἀνδρεία & ἀνδρία. quae scriptura utraque tam frequens, ut nescias, quid hic vel illic eligas. commentator quidem Graecus *Demosth.* περὶ τῶν ἐν χερρ. 84. C. discrimen tradit, non plane consentiens *Ammonio.* sane nollem ex. gr. in *Isocrate* contra fidem antiquarum Editionum ubique ἀνδρεία repositum. certe non ubi metrum brevem syllabam postulat. ut ap. *Eurip. Herc. fur.* 475.

Προμήθεια & προμηθία, εὐσέβεια & εὐσεβία poetice ultima scriptura gaudent. & saepe alias. de illo vide *Eurip. Andr.* 1619. *Alcest.* 1054. *Soph. Oed. Col.* ubi bene Edit. *Florent.* de hoc *Sophocl. Antig.* 955. ubi recte in *Cod. Vat. Oedip. Colon.* 184. male idem *Cod. Eurip. Hippol.* 1368.

Οὐδένεια & οὐδενία. ὀνειδεία ὀνειδία. ap. *Nicandr. Alex.* 408. εὐχαριστεία. in *Cod. Taur.* ap. *Heliod.* II. 102. εὐχαριστία. Θέρεια. θερεία. θερία. *Diodor.* III. p. 191. ἀτρέκεια, ἀτρεκία. ap. *Maneth.* III. 229. & correpta haec scriptura non videtur aliena ab dialecto Ionica. certe Grammatici ei attribuunt. quamvis etiam alia forma, ut εὐσεβίη, Ionibus placuerit.

Ταφρία ap. *Demosth.* de *Cor.* 521. E. quod ad superiorem classem spectans certe malim ταφρεία efferri.

Apud eundem in *Aristocr.* 736. E. malim ἐφορία. sed taedium te legendi, ut me scribendi, ceperit. tamen paucis exemplis ex millibus incertum hujus scripturae indicasse non nocuerit. vide quae notavimus. L. I. VII. 10. 18. & quae pauca dicentur L. VI. II. 101. 3. Nihil facilius, quam de his edicta promulgare. verum vix quidquam statueris in universum, quin usum & codices refractarios experturus sis. his igitur cum aliqua prudentia obtemperandum.

P. 72. Vs. 10. Μικρᾷ] Priene respectu Syracusarum & Athenarum. Alioqui minime contemnenda civitas inter Ionicas. In obsidione Mileti contra Artaphernem suppeditavit XII. *Erythrae* VIII. *Myos* III. *Phocaea* III. *naves*, ut narrat *Herodot.* VI. 8.

P. 72. 10. περιεργίας] I. XI. 16. I. I. XII. 17. 10. VIII. VI. 139. III. rursus in hac voce περιέργεια & περιεργία. at φιλοκέρδεια & φιλοκερδία.

· P. 72. Vs. 10. Ξενικὴ] *Persica.* Lacones in primis κατ' ἐξοχὴν *Persas* ξένους vocabant. licet tamen etiam communi notione accipere hic.

P. 72. Vs. 11. Ἐπέστρεψε] In apographo ἐπέτρεψε. haec vocabula saepe turbas dant. *Max. Tyr.* XXIV. 4. ἐπεστρέφθαι τὰ ὄμματα ἐπ' Αὐτόλυκον, ὥσπερ ἐν νυκτὶ ἐπὶ φέγγος. *Aelian.* XIII. XLIII. τὸ θέατρον ἰδεῖν Ὀλυμπιάσιν ἐπιστρεφόμενον *Diogen. Laert.* in *Platone* §. 25. τοὺς Ἕλληνας ἅπαντας ἐπιστραφῆναι ἐπ' αὐτόν. tamen ap. *Heliod.* IV. 165. constanter legitur πᾶν μὲν τὸ θέατρον ἐφ' ἑαυτὴν ἐπέτρεψε. *Lucian. Rhet. praec.* p. 23. τὰς ἀκοὰς τῶν παρόντων ἐπιστρέφοντα. quod probum. apud *Heliod.* I. 60. τὰ σκάφη πρὸς κύκλον ἐπιστρέψαντες, εἶχον Θύαμιν ἐν μέσῳ. at *Cod. Taur.* ἐπιτρέψαντες. quod non spernendum. nam licet Lexica vix in ἐπιτρέπειν propriam notionem agnoscant, nihil vetat, quominus notet. *aliquid versus*, *in aliquem vertere*, *convertere.* apud *Lucian. Lexiph.* 333. ἱππολέβης εἰς κεφαλὴν ἡμῖν ἐπέτρεπε,

τοὺς

τὺς ἄνθρακας. sic ἄνω καὶ κάτω πάντα ἐγράφθαι ap. *Demosth.* in *Aristog.* 839. at & τετράφθαι vide ad L. vi. vi. 108. 2.

P. 72. Vs. 13. Στρατηγὸς] Non est magistratus vel praefectus, quales *Herodotus* L. v. 38. Darii Medi tempore Ioniis urbibus praepositos narrat. Ἀρισταγόρας δὲ ὁ Μιλήσιος, ὡς τὺς τυράννυς κατέπαυσε, στρατηγὺς ἐν ἑκάστῃ τῶν πόλεων κελεύσας ἑκάστυς καταστῆσαι.

Aptius certe hic magistratus Prienensis qualiscunque Ἄρχων vocatus fuisset: quoniam sub Romanis non Στρατηγὺς, sed ἄρχοντας habuisse constat ex numis apud *J. Valentem* & alios.

Verum hic fuit ἄρχων vel *praetor*, vel potius *duumvir* [nam procul dubio Charito hic loquitur ex usu suae aetatis] cujus erat *invisere & excutere diversoria. fures, latrones inquirere.* de quibus *L. Bosius* in *Observ.* p. 107. C. xxiv. & *H. Valesius* non modo ad *Ammianum Marcell.* p. 484. verum etiam ad *Eusebii Hist. Eccles.* vii. xi. p. 317.

Nam hic *Strategus* dignitate minor, quam *Dionysius.* unde videbimus *Dionysium* ab hoc *Biante* vocari Εὐεργέτην. *Dionysius* erat ἐν Μιλήτῳ Κύριος. L. vi. ii. 10. 13. iv. vi. 74. 13. δυνατώτατος Ἰώνων. re vera L. v. vi. 88. dicit, ὐ γὰρ περιεῖδες ἄνδρα ἰδιώτην ἐπιβυλευθέντα ὑπὸ ἡγεμόνος. Sed respectu regis Persarum sic se vocat: [ut omnes magistratus Romae respectu imperatoris erant privati.] & respectu *satrapae Cariae.* & proinde eo magis Bianta non tantae dignitatis magistratum gessisse statuas. quamvis enim sit ficta historia, vidimus saepius verisimilitudinem a Charitone in singulis adfectari. An στρατηγοὶ Athenis tempore Reipublicae jus dixerint, dubito. si non, haud sibi cavit auctor Epistolae xiii: *Chioni* adscriptae, ubi dicit de immisso percussore, ἰλιγγιῶντα ἔδησα τῷ ἰδίῳ ζώματι, ἀποστρέψας εἰς τοὔπισω τὼ χεῖρε. καὶ πρὸς τὺς στρατηγὺς ἄγω. κακῦργος μὲν ἔτισε δίκην. nonne debuisset scripsisse πρὸς τὸν πολέμαρχον. an locutus *Chion* ex more patrio. forte στρατηγοὶ *Heracleae* fuerint.

P. 72. Vs. 13. Διερευνώμενος] L. 3. *ff.* de *Fugit. scrutari cubilia & vestigia occultantium.* quod erat Romae Aedilium plebis. Ἄρχοντι tale quid tribuit Pollux. L. viii. 6. τὸν ἄρχοντα ἐπ' οἰκίαν εἴ τις ἀποκρύπτεται ἐπάγειν: at minime intellige τὸν ἐπώνυμον. ἐρευνᾶσθαι alias obvium pro ἐρευνᾶν. proprie de *indagandis feris* dicitur.

P. 72. Vs. 14. Φωρία] in *Apographo* φώρια. & facile feratur, post duo substantiva. Grammatici vero quidam φωρία scribi jubent, ubi *furta* notat. quamvis re vera χρῆμα semper intelligatur. si tibi, uti non placuit *H. Stephano*, inprobetur, accentum in suum locum retrahas

P. 72. Vs. 16. Ὁ Καρίας ὕπαρχος] L. iv. i. 63. 26. vocatur *Satrapa.* L. viii. viii. 142. 22. στρατηγός. quae duo non pugnant. at ὕπαρχος minore dignitate. rectius L. iv. i. 64. 10. ἔπαρχος. verum haec

haec vocabula miſcentur. *H. Stephanus* & *H. Valeſius* eandem poteſtatem volunt. at ὑπάρχυς dici reſpectu *Regis Perſarum*. ἐπάρχυς. reſpectu *regionum*, quibus praepoſiti erant. verum non obſervatur. ſic capite ſequente *Pharnaces* vocatur ὕπαρχος. qui IV. I. 63. 26. *Satrapa*. *Herodoto* III. 70. ὕπαρχος Περσέων dicitur Hydaſpes.

Eadem differentia inter ἐπιςρατηγὸν & ὑποςρατηγὸν. qua de re notavi in *diſſertat*. de *Deliacis Inſcriptt*. T. VII. *Miſcell*. p. 50. *Plutarch Arato*. p. 342. conjungit ὑποςρατηγὺς & λοχαγὺς. ὑποςρατηγὺς ita recte repoſuit apud *Strabonem* pro ἐπιςρατηγὺς *Celeb. P. Weſſelingius* in *Diatriba de Archontibus* p. 60.

P. 72. Vs. 16. Πεπόμφει] Noſter variat, ut ceteri, in augmentis. VIII. I. 127. 14. VIII. II. 130. 15. V. IV. 84. 21. ap. *Heliod*. VIII. 404. ex *Cod. Taurinenſi* malim ἐκδεδιδάχθαι. abunde actum de hoc genere a *Cl. Hemſterh*. in *Miſcell*. noſtris T. IV. p. 289. iis adde *Cl. Weſſelingio* notata ad *Diodor*. L. II. p. 122. L. XI. p. 424.

P. 72. Vs. 16. τὰς ἐπιςολὰς] nempe ſcriptas ad Callirrhoen, unam a Mithridate, alteram a Chaerea. cur igitur mox dicit δῶρα καὶ γράμματα κομιζόμενά σοι παρὰ Μιθριδάτυ. an cum dona mitteret, ea literis ornare non neglexit Mithridates? ſed ex ſequentibus collegeris, nullas datas ad *Dionyſium*. ſaltem mentio modo fit epiſtolae Chaereae ad Callirrhoen. Immo nusquam iterum memorat iſtas literas Mithridatis, quas ipſe ſcripſit ad Callirhoen, in quibus opem militarem promittit, ſi velit relinquere *Dionyſium*. cur iſtas literas non recitavit *Dionyſius* in judicio adverſus Mithridatem? hic ſui oblitus videtur Charito. Mirum quoque literas relictas Prienae penes ſervulos. procul dubio non fuerint tantae molis. ſed una fuerint in capſa cum auro & argento, quam ſervos nequam effregiſſe noſter neglexit narrare. tamen de epiſtolis reſtat difficultas.

P. 72. Vs. 17. Ἔλυσε τὰ γράμματα] hic γράμματα pro epiſtola tota, membrana, tabula, lino, ſigno. vide *H. Stephanum* hac voce.

P. 72. Vs. 18. Κατασεσημασμένα ἔξωθεν] videntur igitur obſignatae quidem, ſed non inſcriptae fuiſſe exterius. Satis noverat Hyginus, quibus tradendae forent. Bias autem merito literas ad eum ſpectare credidit, cui munera miſſa conſtabat.

Extrinſecus obſignatus explicat *Cl. Salmaſius in ſpecim. Confut. Animadv. Heraldi* p. 114. Nimirum *lino*, *lineo vinculo*, *codicillis circumvoluto, cera in nodis infundebatur*, *eique adhuc liquidae ſigillum inprimebatur*, *ut adeo tabulae ita conſtrictae & colligatae aperiri nequirent*, *niſi lino inciſo vel diſrupta cera*. *Eurip. Hippol.* 864.

Φερ'

Φέρ', ἐξελίξας περιβολὰς σφραγισμάτων,
Ἴδω, τί λέξαι δέλτος ἥδε μοι θέλει.

Appulejus x. *Met*. 216. dicit *praenotare annulo. In hoc ipso sacco conditos* [*aureos*] *annulo tuo praenota*. . .*signavit pecuniam*. quam ibi *Pricaeus* docet L. 1. §. 3. *ff. de Usur*. & *fruct*. dici *obsignatam*.

P. 72. Vs. 19. εὐεργεσίαν κατατίθεσθαι εἰς αὐτὸν] Varie haec locutio effertur, sed semper notat gratiam inire apud aliquem, ut is vicissim & suo tempore tibi rem gratam faciat. *Demosthen*. de *Rhod*. *Lib*. 145. B. εὐεργεσίαν καταθέσθαι πρός τινα. *de Falsa Leg*. 330. B. χάριν τινι. *Xenoph*. K. Π. VIII. 216. *Eurip*. *Iphig*. in *Taur*. 602. τίθεσθαι χάριν. *Plato Symp*. 208. C. κλέος ἐς τὸν ἀεὶ χρόνον ἀθάνατον καταθέσθαι. *Lucas* in *Actis* XXIV. 27. θέλων χάριτάς τε καταθέσθαι τοῖς Ἰουδαίοις ὁ Φῆλιξ. XXV. 9. χάριν τοῖς Ἰουδαίοις. quam locutionem illustrat *Cl. J. Marklandus* ad *Lysiam* 11. p. 42. & *Cl. Wesseling*. ad *Diod*. L. IV. C. 1. eleganter noster L. V. 1. 80. 8. dicit τινὰ χάριν εἰς αὐτὴν ἔχειν ἀποκειμένην. ubi videsis.

P. 72. Vs. 20. Λαμπρὸν συμπόσιον] cui intererant tot viri illustres & λαμπροὶ, & quod igitur ex eorum dignitate erat apparatissimum. tamen συμπόσιον etiam λαμπρὸν posset dici, ubi adfatim jam bibitur, & res poculis geritur majoribus. vide *Heliodori* locum laudatum p. 114. *Observationum harum*. prius hic convenit.

P. 72. Vs. 21. Αὐλὸς ἐφθέγγετο] obvia locutio φθέγγεσθαι αὐλῷ. quod etiam πρὸς αὐλόν. ut *Horatius Odar*. III. IV. 1. *dic age tibia melos*: *Lampridius* in *Heliogab*. C. 32. 873. *ad tibiam dicere*. sed quod utrumque modo notat *tibia canere*, *tibiam inflare*, *sine voce humana*. id recte animadvertit *Salmasius*, nisi quod praecisius neget *dicere* esse *canere*, cum id tamen commodo alias significet. saepe de articulato humanoque sono. *Julianus* tamen dixit in *Caesar*. p. 327. φθέγγεσθαι μᾶλλον ἢ λαλεῖν. at de omni sono. de *tonitru* habes ap. *Xenoph*. K. Π. VII. 172. B. de *Gallo* ap. *Aristoph*. *Eccl*. 191. & passim exempla de aliis prostant.

In Epigrammate quod in *Critica Vanno* illustravi p. 168. & quod postea ab Eruditissimo *Leichio* cum aliis parum auspicato fuit repositum in *Sepulcralibus ejus Epigrammatibus*, legitur in mea editione.

Ὡς εὖ τὸν φθίμενον νέον ἄκριτα, καὶ τὸ κυβευθὲν
Πτῶμα διὰ φθεγκτῶν εἶπέ τις ἀστραγάλων.

Vertique per *vocales talos*. & re vera *tali*, qui tam multa docebant viatorem, *loquaces* & *loquela praediti* dici possent. ita in epigrammate p. 193. ibidem explicato de *Statua*.

 Παιδνὴ

Παιδνὴ ἄφωνος ἐοῖσα τά δ' ἐννέπω, αἴ τις ἔρηται,
Φωνὰν ἀκαμάταν παρθεμένα πρὸ ποδῶν.

& sic *Statua* mortuae *Virginis* in *Anthолog.* L. III. C. XXIII. 28. p. 263. φθεγκτὰ dicitur, *vocalis*, quia valde erat similis & loqui videbatur. Quod cum sit 'Ανύτης τῆς μελοποιȣ̃ vellem non effugisse diligentiam Cl. *Joannis Christiani Wolfii*, poetriarum carmina colligentis. En quo modo legitur in *Cod. Palatino.*

'Αντὶ τοὶ εὐλεχέος θαλάμȣ, σεμνῶν θ' ὑμεναίων
Μάτηρ στῆσε τάφῳ τῷδ' ἐπὶ μαρμαρέῳ
Παρθενικὰν, μέτρον τε τεὸν καὶ κάλλος ἔχουσαν,
Θερσιπότι. φθεγκτὰ δ' ἔπλεο καὶ φθιμένα.

Verum licet ista faveant τοῖς φθεγκτοῖς ἀστραγάλοις, mihi magis jam blanditur lectio, quam sibi placuisse indicavit olim noster *Reiskius.*

Δι' ἀφθέγκτων εἶπέ τις ἀστραγάλων.

per *mutos talos.* habet & hoc suum sal. ita *Anthol.* I. XVIII. p. 23. *In calamum scriptorium.* secundum *Codicem.*

Ἐκ δὲ τȣ̃, εὖτε πίοιμι μέλαν ποτὸν, ἔνθεος οἷα
Πᾶν ἔπος ἀφθέγκτῳ τῷδε λαλῶ στόματι.

Antiphanes ap. *Athenaeum* X. XIX. 450. F.

'Αυτῆς ταῦτα δ' ἄφωνα βοὴν ἵστησι γεγωνόν.

Aeschylus Eumen. 245.

Ἔπȣ δὲ μηνυτῆρος ἀφθέγκτȣ φραδαῖς.

eadem figura Idem *Supplic.* 188.

Ὁρῶ κόνιν ἄναυδον ἄγγελον στρατȣ̃.

porro habes ἄυλȣς ἀφθέγκτȣς in *Anthol.* L. III. 6. 18. 208. Διοτίμȣ Αθηναίȣ τȣ̃ Διοπείθȣς. sic procul dubio legendum.

'Αυλοὶ δ' ἄφθεγκτοι καὶ ἀπευθέες, οἵ σ' ἐνέπȣσι
Κεῖθ'. ἐπεὶ οὐκ ᾠδὰς, οὐ χορὸν οἶδ' 'Αχέρων.

P. 72. Vs. 21. Δι' ᾠδῆς ἀκούετο μέλος] frustra dubia scriptione ᾠδαῖς in *Apo-*

Apographo. ita ἡ δι' αὐλῶ μῶσα ap. *Tyrium Maximum* XXIII. 2. μέλ☉ assa voce peractum opponitur μέλει cuivis organico, sive αὐλητικῷ sive κιθαρῳδικῷ. *Horat. Odar.* III. IV.

> *Descende coelo, & dic age tibia*
> *Regina longum Calliope melos,*
> *Seu voce nunc mavis acuta,*
> *Seu fidibus citharave Phoebi.*

vide *Casaub. & Salmas.* ad *Spartiani Severum* C. 3. 593. ita ψιλὸς ποίησις ἢ ᾠδῇ. *Platoni Phaedro* 278. C. Ἄνευ ὀργάνων ψιλοὶ λόγοι. *Sympos.* 215. C. *Diod.* III. 59. ἐπιβαλεῖν ἁρμόττουσαν τῷ μέλει τῆς κιθάρης ᾠδήν. Noster L. VI. II. 100. 2. Αὐλὸς ἤχει, σύριγξ ἐκελάδει. καὶ ᾄδοντ☉ ἀκούετο μέλ☉. *Ammianus* XXX. I. 452. pro sua Latinitate militarique eloquentia: *cumque apponerentur exquisitae epulae, & aedes amplae nervorum & articulato flatilique sonitu resultarent, jam vino incalescente.* ᾄδειν & αὐλεῖν ap. *Alciphr.* II. I. 202. sic opponuntur λοιπὸν ἡμᾶς δεῖ τὰ μῦρα ποιεῖν. τά δε μαλακίζεσθαι. τὰ δὲ ᾄδειν· τά δὲ αὐλεῖν· τὰ δὲ ὀρχεῖσθαι. τὰ δὲ δειπνοποιεῖν. τὰ δὲ κοσμεῖν σοὶ τὸν οἶκον. vide an hoc supplementum e meo *Codice* admittendum censeas. illa enim τά δὲ ᾄδειν· τὰ δὲ αὐλεῖν· τά δὲ ὀρχεῖσθαι ei debentur.

P. 72. Vs. 22. Ἐπέδωκε τὴν ἐπιστολὴν] vide L. VIII. IV. 135. 13.

P. 72. Vs. 23. Βίας] Non casu, sed dedita opera *Bianta* facit praetorem *Prienensem*, memor Biantis e septem sapientibus unius, de quo apud *Strabonem* L. XIV. 943. C. & alios Hipponax dicit: Καὶ δικάσασθαι Βίαντ☉ τῶ Πριηνέως κρέσσον. In veteri Codice ad Epigramma Diogenis praemittitur, ὅτι δεινὸς ἦν εἰπεῖν δίκας ὁ Βίας. L. III. XXIV. 24. 286. (293). ubi voces ἑτάρω τιν☉ *Cod.* a manu secunda. sic tamen etiam ap. *Diogenem.*

P. 72. Vs. 26. Καλλωπιζόμεν☉] ut hic in Apographo, centies alias peccatur in secunda syllaba. hic additur praepositio. aliquando omittitur. similis locus ap. *Eunapium* in *Aedesio* p. 44.

P. 72. Vs. 26. Βασιλικαῖς] *magnificis.* nisi tibi persuaseris, Dionysi, Mithridatem haec non injussu regis regum mittere.

P. 73. Vs. I. Ἐντεμεῖν τὰς σφραγῖδας] *Salmasius* l. l & *N. Heinsius* ad *Ovidii* IV. *Porto* IX. 69. inspiciantur. καταχρηστικῶς dicit noster *incidere sigilla.* proprie L. I. ff. *de bon. poss. sec. tab* §. 10. *si linum, quo tabulae ligatae sint, incisum sit. Lucian. Tim.* p. 132. ἐπειδὰν δὲ τὸ σημεῖον ἀφαιρεθῇ καὶ τὸ λίνον ἐντμηθῇ καὶ ἡ δέλτ☉ ἀνοιχθῇ. omnis haec actio τὰ γράμματα λῦσαι modo dicitur. ita in *Joannis Apocalypsi* V. 2. Τίς ἐστιν ἄξι☉ ἀνοῖξαι τὸ βιβλίον, καὶ λῦσαι τὰς σφραγῖδας αὐτῶ. scriptura vacillat in *Apographo* hic & alias exhibente σφα-

σφαγῖδας. nempe ρ τῇ φ inposita evanuit. inde in *Apocal.* C. v. 6. & xiii. 3. varia scriptura σφαγίζειν & σφραγίζειν.

P. 73. Vs. 1. Ἐντυγχάνειν] facete *Alciphr.* L. ii. *Ep.* 1. καὶ οὐχ ἡγησάμενος δεινὸν ἐντυγχάνειν τοῖς ἐμοῖς γράμμασι, ὅλη μοι ἐντυγχάνων. vide *Gataker. ad Antoninum* 1. 7. *Plutarch. Artax.* p. 290. & passim.

P. 73. Vs. 5. Ὅμως] ita pro ὁ μὲν ex mente interpretis reposui.

P. 73. Vs. 6. συνεὶς τοῦ πάθους] est διπλογραφία in apographo πάθος. sane cum accusativo aeque construitur, ac cum genitivo. nec perpetua est differentia significationis, quam tradit *Schol. Iliad.* A. 273. nihil ultra moliendum.

P. 73. Vs. 8. Ἐρημίας] solitudo & convivantium coetus recte opponuntur. quare nihil tento, licet aeger ἠρεμίας μεταχεῖν merito desideret. vide L. iii. x. 60. 16.

P. 73. Vs. 11. φαντασία γὰρ ἀποπληξίας ἔχε] potuisset etiam dixisse. φαντασίαν ἀποπληξίας αὐτοῖς παρέχε. ut locutus L. iii. 1. 41. 3. & loquitur *Strabo* iv. 317. B. ἑνὸς ὄρους φαντασίαν παρεῖχεν.

P. 73. Vs. 14. οὐδὲ ὅλως ἤθελε.] vi. v. 105. 6.

LIBRI QUARTI CAPUT SEXTUM.

P. 73. Vs. 17. Μεθ' ἡμέραν] *H. Stephanus* in Lexico & alii abunde illustrarunt hanc formulam. *Ulpian.* ad *Demosth.* in *Timocr.* 790. E. exponit ἐν ἡμέρᾳ. uti alii Grammatici. apud *Polyb.* v. C. 26. 521. ἡ μεθ' ἡμέραν συμπεριφορὰ vertitur. *post exacta diei officia convivium.* at rectius. *munus, usus, consuetudo cum rege interdiu versandi.* utrum μεθ' ἡμέρας vel μεθημέρας plane sit repiciendum dubito: etiam extra Atticos scriptores. Elliptica est locutio ap. *Herodot* iii. 18. τὰς μὲν νύκτας. — τὰς δὲ ἡμέρας. & *Xenoph.* K. Π. 1. p. 11. C. ἐπὶ τῷ δείπνῳ. — τὰς ἡμέρας. in quibus commode μετὰ vel κατὰ intelligas. igitur nihil nisi usus obstare videtur, quin dicatur μεθημέρας. quod etiam legitur. sic ap. *Strabonem* xv. p. 1036. D. saltem editur μεθημέρας. Sed in *Codd.* forma, qua ipse & Attici alias utuntur. apud *Polyb.* x. v. 806. In *Cod.* μεθ' ἡμέρας. apud *Schol. Homeri*, quem debemus diligentiae Cl. *Valkenarii* post *Ursinum* p. 63. μεθημέρας erat. apud *Aristaen.* 1. 24. nescimus utrum μεθημέρας an μεθημέραν fuerit, cum legatur μεθημέρα.

P. 73.

P. 73. Vs. 17. Τήρησιν] De zelotyporum custodia circa uxores proprie adhiberi animadvertit *Cl. Trillerus* in *Observat.* p. 114.

P. 73. Vs. 18. Ἐπαγγείλῃ] non injuria ἀπαγγείλῃ quis praeferat. ubique haec confunduntur. videantur Cl. v. v. *J. Taylor ad Lycurgum* §. 5. p. 323. *P. Wesseling. ad Diod.* IV. I. XIII. 32. *L. Rhodom.* IV. 85. *J. Gronov.* ad *Herodot.* VII. 150. ap. *Demosth.* p. 138. C. Codd. turbant. vide L. VII. IV. 119. II.

P. 73. Vs. 18. Καρίᾳ] in Καρδίᾳ abierat. sic & alibi ap. *Apollodorum.* Cl. *Cocchium* non latuit. delituerat mox pene Ἰωνίας.

P. 73. Vs. 20. Εἶναι δοκεῖ] id est ἐστίν. ut *esse videtur.* pro *est.* adscribam *Eunapii* locum non absimilem, ut simul emendem. exstat in Maximo p. 101. ἀλλ' εἰς ἀρχὴν μετέστη σε μείζονα, ἀνθύπατον αὐτὸν ἐπιστήσας τῆς νῦν ἰδίως Ἀσίας καλουμένης. αὕτη δὲ ἀπὸ Περγάμου τὸ ἀλιτενὲς ἐπέχουσα πρὸς τὴν ὑπερκειμένην ἤπειρον ἄχρι Καρίας ἀποτέμνεται. καὶ Τμῶλος αὐτῆς περιγράφει τὸ πρὸς Λυδίαν. ἔστι δὲ ἀρχῶν ἐνδοξοτάτη καὶ ὀυ κατήκοος τοῦ τῆς αὐλῆς ἐπάρχου. vulgo ἀλιγενές.

P. 73. Vs. 21. ἐπὶ θαλ . . . τος] si literae servari debent, nihil reponere habeo. alioqui cum interprete ἐπὶ θάλατταν vel ἐπὶ θαλάττης. modo motus ad locum in prosa per genitivum exprimatur, extra nomina propria & vocabulum οἶκος, ἐπὶ οἴκου. quod proprio aequipollet. ut in lingua Latina. *domum ire.* & forte θάλασσα hic pro proprio fere sumi posset. τόποι ἐπὶ θαλάττῃ vocentur θάλαττα. *Diod.* XX. 58. πρὸς τοὺς ἐπὶ θαλάττῃ τόπους, vel ut *Cod.* ἐπι θαλαττίους τόπους. *Isocrat. Paneg.* 70. E. *Thucyd.* VIII. V. *Xenoph.* H. H. I. 437. E. *Mos. Solanus* in *Plutarchi Alex.* 85. κομίζειν ἐπὶ σκηνῆς inprobat. recte. nisi ibi σκηνὴ aequipolleat voci οἶκος. vide quoque *Miscell.* IV. I. I. si scriptura est fidelis, non fuit ἐπὶ θάλατταν. quia prima syllaba caret accentu. an latet vox αὐτός?

P. 73. V. 22. Ἰδιολογίαν] Vocem *Suicerus* habet. L. VI. VII. 108. 14. ἰδιολογίσασθαι. *Thucyd.* V. 36. λόγους ποιοῦνται ἰδίους. ubi *Codd.* ἰδίᾳ. sed vulgata non rejectitia. *Heliod.* VIII. 374. ἰδίᾳ δὲ βούλεσθαι φράζειν ἀπεκρίνατο. VIII. 363. μόνῃ καὶ ἰδίᾳ τῶν ἄλλων ἐντυγχάνειν. sic *Taur.* VII. 361. μόνος πρὸς Χαρίκλειαν ἰδιάσας. quod *H. Stephanus* modo ex *Hesychio* agnoscit. *Diod.* IV. 51. p. 295. κατὰ μόνας ἐντυχεῖν. λόγον αἰτεῖν dixit *Longus* IV. 113.

P. 73. Vs. 22. Μόνος, ἱκετεύω σέ, φησιν, ὦ δέσποτα] μόνος φησί. non male adfuisset παραγενόμενος. an μόνος ad superiora spectat. ἰδιολογίαν ᾐτήσατο μόνος. ita modo vidimus μόνῃ καὶ ἰδίᾳ. ita absolute fere *Eunapius* p. 90. σὺν ἐκείνῳ τινὰ μόνοις γνώριμα διαπραξάμενος.

P. 73. V. 25. ἐπιβουλεύει] *Artemid.* IV. 73. καὶ γὰρ ἡ φαρμακεία καὶ ἡ μοιχεία λάθρα γίνονται, καὶ ἀμφότερα ἐπιβουλαὶ λέγονται.

P. 74. Vs. I. Ἀσμένος] Typicum vitium pro ἀσμένως accentus indicat. alioqui & hoc bonum. VI. IX. 112. 4. frustra hoc vel illud ut Atticum

ticum magis amplectimur. bene de talibus judicat *Cl. Wesselingius* ad *Diod.* v. 13. p. 341. in *Aeliani Ep.* 1. secundo loco malim. ἀσμένως. nec ὁμοιοτέλευτον satis caussae ad mutationem. vide *Achill. Tat.* VIII. 469. *Lysias* III. 80.

P. 74. Vs. 1. ἤκουσε τῶν λόγων] fruatur judicio suo, qui malit τὸν λόγον: certe non opus.

P. 74. Vs. 2. προσκρούματα] *offensiones.* passim προσκρούειν τινὶ, *in odio alicujus esse. alicui inimicum esse.* noster. VII. v. 121. 12. *Demosth.* περὶ εἰρ. 64. A. de *Cor.* 475. D. in *Timocr.* 774. BC. *Bergler.* ad *Alciphr.* I. XXXVII. 166. *Plutarch. Alex.* 65. dixit πρὸς ἀλλήλους ὑπούλως ἔχοντες πολλάκις συνέκρουον. *Demosth. de Cor.* 500. usus active. πάντας συνέκρουεν. *omnes collisit inter se, inimicavit.* προσκρούειν videtur deductum a musica: quando lyra non consonat. unde ἀπᾴδειν & προσκρούειν ap. *Lucian.* T. 1. 666. 667. vel ab ictu mallei. unde *Hesych.* προσκροῦσαι παροργίσαι. προσηλῶσαι. metaphora τοῦ συγκρούειν videtur a re nautica deducta, ubi duae naves infestis rostris συγκρούειν dicuntur. Apud *Lycurg.* §. 35. p. 249. προσκρούσασθαι vertitur. *decipere.* at illud παρακρούσασθαι. passim. *Demosth.* in *Timocr.* 779. A. *Lucian.* 1. 577. explicuit Cl. *Ammonii* interpres III. VIII. p. 191. tralationis rationem.

P. 74. Vs. 3. Διὰ τὴν γειτονίαν] *ceterum hic Syriae, ille Judaeae praepositus, vicinis provinciarum administrationibus discordes. Tacit.* H. II. 15.

P. 74. Vs. 3. Εκάιετο τῆς Καλλιῤῥόης] vindicavit hanc locutionem elegantissimam *Celeb. Tib. Hemsterhusius* ad *Xenoph. Ephes.* L. IV. p. 62. in *Miscell.* VI. 302. ἑαλώκει τῆς Ἀντίας. sic *Theod. Prodr.* p. 17. ἧλων ἐκείνης. Quod idem *vir cl.* ibi apud *Theocr.* IV. 59. tentat, id, quod ad vocabulum πόκ', confirmat optimus omnium Codex: ex quo & aliis versu superiore lege, Εἴπ' ἄγε μ' ὦ Κορύδων. ut καίεσθαι construitur τρύχεσθαι. *Aristoph. Pace.* 989. Οἳ σοῦ τρυχόμεθ' ἤδη τρία καὶ δέκ' ἔτη. *Lysistr.* 222. ἐπιτυφῶσθαι. Ὅπως ἂν ἀνὴρ ἐπιτυφῇ μάλιστά μου. ubi *sch.* ἐπ' ἐμοί vel ἐν ἐμοί. *Bisetus* non male ἔρωτι, ἐπιθυμίᾳ. alii ἐξ vel ὑπὸ latere volunt. Nam ut exciderit, ecquis jam credat?

P. 74. Vs. 4. Επεδήμει Μιλήτῳ] dativus pendet a praepositione.

P. 74. Vs. 6. Κατὰ τὸν δυνατὸν τρόπον] saepius sane obvium τὸ δυνατόν. τὰ δυνατά. κατὰ τὸ δυνατόν. εἰς τὸ δυνατόν.

P. 74. Vs. 6. Δι' ἀποῤῥήτων] *Clam.* ad *Aelian.* V. H. XII. XXXIII. *Perizon.* consule. ἐν ἀποῤῥήτῳ μηνύειν *Lysias* p. 239. *Diodor.* XVII. III. XVIII. 40. ἐπ' ἀποῤῥήτῳ. *sub conditione secreti: silentii.*

P. 74. Vs. 8. Ἰδίῳ δεσπότῃ.] *Suo.* est autem haec compellatio vel honoris & reventiae, vel benevolentiae. hujus generis est in *Epistola* ap. *Vopiscum* in *D. Aureliano* 17. *Flavius Claudius Valerio Aureliano suo salutem.*

tem. & in *Inscriptione* apud *Th. Smithum de Sept. Asiae Eccl.* p. 60. & exhabitum quoque ab *J. Sponio in Miscell. Erud. Antiq.* p. 355. ubi *Impp. P. Lucinius Valerianus & P. Lucinius Gallienus & Licinius Caesar* . . . rescribentes *Julio Apellae*, eum compellant ιουλιω απελλα ιδιω χαιρειν, & Latine. *Vale Apella carissime nobis.* Quod rescriptum repetiit ex *Smitho* Cl. *Muratorius* p. DXCIX. verum ita, ut de suo voculas inseruerit, quae apud neutrum exstant, & partem omiserit, caussatus ita vitiatum, *ut nullus sensus exsculpi posset.* sed quum toties charta frustra perierit, etiam ista *vitiata* potuissent adjici. quae revera facili opera possent, nec sine utilitate, restitui. cui operae nunc supersedeo. Sed honoris est in monumentis *Hadriano* positis ap. *Cyriacum* Anconitanum p. XI. Αὐτοκράτορα καίσαρα τραιανὸν Ἀδριανὸν . . τὸν ἴδιον εὐεργέτην & rursus Θεοὶ ἀδριανὸν τὸν ἴδιον εὐεργέτην Κεραμιητῶν ἡ βυλὴ ϗ ὁ δῆμος. *Cl. Muratorius* p. CCXXXIV. 2. & 3. hos titulos reposuit. & ad ultimum scibit „ *Ceramea* oppidum *Ponti. Ceramus* urbs *Cariae* „ Oppidi Cariae cives vocantur *Straboni* L. XIV. 975. C. κεραμιεῖται. & 969. Κέραμος occurrit. & sic *Schol. Iliad.* E. 385. *Trogi Epitoma* XXXV. *Ceramenses* ex emendatione *Longeruaei.* κεράμιοι vocarentur, si *H. Goltzio* fides ap. *Harduinum* de *Numis Popul.* p. 82. *Ceramea Ponti* nescio unde Viro Cl. innotuerit, nisi ex sordibus *Baudrandii.* si daretur talis urbs, faveret similis titulus *Hadriano* sacer, qui eadem pagina ap. *Cyriacum*, apud *Muratorium* p. MLXXX. in quo Σιβαστοπολειτῶν ἐν τῷ Πόντῳ ἡ βυλὴ ϗ ὁ δῆμος τὸν ἑαυτῶν εὐεργέτην honorat. longe autem meliores leguntur apud *Cyriacum* hae inscriptiones. versiones autem vitiosae. sic ΣΤ. ΚΟΔΡΑΤΟΥ. vertitur *St. Codrato.* cum sit *Statius Quadratus.* vide *Gruter.* MLXXXII. 18. apud *Murat.* DCLXXI. 2. Ἰδίῳ πατρῶνι. ibi noti illi versus in *Homerum.* Ἐνθάδε τὴν ἱερὴν κ. τ. λ. quos p. DCCVII. *Murat.* barbaricis temporibus confictos putat. si lapidem intelligat: esto. at, si versus, nihil barbarici habent, & sunt antiqui, ut constat etiam ex antiquo teste *Auctore vitae Homeri*, quem *Leichius* in *Curis secundis* p. 41. *Plutarchum* habet cum aliis: cujus certissime non est: an *Herodoti* sit, forte dubitari posset. qui & in eo errat, quod ex isto libro in *Anthologiam* relatum censeat. profecto hoc nullo argumento probari potest. certe jam exstat in *Palatino Codice.* Idem in *Miscell. Lipsiens.* p. 472. edidit, credo vitium corrigere sibi visus, πατρώνῳ. at πατρῶνι probum. ita ap. *Gruter.* DXLV. bis τὸν πάτρωνα. & *Hesych.* πάτρωνες. haec jam sufficiant. ambo ignorarunt hunc titulum exstare apud *Gruterum* MLXXXIV. & *Fleedwodium* p. 134. qui male mutavit βεβιωκότι in βιώσαντι. uti male ἐπόησε. quod esse potest probum, in ἐποίησε.

P. 74. Vs. 8. Δῦλός ἐστι σὸς ἐκ προγόνων.] Efficax elogium ad aliquem de-

de meliore nota commendandum laudandumque. in *columna marmorea* in urbe Cariae *Mylassis* existente apud *Whelerum* p. 285.

Ο ΔΗΜΟΣ ΜΕΝΑ
ΝΔΡΟΝ ΟΥΛΙΑΔΟΥ
ΤΟΥ ΕΥΘΥΔΗΜΟΥ Ε
ΥΕΡΓΕΤΗΝ ΤΗΣ
ΠΑΤΡΙΔΟΣ ΚΑΙ
ΕΞ ΕΥΕΡΓΕΤ
ΩΝ ΓΕΓΟΝΟΤΑ

Murat. p. DLVII. 6. ex *Whelero* quidem edidit, sed nulla columnae elegantissimae ratione vel mentione habita. male reddit praeterea *Uliadis* pro *Uliadae.* ap. eundem p. CCXXIV.

Γερμανικον καισαρα θεου σεβαστου
υιον απο προγονων ευεργεταν
* α πολις — * sic lege

ibi ἀπὸ προγονίων (sic) vertitur, *more majorum.* at qui ita vertit, an intellexerit formulas ἀπὸ προγόνων & *more majorum* dubitari posset. verum majoris rei emendatio proponitur. pro θεῦ nempe legendum TIB. nescio an aliis hoc placiturum sit. mihi supplendum videtur γερμανικὸν καίσαρα τιβερίυ καίσαρος υἱὸν θεῦ σεβαστῦ καίσαρος υἱωνόν.

P. 74. Vs. 15. Καὶ τί χρὴ πράττειν ἐβουλεύετο] *& sententias imperat. interpres.* mallim strictius adhaereri auctorum verbis. *&* [*cum iis*] *consultabat quid faciendum.*

P. 74. Vs. 19. προεστηκότας] *potentia.* L. v. IV. 85. 12. vocat φίλυς καὶ συγγενεῖς.

P. 74. Vs. 20. Ἀνάρπαστον] subito & ita e medio tolli, ut vel in exilium, in loca ignota veharis, vel etiam morti & supplicio tradaris. Quod *Tacitus* dicit L. II. *Ann.* 77. *ut te inauditum & indefensum . . . primo rumore rapiant.* & *Ammianus* XV. 5. 65. *alter ab oriente raptus odiis inimicorum addiceretur. Xenoph.* IV. *Memor.* 798. D. Ἄλλυς δὲ πόσυς οἴει διὰ σοφίαν ἀναρπάστυς πρὸς βασιλέα γεγονέναι καὶ ἐκεῖ δυλεύειν. ita bis utitur *Demosth.* in *Midian* p. 622. E. 623. D. & habes προαρπάζειν in *Neaeram* p. 862. B. *Lycurg.* in *Leocr.* §. 10. *Plato Phaedro* 229. D. de Orithyia a Borea rapta. ita populus plane deletus dicitur ἀνάρπαστος ἐξ ἀνθρώπων. *Porphyrio* de *Abstin. Animal.* II. 132. vide ad L. III. VII. 54. 22.

P. 74.

P. 74. Vs. 21. Ἀνωμάλων δὲ τῶν γνωμῶν γινομένων.] *Aeschin.* παραπρ. 247. C. ἀνωμαλία τῆς κατηγορίας. 253. C. *Manetho* saepius ad varios mores & fortunam adhibet. L. II. 216. III. 306. L. I. 270. ubi quis dubitet βιότοιο δ' ἀνώμαλα reponere, vel βιότυ δὲ ἀνώμαλα. vide editorem L. I. 256. egregie scrupulosum. ἠθῶν ἀνωμαλίαν dixit *Philo Judaeus* de *Josepho* p. 45.

P. 74. Vs. 22. Ὑπεδύετο.] L. I. IV. 7. I.

P. 74. Vs. 24. Ἀρχὴν ἔχειν καταφρονήσεως] *Plutarch. Arato* p. 336. Ἀθηναίοις δὲ τὺς ἐλευθέρους ἀφῆκεν ἄνευ λύτρων, ἀρχὰς ἀποστάσεως διδὺς αὐτοῖς. *Lucullo* p. 185. καὶ πᾶν τὸ πρὸς ἡδονὴν τῦ ἄρχοντος γινόμενον, ἀρχὴν ἀτιμίας καὶ κατάλυσιν ἡγύμενος. ubi frustra *Brianus* ἀρχῆς ἀτιμίαν. *Lucian.* in *Abdic.* T. II. 175. μείζυς ἀρχὰς εὐνοίας ἔχειν. *Convivio* p. 428. οὐκ εἰδὼς ὅσων κακῶν ἀρχὴν ὁ σκύφος ἐκεῖνος ἐνδεδώκει. de hoc *infinitivo* dictum L. I. XIV. 20. 14.

P. 74. Vs. 25. Παραπέμπεσθαι καὶ τὴν γυναῖκα τὴν καλὴν] *alius vero affectus suadebat pulcram quoque mulierem deduci.* παραπέμπειν est *honorifice deducere. comitari.* sic Polycharmus Mithridatem L. V. X. 95. 24. παραπέμπει. & millies. mox dicit ἔδοξε καλέσαι καὶ τὴν γυναῖκα. in Epistola vero simpliciter habetur. Διονύσιον, ἐμὸν δῦλον, πέμψον. nulla addita de muliere mentione. nempe Rex supponebat, si vir veniret, etiam uxorem venturam. mos enim Persicis principibus in itineribus, bellis uxores comites trahere. non dubitabat igitur Rex, si iter suscepisset Dionysius, quin decerneret uxorem una ἐπάγεσθαι. quae tum merito a viro παραπεμφθῆναι diceretur.

At L. V. IV. 85. 26. Mithridates ad regem: ἔδοξας δ' αὐτὴν ἀναγκαίαν διὰ τῆς ἐπιστολῆς, καὶ ἔγραψας παρεῖναι. tamen ibidem Rex dicitur αἰδεῖσθαι κελεῦσαι τὴν γυναῖκα παρεῖναι. & ibi arguit Dionysius praesentiam uxoris suae in judicio non esse necessariam, quod non ausurus, si verbis expressis rex sisti etiam mulierem inperasset. haec ita concilianda, si possint. nam pugnare videntur. immo vix ita haec solvere licet, quum loco dicto *amici perhibeantur ejus praesentiam requisivisse* προφάσει τῆς ἐπιστολῆς. *quia rex eam in epistola ut necessariam vocarat.* Alia via igitur insistendum & verba illa καλέσαι καὶ τὴν γυναῖκα interpretanda, de epistola alia, quae a rege vel regiis ministris data ad ipsum Dionysium. praeter quam etiam aliam scripsit ad Pharnacen satrapam, qui, si tergiversarentur venire, ipsos cogeret. Epistola ad Dionysium, respectu uxoris adducendae, fuerit magis suasoria quam inperativa.

Sed an non μεταπέμπεσθαι. *evocare. arcessere* cum interprete legendum? mihi videtur uxor, quam comitem in itinere habet maritus, posse dici a merito παραπεμφθῆναι. quemadmodum ap. *J. Capitolin.* in

Vero C. VII. *Nam senatui Marcus dixerat se filiam in Syriam deducturum.* & abstinuit a voce μεταπέμπεσθ, quia verecundia regis non permittebat, ut directis verbis arcesseret alienam uxorem, eamque innocentem. itaque etiam dicit L. V. III. 84. 5. ἀφίημί σοι τὴν αἰτίαν, ὅτι μετὰ γυναικὸς ἐβάδιζες. non ὅτι καὶ τὴν γυναῖκά σου μετεπεμψάμην.

P. 74. Vs. 26. Σύμβουλοι μὲν οὖν . . καὶ σκότος ἐν ἐρημίᾳ γινόμενοι ἀνεμίμνησκον] est parva lacuna ante καὶ. quo loco commode *Cl. Cocchio* vox Ἔρως reponitur. L. VI. VII. 108. 4. παραυτίκα μὲν οὖν ἔπειθε, πάλιν δὲ νυκτὸς γινομένης ἀνεκάετο, καὶ ὁ Ἔρως αὐτὸν ἀνεμίμνησκε. L. VI. IV. 104. ὁ Ἔρως ἔνδον παρὼν καὶ λέγων· οἷον κ. τ. λ. sed sic absentis mulieris amore jam flagrare induceretur Rex. cujus rei exempla exstare volunt. vel ἔρως modo accipiendum pro ἐπιθυμία. malim igitur fere οὖν οἶνος καὶ σκότος. notum est Persas, ipsosque reges omnem fere noctem vino vacasse. suffecerit unus testis *Aelianus* V. H. XII. I. 712. μετὰ γὰρ τὸ ἐμπλησθῆναι τροφῆς, οἱ Πέρσαι τῷ τε οἴνῳ καὶ ταῖς προπόσεσιν εὖ μάλα ἀποσχολάζουσιν, οιονεὶ πρὸς πότον, ὡς πρὸς ἀντίπαλον ἀποδυόμενοι. Commode advocat *Salvinius Terentianum. Persuasit nox, amor, vinum, adolescentia.* & passim. sic *Ovidius* I. *Amor.* VI. 59.

Nox & amor, vinumque nihil moderabile suadent.

sic hic eleganter οἶνος & σκότος dicuntur σύμβουλοι & *suasores. Demosth. in Midian.* p. 609. B. alia in caussa haec conjungit, ut alii centies. τρεῖς εἶχε προφάσεις μέθην, ἔρωτα, ἄγνοιαν διὰ τοῦ σκότους καὶ νυκτός τὸ πρᾶγμα γενέσθαι. ex quo loco forte quis conjecerit σύμβουλοι μὲν οὖν νὺξ καὶ σκότος. synonyma saepe conjunguntur. sed & nox aggravat: praecipue si tenebrae luminibus non dissipantur.

P. 74. Vs. 26. ἐν ἐρημίᾳ] Nam sive *amor sive vinum* hic adfuisse fingantur, sive uterque, nisi in solitudine multum potuissent. fabulis convivantium, praesentia forte aliarum formarum curae hae & imagines debilitatae & dissipatae fuissent. ita *Achilli Tatio* L. II. 85. οἶνος, ἔρως, ἐλπίς, ἐρημία. solus secum hic deliberabat Artaxerxes & νυκτὶ βουλὴν ἐδίδου, ut *Herodot.* de Xerxe. L. VII. 12. dissimili caussa. Μετὰ δὲ, εὐφρόνη τε ἐγίνετο καὶ Ξέρξεα ἔκνιζε ἡ Ἀρταβάνου γνώμη. νυκτὶ δὲ βουλὴν διδούς.

P. 75. Vs. 2. Προσηρέτιζε] Latifundia Graecitatis hoc vocabulo extendantur.

P. 75. Vs. 3. ἐμέμφετο τοῦτο Φαρνάκην.] ne quis sollicitet obviam locutionem.

P. 75. Vs. 4. Ὄνομα] non foret deterius τοὔνομα. sic *Cap. seq.* ἀποσβῆναι βασιλέως. & in similibus saepe articulus abest, ubi ex nostro idiomate necessa-

cessarius videretur. ap. *Nemesium* de N. H. C. 1. p. 37. (26) legitur δι' ὃν ὁ Θεὸς ἄνθρωπος γέγονε. in meo Codice. δι' ὃν ϗ Θεός. & mox γεγονὼς pro γεγονός. & pro ἀστέρων κινήματα ϗ μέτρα κατονοεῖ. legendum. α. κ. ϗ διαστήματα κ. μ. πολυπραγμονεῖ. Codex vocem addidit. Plantiniana margo suppeditat ultimum vocabulum, & liber noster. mox supple πᾶσαν ἐπιστήμην, ϗ τέχνην ϗ μέθοδον κατορθοῖ. media vox in versione tamen se tuita fuit. noster Cod. vocem μέθοδον omittit. potest quidem τέχνην esse e glossa. sed supplementi loco malim reponi.

P. 75. Vs. 4. Ἐπ' ἀμφιβόλῳ τῷ . . . τυγχάνειν] usitatius credo in hac locutione fuisset ἐπὶ τῷ ἀμφιβόλῳ τοῦ . . τυγχάνειν. ut *Samosath.* de *Gymn.* II. 892. ἐπὶ τῷ ἀδήλῳ ϗ ἀμφιβόλῳ τῆς νίκης. ita *sub incerto salutis* illustrat *Pricaeus* ad *Appulej. Met.* p. 220. *Lucian. Rhet. Praec.* T. III. 26. dicit quidem ἐπὶ ψιλῷ τῷ τρέψεσθαι. Verum hae locutiones distare aliquantum videntur. potes accipere per ἐπεξήγησιν. in hac voce restitue *Alciphr. Ep.* I. VIII. ἀποκόπτειν γὰρ εἰώθει γνώμης ἢ τῶν φίλων συμβουλὴ τὸ ἀμφίβολον. ita Codex meus. vulgo γνώμην . . ἀμφίβολον.

P. 75. Vs. 8. Ἐπεβούλευσας] ἐπεβούλευσεν *Apogr.* scilicet quia praecedit ἧκε, & id accipit pro tertia persona, & hic eandem reposuit scriba. Nam non credo confugiendum hic esse ad μετάβασιν a secunda ad tertiam personam, ut in hoc *Homeri Iliad.* P. 250.

—— —— ὦ φίλοι —— ——
Οἵτε παρ' Ἀτρείδῃ Ἀγαμέμνονι ϗ Μενελάῳ,
Δήμια πίνουσι pro πίνετε.

quem locum *Schol. Eurip.* ad *Alcestin* advocat vs. 590.

LIBRI QUARTI CAPUT SEPTIMUM.

P. 75. Vs. 10. Ἐδήλωσε τάτε πεπραγμένα] Invenitur aliquando vocula ΤΕ in media periodo abundans vel vim τῆς ϗ adsciscens, licet plerumque pro suo linguae purificandae studio Critici ei controversiam moveant. nec in omnibus locis patronus fuero exilium timentis. at nec a me impetrare possum, ut alterum id decretum decernam. *Athenaeus* L. XII. XII. ἐκείνῳ μὲν ἥτε Ἀσία ὅλη χορεύγει. magnus interpres legendum censet ἥγε vel aliquid deesse. *Plato* VII. *de L. L.* 818. B. ἔσται θεῖάγε οἶμαι, τῶντε ἀναγκαίων ἐστίν. τε expungendum censet *H.*

 Ste-

Stephanus. Max. Tyr. XXXVII. VIII. p. 443. ὧν πρόσθεν οὐδὲ ἀκοὴν εἶχες τε, οὐδὲ ἐλπίδα τῆς θέας. *Davisius* γε. *Lucian. Dial. Deor.* I. 254. ἐγὼ δὲ ἀπωθοῦμαι τὴν δίαιταν, ἐπίσης τε ὑμᾶς ἀγαπῶν, καὶ εἴ γε οἷόν τε ἦν ἡδέως ἂν ἁπάσας νενικηκυίας εἶδον. ἰδὼν praefertur vel τε delendum. *Diod. Siculus* XI. C. 37. 71. ἐπηγγέλλοντο δέ τότε Μηδίσαντα τῶν ἐθνῶν ἀναστήσαντες, δώσειν ἐκείνοις τὴν χώραν. alii τότε. alii delent. L. XIV. C. 44. 98. ὧν ψηφισαμένων τὴν ἐπιγαμίαν, ἐμνήστευεν ὁ Διονύσιος Δωρίδα τε τὴν Ξενέτου θυγατέρα. ubi *H. Stephanus*, uti alii Grammatici, profitetur quidem *alibi pleonasmum ferri posse utcunque*, at hic *nullo modo.* sed & in hoc loco & alias mihi secus videri, fateor. praecessit enim de aliis nuptiis ab eodem Dionysio ambitis. apud *Aristaen.* L. I. 10. legitur. Ὃς δὲ οὖν τῇ παρθένῳ βραχέα νυκτομαχήσας, τότε λοιπὸν εἰρηναίων ἀπέλαυεν ἡδονῶν. ubi *Mercerus* γε. ὃς vero est *Aurati*. In nostro loco τότε interpretor καὶ τά. Nam negotium hoc esse ὕπουλον ex evocatione Regis jam senserat. sic in οἷόν τε. & aliis abundare videtur.

P. 75. Vs. 12. δεδοικὼς τὰς διαβολὰς] *Thucyd.* VI. 61. δείσαντες τὸ ἐπὶ διαβολῇ ἐς δίκην καταπλεῦσαι. *Tacit.* II. *Hist.* 65. *laetitiam & gratulationem vultu ferens, animo anxius & petitum se criminationibus gnarus.*

P. 75. Vs. 12. τὸν θυμὸν] Excandescentia regum Persicorum apud Historicos notata.

P. 75. Vs. 14. Ἁρπάσας] rapere, abducere matronas, eo tempore non ita infrequens. ἅρπαξ. *raptor.* ea vox excidit apud *Heliod.* L. X. 527. quem locum ita legas ex *Codd. Taur. Vat. Xyl.* Ληστὴς ἐγὼ καὶ ἅρπαξ, καὶ ἄδικος, καὶ βίαιος περὶ [*Cod.* T. παρὰ] ἀλλ' ὑμέτερος εὐεργέτης.

P. 75. Vs. 15. Κρατήσεις τοιάδε μένων] nihil muto. *obtinebis talia tanta, si manseris.*

P. 75. V. 15. χερσὶ] *Impotentiae. violentiae.* VIII. II. 131. 8. εἰς τὰς ἐκείνου χεῖρας φέροντας αὐτὰς ἐμβαλεῖν.

P. 75. Vs 16. Μακρὰν γὰρ ἐστι βασιλεύς. καὶ . . . ἔχει στρατηγοὺς] Interpres dederat. *Rex longe abest : habet quos mittat suos imperatores. enim* & *at* addidi, nec sic ad scopum hoc ratiocinium videtur facere. quin illud *At* quod inserſi non est in contextu. igitur supplementum requiritur, quod non adversetur τοῖς, μακρὰν γὰρ ἐστι βασιλεύς, sed quod magis adstruat. quid si excidit, καὶ φαύλους ἔχει στρατηγούς! primo *rex longo itinere abest. quod si coercere me per vicinos satrapas velit, istos non metuo. sunt* ἄνανδροι. ἄχρηστοι. ἄπιστοι. an liberiore conjectura tentabimus καὶ σὺ ἔχεις στρατιώτας. ut haec Mithridates ad se ipse dicat. *longe rex abest : at si veniat, armatus ei potes occurrere.* Ut *Aeson* ap. *Val. Flacc.* I. 760.

An patres, regnique acuat mutabile vulgus.

στρατηγοὶ & στρατιῶται non semel τάξιν mutarunt. vide Cl. *Taylorum* ad *Lysiam* p. 275. prima ἔννοια barbarorum, apud *Eumen. Paneg. Constantini* XXI. *quando perveniet? quando vincet? quando fessum reducet exercitum?*

P. 75. Vs. 16. Ἀθετήσειε] *spernere* saepe notat. verum hic violentius quid significat. verti *contumeliae aliquid in aliquem decernere. Hesychius* explicat ὑβρίζειν. ἀτιμάζειν. quamvis etiam καταφρονεῖν. consule ibi Cl. *Albertum. Erasm. Smidium* ad N. T. p. 419. & alios Biblicos Interpretes. *Heliod.* VII. 366. conjungit ἀδικούμενον δὲ καὶ εἰς ὅρκους ἀθετούμενον. *Ulpian.* ad *Demosth.* de *Corona* 503. F. περιϊδὼν τοὺς ὅρκους explicat ἀθετήσας. & παραιτοῦμαι ἀθετῶν p. 513. E. *Diod. Sic.* XVIII. 32. dixit κολάσαι τὴν ἀθεσίαν τῶν παραβεβηκότων τοὺς ὅρκους. quod doctus interpres optime vindicat. fere dixerit quod Pharnabazes ap. *Xen.* H. H. IV. 512. B. ἐγὼ τοίνυν, ἐὰν βασιλεὺς ἄλλον μὲν στρατηγὸν πέμπῃ, ἐμὲ δὲ ὑπήκοον ἐκείνου τάττῃ, βουλήσομαι ὑμῖν καὶ φίλος καὶ σύμμαχος εἶναι.

P. 75. Vs. 17. Οὐδὲν δυνήσῃ χεῖρον παθεῖν] *Tacit.* IV. H. 32. *denique ausos aut libertas sequetur, aut victi iidem erimus.* III. 67. *nihil atrocius eventurum, nisi in quod sponte ruant.*

P. 75. Vs. 18. Ἐντάφιον ἔνδοξον ἡ ἡγεμονία] *vestes & ornatus sepulcrales.* haec formula in deliciis fuit auctorum. *Heliod.* I. 25. καλὸν ἐντάφιον ἡ σωφροσύνη. *Philostr. Vitis Sophist.* I. XVI. 3. ἐνταφίῳ τυραννίδι χρησάμενοι. ubi id animadvertit desumtum ex *Isocratis Archidemo Olearius.* qui otium facere potuisset commentatoribus. nec non *Perizonius* ad *Aeliani* V. H. I. XVI. & aliis locis. cl. tamen interpres ad *Diodor.* XI. 11. & XV. 17. non sine fructu pulcerrima alia exempla attulit. nec mihi sit fraudi paucula haec adjecisse. fruantur suo supercilio & paedagogico genio, qui viris eruditis vitio vertunt, si formulam hanc vel illam ab alio illustratam denuo nova & ampliore luce perfundant. Nam utilis quoque exemplorum copia: & sub alia forma diversis locis eadem doceri. neque enim omnes legimus omnia, nedum ut meminerimus. non tamen plagiariorum caussam ullo egerim modo: nec ineptorum hominum, qui notissima exemplis multis sine necessitate inculcare satagant. tamen in istam partem peccari malim, quam eorum institutum sequi, qui suas emendatiunculas proponunt sine ulla adstructione, quem si laborem, sane necessarium, subire vellent, egregie saepe sibi aquam haerere sentirent, atque experirentur ea, quae visa fuerant indubitata, ne quidem Graeca vel Latina esse.

Addam Epigramma Νικάνδρου, εἰς τοὺς Ἰφικράτους παῖδας ἐξ πεσόντας ὑπὸ τὸ τεῖχος Μεσσήνης.

Ἑρπυλίδας, Ἐράτων, Χαῖρις, Λόχος, Ἆγις, Ἀλέξων,
Ἐξ Ἰφικρατίδα παῖδες ἀπωλόμεθα.
Μεσσάνας ὑπὸ τεῖχος· ὁ δ' ἕβδομος ἄμμι Γύλιππος
Ἐν πυρὶ θεὶς, μεγάλαν ἦλθε φέρων σποδίαν.
Σπάρτᾳ μὲν μέγα κῦδος. Ἀλεξίππᾳ δὲ μέγ' ἄχθος
Ματρὶ τὸ δ' ἐν πάντων καὶ καλὸν ἐντάφιον.

P. 75. Vs. 23. ποίαις ἐλπίσιν ἐπιμβύω] cur non repeteretur ἐπι in verbo? sane centies ἐπὶ pro ἔτι adhaesit vocabulis & contra. non tam facilis fuerim tamen in his mutandis. si forte haberetur ἔτι μβύω, critica manus, ne quiesceret, reposuerit ἐπιμβύω: deinde multa adstruxerit, quam eleganter praepositio repetatur. vide L. VIII. VI. 140. 2. mox in apographo haec ἀποδῶν. ἀγγέλων & ὦ Διονύσιος.

P. 75. Vs. 23. Κἂν ἐν τῇ κρίσει] illud καὶ ἂν si esset sermo dubius, nihil vitii haberet. nunc puto vel scribendum καὶ ἐν τ. κ vel κἀν τῇ κ. pro καὶ ἐν. uti κἀκ pro καὶ ἐκ etiam in prosa. *Porphyr.* de *Abstin.* I. 34. & 92.

P. 76. Vs. 1. Θεράπειαν] apud *Alciphr.* I. XXXVIII. 174. malim ἀπὸ τῆς Συρίας δεῦρο κατάραντα μεθ' ὅσης θεραπείας καὶ παρασκευῆς. cum *Codice*.

P. 76. Vs. 2. Ἀγαθὴν ἔχων ψυχὴν] *Apographum* Τύχην. at talia librariorum somnia luce erudita plane indigna. sensus & frequentia hujus erroris restitutionem verae lectionis in contextum vindicant. exempla aliquot similis hallucinationis habes in notis *L. Hostenii* ad *Demophili Similitudines* p. 112. *Ed. Rom.* apud *Aristaen.* I. 10. habes Ψυχῆς pro Τύχης. ap. *Plut. Æmilio Paullo* 148. ἀγαθαῖς Ψυχαῖς pro Τύχαις. at *Cod.* vitium indicavit. vide *Ammonium* in Δῆμα & ibi doctum commentatorem. *Bergler.* ad *Alciphr.* II. XIII. *Xenephonti* K. Π. I. 13. A. recte Leunclavius ψυχὴ pro τύχη redonavit. in *Platone* de R. P. X. 603. E. τύχης recte pro ψυχῆς praetulit *H. Stephanus*. apud *Strabonem* XV. 1014. c. ita ψυχόντος locum τυχόντος occupat, invito Casaubono & jure. locutio autem nimis nota. vide nostrum. II. V 31. 13. *Heliod.* I. θυμὸν ἀγαθὸν ἔχειν dixit. apud *Diodor. Siculum* L. I. C. 71. legimus Οὐχ ὅπως ἠγανάκτουν ἢ προσέκοπτον ταῖς ψυχαῖς, ἀλλὰ τἀναντίον ἡγοῦντο ἑαυτοὺς ζῆν βίον μακαριώτατον. ibi si reponas τύχαις, convenientem habueris sensum. *non indigne ferebant, nec offendebantur sua forte.* Βίου τύχαι. passim *infortunia. casus vitae.* videantur *Miscell.* II. p. 168. apud *Manethonem* L. V. 306. ψυχῆς locum τύχης occupans etiam majores turbas dedit. nam cum non sint ejusdem moduli, locum etiam mutarunt in versu. ut brevis sim, lege:

Πίστεις μὲν παρέχει σοβαραῖς μεγάλῃσι γυναιξὶν,
Ἐκ δὲ τύχης μικρῆς ἐπὶ μείζονα πίστιν ὁδεύει.

editur

editur ἐκ δὲ μικρῆς ψυχῆς. in priori autem versu editur πίστις μὲν παρέχει. & vertitur *fidem* praebet. legit igitur πίστιν. sed malim πίστεις. nisi πίστις pro πίστεις accipias non modo ex corrupta orthographia: verum quia re vera tales plurales casus inveniantur. sic τάξις, Σάρδις apud *Herodotum*, & πόλις, si memini bene. in *Maneth.* L. III. 150. habes παρακοίτις. IV. 212. ὑδρομάντις. οἷς βληχώρδυαι apud *Porphyr.* de *Abstin.* 256. apud eundem L. IV. 368. ἐκ τῶν ἐρπήκων τοῦ φοίνικος, ἃς καλοῦσι βάϊς. uti ibi legendum pro ὀπεδίκων. posses vero in primo versu legere στοβαράς. πίστεις στοβαραί. *munera officia fastuosa*

P. 76. Vs. 4. Στόλον ἔστελλε] notus Atticismus. στόλος de *terrestri agmine*. vide *Arrianum* de *Exp. Alex.* II. 25. & 101. *Sch. Apoll. Rh.* I. 704. *Casaub.* ad *Strab.* III. 246. ap. eundem L. 259. B. ἀπόστολοι vertuntur *legati*. cum sint *expeditiones maritimae*. ut saepe.

P. 76. Vs. 7. προέθηκε γὰρ τῆς γυναικὸς ἡ φήμη] aperte corruptum. legendum vel προέθει vel προέτρεχε. L. I. I. I. 7. ἡ φήμη διέτρεχε. I. V. 8. II. quare hoc malim. *Val. Flacc.* II. 129. de *Fama. praecurrere qualis Bella soles. Tacit.* A. XV. 4. *acto raptim agmine, ut famam sui praeveniret. Mamertin. Paneg.* II. VIII. *ipsam, quae vos conata est praevenire, famam praevertistis. Nazarius Paneg. Const.* XVI. *nusquam gradum extulisti, quin ubique te gloria quasi umbra comitata sit. Lucian.* asino p. 617. ἡ γὰρ ἐμὴ δόξα προεληλύθει ἐκ μακροῦ, Eleganter Dea Fama ante aliquem volare & currere dicitur, quando regis vel magni viri gloria ea est, ut etiam procul remotos in ejus occursum excitet, & celebritate hominum stipetur, quacumque ingrediatur.

Ea est mens & acumen politissimi Epigrammatis, quo Crinagoras celebravit *Pyrenaea balnea*, quibus usus est felici cum successu *Imperator Augustus*, cum in *Cantabria*, distillatione jecinoris vitiosi ad desperationem redactus, contrariam & ancipitem medendi rationem subiit, & postquam calida fomenta incassum adhibuisset, auctore *Antonio Musa* frigidorum vim tentare coactus fuit. quemadmodum narrant *Sueton.* in *Aug.* C. LXXXI. & *Dion Cassius* L. LIII. p. 517. qui ψυχρολουσίαις καὶ ψυχροποσίαις sanatum dicit. in haec balnea *Cantabrica*, sive *Pyrenaea*, antea ignorabilia, sed hac *Augusti* restitutione decantatissima, sic cecinit Crinagoras.

Κἢν μυχὸν Ὀρκυναῖον ἢ ἐς πύματον. Σολόεντα
  Ἔλθῃ, καὶ Λυβικῶν κράσπεδον Ἑσπερίδων,
Καῖσαρ ὁ πουλυσέβαστος, ἅμα κλέος εἶσιν ἐκείνῳ
  Πάντῃ; Πυρήνης ὕδατα μαρτύρια.
Οἷσι γὰρ οὐδὲ πέριξ δρυτόμοι ἀπεφαιδρύναντο,
  Λουτρὰ καὶ Ἠπείρων ἔσσεται ἀμφοτέρων.

Etsi

Etsi ad Hyrcanum sinum vel ultimum Soloentem
Eat, & Lybicarum extremam oram Hesperidum,
Caesar Augustissimus, simul Fama it cum eo
Quacumque. *Pyrenes aquae sunt testes.*
Quibus enim neque vicini lignatores abluebant,
Balnea ambarum etiam fecit continentium.

Paucis libet illustrare hoc hectastichon, licet sane facillimi intellectus. cur id consilium ceperim, mox patebit. Edidit olim *L. Holstenius*, ad *Stephanum* περὶ πόλεων, voce Ἑρκύνιον. unde adparet virum Geopraphiae veteris callentissimum intellexisse μυχὸν Ὀρκυναῖον, *saltum*, usitatius dictum, δρυμὸν Ἑρκύνιον. tamen μυχὸς, licet saepius de *sinu maris*, etiam de recessu montano & aliis locis remotioribus dicitur. μυχοὶ τῶν ὀρέων. *Xenoph.* K. A. IV. 317. A. *Aeschylus Choeph.* 953. & latissime patere usum vocis hujus ostendere *J. Perizonius* ad *Aeliani* V. H. XIII. 2. & *Theodor. Sellius* in *Observ.* C. VI.

Nec obstet, quod prima syllaba sit Ορ non Υρ vel Ερ, quoniam Graeci efferunt Ὀρκίνιος vel ὀρκύνιος δρυμὸς, ut ap. ipsum *Ptolemaeum* L. II. *Geogr.* XI. ad *Strabon.* VII. 444. B. Casaub. sic in aliis Ὕρμινα & Ὄρμινα ap. Eundem VIII. p. 525 A. Atqui quoniam de saltu tamen hoc saepius δρυμὸς obtinet: malim intelligi locum de mari *Caspio* vel *Hyrcano*. qui passim κόλπος, μυχὸς, ut Ἀδριατικὸς μυχὸς, κόλπος audit. vide *Strabon.* XI. 773. notus enim circa Caspium mare veterum error, statuentium sinum esse maris Septemtrionalis. quae in voce *Hercynius* obtinet, eadem invenitur διπλογραφία in Ὑρκανός. sic *Pollucei* L. V. C. 5. 37. memorantur κύνες ὀρκαναί. eadem dubitatio apud *Senecam Hippol.* 70. *Hyrcani* saltus an *Hercyni*. priorem agnoscunt duo codices mei, & *J. F. Gronovius* sequitur. terminatio ναιος in utroque vocabulo aeque nova, nec tamen inprobanda.

Πύματος Σολόεις non habet dubitationem, quin sit *Libyae* notissimum promontorium, quod *Herodoto* IV. 43. Συλόεις. *Scylaci* p. 125. Σολόεις nuncupatur. ubi veterum navigatio in mari Atlantico, iisdem testibus, terminabatur. unde hic insignitur epitheto Πύματος. quemadmodum *Cerne* eodem tractu *Dionysio Periegetae* vs. 217.

Ἐν δὲ μυχοῖσι
Ἐσχατιὴν ἠπείροιο πανύστατοι Αἰθιοπῆες
Αὐτῷ ἐπ' Ὠκεανῷ, πυμάτης παρὰ τέμπεα Κέρνης.

Κράσπεδον Λυβικῶν Ἑσπερίδων, sive intelligas urbem *Hesperida* sive *Nymphas Hesperidas*, apte conjunguntur haec duo Africae sibique vicina loca.

loca. de quibus ultimis abunde egit *Cl. Salmasius* in *Plinianis* p. 264. Verum nec prior ille locus minus convenit ſequentibus illis duobus, & omnes hi tractus recte pro extremis orbis habitabilis terminis adhibentur. ut facile multis adſtrui poſſet. ſuffecerit *Agathias* in prooemio Anthologiae ſuae.

Οὐκ ἔτι μοὶ χῶράς τις ἀνέμβατος, ἀλλ' ἐπὶ πόντῳ
Ὑρκανίου κόλποιο, καὶ εἰς βυθὸν Αἰθιοπῆα
Ἰταλικαῖς νήεσσιν ἐρέσσεται ἥμερον ὕδωρ.

ubi vides mare Caſpium, & Aethiopici maris loca, ſive Soloenta, Cernen, Heſperidas conjuncta in eum finem.

Nemo ambiget, quin Καῖσαρ πτολιπόρθος ſit *Auguſtus*. *Crinagorae* aetas, ex aliis epigrammatibus certa, haeſitationem non permittit.

Jam illa ἔννοια de *Fama* praecurſore, ut ita dicam, & comite imperatoris, ex ſupradictis claruit ſatis. *Holſtenius* male habet εἰσὶν. etiam verſu ſecundo Ἔλθῃς. item male. tertia perſona pendet a nominativo. ſi Atticiſmum admittere velles, nominativum pro vocativo, pro ἐκείνῳ dicendum fuiſſet σοί. quis vero *aquas Cantabricas* miretur dictas *Pyrenaeas* cum tota Hiſpania ſaepe hujus montis vocabulo deſignetur.

Majori autem ἐμφάσει celebritatis, quam ibi pariebat imperator, magnitudinem deſcribere non poſſit, quam ſi locum, antea ne quidem finitimis notum, quin deſpectum etiam viliſſimis accolis, δρυτόμοις, *lignatoribus*, nunc adeundum adſeveret ab omnibus populis totius terrarum orbis, ſive duarum continentium: Aſiae & Europae. Africa enim Europae vel Aſiae adjiciebatur.

Hoc autem Epigramma adponere & fuſius aliquantum explicare, quam vel mediocriter peritus lector deſiderarit, placuit, ut inſigni exemplo oſtenderem, quales hodie homines veteribus monumentis explicandis, immo emendandis, manus admovere audeant.

Unum hoc eſt ex epigrammatibus, quae *J. Jenſius* pro non editis edere in animum inducere potuit. In *Miſcellaneis* autem Lipſienſibus Vol. IV. P. I. a p. 94. ad p. 138. homo mihi plane ignotus nonnulla ex his *Jenſianis* explicandi & emendandi provinciam ſuſcepit, *fretus*, ut ipſe φορτικῶς inter cetera putida perhibet, *ope divina & artis Criticae ſubſidio*. quae utraque adminicula quam ipſi adfuerint, diſpicite jam, quaeſo, ſtatim *ex totius epigrammatis*, ſecundum ipſum, *ſententia* „ *Hominem ſceleratum, etiamſi devitandae poenae cauſa ad ultimas terrarum oras fugerit*, Caeſaris *tamen poenas & vindictam effugere non poſſe*. Vix credas oculis, ſcio: & forte putaris corruptum horum verſuum exemplar ad

manum fuiſſe, ut exſculpſerit tam contrariam ſingulis verbis interpretationem. minime. illius exemplum nihil differt. jam taedium aliquot interpretamentorum recenſendorum ſubeamus. ſic ingreditur.

Vs. 1. *Oritani ſive Oriaei, ſic enim ſcribendum videtur.*

igitur ſcribamus. Κῆν μυχὸν Ὠριτανὸν. nempe eſt ſinus Oritanus, *quem Baetidos oſtium* facit. aptum, me hercule, commentum.

De Soloente & Heſperidibus ſcopum fere tetigit. nec ſiccus eſt in notulis. obiter nos docet *Heſperidum poma* fuiſſe *aurantia* vel *mala granata*. jam vs. tertio artis criticae ope divina nixus emendat, nam „ *edita ſcriptura ei nihili videtur* „

Καῖσαρ ὁ πουλυσέβαστος ὁμόπλοος εἶσιν ἐκεῖσε·

Caeſar multum venerandus ſocius navigationis vadit eodem.

nam „ ὁμόπλοος *eſt bonum vocabulum* & *huc accommodatum.*

Eſt ſane: ut gratulemur Auguſto inſignem, quae ipſi committitur provincia, latrones per mare per terras inveſtigandi: ut olim Pompejo magno piraticum bellum fuit decretum. Ἐκείνῳ non cohaerere dicit τῷ ἐλθῃς. hoc recte. at non hic, ſed verſu ſecundo Critica invocanda fuiſſet, & ἔλθῃς in ἔλθῃ mutandum. mox verſus quartus ſignificat

Et fugam nusquam non teſtantur aquae Pyrenaeae.

nam πάντῃ huc contribuit. ſed non convenit. ſi ita voluiſſet, tum πᾶσιν ſcripſiſſet. ὕδατα autem Πυρήνης, quae nobis viſa fuerant balineas Cantabricas deſignare, ipſi ſunt nihil minus, quam *mare mediterraneum.* & unde vocem *fugam* exſculpſit?

Jam in ultimo diſticho, quod putas eſſe ipſa fontana aqua limpidius, tantas turbas dedit, ut hic ſe ipſe ſtultitia & ineptiis tantum ſuperet, quantum mare mediterraneum Cantabricis lavacris ſpacioſius. quamvis nauſeare verear ne jam inceperis, pauca delibabimus. Δρύτομοι „ hoc *nomen propter longam ſyllabam* δρυὸς *in verſu noſtro vix locum invenit* „ ſane qui talia ſcribere poteſt, natus eſt ἀπὸ δρυὸς ἠδ᾽ ἀπὸ πέτρης. Hominem deceperunt quarundam proſodiarum Architectae, qui ſane inconſideranter, ut δρυὸς modulum doceant, advocarunt *Heſiodi* ex ἔργοις vs. 436.

Δρυὸς

Δρυὸς ἔλυμα πρίνε γύην, βόε δ' ἐνναετήρω.

quem ille dimensus fuit Δρυοσ ε | λυμα πρι | νε. & ita uno ictu tria vulnera metrica uni versui nec toti inflixit. primam in δρυὸς & primam in ἔλυμα corripiendo, uti etiam primam in πρῖν☉. miraberis forte me dicere ipsum peccasse in corripiendo primam in ἔλυμα. sic est. nam scribendum erat, εἴλυμα vel producendum, ut in ἐλώρια. vide *Hesych.* in εἴλημα & ἔλυμα. & totum versum lege

Δρυος εἴλυμα, γύην πρίνε, βόε δ' ἐννεατηρω.

nam prima in γύης corripitur, ap. *Hesiodum* ipsum. ut αὐτόγυον vs. 432. & Codd. duo Graevii habent πρινε τε. alii duo Anglicani δὲ. *D. Heinsius* πρίνοιο. nostra medicina duobus malis simul medetur. primam in δρυὸς esse brevem ex trecentis locis constat. longam natura esse vocem πρῖν☉ ex paucioribus forte, quia non toties occurrit, sed inter ceteros ex Nicandri *Georgicis* potuisset discere ap. *Athenaeum* L. 11. C. XIX. p. 60.

Ροιῆς τε πρίνε τε δρυὸς τ' ἄπο πήματα κεῖται.

Pergit „ [*Et, si maxime systolen hic valere credamus, dubitatio tamen superest, δρυτόμοι legere malis, an* δρύτομοι. *posterius ego malim, ut intelligantur quercus in partes sectae, quibus hostiae & piacula quaevis concremantur* „] ad quid potissimum ex tot cumulatis absurditatibus aliquis obstupescat! quid huc *piacula?* quid *hostiae?* apud quem δρύτομοι significant *quercus in partes sectas?* quis stupor nescire, δρυτόμον significare, *mercenarium vel militem*, qui ligna in silvis excidit & secat? quae ignavia & ignorantia nescire vocem Δρυτόμ☉ eadem notione atque quantitate apud principem vatum saepius occurrere? ut *Iliad.* Λ. 86.

Ἦμ☉ δὲ δρυτόμ☉ περ ἀνὴρ ὡπλίσατο δόρπον.

Schol. ὑλοτόμ☉. ξυλοτόμ☉. An & hic suam systolen advocabit? at *Q. Calaber*, de quo tamen ille non cogitavit, L. XIII. 56. scripsit

Δρυτόμ☉, οἱ δ' ἄρα πάντες, ὀρινόμενοι περὶ θυμῷ.

at hic *Quintus* non magis produxit δρυ☉ atque *Hesiodus*. nam scripsit δρυτόμ☉ pro δρυοτόμ☉ per contractionem, quae syllabam producit, ut apud *Hesiodum* δρυὸς considerandum quasi δρῦς. *Homerus* vero vocem composuit per apocopen δρυ | ☉. δρυτόμ☉. sic modo ἶαμα. modo τὰ 'μα. *mea.* producitur & corripitur: pro ut in primo casu syllabam consideres

res ceu coalitam & ideo longam: & secundo casu accipias τὰ integram vocem, & 'μα per aphaeresin imminutam. & ita in aliis multis. & analogice.

Addit „ [verum verbum ἀπεφαιδρύνοντο magis postulat δρυτόμοι *sectores quercuum arborum lignorum*„] quare etiam peritissime vertit *quibus enim ne circumjectae silvae hilares se praebuerunt*. & quidem de significatione vera vocis ἀποφαιδρύνεσθαι, licet notissima, videris notata in *Animadversionibus* his p. 117. ubi nunc sero video partem horum jam fuisse agitatam. Hic recensens autem XVIII Epigrammata, nullius verum adsecutus est sensum. in nullo non absurdissimas & his etiam nugaciores interpretationes & emendationes conatus fuit, in etymologiam in syntaxin, in prosodiam, in linguae genium, in antiquitatem, in chronologiam, denique in communem sensum directa fronte pugnantia passim offendas. ut merito me dixisse antea p. 82. fassurus sis, nihil his ineptiis par vel secundum a renatis literis a quoquam proditum fuisse. Quod si non arbitratus fuissem vecordes tales bonarum literarum corruptores aliquando merita insigniendos esse nota, ne tam putida scripta prodi forte videantur in earundem literarum incrementa, quarum re vera sint detrimenta & dehonestamenta, aliorum egregiorum virorum exemplo has sordes non tetigissem, nec tantum in nugis refutandis taedium devorassem.

P. 76. Vs. 8. περιβόητον ὄνομα] *& persona & ejus fama.* ὄνομα Ῥωμαίων: *ipsi Romani.*

P. 76. Vs. 9. Κατόρθωμα.] *Aristaen.* I. I. ὦ φύσεως τὸ κάλλιστον φιλοτέχνημα. *Appulej.* IV. *Met.* 83. *Seculi specimen gloriosum.* centum talia passim.

P. 76. Vs. 10. Αρτέμιδι] *Odyss.* P. 37. licenter loco usus. de *Aurea Venere* ab Aegyptiis culta, videantur notata *Cl. Wesselingio* ad *Diod.* I. 97. & IV. 24. dubitavi an *Manetho* L. II. 317. respexerit ad templum aliquod Veneris in Ægypto cultae, locutus de *Venere* in Mercurii signis posita.

Οἱ δὲ θεῆς ἱεροῖο προφήτορες εὐκτεάνοιο
Γείνονται, τιμαῖσιν ἀπ' αὐτοῦ πλοῦτον ἔχοντες.

vertitur quidem *Alii autem spectaculi sacri perquam copiosi praestites fiunt, honoribus inde opes adepti.* Verum saltem tum θεῆς scribendum. deinde quis audivit προφήτορας sive προφήτας *spectaculi*? tum non solet *Manetho* Atticismo uti. θεὰ ἱερός. quod si jam illud admittas, certe ἀπ' αὐτῆς non ἀπ' αὐτοῦ scripsisset. tu verte. *Hi vero Deae* [Veneris] *templi divitis Prophetae*

phetae sive Sacerdotes nascuntur, honoribus ab ipso divitias habentes. pro τιμᾶσιν. in *Cod.* τ' ιμᾶσιν. an aliquid lateat nescio. etiam male ἔχοντας. nam γείνεσθαι accusativum non adsciscit.

P. 76. Vs. 11. πόλεις ὅλας] *Diogen. Laert. Epicuro* §. 9. Οἱ δὲ φίλοι τοσοῦτοι τὸ πλῆθος, ὡς μηδὲ ἂν πόλεσιν ὅλαις μετρεῖσθαι δύνασθαι.

P. 76. Vs. 12. τὰς ὁδοὺς ἐστενοχώρουν] L. v. III. 83. 7. τὸ πλῆθος ἐστενοχώρει τὰς πύλας. τὰς προόδους *Eunapius Maximo* p. 92. *Aristaen.* I. 10. λαῦραι στενοχωρούμεναι. noster L. III. II. 45. I. πλῆθος στενοχωρούμενον. etiam neutrorum more occurrit. vide *H. Stephanum.*

P. 76. Vs. 15. . . . πεπαιδευμένος] Ἀνὴρ vel οἷα γὰρ interpres. forte Οἷα δὴ ἀνὴρ π. ut illud γὰρ natum sit ex ἀνήρ.

P. 76. Vs. 16. . . . .ὗσαι] Idem πλᾶσαι. III. VIII. 56. 25. Ζωγράφος, πλάστης, ποιητής. verum majus spatium & litera Υ pugnant. an λιθοξόσαι. pro λιθοξόοι dixit. vel ἱερομύσαι. verum parum satisfaciunt haec. *Heliod.* IV. 166. Οὐκ οἶδα ὅτι καὶ τὸν Ἔρωτα πτεροῦσιν οἱ γράφοντες τὸ εὐκίνητον τῶν ὑπ' αὐτοῦ κεκρατημένων αἰνιττόμενοι. De *Victoria Pacatus Paneg.* XXXIX. *recte profecto germana illa pictorum poetarumque commenta, victoriam finxere pinnatam.* pictorum auctoritas advocatur etiam *Demostheni* in *Aristog. Pr.* 836. D. μεθ' ὧν δ' οἱ ζωγράφοι τοὺς ἀσεβεῖς ἐν ᾅδου γράφουσι.

P. 76. Vs. 18. θέλοντα] *Hesych.* ἤθελε. ἐδύνατο. θέλειν δύνασθαι. *Cl. Mamertinus Paneg.* II. C. III. *quidquid mortale est, stare nescit.*

P. 76. Vs. 19. Ὅσαι μεταβολαὶ τῶν καλῶν γυναικῶν] ut *Heleniae* & aliarum. quae priorem maritum ob adulterum destituere.

P. 76. Vs. 22. Ἐξὸν] vide L. IV. I. 64. 14. καθεύδειν plenius in paroemia dicitur ἐπ' ἀμφότερα vel ἐπ' ἀμφότερα ὦτα. vide *Criticam Vannum* p. 233. *Sophocl. Oedip. Tyr.* 593.

Ἄρχειν ἐλέσθαι σὺν φόβοισι μᾶλλον, ἢ
Ἄτρεστον εὕδοντ', εἰ τά γ' αὔθ' ἕξει κράτη.

P. 76. Vs. 23. Ἐξὸν] centies post *Sylburgium, Salmasium* aliosque haec forma illustrata est. apud *Sophocl. Oedip. Colon.* 277. editur.

——— Ἔχεις γὰρ χῶρον οὐχ ἁγνὸν πατεῖν.

ubi *Vaticanus Cod.* habet οὐκ ἐξὸν. quod ferri posset. *Aristoph. Thermoph.* 547. adhibet, licet etiam genitivus praecedat.

——— ——— ——— εἰ γάρ ἐστι
Παῤῥησίας, κἀξὸν λέγειν ὅσαι πάρεσμεν αὐταί.

JACOBI PHILIPPI D'ORVILLE
ANIMADVERSIONES
IN
CHARITONIS APHRODISIENSIS
LIBRUM QUINTUM.

LIBRI QUINTI CAPUT PRIMUM.

P. 78. Vs. 1. Ὡς μὲν ἐγαμήθη] Ita *Xenophon*. L. II. Ἀναβάσεως & aliis locis ἀνακεφαλαίωσιν narratorum inſtituit. ita etiam in *Oeconomicis* p. 883. E. dicta in compendium contrahit. Noſter initio L. VIII. rurſus memoriae legentis ſimplici & brevi repetitione ſubvenit. at duobus ultimis capitibus diductius & artificioſius totum διήγημα quaſi in tabula proponit. *Heliodorus* & *Achilles Tatius* idem variis locis fecerunt.

P. 78. Vs. 4. Ανανήψασαν] Actum de hac voce L. III. 1. 41. 8. paſſim. *Porphyr*. de *Abſtin. Anim*. IV. 427. *Alciphr*. I. XIII. τὸ νῆφον opponit τῷ πάθει. *Heliod*. X. 503. πρὸς τὸ νηφάλεον καταστέλλειν τινά. apud *Ariſtaen*. I. 5. ὁ τραχὺς ἐκεῖνος ἔνηφε legebat *Douza* pro ἀνέφηνε. cur non potius ἀνένηφε. ſcio alia via emendatum a *V. D.* ad *Lucianum*. ſed vicinitas literarum & levis trajectio hanc commendat emendationem. ſic transpoſitione juva *Maneth*. III. 363. εἰ δὲ κενῶς ἐπέοικεν ἐνὶ ζώοισι φαείνειν. editur φανέειν. & L. VI. 243.

Ἦν δὲ Κύπρις μὲν ἐῇ ζώῳ Κρόνε, αὐτὰρ ὅγ' οἴκοις
Ἔμπαλι Κυπρογενοῦς, παίδων γενεὴν ὅτ' ἀφαιρεῖ.

edi-

editur ἄραφα. illud ὅτι semel aliquando ponitur. vide L. VI. 106. 192. literarum transpositione bene sanaveris elegantem locum *Alciphronis* L. I. *Ep.* XVII. εἶτα ἠνιώμεθα, καὶ τὸ βάρος μεῖζον ἦν ἢ κατὰ φορτίον ἰχθύων, reponendum enim ἀνιμώμεθα. passim *rete. piscem. ancoram* ἀνιμήσασθαι dicimur. & repones libentius, si ita in *Codice nostro* scriptum cognoveris. apud *eumdem Epist.* I. XXXII. παρὰ πάσαις . . . μεμίσηται. si inspicias locum, non *odio* rem dignam, sed *risu*, *commiseratione*, invenies. in *Cod.* μεμίμηται. quid si μεμώμηται. passivi usus admitti posse videtur. an malis μεμώκηται?

P. 78. Vs. 10. καὶ ὡς ἔσπευδον ἀλλήλοις ἀποδοῦναι τοὺς ἔρωτας] Si Chaereas & Callirrhoe intelligi possunt, recte se habet lectio. sed videtur aptius intelligi Mithridates, & tum ex mente interpretis ἔσπευδε legendum foret. Sed an ille ita se vera festinavit amantes sibi restituere? At rursus, si intelligantur Chaereas & Callirrhoe, quae locutio: ἀποδοῦναι ἀλλήλοις τοὺς ἔρωτας. an ἔρωτες significabunt *conjugalem amorem.* quod alias posset. ut δίκαιοι ἔρωτες. L. VIII. I. 127. II. sic hoc placet, serva ἔσπευδον. sed vehementer obstiterit, quod Callirrhoe nescit vivere Chaerean. satius igitur ἔσπευδεν & tum praeterea legi potest τοὺς ἐρῶντας. *amantes sibi restituere.* sic V. II. 80. 23. Mithridates dicit. ἀποδοῦναί σοι θελήσας Καλλιῤῥόην. saepe haec vocabula miscentur. vide. I. IV. 6. 6. sic non absurde ap. *Theocritum Idyll.* XXX. 45. conjecerunt.

Καὶ τῷ πυρὶ προσελθὼν
Ἔκαιε τοὺς ἐρῶντας.

id est τοὺς ὀδόντας. vulgo ἔρωτας. sic in *Scholiasta Homeri* laudato p. 199. *Animadversionum* legerim Ἀπίων δὲ, ἐπειδὴ δεσμοῖς ἐοίκεσαν καὶ βρόχοις οἱ ἔρωτες, καὶ τὰ τῶν ἐρώντων πάθη. editum δίκασαν pro ἐοίκεσαν & ἐρώτων.

P. 79. Vs. 3. ἐν τῷ πρόσθεν λόγῳ] alias ἐν τῷ ἔμπροσθεν λόγῳ. *Codd.* saepe variant. meliores sequendi. ita ἐν τῷ ἔμπροσθεν χρόνῳ. vel ἐν τῷ πρόσθεν χρόνῳ. vide *Cl. Markland.* ad *Lysian* p. 317. & 384. intelligit autem non unum librum, sed totam praecedentem narrationem.

P. 79. Vs. 4. Μέχρι . . Κιλικίας] τῆς sensum non lacunam implebit. potes μέχρι τῶν ἐσχάτων vel ἐσχατιῶν τῆς. vel cum interprete ὅρων vel ὅρων. etiam ὁρίων. juxta mare iter igitur fecit per Ciliciam. mox in mediterranea deflexit.

P. 79. Vs. 6. θάλατταν ἔβλεπεν τὴν . . . σαν εἰς] ὁρῶσαν. ῥέπουσαν. φέρουσαν. τείνουσαν. ἄγουσαν.

P. 79. Vs. 6. Ἤπειρος ἀφετήρι . . . εἰς γῆν] procul dubio plenum erit ἀφετήριον. ἤπειρος ἀφετήριον per appositionem. posses etiam ἀφετηρίαν οὖσα. vel etiam ἀφετήριος vel ἀφετήριον, vel ἀφετηρίαν ἔχουσα. *Strabo* V. 342. C. Ἀφε-

Ἀφετήριον τοῦτο τὸ χωρίον ἐςὶν ἐπὶ τὰς τρεῖς λεχθείσας νήσους. *Hesych.* ἀφετηρία ἀρχὴ. ἡγεμονία. vide doctum Commentatorem, & ab eo laudatum *Salmasium.* idem fere quod ὁρμητήριον. proprie de *carceribus Circi* vel *Hippodromi*, unde equi ἀφίενται. hinc urbs Ἀφέται in Thessalia, unde Argonautae ὥρμησαν. vide *Strabonem* IX. 666. A.

Ἀφετηρία dicitur quoque ἄφεσις in Epigrammate, quod in magno lapide sculptum est, & jacet in agro Attico, ut testatur *Cyriacus Anconitanus* p. XIV.

ΤΗΝ. ΥΠΑΤΗΝ. ΑΦΕΣΙΝ. ΦΕΣΙΝ ΤΗΣ. ΣΤΗΣΕΝ.
ΑΘΗΝΑΝ. ΕΥΧΟΜΕΝΟΣ. ΠΑΤΡΗ. ΤΗΝ.
ΓΛΥΚΕΡΑΝ. ΥΓΙΗΝ

Cl. *Muratorius* sic p. CXLII. 5. sic interpretatus est.

Supremam liberatricem Phesintes posuit Minervam,
precans patriae dulcem incolumitatem.

& putat, *simulacro Minervae subtus insculptum fuisse.* At docuisset una, unde ἄφεσις notet *liberatricem.* & qui versui nomen Φεσίντης conveniat, & cujus sit. quis non videt Φεσιντης natum ex ultima syllaba τῆς ἄφεσιν & της ex prima syllaba in ςησεν. tu repone ἔςησε. nomen viri excidit vel in his occultatum est, vel etiam erasum fuit data opera vel casu, licet Cyriacus lacunae indicium non adhibuerit.

Ἄφεσις nihil aliud quam *meta. carceres.* ὕσπληγξ. vide *Hesych.* in utraque voce. Ἄφεσις ὑπάτη. *extrema meta. ultimi carceres.* puto igitur hoc magnum saxum vel *metam* vel *carceres* fuisse *Hippodromi* : qualia aedificia in agris plerumque. atque huic Minervae statuam olim fuisse inpositam. quod factitatum fuisse, non est ut doceam vel mediocriter in antiquis monumentis versatos. *Minerva* autem haec est, *Medica.* Ὑγίεια vel ὑγεία, vel ὑγίη. cujus *Pausanias* meminit in *Atticis* C. XXII. Ὑγίας . . καὶ Ἀθηνᾶς ἐπίκλησιν καὶ ταύτης Ὑγιείας & C. XXXI. καὶ Ἀθηνᾶς βωμός ἐςιν Ὑγείας, & dicit in *populo Attico Acharnensibus* esse, qui ad VIII stadia Athenis sunt remoti. Unde forte hic lapis sit illa ara, & situm populi declarare posset. prior vero illa *Minerva Medica* erat in urbe ipsa. At post Minervae in agro Attico inventam Aram, operae pretium foret, si etiam eum conjectura adsequi possemus, qui eam statuit. mihi vero sit simile nullum alium ab *Pericle* fuisse.

Plutarchus in hujus vita p. 354. (160). ἐπὶ τούτῳ καὶ τὸ χαλκοῦν ἄγαλμα τῆς Ὑγιείας Ἀθηνᾶς ἀνέςησεν ἐν ἀκροπόλει παρὰ τὸν βωμὸν, ὅς καὶ πρότερον ἦν, ὥς λέγουσιν. *Demostheni* παραπρ. p. 336. C. vocatur ἡ χαλκῆ μεγάλη Ἀθηνᾶ. Haec re vera erat in Arce Atheniensi.

At

At si basin vel aram statuamus, potuit esse hujus ipsius. verum quoniam epigramma ipsam vocet ἄφεσιν. *metam* vel *carceres.* [duplex erat meta, una ad carceres, altera ad calcem circi] conjicere licet eundem Periclem hujus statuae aereae in ara, vel hujus arae solius, exemplar statuisse in usum hujus prodromi in campis Acharnensibus. multa aedificia in usum populi exaedificavit, iisque, uti avidior gloriae, suo nomine inscribere non neglexit. *Plutarchus* p. 355. Ἠρώτησεν ἐν ἐκκλησίᾳ τὸν δῆμον, εἰ πολλὰ δοκεῖ δεδαπανῆσθαι, φησάντων δὲ παμπόλλα. μὴ τοίνυν, εἶπεν, ὑμῖν, ἀλλ' ἐμοὶ δεδαπανήσθω, καὶ τῶν ἀναθημάτων ἰδίαν ἐμαυτοῦ ποιήσομαι τὴν ἐπιγραφήν. *meum ipsius his donariis inscribam nomen.* utrum vero negligentia legentis nomen exciderit, an tempore interierit, incertum. dedita opera potuit esse erasum. notae enim Periclis vicissitudines circa *Atheniensis* populi gratiam. suppleo igitur

Τὴν ὑπάτην ἄφεσιν Περικλῆς ἔστησεν Ἀθηνᾶν.

ut *Plutarchus* dicit. ἄγαλμα τῆς Ὑγιείας Ἀθηνᾶς ἀνέστησεν.

Et ne mirum videatur Minervae aram vel basin statuae pro *carceribus* fuisse, in eum usum *Mercurii Statuae*, sive Ἑρμαῖ, saepe adhibitae: & procul dubio etiam Ἑρμαθῆναι. Ἑρμοῦ ἀφετηρίου exemplum habes in *Philoxeni Epigrammate*, quod quidem pro sua oscitantia ceu ineditum venditavit *J. Jensius* p. 350. verum quod *Cl. Salmasius* jam publicarat in *Plinianis* p. 648. Quod hic reponemus, quia vir magnus sensum non assecutus fuisse videtur. ibi *Tlepolemus*, in stadio victor, dedicat *Mercurio*, *Hermae*, *stadiorum* & *certaminum praesidi*, *lapidem*, quem vocat Ἑρμᾶν ἀφετήριον.

Τληπόλεμος ὁ Μυρεὺς Ἑρμᾶν ἀφετήριον Ἑρμᾷ
 Ἱροδρόμοις θῆκεν παῖς ὁ Πολυκρίτεω.
Δὶς δέκ' ἀπὸ σταδίων ἐναγώγιον· ἀλλὰ πονεῖτε
 Μαλθακὸν ἐκ γονάτων ὄκνον ἀπωσάμενοι.

Salmasius ultimam vocem primi versus legit ἕρμα, & interpretatur *septum*, διάφραγμα. sensus epigrammatis & constructionis habitus istam lectionem admittit. Tlepolemus posuit *Herman*, *Mercurii statuam*, *septum*. at quanto elegantior ἔννοια poetae, si dicat, *Mercurium posuit Mercurio.* quod Latine dici nequit. verum politissime Graece. quoniam Ἑρμᾶς significat & *ipsum deum Hermen* & non minus *statuam*, *seu truncum Hermae*, solitum adhiberi pro *meta*, *carceribus*. *repagulis*. *initium curriculi.* Ἑρμαὶ ἀφετήριοι sunt lapides positi, ut inde equi, cursores mittantur:

tur: cursum ordiantur. inscriptio confirmat. Φιλοξένε εἰς Ἑρμοῦ ἄγαλμα, ὅπερ ἀνέθηκε Τ Μ.

At ut hic sensus acumen epigrammatis elevat & auget: sic Viri Docti interpretatio, ἕρμα *septum* valde precaria est. ἕρμα enim an ita accipi possit, valde dubito. nam ἕρμα. venit ab εἴρω. εἶρμα. ἕρμα. & *seriem aliquam* notat. at si significaret *septum*. διάφραγμα. potius esset εἶργμα. ab εἴργω. inde, bene credo, *Casaubonus* ad *Dionis Chrysostomi Orat.* LXVI p. 99. negat ἕρμα significare *congeriem lapidum*. pro ἱροδρόμοις *Jensius* nescio quo sensu conjicit ἰσοδρόμοις. habeat sibi. ἱερόδρομος. ut ἱερονίκης ap. *Gruterum* CCCXV. 9 qui in *sacris agonibus vicit*. sic ἱεροδρόμες. *sacrum stadium. curriculum.* ἱεροὶ ἀγῶνες passim.

P 79. Vs. 7. Εἰς τὴν τοῦ βασιλέως γῆν τὴν πολλὴν] peculiariter ita loquuntur de immensa terra, quae versus orientem sub regis regum erat dominio *Thucyd.* II 48. Κατέβη εἰς τὴν βασιλέως γῆν τὴν πολλὴν *Strabo* XVI. 1071. A. μέχρι τοῦ Ζεύγματος τοῦ κατὰ τὸν Εὐφράτην καὶ τῆς πέραν τοῦ Εὐφράτου πολλῆς.

P 79. Vs. 8. Τότε ἤδη] *tum tandem.* L. V. II. 81. 25. Τότε ἤδη καὶ μᾶλλον ἐνεπίμπρατο. mox male *apographum.* ἀπόγνωσιν.

P. 79. Vs. 8. Ὑπεδύετο] IV. VI. 74. 22.

P. 79. Vs 10. Ηόνος] sive ἠόνος sive ἠϊόνος eodem redit. & τὸ κάλλιον unius prae altero non est momenti. licet ita *Thomas Magister*. in *Alciphronis Ep.* I. I. *Cod.* meus ἠόσι. ubi mox ad mentem *Bergleri* ἐξωγκωμένον. hic autem, ut saepe, pro *ripa*. *Strabo* III. 210. A.

P. 79. Vs. 12. Προσφιλονεικοῦσα] notandum vocabulum. quo adsiduitas & studium contentionis designatur.

P. 79. Vs. 14. Φυγὴν] *exsilium.* a patria abductionem. III. VIII. 57. 23. πέφευγα.

P. 79. Vs. 15. Καὶ τὸ τῆς φιλίας μοι βαρύτερον, ἐφιλήθην] mira corruptio. desiderabatur τὸ τῆς ἔχθρας. sed nec hoc satis aptum. appositum magis τὸ τῆς φυγῆς vel ξενίας. quia vero praecedit ἐπράθην. non displicere potest τὸ τῆς δουλείας, quod Cl. *Reiskio* in mentem venit. pro quo δουλίας si scriptum fuerit a φιλίας non adeo abhorruerit.

P. 79. Vs. 17. Φυγαδεύεις] habet violenti aliquid. adponam locum *Heliodori* L. VII. 310. ut in *Cod. Taur. Palat. Xylandr Vatic.* legitur. οὐ πρότερον ἀνῆκεν, ἄχρις οὗ τὸν μὲν ἐφυγάδευσε. vulgo προανῆκε. mox ferri ibi potest *Taurinensis* lectio. ἀλλὰ ταῦτα μὲν χρόνοις ἐγεγόνει πρότερον. vulgo προτέροις. saepe χρόνοις ita abundat. *Aristoph. Eccl.* 634. πρεσβυτέρους τοῖσι χρόνοισι. *Maneth.* I. 248. [II. 407]

Ῥηϊδίως ἔῤῥηξε μινυνθάδιοί τε χρόνοισι.

P. 79.

P. 79. Vs. 17. ξένην ἰδίδως γῆν] in apographo τὴν. quod nihil. vide II. II. 24. 14. τὴν in γῆν *Codices* recte mutant quoque ap. *Strabon.* VIII. 515. A. saepe elliptice. saepe plene occurrit. vide I. XI. 15. 13. *Sophocl. Oed. Tyr.* 463. ubi mox vs. 485. conjectura vitiosa reponit *Glascovicensis* editor Φοιτᾷ γὰρ ὑπαὶ ἀγρίαν ὕλαν. *Schol.* ὑπὸ cum aliis. aliae ὑπὲρ. cur non Φοιτᾷ γὰρ ὑπέρ τ' ἀγρίαν ὕλαν. 'Ανάτ' ἄντρα καὶ πέτρας ἅτε ταῦρος.

P. 79. Vs. 18. Παρακάθημαι] forte παρεκαθήμην alii desiderarint.

P. 79. Vs. 19. ἔξω τοῦ συνήθους ῥίπτεις ἀέρος] quod corporibus grave. nam

Caelum non animum mutant, qui trans mare currunt.

P. 79. Vs. 19. Ὅλῳ διορίζομαι κόσμῳ] *Virgiliano* simile

Et penitus toto divisos orbe Britannos.

mox scribe ad fidem *Apographi* ἀφεῖλω.

P. 79. Vs. 21. βαρβάροις μυχοῖς] *Dawesius Miscell.* p. 47. legit apud *Hesiodum* in *Theogon.* 1013.

Οἱ δή τοι μάλα τῆλε μυχῷ νήσων ἱεράων.

pro vulgato μυχῶν. optime. sed Guietus dudum occuparat. & Codex a me collatus ita exhibet: sed qui nescio unde versiculo auget contextum

Ἄγριον ἠδὲ Λατῖνον ἀμύμονα τε κρατερόν τε,
Τηλέγονόν τε ἔτικτε διὰ χρυσῆν Ἀφροδίτην.

de *Telegono* constat: sed non ejus hic meminisse *Hesiodum*.

P. 79. Vs. 21. ἐγκλείομαι νησιώτις] Liber aditus & abitus ad insulas patet. mediterranea saepe includuntur montium angustis pylis & portis. ita ap. *Ammian. Marcell.* XVI. 11. 87. *oppida, ut circumdata retiis busta, declinant.* in aliis *lustra*. quae sane *retibus* melius respondent. sed *Valesius Codicibus* obtemperat.

P. 79. Vs. 22. Ποίαν εὐελπίσω ναῦν] lege ποίαν αὖ ἐλπίσω. respicit ad navim, qua Chaereas venerat eam repetitum. talem in mediterraneis *iterum* exspectare nequibat. εὐελπίζειν enim obvium non habui. nec juvat εὔελπις. posses etiam ἐπελπίσω. προσδοκήσω. vide V. D. ad *Luciani* T. I. 345. *Observ. Miscell.* VI. 402.

P. 79. Vs. 23. Χοὰς] L. III. III. 45. 7. *Alciphr.* I. XXXVI. στεφάνια καὶ

ϗ ῥόδα ὥσπερ ἀώρῳ τάφῳ πέμπει. ubi paullo ante ex mente *Bergleri* & auctoritate *Codicis* lege περιβαλλομένη. & in vicino μηδὲ ἰδοῦσα τοῦ χρόνου τοῦτου μόρον. quod certe hic elegantius quam τὸν χρόνον τοῦτον.

P. 79. Vs. 24. Δαῖμον ἀγαθὲ] L. v. viii. 91. 18. i. ix. 12. 24. *Servius* ad iii. *Aeneid.* 63.

P. 79. Vs 24. Βάκτρα μοι ϗ Σοῦσα λοιπὸν οἶκος ϗ τάφος.] haec decurrunt *Trochaici* instar. *Val. Flacc.* iv. 26.

Hoc nemus, haec fatis mihi jam domus.

ubi *Heinsius* eleganter

Hoc nemus, hi fontes mihi jam domus.

sed quia hoc longius abit,

Hoc nemus heu! fatis mihi jam domus.

posses. ubi nota *P. Burmanni* vitiose locata est, quae spectat ad vs. 48. ne & hoc typicum erratum viro doctissimo ab aliquo inputetur.

P. 79. Vs. 24. Ἅπαξ, Εὐφράτα, μέλλω σε διαβαίνειν] vide L. vi. vi. 107. 3. Caesar Rubiconem transiens, unde pedem referre non licebat, ait. *jacta est alea.*

P. 80. Vs. i. Τὴν γῆν κατεφίλησε] *terram ipsam & daemones praesides a peregre advenientibus precibus & osculis honorari*, materies saepe tractata est. vide Cl. *Dukerum* ad *Thucyd.* iv. 87. *Barthium* ad *Calpurnii Ecl.* v. 26. apud *Polybium* L. vii. 2. p. 700. jura juranda perficiuntur ἐναντίον ποταμῶν ϗ λειμώνων ϗ ὑδάτων. ubi sane possunt intelligi νύμφαι λειμωνίδες vel λειμωνιάδες, ut vocantur a *Servio Ecl.* x. 62. quare codici meo non obtemperarim exhibenti δαιμόνων. adscribam *Dionis Cassii* locum ex L. xlii. p. 212. D. ἐπειδὴ γὰρ ἅμα τῷ τῆς γῆς ἐπιβῆναι, προσέπταισε, ϗ αὐτὸν πεσόντα ἐπὶ στόμα οἱ στρατιῶται ἰδόντες ἠθύμησαν· οὐ διηπορήθη, ἀλλ' ἐκτείνας τὴν χεῖρα, τήν τε γῆν, ὡς ϗ ἑκὼν δὴ πεσὼν, περιέλαβε ϗ κατεφίλησε· ϗ ἀναβοήσας εἶπεν. Ἔχω σε, Ἀφρική. *Sueton. Caes.* lxx. adhibet *teneo te.* utraque formula potest deduci a more amantium se post tempus revisentium & osculo & amplexu excipientium. vide ad L. viii. i. 128. 10. similiter *tenere* dicimur, quae *non facile elabi sinimus.* Tale est illud *Juliani* ap. *Marcellinum* L. xxi. ii. 205. *Cum quatiens scutum variis motibus exerceretur in campo, axiculis, quis orbis erat compaginatus, in vanum excussis, ansa remanserat sola: quam retinens valida manu stringebat. Territisque, ut omine diro, praesentibus cunctis, Nemo, inquit, vereatur: habeo firmiter quod tenebam.* ita *Caesar Africam* tenebat. verum καταφιλεῖν & περιλαβεῖν

favent

favent priori explicationi. ita Lucius pro amica, a qua domo ejectus erat, ἐστεφανωμένος καὶ μεμυρισμένος, τὴν γῆν γυμνὴν περιλαβὼν, ταύτῃ συνεκάθευδεν. apud *Lucianum* in *Asino* T. II. p. 625.

P. 80. Vs. 1. πορθμίδος] *ratis, qua trajicitur flumen.* πορθμεῖον. vide *H. Stephanum. Suidas.* πορθμίς. πορθμίδιον. *Anaxillas Neottide* ap. *Athenaeum* XIII. I. 558. C. —— ἀλλ' ἐξέπαισε πορθμὶς ἐλατίνῳ πλάτῃ. uti pro ἐξέπεσε recte *Casaub.* emendavit. cui corruptioni in aliis locis male quidam patrocinium praebent. *Anthol.* III. XXXIII. 16. p. 284.

Ἀΐδεω λυπηρὲ διάκονε, τοῦτ' Ἀχέροντος
Ὕδωρ ὃς πλώεις πορθμίδι κυανέῃ.

est autem hoc Epigramma *Leonidae*, non *Antipatri*, uti suspicatus *V. D.* ad *Luciani* T. I. p. 422. de eadem re in praecedente ibi *Archiae* Epigrammate πορθμεύειν. πορθμὶς κυανέη *Virgilio* ita celebratur.

Qui ferruginea subvectat corpora cymba.

Nollem apud *Appulejum* L. VI. p. 121. a *Pricaeo* p. 312. Charonti datam *futilem cymbam*, cum a *Virgilio*, viro docto fatente, ipsi detur *Sutilis.* quod si jam daretur *futilis*, non deberet explicari *exigua.* sed illud ipsum foret quod submittit *Mantuanus* L. VI. 414.

Gemuit sub pondere cymba
Sutilis, & multam accepit rimosa *paludem.*

noster codex *Sutilis* agnoscit.

P. 80. V. 2. χορηγία] θεραπεία. παρασκευή. vide L. IV. VII. 76. 2. *Casaub.* ad *Athenaeum* L. XIV. VIII.

P. 80. Vs. 2. πλουσιώτατα] quis non ita locutus. ne quis igitur ungues stringat.

P. 80. Vs. 4. Δῆμος παρέπεμπε] quale sit, patuerit ex *Dionis* L. LV. 549. A. ubi de Drusi funere. nec non *Tacitus* Tertio Annalium initio inspiciatur.

P. 80. Vs. 5. ἐδημαγώγει] L. II. VII. 32. 23. IV. I. 64. 18.

P. 80. Vs. 6. Ἐλπὶς ἔθαλπε] *Aristaen.* I. 24. κέρδος. ubi *Mercerus* laudat *Alciphronem* II. II. p. 218. ubi *Cod.* ἐμὲ δὲ οὐδὲν θάλπει τι. ἀλλ' ὃ θέλω, δὸς Τίμαρχον. tamen in margine eadem manu Δόξα. paullo ante *Perizonii* conjecturam confirmat. Τί σὺ λέγεις, Λαμία. θάλπειν *Hesych.* inter cetera παραμυθεῖσθαι. & eidem inde θαλπωρὴ ἐλπίς. plura ibi doctissimus *Alberti.* mox apographum vitiose ἤδη ἡ.

P. 80. Vs. 7. ξενίας διδόναι] rescribe ocius, jusserit aliquis calidior, ξένια διδόναι. at credo, ut satis nove dixit L. IV. IV. 71. 18. ἀπόφασιν διδόναι. sic hic ita locutum, cum debuisset potius scripsisse ξενίαν συντίθεσθαι. sane ἐπὶ ξένια. ἐπὶ ξενίαν & ἐπὶ ξενίᾳ καλεῖν δέχεσθαι confunduntur passim. vide *J. Gronov.* ad *Herodot* IV. 154. *Hudchinson ad Xenoph.* K. A. VI. 370. B. (444. & ξενίοις recte repositum pro ξενίαις apud *Lucian. Alexandro* p. 239. T. II.

Verum hic accipio pro ξενίσεις ποιεῖσθαι. ut loquitur *Thucyd.* VI. 46. quod *Schol.* φιλοφρονήσεις recte explicat. *Herodot.* VII. 135. dicit ξείνια προθέμενος εἰςία.

P. 80. Vs. 8. Χάριν ἀποκειμένην] Quasi thesaurum aliquem & depositum, quod suo tempore repetere & in usum revocare posset. *D. Paullus* ad *Coloss.* . . 5. διὰ τὴν ἐλπίδα τὴν ἀποκειμένην ἡμῖν ἐν τοῖς οὐρανοῖς. *Aristoteles* apud *Demetrium Phalereum.* CCXLII. ὥς' ἐπεὶ αἱ Χάριτες, θεαὶ ἴσαι, ἀποκείσονταί σοι παρ' ἀμφοτέροις. *Thucyd.* I. 129. Κείσεταί σοι εὐεργεσία ἐν τῷ ἡμετέρῳ οἴκῳ ἐσαεὶ ἀνάγραπτος. ita *thesauri* & *pecuniae* κεῖσθαι dicuntur passim. ἀνάγραπτος respicit Persarum ritum, quo οἱ εὐεργέται ἀνεγράφοντο ἐν ταῖς διφθέραις. *Vopiscus Caro C.* 5. *tantum sibi apud milites amoris locavit.* ita noster L. II. VII. 33. dicit Callirrhoen προηνεχυριασμένην ταῖς εὐεργασίαις. & sic licet accipere illud *Herodoteum* L. VIII. 109. ὑποθήκην μέλλων ποιήσεσθαι εἰς τὸν Περσέα. quasi προενεχυριασάμενος. vide L. IV. IV. 72. 19.

LIBRI QUINTI CAPUT SECUNDUM.

P. 80. Vs. 9. Ὁ δὲ Μιθριδάτης δι' Ἀρμενίας ἐποιεῖτο τὴν πορείαν] *Dionysius* iter fecit per Ciliciam secundum mare, & per Pylas Syrias vel per Amanicas ad Euphraten devenit. Mithridates fecit iter magis per mediterranea versus Septemtriones per Cappadociam & ita in Armeniam perrexit. *Tacitus.* XII. *Annal.* 12. *Non comminus Mesopotamiam, sed flexu Armeniam petunt.* Licet autem hoc iter longius, quia expeditior nec uxorem comitem trahens, illud celerius confecit Mithridates.

P. 80. Vs. 9. Σφοδροτέραν] *concitatior, vehementior. Eunapius Maximo.* 89. ἐπὶ τὸν Κωνστάντιον ἀπήγετο σφοδρῶς. L. V. V. 88. 5. πληγὴ σφοδροτέρα. *Hesych. Illustr.* in *Philemone.* γέλως σφοδρότερος.

P. 80. Vs. 11. Ἐπηνξήθει τῇ γυναικὶ] suspicionem auxisset, & potuisset videri

videri velle *interpellare & sollicitare alienas nuptias.* vide *L.* I. *ff. de extraord. crimin.*

P. 80. Vs. 12. Συγκροτῆσαι] vide L. I. VII. 10. 18. v. IV. 84. 9.

P. 80. Vs. 13. αὐτόθι διέτριβεν] vide L. VI. VIII. III. 5.

P. 80. Vs. 14. Σταθμὸς] L. I. XIII. 18. 6. VIII. I. 128. 22.

P. 80. Vs. 15. ἐπὶ θύρας τὰς βασιλέως] formula notissima de *aula Persica. Max. Tyr.* XVII. 12. dicit περὶ τὰ πρόθυρα αὐτὰ εἰλούμενος. ut *Alciphr.* III. 64. περὶ χαμαιτυπίας εἰλούμενον.

P. 80. Vs. 16. Ὁμοτίμους] vide *Brissonium* de *R. P.* I §. CCVIII. *aulici gradu* ὁμοτιμίας honorati. non ita peculiariter dicuntur ἰσότιμοι. *Strabo* XV. 1067. D. τῶν κατὰ τὰς ὁδοὺς συναντώντων τοὺς μὲν γνωρίμους καὶ ἰσοτίμους φιλοῦσι προσιόντας. τοῖς δὲ ταπεινοτέροις. alioqui in vulgari usu, ὁμότιμος & ἰσότιμος idem notant vox ἰσοτιμία videtur restituenda *Xenophonti in Hierone* p. 315. D. τούτου [*militis mercenarii*] δὲ οὐ βαρύτερον φόρημα οὐδέν ἐστι τοῖς πολίταις· οὐ γὰρ τυράννοις ἰσοτιμίας ἀλλὰ πλεονεξίας ἕνεκα νομίζουσι τούτους τρέφεσθαι. vulgo ἰσοτίμους.

P. 80. Vs. 16. Ἀρταξάτην] famosa urbs Armeniae Ἀρτάξατα. vide *L. Holstenium* ad *Stephanum* in *h. v.* & *Miscell. Observ.* VII. p. 94. unde forma hujus nominis adferitur. Ἀρταξάρης *Ctesiae* C. 46. in *Persicis* memoratur. *ex Armenia* Ἀρταξάνης quidam ap. *Theodor. Prodr.* IV. 144. *Tacito* II. *Ann.* 56. rex *Artoxias* & urbs *Artaxata* eodem loco celebrantur.

P. 80. Vs. 16. Τὸν εὐνοῦχον] τὸν Ἀρχιευνοῦχον, ut vocatur *Heliodoro* VIII. 377. vel πρωτοευνοῦχον, ut dicitur *Tzetzae Chiliad.* I. 93.

P. 80. Vs. 17. Δώροις ἐτίμησε] Nam honos maxime spectabatur. vide L. V. VIII. 93. 2. 13.

P. 80. Vs. 17. Ἀπάγγειλον] εἰσαγγελεύς. *magister officiorum. Ammiano* XXVI. V. 353. nam & εἰσαγγέλλειν dicitur. *Xenoph.* H. H. VII. 621. D. *Max. Tyr.* XVII. 12. εἰσαγγελεάς τινάς καὶ βασιλεῖ συγγενεστάτους. *Aelianus* V. H. I. 21. vocat Χιλίαρχον εἰσκομίζοντα τὰς εἰσαγγελίας τῷ βασιλεῖ καὶ τοὺς δεομένους εἰσάγοντα. vide ibi *Kuhnium* & notata ad *Diodori* L. XVII. 47.

P. 80. Vs. 18. Σὸς δοῦλος] *Apogr.* ὡς δοῦλος. repone ὁ σὸς δοῦλος, vel quod dedi. modo *Apograph.* τῆς δ' ὑστεραίας non δὲ. non mutatum oportebat.

P. 80. Vs. 18. ἀπολύσασθαι διαβολὴν] *Plato Phaedro* 267. D. *Demosth.* de *Corona* 473. C.

P. 80. Vs. 19. Διεξελθὼν] nempe pertransiens *multa aulaea* παραπετάσματα. *atria.* vide *Athenaeum* L. XII. II. 514. C.

P. 80. Vs. 20.] Ἔστι βασιλεῖ βουλομένῳ οὐδὲν ἀδικεῖν] satis tritus Graecismus.

mus. *Schol.* ad *Thucyd.* IV. LXXXV. dicit esse σύνταξιν Θυκυδίδειαν. & sane saepe usus fuit. L. II. III. IV. LXXX. VII. XXXV. VIII. XCII. Verum omnes utuntur. *Demosth.* ὑπὲρ Μεγαλοπ. 155. B. de *Corona* 474. C. *Ulpian.* ad ejus κατὰ Ἀριστοκρ. 728. B. 757. A. in *Aristog. Pr.* 843. *Julian. Misop.* 361. A. praeter alios de hac forma inspici merentur Cl. *Marklandus* ad *Max. Tyr.* XIII. 5. *Forsterus* ad *Platonem* in *Participium.* librarius *Taurinensis Heliodori* L. IX. 429. non intellexit, scribens ὅτι βουλόμενοι ὅ ἐστιν. pro ὅτι βουλομένοις ἐστί. vide ejus L. VI. 281. VIII. 379. ita cum verbo γενέσθαι. *Heliodorus* II. 115. VII. 330. & cum aliis participiis *Xenoph.* H. H. 563. A. ἦν δὲ αὐτῷ Ἀγεσιλάῳ ἀχθομένῳ ταῦτα. K. Π. IV. 106. D. ita potes accipere locum *Alciphronis* L. I. XII. ἐστιν οὐ δυναμένοις. *Cod.* δυναμένων. imitatus cum aliis *Tacitus Vita Agricolae.* C. XVIII. *quibus bellum volentibus erat.*

ne quis tamen hinc pro ψοφῦσι reponat σοφοῖσι, nam ψόφοι *res inanes* & recte ὀνείρατα ψοφεῖν dicuntur. ita *Lucian*. T. III. 325.

P. 85. Vs. 5. Ἡγεμόνες ἡγεμόνων] *Thucyd*. V. 66. ἄρχοντες ἀρχόντων memorantur. & *Xenoph*. *Ageſ*. 651. B. qui ἡγεμόνων ἡγεμονεύοντο. noſter L. VI. VIII. 110. 22. συγκαλέσας οὖν ὁ βασιλεὺς Περσῶν τὺς ὁμοτίμυς, καὶ ὅσοι παρῆσαν ἡγεμόνες τῶν ἐθνῶν, μεθ' ὧν εἰώθει τὰ μεγάλα χρηματίζειν.

P. 85. Vs. 6. Λοχαγοὶ καὶ ταξίαρχοι] ultimi digniores. vide *Xenoph*. III. H. H. 485. D. rurſus χιλίαρχοι praeſtabant his. *Xenoph*. K. Π. II. 4. A. B. tamen K. A. III. 297. C. ςρατηγὸς. ὑποςρατηγὸς. λοχαγὸς. *Max*. *Tyr*.

Tyr. XXXIII. 7. ὁ στρατηγός. εἶτα οἱ λοχαγοὶ κ̣ μετὰ τούτους ἐνωμοτάρχαι. *Lucian. Dial. Meretr.* III. 316. οἱ λοχαγοὶ κ̣ οἱ ταξίαρχοι, κ̣ ὁ ἡγεμὼν αὐτῶν. aliter rurſus ordinantur ap. *Thucyd.* v. 66. & 68. verum pro populorum & aetatum diverſitate haec variantur. quid & quot capiebat λόχος. qui ταξίαρχοι a multis diſcas, licet. *Plat.* VI. de LL. 755. C. *Lyſias* p. 262. *Xenoph.* K. Π. 249. A. *E. Spanhem.* ad *Juliani Orat.* I. p. 36. e *Lexico Tactico*, quod inſeruit *Biblioth. Coiſlinianae Monteſalconius.* cujusque membra paſſim apud *Suidan* & alios offenderis. ut in Τάξις. *Perizon.* ad *Aelian.* V. H. II. XLIV *Dukero* ad *Thucyd.* VII. 60. *Salmaſ.* ad *Vopiſci Benoſum* T. II. p. 763.

P. 85. Vs. 7. Ἐξελευθέρων] quamvis omnes reſpectu regis eſſent *ſervi*, tamen *ſervi* ita peculiariter dicti etiam apud Perſas manumiſſionem tamen apud Perſas obtinuiſſe nusquam docet ſaltem *Briſſonius*. *Zonaras* L. IV. *Ann* 134. A. τοὺς ἐλευθέρους Πέρσας opponit τῷ Μορδοχαίῳ δούλῳ. hi ἐξελεύθεροι complexi fuerint etiam *Eunuchos*. *Eunuchi* apud Perſas quod *Libertini* in aula Romana. vide L. II. III. 26. 4.

P. 85. Vs. 10. Οἱ δὲ θεοὶ] *Iliad.* Δ. vs. 1.

P. 85. Vs. 11. Παράγονται] mox p. 86. 3. παράγειν εἰς ὄχλον. ita εἰσάγειν mox. ἐπεὶ εἰσήχθησαν. item προσάγειν. vide *Demoſth. de Coron.* 508. F. *Polyb. Legat* XCIII. p. 1280 ſic variatur in παρελθεῖν. εἰσελθεῖν. προσελθεῖν ἐπελθεῖν. apud *Athenienſes* in δικαστηρίοις κ̣ ἄλλαις συνόδοις ὑπηρέται τοῦ δημοσίου hoc factitabant teſte *Polluce* L. VIII. 131.

P. 85. Vs 12 Δορυφορούμενος ὑπὸ φίλων κ̣ συγγενῶν] qui *advocati* apud Romanos. *Appulejus* L. III. *Mileſ.* 48. vocat *adſiſtendi ſolatium* id officii genus. *Athenis* etiam non ignotus mos. vide *Achill. Tat.* VII. 439.

P. 85. Vs. 13. οὐ πάνυ τι λαμπρὸς] formula elegans *Plato Philebo.* 23. B. *Max. Tyr.* XXVI. 1. 2. οὐ δὲ πάνυ τι ἐπιχωριάσαι. *Demoſth.* in *Neaer.* 861. E. *Aeſchin.* παραπρ. 253. C. ita πολύ τι. & μέγα δή τι. *Callim* in *Delum.* 60. *Bentlej.* ad ejus *Epigr.* XLV. *Pauſan.* IV. XXXV p. 371. & *Sylburg.* ad eundem p. 925. ita accipe apud *Platon. Phaedro* p 242. A. πρὶν ὑπὸ σοῦ τι μεῖζον ἀναγκασθῆναι. nec muta quid cum *Stephano.* accipe Epigramma, cujus ſenſum alias ſaepe legiſti etiam Latine.

Μισῶ δυσπερίληπτα φιλήματα, κ̣ μαχιμώδεις
 Φωνάς, κ̣ σθεναρὴν ἐκ χερὸς ἀντίθεσιν.
Καὶ μὴν κ̣ τὸν, ὅτ' ἐστὶν ἐν ἀγκάσιν, εὐθὺ θέλοντα,
 Καὶ παρέχοντα χύδην οὐ πάνυ δή τι θέλω.
Ἀλλὰ τὸν ἐκ τούτων ἀμφοῖν μέσον, οἷον ἐκεῖνον
 Τὸν κ̣ μὴ παρέχειν εἰδότα κ̣ παρέχειν.

P. 85.

P. 85. Vs. 13. φαιδρὸς] immo, ceu decebat *reum*, magis *sordidatus*. nam proprie bene *lautus* φαίνεται. *splendet*. de *Laide* in *Anthol.* III. XII. 7. 225. Πειρήνης λευκῶν φαιδροτέραν λιβάδων. quia in luctu balneis abstinebant, atque ea aversabantur. contra in rebus laetis *lavabant*. hinc φαιδρός. *hilaris*. verum proprie de *lotis & unctis*. unde quod οἱ Ο' reddiderunt *Genes.* XXVIII. 18. καὶ ἐπέχεεν ἔλαιον ἐπὶ τὸ ἄκρον αὐτῆς. *Josephus* L. I. *Antiq.* XIX. 3. uno verbo reddit. φαιδρύνει δὲ τοὺς λίθους. vide de voce φαιδρύνεσθαι L. I. XII. 15. 21.

P. 85. Vs. 17. Γραμματέα] ille *instrumenta*, *testimonia*, *leges* praelegebat. *Ulpian.* ad *Demosth.* *Timocrat.* 782. C. *Lucian.* de *Merced. Cond.* p. 721. *Pollucem* L. VIII. C. IX. §. 98. haec pars muneris satis nota.

P. 85. Vs. 19. Συνδικάζοντες] *Aristophaneo* vocabulo οἱ συνδικασταί. οἱ σύμβουλοι. *assessores*. v. VIII. 92. 18.

P. 85. Vs. 19. Εἰσῆκται τὸ πρᾶγμα] ἡ δίκη. saepe εἰσάγειν τὴν δίκην. τὸ πρᾶγμα εἰς δικαστήριον. inde δίκη εἰσαγώγιμος & οὐκ εἰσαγώγιμος. dicitur etiam *reus* εἰσάγεσθαι. *Demosth. in Timocr.* 776. E. 786. D. *Lexicon Coislinianum* p. 488. γραφὴ. ὅτε τὶς εἰσάγεται. quando se sistere cogitur, εἰσέρχεσθαι dicitur. sed tamen γράψασθαι & εἰσάγειν diversi processus. *Max. Tyr.* IX. 2. Σωκράτην τοῦτον Μέλιτος μὲν ἐγράψατο, Ἄνυτος δὲ εἰσήγαγε. Λύκων δὲ ἐδίωκε, κατεδίκησαν δὲ οἱ Ἀθηναῖοι, ἔδησαν δὲ οἱ ἕνδεκα, ἀπέκτεινε δὲ ὁ ὑπηρέτης. vide *Schol. Aristoph. Nub.* 843. plerumque δίκην vel πρᾶγμα intelligitur: non tam frequenter *persona*. *Lysias* XXV. 471. ἐπιβαλλόντων δὲ τῶν ἀρχόντων ἐπιβολὰς, καὶ εἰσαγόντων εἰς τὸ δικαστήριον. *Pollux.* VIII. 27. εἰσάγειν τὰς προβολάς. *Athenis* εἰσῆγον τὰς δίκας ἄρχοντες vel οἱ λογισταί. *Ulpian.* ad *Demosth.* παραπρ. 375. D. κατ' Ἀριστοκρ. 729. E. & alii quoque pro varietate caussarum & dicasteriorum. *Demosth. Timocr.* 776. E. 781. E. 783. C. sed modo in ἐκκλησίαν. τὸν δῆμον. modo εἰς δικαστήριον. modo τὸ πρᾶγμα. modo τοὺς δεσμώτας. *Lucianus* in *de Merc. Cond. l. l.* jactat se in Aegypto obtinuisse munus τοῦ εἰσάγειν τὰς δίκας, καὶ τάξιν αὐταῖς τὴν προσήκουσαν ἐπιτιθέναι. Credo tamen aliter Anytum, aliter Lucianum τὰς δίκας εἰσενεγκεῖν. dixi δίκην saepius intelligi quam τινα. *personam*. sic in aliis locutionibus passim δίκη reticetur. φεύγειν παρανόμων. φόνου. ἀσεβείας. *Latini* dicunt. *injuriarum competit.* *Aristoph. Eccl.* 651. A. Πῶς εἰ τις ὄφλῃ παρὰ τοῖς ἄρχουσι δίκην τῳ, πόθεν ἐκτίσει ταύτην; mox. τῆς αἰκίας οἱ τύπτοντες πόθεν ἐκτίσουσι. nempe τὴν δίκην. tamen *Dawesius* in libello saepius laudato p. 318. negat dici id posse: nam *partem injuriae* significat ἐκτίσειν τῆς αἰκίας. igitur φεύγειν φόνου est ex *parte caedis reum esse*. corrigit igitur τὰς αἰκίας. quod quam Graece dicatur, ipse viderit. si correxisset τὴν αἰκίας, aliqua specie defendi posset. quae porro differit de αἰκείας & αἰκείας, suspicionem injicerent

rent illum αἰκίας γραφὴν *Athenis* datam fuisse ne cogitasse quidem. an ipso jubente ubique αἰκεία scribemus? quod in *Æschyleo* versu tentat forte non magis placuerit. ubi invenit ἀκὲς pro ἀεικές?

P. 85. Vs. 21. Ἔδει ἄρξασθαι τὸν κατήγορον] Mithridates utitur *exceptione dilatoria*. Unde recte, licet reus, primus dicit. *Nam agere etiam is videtur, qui exceptione utitur : nam reus in exceptione actor est*. L. 1. & 2. ff. *de exceptt. praescriptt. & praejudd.* Ad constantem usum fori respexit his versibus *Aeschylus Eumen.* 585. ubi *Minerva* ceu λογιστὴς vel ἄρχων.

> Ὑμῶν ὁ μῦθος· εἰσάγω δὲ τὴν δίκην.
> Ὁ γὰρ διώκων, πρότερος ἐξ ἀρχῆς λέγων
> Γένοιτ' ἂν ὀρθῶς πράγματος διδάσκαλος.

P. 85. Vs. 24. τὴν τάξιν] vide *Luciani* locum modo laudatum. ubi non puto notat τὴν ἐπὶ ὀφειλομένοις χρήμασι καταβολήν. sed quod *Sopingius* ad *Hesych.* in h. v. primo adponit *ordinem in accusando* vel *agendo*. habet etiam alias notiones juridicas, quae huc non faciunt.

P. 85. Vs. 24. πρῶτον τῶν λόγων] pro πρότερον *Joann. Euang.* I. 15. ὅτι πρῶτός μου ἦν. vide ibi *interpretes*. sic in *Lucae Euang.* II. 2. quibusdam ἡ ἀπογραφὴ πρώτη explicatur. *Athenaeus* XIV. VII. 630. C. πρώτη δὲ εὕρηται ἡ περὶ πόδας κίνησις τῆς διὰ χειρῶν. *Maneth.* I. 330.

> Τηνίκα φυομένων βρεφέων γεννήτορα πρῶτον
> Μητέρος εἰς ἀΐδην πέμψει νεκυηπόλος αἶσα.

qui versus repetuntur L. IV. 405. ubi advertit *J. Gronovius*. vide L. VII. v. 122. 15. quibus locis *Manethonis* vocabulum ὀρόωσιν collocatur inter *futura indicativi & Aoristos subjuntivi*. quae tempora sane permiscet aliquando, si corruptio absit. an ab ὀρόω refugit futurum formare? nam ἐκβάλλει ibidem sine dubio in ἐκβαλέει mutandum.

Audacior quis reposuerit πρότερον. quae miscentur ap. *Polybium* L. X. 16. 822. εἴρηται πρότερον. *Cod.* πρῶτον. ubi & προτοῦ locum habuerit. quod restituendum *Heliodoro* L. VII. 326 Καὶ πολλὰ δὴ προτοῦ καὶ πολλάκις εὐπαθοῦσα. sic *Cod. Taur.* vulgo εὖ παθοῦσα & πρὸς σοῦ. an utrumque receperis καὶ πολλὰ προτοῦ πρὸς σοῦ κ. π. ε.

P. 86. Vs. 4. Εἰ μὲν οὖν διεφθάρη, ὡς ὑπεύθυνον ἔδει παρεῖναι] L. 2. *ff.* §. 2. ad *L. Juliam de adult. Ea quae inter reas adulterii recepta esset, absens defendi non potest.* διαφθείρειν. διαφθορά. φθορὰ sollemnia in his vocabula.

P. 86. Vs. 5. οὔτε μάρτυρι οὔτε συνηγόρῳ] de patroni necessaria paesen-

tia quis dubitet? verum quis & nescit testes in ipso judicio sisti & acciri solitos.

P. 86. Vs. 7. Δικανικῶς] ut peritus juris non modo, verum etiam ut vafer legulejus.

P. 85. Vs. 9. ἐκλήθη] in jus vocato eundum erat. nec eximere reum licebat.

P. 86. Vs. 12. Μέχρι παντὸς] *Aristaen.* II. 14. *Strabo* VIII. 578. ὕστερον δὲ καὶ μέχρι παντός. ubi male vertitur *omnibus modis.* immo χρόνῳ. *semper. in perpetuum.* mox rursus 780. B.

Non abit διὰ παντός. quod item saepe male habitum. Verba fecimus de hac forma p. 199. ita ap. *Manethonem* IV. 557.

Εἰδώλων στονόεντα τύπον διὰ παντὸς ὁρῶντες,
Ὧν πλάστειρα θεὰ πικρῷ θαμβήματος ἄρχει.

ubique. immo *semper.* ἄρχει *initium dat* vertitur. verte *regit. dominatur.* ut L. IV. 495. ἐν αἷς ὕβρις, ἣ Κύπρις ἄρχει. Illa *dea* est φάσμα. qualis illa Dea, quam pro Aenea Turnus est insecutus ap. *Virgilium* L. X. *Aeneid.* 656. vide L. IV. 365.

Agit de vi praepositionis in hac & similibus formulis *J. Casaub.* ad *Athenaeum* L. VII. C. 1. 474. Noster eodem sensu dixit L. IV. VIII. 76. 20. μέχρι τέλους. pro quo *Lysias* 381. 426. διὰ τέλους. locutio εἰς τέλος aliquando fere *idem* notat, aliquando potius *plane. omnino.* itaque εἰς τέλος ἀεί. poetae in primis adhibent. ut *Manetho* IV. 19. ἐς τέλος αἰὲν ἀμόχθους. & alias. notat etiam ad *perfectionem. ad finem.* ut apud *Theod. Prod.* VI. 265. οὐ γὰρ εἰς τέλος Ἐλθεῖν ἀφῆκεν ὁ φθόνος τὰς ἐλπίδας. ita fere L. VI. 261. L. VII. 263. Ἀποψυχείσης τῆς θαλάσσης εἰς τέλος. *omnino.* L. VII. 313. Κἂν μὲν εἰς τέλος σέσωσο, οὐκ οἶδα. vide etiam L. VIII. 341. VI. 245. *Polyb.* VIII. 712. τὸ μὲν γὰρ μηδενὶ πιστεύειν εἰς τέλος, ἄπρακτον. ibi *omnino.* apud *Eunap. Chrysanth.* p. 176. διασεσωκὼς εἰς τέλος τὴν εὔνοιαν (ἐκ παιδός). ubi *semper. in perpetuum. usque ad mortem.* quod plenius dicit *Theocr.* I. 93. Ἄνυε πικρὸν ἔρωτα, καὶ ἐς τέλος ἄνυε μοίρας. *Apollon. Rhod.* 211. Καὶ γῆρας ἀμήρυτον εἰς τέλος ἕλκω. ubi voce ἕλκω adhibet. quia tarda *senectus trahitur quasi & vi ad finem perducitur*: non *ut levis juventa cito transit.* ideoque quia ἕλκω *de filis.* de *tela* dicitur, & ea vocabula item de *vita* adhibentur, quis enim nescit *stamina, fila, colum Parcarum,* adjecit elegans epitheton & aptum τῷ γῆρας, ἀμήρυτον. quasi Penelopes tela foret, numquam detexenda. contrario sensu *Eunap.* p. 79. ἄλυπον δὲ αὐτῷ τὸ τέλος ἐς γῆρας ἄνοσον ἀφικόμενον.

P. 86. Vs. 25. Ὑπερέθετο] *Glossae.* ὑπέρθεσις. *dilacio. procrastinatio. trastinacio.*

stinacio. perendinatio. Ammon. in ἀναβάλλεσθαι agit de hoc verbo. sed non multum huc facientia offendes. ille significatus obtinet L. IV. VI. 74. 22. *Max. Tyr.* XXIV. 6. ἀναθέσθαι nostro sensu utitur. L. 41. ff. *ad L. Jul. de adult. In crimine adulterii nulla danda dilatio est : nisi ut personae exhibeantur* [qui noster casus], *atque judex ex qualitate negotii motus, hoc caussa cognita permiserit.*

LIBRI QUINTI CAPUT QUINTUM.

P. 86. Vs. 17. Οἷα δὲ] alii reponant οἷα δή. Nescio an huc referri possit, quod Grammatici observant Atticos δὲ pro δὴ adhibere. vid. *H. Stephanus de Dialect.* p. 26. 27. qui tamen ad *Platon. Phaedr.* p. 250. C. δὲ pro δὴ saepe corruptum esse adfirmat, quo loco sane τὸ δὴ κάλλος praetulerim, & περὶ δὲ κάλλους pro lemmate, quod lector adposuit & in contextum ita irrepsit. Δοκεῖ δή μοι. ex *Cod.* meo ap. *Polybium* x. 853. reposueris. uti *Hemsterhusio*, adstipulante *mst°* ap. *Xenoph.* I. 2. sic ὅσα δὴ passim. οἷα δὲ in principio periodi diversum paullo notat. vid. *Herodot.* I. 61. 66. ap. *Aristoph.* in *Pace* 407. vel corruptum vel male collocatum δή.

Ἵνα τί δὴ τοῦτο δρᾶτον. ὅτι νὴ τὸν Δία.

lege vel ἵνα δή τι vel ἵνα δέ τι cum *Juntina.*

P. 86. Vs. 18. Προσήνεγκε λόγους] λόγον dicit *Xenoph.* VII. H. H. 625. *Longus.* III. 92. ut noster. ubi exempla alia sistuntur.

L. 86. Vs. 25. Μοιχείας ὑπόθεσιν] Vocabulum juridicum. *speciem. casum. litem. Budaeus Comm.* L. Gr. p. 191. *Demosth.* 330. D. *Aristaen.* II. III. μόνης δὲ τῆς κοινῆς ὑποθέσεως ἀμελῶν. *rei* vertit *Mercerus.* bene. si intellexerit *litem. caussam. controversiam.* & sane vir ille etiam nimiam affectavit eruditionem in Graecis Latinius reddendis. conjiciat κοίτης nemo, nisi qui elegantiam locutionis non capiat. ubi δὴ quoque frustra conjici ostensum ad *Aristoph. Plut.* p. 217. & in *Miscell.* XI. III. p. 35. aliter *Lucian. Tyrann.* II. 45. & noster IV. III. 69. 12.

P. 86. Vs. 26. ἐπόμπευσας τάφῳ . . . δικαστηρίῳ] *famosum reddidisti sepulcro . . . dicasterio, foro. Isidor. Origin.* XVIII. 2. *publice ostendere.* πομπεύειν. neutrorum more saepe occurrit, ut ap. *Nostrum.* IV. I. 64.

 15. pro

15. pro πομπεύεσθ. vide *Schol. Theocr.* II. 68. *Sophocl. Trachin.* 629. dixit πομπεύειν τέχνην Ἑρμοῦ. *praeconium exercere.* sed πομπεύειν *cum infamia per ora vulgi traducere.* ita hic. ita saepe. & ap. *Demosthen.* de *Coron.* 493. F. potuisset adhibere ἐθεάτρισας. Eleganter *Theodor. Prodr. Amaranto.* p. 442. ἀλλ' ἡ χθὲς, ὅτε δρᾶμα ὑφείλετο, καὶ περιείλετο τὴν σκηνὴν' καὶ τὸ ἀληθὲς ἐξεπόμπευσε.

P. 86. Vs. 26. Διήγημα] idem, sed minus dicit, quam quod *D. Paullus* I. *ad Corinth.* I. IV. 9. Ὅτι θέατρον ἐγενήθημεν τῷ κόσμῳ καὶ ἀγγέλοις καὶ ἀνθρώποις. vocem nostram in eum sensum adhibent Οἱ Ο', *Paralip.* II. VII. 20. Δώσω αὐτὸν εἰς παραβολὴν καὶ εἰς διήγημα ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι. *Fabula* Latinis. vide *N. Heinsium* ad *Ovidii* II. *Art.* 562.

P. 87. Vs. 1. Ποίοις ὀφθαλμοῖς] *Sophocl. Oedip. Tyr.* 1385.

> Ἐγὼ γὰρ οὐκ οἶδ' ὄμμασιν ποίοις βλέπων
> Πατέρα ποτ' ἂν προσεῖδον εἰς ᾅδου μολών.

Demosth. in *Aristog.* 842. F. ποίοις προσώποις, ἢ τισὶν ὀφθαλμοῖς ἀντιβλέψεσθε. nam & τισὶν ita utuntur. *Philo* de *Josepho.* 73. 21. τίσι δὲ ὀφθαλμοῖς' αὐτὸν (τὸν πατέρα) θεάσασθαι δίχα τούτου δυνησόμεθα. *Demosth.* de *Coron.* 507. A. 519. B. & haec locutio rogando negat. ita ap. *Lysian* in *Andoc.* p. 119. τούτῳ πειθόμενοι, ποίοις θεοῖς ἡγήσεσθε κεχαρισμένα ποιεῖν; id est, *nullis rite sacra facietis.*

P. 87. Vs. 2. Οἵων ἀκοῦσαί με δεῖ ῥημάτων] quae enim matrona non erubescat ad nomen adulterii, etsi & de alia sermo fiat? *Aristaen.* I. 10. Καὶ ἡμίφωνον καταλέλοιπε τὴν λέξιν τὴν ἐπ' ἐσχάτῳ κειμένην. ἅτε διαμνημονεύουσαν γάμον' ὃν σεμνὴ παρθένος κἂν ἑτέρῳ λέγοιτο, ἠρυθρίασε. non valde bonum ibi foret ἕτερος λέγοιτο. vulgo. ἑτέρου λέγοιτο.

P. 87. Vs. 3. Ἵνα πληθήσῃ] Cum *futuro* Indicativi docuit dudum componi *Budaeus* p. 46. ita ὅπως. vide *Cl. Marklandus* ad *Lysian.* I. p. 22. *Miscell. Observ.* XI. III. 4. & poteramus contenti his esse.

P. 87. Vs. 4. Κρίνεται] *litigat. it in jus.*

P. 87. Vs. 4. Ἐπάν] usitatius esse dicit *Thomas Magister* ἐπειδάν. hoc verum. at nihil eo deterius ἐπάν, ut ipse ex *Platone* ostendit.

P. 87. Vs. 7. Ὄναρ ἔβλεπεν αὐτήν] *Xenoph. Ephes.* V. 75. Τῇ δὲ Ἀνθίᾳ ὄναρ ἐπέστη ἐν Τάραντι κοιμωμένῃ. ἐδόκει δὲ αὐτὴν εἶναι μετὰ Ἀβροκόμου, καλὴν οὖσαν μετ' ἐκείνου καλοῦ. Καὶ τὸν πρῶτον εἶναι τοῦ ἔρωτος αὐτοῖς χρόνον . . . εὐθὺς μὲν ἀνέβοησέ τε καὶ ἀνεθρήνησε. *Tacit. Ann.* II. 14. *Nox eadem laetam Germanico quietem tulit, viditque se operatum.*

P. 87. Vs. 9. Καὶ τὴν τῶν γάμων ἡμέραν ἐστεφανωμένην] nam ante καὶ distin-

ſtinguendum, non poſt ἡμέραν. *& die nuptiarum coronatam.* κατὰ nempe.

P. 87. Vs. 9. Ἐϛεφανωμένην] Optimum ſomnium. *Artemid.* IV. 5. ὅσα πέπλεκται . . . ϗ ϛέφανοι . . . ἀγαθὰ διὰ τὴν συμπλοκήν. & L. IV. 30.

P. 87. Vs. 10. Νυμφίυ] vide quae diximus de toto hoc loco L. I. C. I. p. 2. & 3.

P. 87. Vs. 11. Καταφιλεῖν] *Artemid.* II. 2. p. 83. ἀσπάζεσθαι δὲ τὰς συνήθεις ϗ προσαγορεύειν ϗ καταφιλεῖν, ἀγαθὸν . . .

P. 87. Vs. 11. Μέλλουσα] ita pro μέλλουσαν recte Cl. *Reiskius.*

P. 87. Vs. 12. Προεξαναϛὰς] *Herodot.* L. VIII. 59. IX. 61.

P. 87. Vs. 12. Πλαγγὼν] Quod Plango mox ſomnium felix praedicat, ex arte fit. *Artemid.* IV. 7. ὅσοι συναντῶσι, ϗ ὅσοι βλέπονται, ἄνδρές τε ϗ γυναῖκες, οἱ μὲν φίλοι τε ϗ εὐεργέται ἀγαθοί. IV. 9. Τῶν ἐν τοῖς ὕπνοις ὁρωμένων ἀνθρώπων, ἀγαθὰς ἡμέρας ποιοῦσι τὰς ἐπιούσας, οἱ ἥδιϛοι ϗ φίλτατοι ἢ οἱ φιλοῦντες τοὺς ὁρῶντας.

P. 87. Vs. 13. Καὶ Χαιρέᾳ] Ita datum ab Auctore puto. licet aliquantum minus probabiliter nunc anui de Chaerea in mentem veniat. lineola ſubducitur in *Apographo.* interpres cogitavit de Χαῖρε.

P. 87. Vs. 14. ὥσπερ γὰρ ὄναρ] L. II. I. 23. I.

P. 87. Vs. 17. ἀυτομάτως] *Appulej.* III. *Met.* 45. *divinitus oborta audacia.* quamvis diſtinguant tamen divino inſtinctu & ſponte ſua quae fiant. paſſim ἀπὸ ταυτομάτυ, & ſimilia.

P. 87. Vs. 19. Ὠθισμὸς] *Moiris Atticiſta.* Ὠϛισμὸς. ὠθισμός. Ἀττικῶς. ὠσμός. Ἑλληνικῶς. hoc habes ap. *Diodorum* L. II. 19. 49. in variantibus. ſed primum mihi non obvium. ſed poteſt venire ab ὠϛίζω.

P. 87. Vs. 19. Μέχρις ἔξω] aliis quoque μέχρι cum adverbiis jungitur.

P. 87. Vs. 20. Τῷ μὲν δοκεῖν] potuiſſet quoque τὸ μὲν δοκεῖν.

P. 87. Vs. 25. Τοῖς ἀμφὶ] Ex *Iliad.* Γ. 146. aliquantum inmutavit. utitur etiam *Ariſtaen.* I. I. ſero video interpretem δημογέρουσιν & δημηγοροῦσι confudiſſe. δημογέροντες qui ſint, ipſa vox docet.

P. 88. Vs. 2. Πάντες] *Odyſſ.* A. 366.

P. 88. Vs. 3. Τραῦμα] L. VIII. V. 137. 2. ὡς ἐπὶ τραύματι παλαιῷ πληγὴν ἔλαβε καινήν. ap. *Heliod* I. p. 6. habes τρώμασι pro τραύμασιν in *Cod. Taur.* ſed iſte Joniſmus vix locum habeat. porro θαῦμα in *Apogr.* litera P ſaepe deficit, in quibusdam praecipue ſcribendi compendiis. ut in Φ quando ei inponitur P. & abundat. apud *Manethonem* legeris. L. III. 188.

Ἀχολίην τ' ὤπασ' ἄφενός τε φρένας βασιλήιον ἀμφὶς,

qui verſus ſeptem claudicantibus pedibus incedit. illud φρένας natum ex ἄφενος accedente ſuperflua litera P. totum lege

Ἀχολίην δ' ἄπαος' ἀφένους βασιλήιου ἀμφί.

Non rari autem tales versus hodie inveniuntur in *Manethone*, librariorum culpa. L. v. 216.

Ἀνδρῶν ἔργα τελῦσαν γυναιξὶν τε συναυνάζουσαν.

res & versus aeque monstrosa. lege.

Ἀνδρῶν ἔργα τελοῦσαν, ἴσαις τε συνευνάζουσαν.

γυναιξὶν est e glossa. vide *Firmicum*. L. VII. VII. aliquid juvat L. II. 290. 390. ubi παραὶ lege. L. III. 105. Καὶ πλύτῳ γηθεύοντας ἀεὶ φήμαις τ' ἀγαθαῖσιν. lege γηθεῦντας vel γήθοντας, ne syllaba abundet. L. I. 335. totus versus turbatus.

Μάρτυς δ' ἐπὶ τῦτο ϛίλβηται ϗ Πυρόεις

forte tuto rescripseris

Μάρτυς ϗ Πυρόεις δ' ἐπὶ σήματι τῷδε ϛίλβηται.

Gronovius jam ex libro IV. 410. comparavit versum

Φωτὶ Κρόνου, μάρτυς δ' ἐπὶ σήματι τῷδε ϛίλβηται
Καὶ Πυρόεις.

videntur saepe ΠΑΡΑΛΛΗΛΑ loca sedem in contextu occupasse: & male cum reliquis deinde conglutinata.

L. v. 55. Ψυχρὸς γάρ τε πέλει τῇδε κρόνοιο βολὴ ϗ πήγνυται.

ille versus ibi abesse potest: & est modo adpositus, ut doceremur, cur in prioribus dicatur

Τοῦδε κρόνυ ταρβεῖ αἰεὶ κατὰ πάντα τελευτήν.

& traductus ex vicinia, ubi

ψυχροτάτη δὲ κρόνοιο βολὴ ἀποθάλπεται θερμῷ.

nisi malis agnoscere pentametrum, & illud ϗ πήγνυται accipere pro explicatione τῦ ψυχρός. sequitur autem in proximo versu

Ὄφιμος. εἶδ' ἄμφω δῆριν ἐπὶ κέντρον ἔχωσι.

illud

illud ὄψιμ☉ ad βολὴ refer, si serves pentametrum, vel muta in ὀψίμου & refer ad Τοῦ δὲ χρόνȣ. forte & ὄψιμον posses, referendo ad τελευτήν. ut rem melius intelligas, confer & *J. Firmicum* L. VII. XXV. 2.

L. v. 99. Ἠδ' ἄςρων φύσαντες ἑὴν διὰ πίςιν ἄπιςον
Οὐρανίαισι βολαῖς ὡς ἀςέρες ἦλθον ἐπ' ἄφνω ἀνέλαμψαν.

ultra septimum pedem extenditur. sed versionem prius videamus.

Aut astrorum, spirantes propter suam fidem infidam,
Caelestibus jactibus tamquam stellae veniunt in opibus:

at φύσας. est *genitor.* qui *genuit.* φυσάω vel φυσέω aliud. deinde quidem ἄφν☉ notum, pro ἄφεν☉. verum facit ἄφνει, non ἄφνῳ. an restituendum sic, vel ἄφν☉? si ἐπ' ἄφνω serves ἐπ' referendum ad ἦλθον vel βολαῖς. sed quid faciemus versui. credo ἀνέλαμψαν esse interpretamentum τοῦ ὡς ἀςέρες ἦλθον. ἐλθεῖν ἐπ' ἄφν☉ opponuntur praecedenti ἄπιςος. sed malim ἦτlον. sic *Plato* X. de R. P. 621. C. εἰς τὴν γένεσιν ἄττοντας ὥσπερ ἀςέρας. pro φύσαντες si reponas φυσῶντες, sensum habueris, si modo φυσᾶν ἄςρων *superbire ex astris* notet. an Ἐκ δ' ἄςρων. alios aliis locis versus jam ereximus & in pedes formavimus.

LIBRI QUINTI CAPUT SEXTUM.

P. 88. Vs. 9. Ἣν ἐτίμησας χάμε] nescio sane cur non diceretur τιμᾶν τινὰ τιμήν. non opus ἦ. immo si quid mutandum, mallem ἧς ἐτίμησας. quia praecedit τιμᾶς. elegans quoque & usitatissima omnibus constructio. sed saepe incrustata.

P. 88. Vs. 10. Ἐπιβουλευόμενον] quantocyus repone ἐπιβουλευθέντα. forte mireris, unde praeter morem tam evaserim inperiosus. quia scilicet *Apographum* sic habet liquidis literis, & ipse nescio, unde illud aliud tempus originem, sane spuriam, traxerit. hoc me evasit cum paucis, quandoquidem *exemplar* ad *apographum descriptum* non prius tradiderim typographo, quam a me ipso foret commissum. de talibus semper monui religiose.

P. 88. Vs. 10. ἐπ' ἐμοῦ] *in mea persona.* v. VII. 90. 14. Ὁ δὲ τῆς μοιχείας νόμ☉ οὐκ ἐςιν ἐπὶ δούλων. at VI. IV. 104. 14. νόμ☉ κεῖται ἐπὶ γάμοις. & sic *Lysias.* p. 17. & alii.

P. 88.

P. 88. Vs. 10. Ἐκδικήσης] *vindices*. ἐκδικάζω plane aliud. vide *Aristoph. Eccl.* 976. eodem argumento usi proceres Persae ad condemnandam *Vastam*, ne ejus pervicacia in regem ipsum ceteras Persidas in maritos redderet refractarias & inmorigeras. C. I. *Estherae* vs. 16.

P. 88. Vs. 10. Τὴν ἀσέλγειαν] de maribus modo dici, non de feminis observat *Th. Magister*. An Attici ita religiose observent, nescio. sed apud alios de feminis certe occurrit. de *Sapphone Titian*. C. LIII. non modo autem de libidine, verum & de quavis animi inpotentia. vide *Demosth.* περὶ παραπρ. 347. C. in *Androt.* 706. E. in *Timocr.* 798. C. vide L. V. VII. 90. 8. ὕβρις saepe de *adulteriis. stupris.* ut *injuria*.

P. 88. Vs. 13. διὰ τὸν ποιήσαντα] potuisset adjicere καὶ τὸν παθόντα. sed cavit forte ab hoc nimis ambiguo hic verbo.

P. 88. Vs. 14. ἐπίβουλος ἐμοί] casus verbi. L. VI. I. 99. 3. cum genitivo. sed obvii tales dativi.

P. 88. Vs. 16. Εἰ καὶ δι' ἐμὲ τὸν φίλον, ἀλλὰ καὶ διὰ σὲ τὸν βασιλέα] liceat auctori ex suo arbitrio loqui.

P. 88. Vs. 19. Τὰς μὲν οὖν δεήσεις . . . οὐδὲ αὐτὸς ἀγνοῶ] sic posses verba invicem componere: verum illud intercedens, ὅτι οὐκ ἐξ ἴσου καθεστήκαμεν, turbat. si haberetur καὶ ὅτι. esset modo enallage constructionis. sed hic malim τὰς δεήσεις absolute accipere, quales accusativi saepe fulciuntur ope praepositionis latentis. vide *Perizonium* ad *Sanctii Minerv.* II. V. 5. p. 185. *Davisium* ad *Ciceron. Tuscul. Quaest.* I. 23. *Aelianus* V. H. V. XVII. Ἀλλὰ καὶ Ἀτάρβην, ὅτι τοῦ Ἀσκληπιοῦ τὸν ἱερὸν στρουθὸν ἀπέκτεινε πατάξας, οὐκ ἀργῶς τοῦτο Ἀθηναῖοι παρεῖδον. consulatur ibi *Perizonius*. Δεήσεις autem sunt *prensationes*. *Ulpian.* ad *Demosth.* παραπρ. p. 294. A. παραγγελία] παράκλησις. δέησις. προτροπή. p. 294. B. δεήσεις καὶ σπουδαί.

P. 88. Vs. 20. Παρασκευὴν] L. V. 14. 84. 8. saepe de adversariorum potentia similes querelas offenderis ap. *Rhetores*. *Lysias* 331 & 459. *Aeschin.* adv. *Ctesiph.* 427. A.

P. 88. Vs. 21. Ἐξ ἴσου καθεστήκαμεν] ab pugilibus vel potius exercitibus, qui πλεονεκτοῦσι τοῦ τόπου. *Xenoph.* K. Π. 33. D. οὐκ εἰς τὸ ἴσον καθιστάμενοι.

P. 88. Vs. 22. Οὓς νόμους ὁμοίως ἐν πᾶσι τηρεῖς] ἐν pro οὐ posui. alioqui πᾶσι posset re vera sufficere. Noster L. VI. III. 102. 23. δικαιοσύνην ἐν ἅπασιν ἀσκῶ. sed ibi de *rebus* potius. hic de *personis*.

P. 88. Vs. 23 Καταφρονήσει] *Mithridates* nempe *te*. non cogitandum de Attica secunda persona medii futuri. qualia non debent admitti passive sine necessitate. de hoc Mithridate rex ipse L. IV. VI. 74. 24. ἀρχὴν ἔχειν καταφρονήσεως.

P. 88. Vs. 26. σαφὴς καὶ σύντομος] *Eurip. Phoen.* 472. Ἁπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ. apud *Callimachum* in *Delum*. vs. 94. legitur.

'Αλλ' ἔμπης ἐρέω τι τομώτερον ἢ ἀπὸ δάφνης.

ubi *Sch.* σαφέστερον. at ea notio certe in σύντομος non inest. licet sane brevis sermo magis perspicuus saepe, quam multis verbis laborans oratio. adhibuit vocem hanc iterum fragm. LXXVIII.

Καὶ τῶν νεήκων εὐθὺς οἱ τομώτατοι.

ubi *fervidissimi* redditur. at incertior ibi vera significatio. ipsa vox *Hesychii Glossam juvat.* ὀξύτερος. δυνάμενος τέμνειν. & quando τομὸς de sermone adhibetur, inde metaphora trahitur. *acuta dicta.* τομὰ ῥήματα forte possis dicere. sed in loco primo *Callimachi* non video locum huic significatui : ut pene accedam *Th. Cantero* in schedis reponenti τορώτερον. quod aptissimum & usitatum. *Hesych.* Τόρῳ· ἐργαλείῳ. Τορῷ. ὀξεῖ. ἀκριβεῖ. τρανῷ. ἰσχυρῷ. μεγάλῳ. certe τομὴ πράγματος & τομοῦραι huc nihil facere videntur, quae hic adponit vir magnus, *Ezech. Spanhemius*, non quidem κριτικώτατος, sed qui ubertate doctrinae suae tamen inmensum quid utilitatis literis attulit, prae iis, qui audacissimas & ab veritate alienissimas, aridasque conjectatiunculas nobis, ceu oracula, totis libris obtrudant.

P. 89. Vs. 2. Οὐ καὶ τάφος ἐστὶ παρ' ἡμῖν] Fortuitum hemistichium. *Lucas in Actis.* II. 29. Καὶ τὸ μνῆμα αὐτοῦ ἐστιν ἐν ἡμῖν ἄχρι τῆς ἡμέρας ταύτης.

P. 89. Vs. 6. Ὤφθη] *Adparuit. inventus fuit. exstitit. Sophocl. Antig.* vs. 720.

Οὗτοι διαπτυχθέντες ὤφθησαν κενοί.

Trachiniis vs. 459.

Θέλῃς γνωσθῆς χρηστὸς, ὀφθήσῃ κακός.

Lysias p. 225. ὀφθήσεσθε τῶν αὐτῶν ἔργων ἐπιθυμηταὶ τούτοις ὄντες. *Plutarch. Solone.* 205. ἀλλὰ τεθνηκότες ἀναλγῆ καὶ ἄλυπον ἐπὶ δόξῃ τοσαύτῃ σχόντες θάνατον ὤφθησαν. ubi *Brianus* credo male cogitat de ἔφθησαν. in Arato p. 343. iterum sic loquitur. *Lucian. Pisc.* I. 612. ὦπται χρηστός. *Nemesius* de N. H. I. 34. Κρείττους γὰρ ἀδήριτοι ὤφθησαν οὗτοι τῆς τῶν θηρίων ἐπιβουλῆς. ubi vox ἀδήριτοι debetur meo *codici.* recte *Hesychius.* ὀφθῇ. εὑρεθῇ. φανῇ. vid. *Th. Gatakerum* ad *Antonin.* x. 8. p. p. 329. mox post ᾤετο pone comma.

P. 89. Vs. 10. Ἐπιστολάς] intelligit epistolam Chaereae nomine ad Callirrhoen scriptam. non quam ipse scripsit ad Callirrhoen, ὑπισχνούμενος αὐτόσε στρατηγεῖν. cur autem ex hac Mithridatem non coarguit de meditata vi? dixi L. IV. V. 72. 16. nostrum hujus epistolae videri oblitum. namque & mox unam Chaereae epistolam praelegi jubet a Grammateo.

P. 89. Vs. 11. Ἡ δὲ σὴ Τύχη] Captat benevolentiam regis, cujus Fortunae salutem suam inputat. *Tacit.* xiv. *Annal.* 6. *benignitate Deûm & Fortuna ejus evasisse gravem casum.* ita & noster subjungit ϰ̀ ἡ πρόνοια τῶν ἄλλων θεῶν. *Fortuna* enim regia, ceu *Dea*, colebatur. sic *Galba Fortunam suam* peculiari cerimonia Tusculi colebat. *Sueton.* in vita ejus C. iv. & xviii. quis nescit *Caesaris Fortunam.* hinc in *Numis* toties Fortuna Aug. Augg. *Curtio.* L. x. C. 6. bis memoratur *Fortuna Alexandri.* de qua librum scripsit *Plutarch.* qui in *Alexandro.* 44. εἰ μὴ ϰ̀ ἡ σὴ μετὰ τῆς Περσῶν Τύχης Μακεδονίζει. in *Artax.* 292. τὸν βασιλέως δαίμονα προσκυνοῦντες.

P. 89. Vs. 11. Ἄξιον ὄντα] saepe in precibus ad Deos interponunt εἰ ἄξιός εἰμι. *quoniam dignus sum.* praeterea quando bonam circa famam vel alias laedimur, a modesto de nobis ipsis testimonio ut abstineamus mores non desiderant.

P. 89. Vs. 12. Κατέστησε] saepe modo *efficere. reddere.* ut καθιστάναι τινὰ ἔρημον ϰ̀ ἄπορον. ap. *Plat. Philebo.* 16. C. sed hic *confirmavit. in tuto collocavit. stabilivit. in statu fecit manere. restituit. Herodot.* iv. 161. πρὸς τὴν καταλαβοῦσαν συμφορὰν . . . ὅν τινα τρόπον καταστησάμενοι κάλλιστα ἂν οἰκέοιεν. *se restituentes. Demosth.* παραπρ. 345. A. τὰ πάτρια ἐν τῷ ἱερῷ κατασταθῆναι. in *Timocr.* 774. D. *Lysias* p. 120. Ἐτάραξε μὲν οὗτος τὴν πόλιν, κατεστήσατε δ' ὑμεῖς. vide *Budaei Comm.* p. 483. egimus de voce κατάστασις. L. iii. iv. 49. 5.

P. 89. Vs. 12. φανερὰς ἐποίησε τὰς ἐπιστολὰς] Quia sequitur φωράσας & ἐμήνυσα conjecit, credo, interpres ἐπιβουλάς. si sic haberetur, non reponerem ἐπιστολάς. recte quoque ἐπιβουλὰς φανερὰς ποιεῖν.

P. 89. Vs. 15. Ἐκεῖνος δὲ σοὶ] sane in Parnacis epistola ad regem *insidiarum* non *epistolarum* fit mentio. tamen Dionysius apud Pharnacen γραμμάτων meminit.

P. 89. Vs. 17. Ηλέγχθαι] tuto pro ἐλέγχθαι editum. ut mox recte συνεπένθησε pro vitioso συνπένθησε.

P. 89. Vs. 20. ἀνίστησι τοὺς νεκροὺς] manium quietem interturbat. invidiose dictum. vide L. v. ix. 94. 5.

P. 89. Vs. 20. Λέγε λαβὼν] nempe γραμματεύς. centies apud Rhetores. *Achilles Tatius* viii. 487. λέγε δὲ ὧδε τῶν προέδρων ϰ̀ συμβούλων τὸ δόγμα. ubi frustra *Salmasius* προέδρου. in his scriptoribus modo ad Atheniensium Rempublicam, modo ad Romanam respicitur. apud Athenienses erant plures πρόεδροι. *Aeschines* παραπρ. 258. A. τῶν συμπροέδρων meminit. dicit p. 408. D. λαγχάνειν προεδρεύειν. πρόεδροι δέκα memorantur auctori *argumenti* in *Demosth.* κατ' Ἀνδροτ'. *Harpocration* satisfecerit. Quamvis etiam in invidiam, plurali uti solemus. *Sophocles Antig.* 60.

Ἐα

——— ——— ——— ἐκ νόμου δέ-
ψῆφον τυράννων, ἢ κράτη παρέξομεν.

Justin. XXXVI. VI. 7. *Xenoph. Eph.* II. 28. εἰ δίδως ἔκδοτον θυγατέρα τὴν σὴν τοῖς οἰκέταις. in unius invidiam adsumens totum genus.

P. 89. Vs. 22. Ἀποδείξασθαι] hoc verbum rarius in medio occurrit. ἐπιδείξασθαι passim. *Xenoph.* IV. *Memor.* 883. D. ἀλλὰ καὶ ἐγὼ ἀπεδείκνυτο. ubi margo ἐπεδείκνυτο. nescio quibus auctoritatibus suffultus. *Idem* p. 805. διαφεύγειν τὸ ἀποδείκνυσθαι γνώμην. sed & ibi saepius variatur modo eodem. 814. D. & L. V. A. K. 347. E. οἱ γὰρ μάντεις ἀποδεδειγμένοι ἦσαν, ὅτι. ap. *Herodot.* passim ἀποδέξασθαι. sive ἀποδείξασθαι vide *Porti Lexicon Ionicum.* Nostri sensu dicit *Demosth. de Cor.* 491. D. Εἰ δὲ φησὶν οὗτος, δειξάτω, κἀγὼ στέρξω καὶ σιωπήσομαι.

P. 89. Vs. 23. Καὶ νεκροῦ καταψεύδεται] Quibus parcere omnis religio & humanitas praecipit. *Xenoph.* K. A. III. 296. A. καὶ τεθνηκότος ἤδη ἀποτεμὼν τὴν κεφαλήν. 301. B. Οὔτε Κῦρον τὸν τεθνηκότα αἰδεσθείς. pleni libri de hoc, pietatis officio.

P. 89. Vs. 24. εἶχε τὴν ψῆφον] ἡ ψῆφος. πᾶσαι ψῆφοι.

P. 89. Vs. 26. Πικρὸν ἀπεβλέψε] ita πικρὸν βλέπειν emendavit optime *Arnaldus* in *Alciphr.* II. I. 196. codice confirmante. vulgo μικρόν. vide L. IV. harum *Animadv.* I. p. 362. In *secunda* ὑποθέσει *Orat. Demosth.* περὶ παραπρ. legitur πόλεμος συνειστήκει Φιλίππῳ καὶ Ἀθηναίοις μικρός. *Var. Lect.* μακρός. bene. at & de πικρὸς cogitare licet.

LIBRI QUINTI CAPUT SEPTIMUM.

P. 90. Vs. 4. Σύνιημι] *Apographum* & procul dubio *Codex* σύνειμι. sic etiam συνεῖναι pro συνιέναι. ap. *Heliod.* II. 89. *Vat. Xyl. Taur.* & in *Cod. meo* Apollodori L. III. VI. VII. 177. *Demosth.* in *Aristocr.* 741. C. 742. E. de *Coron.* 491. C. *Ulpian. Gronovius* in *Herodoto* V. 8. recte restituit ex optimo *Mediceo.* συνιέναι. & ita ordine factum bis ap. *Lucian.* T. II. p. 57. nec movere quem debent notata *Gatakero* ad *Anton.* L. V. §. 7. p. 191. forte quis praesidium quaerat in ἀφεῖναι, παρεῖναι, ἀνεῖναι; sed alius naturae haec esse ostendimus. L. III. III. 47. II. & III. IX. 58. 5. confusio tamen omnino caveri nequit. sic παρεῖναι *omittere* & παρεῖναι *adesse.* ἀπεῖναι Ionice *dimittere* &

ἀπεῖναι pro ἀπιέναι *abire*: quod in Codicibus occurrit & alias. sed tamen non immerito inmutavit *J. Davisius* in *Max. Tyr.* XXIII. I.

P. 90. Vs. 5. βαρεῖ] displicet Grammaticis. vide *J. G. Graevium* ad *Luciani Soloec.* T. III. p. 573.

P. 90. Vs. 6. Πρώτην ταύτην ἔσχηκα τὴν διαβολὴν] Inde *Demosthen.* de *Cor.* 514. E. queritur Aeschinen invidiose Cephalum & Demosthenem comparasse, dum de Cephalo praedicet. Ἀλλὰ τὸ τῦ Κεφαλοῦ καλὸν, τὸ μηδεμίαν γραφὴν φυγεῖν. *Appul.* III. *Milesf.* 47. *Ne tantulo quidem numquam crimine postulatus, sed probe spectatus apud meos.* sic *Codex* noster. ἔχειν διαβολὴν. est διαβάλλεσθαι. ita Latini *crimen habere* est *accusari. Herodot.* IX. 99. ὑποψίην ἔχειν est ὑποφθῆναι. sic αἰτίαν ἔχειν. κατηγορεῖσθαι. *Casaub.* ad *Athen.* IX. II.

P. 90. Vs. 8. Ἀκόλαστος καὶ ἀσελγὴς] Consule *Hesych.* in primo vocabulo, qui hoc per illud explicat. *Pollux.* VI. 189. commutat quoque *Plato in Symp.* 190. D. *Aristotel.* VI. *Hist. Anim.* XVIII. ἐπὶ τῶν ἀκολάστων περὶ τὸ ἀφροδισιάζεσθαι. *Plat. Philebo* p. 12. D. ἀκολαστάινειν & σωφρονεῖν, ut hic, opponit.

P. 90. Vs. 8. ἐποίησαν ἂν βελτίονα με] Non est, ut multum reluctaris, si quis με reponi malit.

P. 90. Vs. 10. Μιᾶς ἡδονῆς ἕνεκεν ἀπολέσαι] *Plutarch.* de *Liber. Educ.* p. 5. B. μίαν ἡδονὴν θανάτυ τιμώμενοι.

P. 90. Vs. 11. Παραγράψασθαι τὴν δίκην] *excipere. exceptione removere, actionis perperam institutae. Pollux.* L. VIII. §. 57. *Budaeus* in *commentariis. Demosth.* in *Mid.* 616. E. Nempe ostendit esse *servam.* at Lex *Julia de adulteriis* de liberis personis, non de *servabus* lata. tum ex *lege Aquilia* agendum. *injuriarum actio* quoque patebat. & *praetoria actio* de *servo corrupto.* L. 6. *ff. ad L. Jul. de Adult.* Nam saepe Charito sequitur jus Romanum, quod ejus tempore solum vigebat.

P. 90. Vs. 13. Νόμῳ γαμηθείσης] Si concubina aut injusta uxor erat, ut maritus eam accusare nequibat, sed jure extranei. *L.* 13. *ff. ad L. Jul. de Adult.* igitur nec adulterium alio persequi modo. Apud Athenienses pellicis adulterum occidere licebat quasi marito. *Lysias* ὑπὲρ Ἐρατοσθ. φόνυ. p. 17.

P. 90. Vs. 15. Γραμμάτιον τῆς ἀπελευθερώσεως] Nam cum *serva servove* nullae nuptiae. at cum *libertino* vel *libertina.* L. I. C. *de Incest. Nupt. Liberta eademque uxor tua.* & L. 3. ejusdem tituli. *cum ancillis non potest esse connubium.* at opus manumissione, quando patronus patronave mariti uxorisve erat manumittens innumera in literatis lapidibus exstant exempla. ap. Cl. *Murat.* MCCCXLVI. 2. ex *Ligorio.*

D. M.
T. FLAVIUS. SORATUS
CONJUGI. ET. LIBERTAE
SUAE. AMANTISSIM
FECIT.

At jam *Jac. Mazochius* exhibuerat p. cxxxv. & ex eo *Gruterus* DCCCCXL. 3. ubi pro *Soratus* quasi e *Mazochio Sostratus*. sed nec in emendandis ap. *Mazochium* varietas notatur. ita edidit quoque *Oct. Boldonius* p. 613. Tamen *Reinesius* merito *Sostratus* in *Eponymologico* probavit. vide *Thesaurum Muratorianum* MCCXIII. 7. MCCCXIII. II. MCCCLIX. 8. MCCCLIX. 12. MCCCXIV. 4. MCCCLXII. 10. sed affatim exemplorum adposuit *Fabrettus*. C. IV. p. 290.

P. 90. Vs. 14. Γραμμάτιον] *instrumentum juridicum*. pro quo mavult γραμματίδιον *J. Casaub.* ad *Athenaeum* L. VII. 6. 501. vide ad L. VIII. IV. 134. 20. ubi alio sensu γραμματίδιον adhibet, quo mox γραμμάτιον pro *epistola*. ut ap. *Lucian. Dial. Meretr.* x. 306. γραμματεῖον sensu nostro valde obvium. γράμματα & γραμματεῖα hac notione ceu synonyma ponit *Lysias* p. 507. *tabulae legum*. χαλκᾶ γραμματεῖα *Platoni Minoe* p. 320. C. & quae finis! vide *Bergler.* ad *Alciphronem*. I. XXVI. 106. *Salmasius*, C. X. de *Modo Usurarum*. γραμματίδιον derivat a γραμματεῖον. venit a γραμμάτιον, ut σωμάτιδιον a σωμάτιον. σωματεῖον. nec bene illud quod γραμματεῖον deducat a γραμματεύς. cum a γραμματεύω descendere constet, ut χαλκεῖον a χαλκεύω. *locus* ubi χαλκεὺς *operatur*, & centena alia. vocabula vero γραμματίδιον σωματίδιον saepe in penultima in codicibus habent EI. quia illa syllaba contracta & longa est γραμμάτιον γραμματίδιον. unde ἐγχειρίδιον. ποτηρίδιον. βυβλίδιον. πινακίδιον. ἀργυρίδιον. res nota nec ab uno tractata.

Verum, quid, intelligemus per γραμμάτιον ἀπελευθερώσεως. an *manumissionem per epistolam*. quae *chartula* vocatur L. *unic*. C. *de Lat. lib. toll.* quae saepe per tabellarium fiebat. verum etiam in manumissione inter amicos scriptura locum habebat l. l. §. 2. An, cum coram praetore manumittebatur, *instrumentum manumissionis* confieri sueverit, non dixerim. certe conficiendo instrumento non multa opportunitas, si manumissio celebraretur coram praetore, vel praeside, vel proconsule, in balneum vel in theatrum eunte. vide *Instit.* L. I. T. V. §. 2. *de Libertinis*.

Et poterat excipere *Dionysius*, si vel non ipsi *instrumentum manumissionis ad manum* esset. matronali veste donarat: nuptiis ipsis manumissio facta intelligi satis posset. sed haec haud nostri fori.

P. 90. Vs. 17. Κἀκεῖνος ἁρπάσας ἐκ τάφου] & ille qui rapuerat e se-

 pulcro

pulcro: non solummodo pirata, sed & τυμβωρύχος. pro κλέπτης potuisset καὶ ταῦτα scripsisse. eodem redit.

P. 90. Vs. 17. Ἐλευθέραν ἐπριάμην] L. 1. ff. ad *Leg. Fab. de Plag. si liberum hominem emtor sciens emerit, capitale crimen adversus eum ex lege Fabia de plagio nascitur.*

P. 20. Vs. 19. γάμον τὴν πρᾶσιν] contractus emtionis veniat pro instrumento nuptiali.

P. 90. Vs. 19. Καὶ προῖκα τὴν τιμὴν] Dos in legitimis solum nuptiis locum habebat. Quin haec dos efficere possit, ut conditionis fieret libertinae. Nam dominus cum dote alteri ancillam suam in matrimonium collocans, illam civem Romanam faciebat. & multo magis igitur, si ipse dominus dans dotem suae ancillae, [qui hic fingitur casus] ipsam suo jungat matrimonio, facit libertinam. quo admisso, prima objectio de *serva* evanesceret. igitur transit ad aliud argumentum.

P. 90. Vs. 19. Μιλησία σήμερον ἡ Συῤῥακοσία δοξάτω] civis Milesia. non Syracusana, forte *serva*. Vel potius duxerit civem Milesiam, non emerit Syracusanam liberam personam pro *serva*. non sit ἀνδραποδιστής.

P. 90. Vs. 23. τὰς δὲ τιμωρίας οἱ νόμοι τῶν ἔργων λαμβάνουσι] Et tamen conatus non semper omni poena caret. nam ut *Philippus* apud *Demosth.* παραπρ. p. 297. B. οὐδὲν ἧττον ἠσεβήκασιν οἱ βεβουλευκότες τῶν ταῖς χερσὶ πραξάντων. confer *Aeschin.* παραπρ. 401. D. ubi suasores auctoribus adsimulantur. at apertius *Appulejus Flor.* xx. *Ita ut contra in maleficiis etiam cogitata scelera, non perfecta adhuc, vindicantur. cruenta mente: pura manu. ergo sicut ad poenam sufficit meditari punienda.* Tamen cum nostro facit *Tacitus* Ann. III. 69. *ideo leges in facta constitui, quia futura in incerto sunt.* quin L. 18. ff. *de poenis. Cogitationis poenam nemo patitur.* ad quem locum commode *Cato* laudatur, qui apud *A. Gellium* VII. 3. *negat voluntatem puniendam.* Verum certe in crimine adulterii apertiora in contrarium exstant testimonia, quibus patet ad poenam non opus esse perfecto crimine: sed attentatum non plane inpune dimitti. L. 1. ff de *extraord. Crimin. Sollicitatores alienarum nuptiarum, itemque matrimoniorum interpellatores, etsi effectu sceleris potiri non poterunt, propter voluntatem promiscuae libidinis extra ordinem puniuntur.* §. 2. ... *perfecto flagitio, puniuntur capite*: inperfecto *in insulam deportantur.* consulatur *Ant. Schultingius* in *Jurisprud. Ante-Justinianea.* ad *Pauli Sent.* L. V. T. IV. §. 5. p. 439. Quin in *Novella* CXVII. XV. *ut liceat matri & aviae.* suspectum adulterum occidere permittitur. In partes tamen itum, ut patet ex loco *Commentatorum* in *Hermogenis Rhetorica* p. 223. ubi quaeritur an *Eunuchus* potest *adulterii accusari* . . . μηδὲν διαφέρει λέγων πρὸς τὸ εἶναι αὐτὸν μοιχὸν, εἴτε δύνατος χρήσασθαι,

σαθῆ, εἴτε μή. τὴν γὰρ προαίρεσιν ἐξετάζειν δεῖ. εἶτα ἡ γνώμη τοῦ νομοθέτου κοινή ἐστιν. ὁ μὲν γὰρ διώκων ἐρεῖ, ὅτι καὶ ὁ νομοθέτης μοιχὸν οἶδε, τὸν τῇ προαιρέσει κατὰ τὸν μοιχὸν ἐπιτηδεύοντα. ὁ δὲ φεύγων. ὅτι οὐκ οἶδεν ὁ νομοθέτης μοιχὸν, εἰ μὴ τὸν χρησάμενον τελείως (sic lege). Subtilitates in his foro Juridico reliquerim libens. verum patet ex his auctorem nostrum in rem suam ita absolute loqui potuisse. nam in caussa nostra adoptamus opiniones, licet non omni exceptione majores. & contra in suam rem quoque contrariam sententiam potuisse sequi *Max. Tyrium Dissert.* XVIII. 4. quando scribit. καὶ γὰρ μοιχὸν κολάζει ὁ νόμος, οὐ τὸν δράσαντα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν βουληθέντα. ad quem locum nunc video *J. Davisium* opportune laudavisse magni *Jac. Cujacii Observ.* L. XV. XXV. quem etiam adire potes L. VIII. 22. nolui autem scripta mihi delere, licet eadem nonnulla, & uberiora apud hunc Jurisconsultorum principem occurrant, quia ad nostrum Charitonem, ut a me proposita, haec propius spectant. *Tyrius* autem *Philosophus* exemplo de adultero subjungit duo alia de *fure* sive *parietum effractore.* & *proditore.* καὶ τοιχωρύχον τὸν ἐπιχειρήσαντα, κἂν μὴ λάθῃ, καὶ προδότην τὸν μελλήσοντα, κἂν μὴ πράξῃ. nempe ὁ νόμος κολάζει. Et de *proditore* exemplum difficultatem non habet. levius forte quidem punietur ob meditatum scelus, quam si perfecerit. at certe supplicium non effugiet. at in *parietum effractore* difficultas movetur, quasi auctor hisce suis verbis docere voluerit. *deprehensionem furis, crimen ejus minuere.* immo si prehendatur post effractos parietes, punietur severissime secundum leges, quae in tales malefactores constitutae. at si perfringere meditatus fuerit, si cum malleis, vectibus noctu circa parietem solitarium versatus fuerit, si ad locum, ubi foramen efficere voluerit, jam deposuerit instrumenta ista, si ante primum ictum deprensus fuerit a domino vel ab aliquo ejus familiae serius domum repetente, & colligatus, [ita intellige κἂν μὴ λάθῃ. *si ante factum patuerit*] & ad magistratum deductus fuerit, sane *lex eum puniet*: quamquam forte non tam gravi supplicio ac si flagitium jam perfecisset: murum perfodisset: aurum argentumque compilasset, & cum praeda vel adhuc in ipsa domo vel in via comprehensus fuisset. Auctor minime dicit τυμβωρύχον, qui perfodit parietem, levius punitum iri; quam si integro adhuc pariete in conatu primo deprehensus fuisset: sed dicit in talem, etsi effectus non secutus fuerit, ipsius cogitati sceleris a lege poenam esse constitutam. qualis ista sit futura, graviorne an levior quam in perpetrato flagitio, non definit. & stultum sane foret hoc in casu de graviore vindicta cogitare haec ab elegantissimo scriptore vel stulti ratiocinii culpam vel ab ejus verbis mutationem defendendi gratia

P. 90. Vs. 24. Χεῖρα ἐμὴν οὐκ ἔχεις] de auctoritate *chirographi* adeundi juris antistites. negat habere ejus propriam manum. rursus oblitus

Cha-

Charito Mithridatem scripsisse ipsum ad Callirrhoen: non solum Chaerean. an caussabitur ab amanuensi scriptum: at saltem sua manu vel compellandi vel vale dicendi formulam addiderit. vel amanuensis poterat a *Dionysio* desiderari, ut exhiberetur in judicio, ut quaeratur, utrum non jussu domini hanc epistolam scripsisset. verum ad talia connivendum benignius videtur. porro notio τῦ χειρ pro *Chirographo* communissima apud Graecos & Latinos. *Artemidorus*, ut saepe Grammaticum agens, L. 1. 44. Χεῖρες σημαίνουσι ... χειρόγραφα δὲ. ὅτι καὶ αὐτὰ χεῖρες λέγονται. vide ibi *Rigaltium*. idem mox jure dicit vocabulum esse πολύσημον. nescio tamen an observata sit notio, qua χεὶρ sumitur pro βαλάνῳ, κόραξι *januae*. vel pro *sera*, *pessulo* vel forte *cardine foris*. nam dubito, quo horum significatuum acceperit *Heliodorus* L. VIII. p. 405. Αὐτὸς δὲ κατά τινα παραπυλίδα, ταῖς πολλοῖς ἀγνοουμένην, ἀσθενεῖς τὰς χεῖρας ἐκμοχλεύσας. ita enim *Codex Taurinensis* exhibet pro θύρας. *Thucyd.* II. 4. θύρας ἔκλεισε, συρακίῳ ἀκοντίῳ ἀντὶ βαλάνῳ χρησάμενος εἰς τὸν μοχλόν. ubi mox. πελέκει διακόψαντων τὸν μοχλόν. hic quietius res gesta & ἀθορύβως. quae vox ibidem locorum restituenda, ubi nunc legitur. ἐπὶ τὰ στρατόπεδα σὺν σπουδῇ καὶ ἀθρόως: sed *Vaticanus* habet ἀθορύβως, vitiose ἀθορύβῳ. quod confirmatur ab aliis, qui θορύβῳ.

Licet autem apud Romanos quoque sit vocabulum multiplicis significatus, dubito vehementer an *Manus* per se significare possit *finem*. novi sane & obvia est locutio *inponere summam*, *ultimam*, *supremam manum operi*. at *inponere manum* plane, sine hoc epitheto, contrarium designat. nempe *opus incipere*. *admovere manum*, *curam*, *operam alicui rei*. *rem tractare*. ut ap. *Ovid.* IV. *Tr.* 1. 28.

Non equidem vellem, quoniam nocitura fuerunt,
Pieridum sacris inposuisse manum.

ita χεῖρα ἐπιβάλλειν. ap. *Eunap.* 189. χεῖρα ἐπέβαλεν ἀνορθῶσαι βουλόμενος. idem quod *manum addere* significat. *operi se accingere*. *tractandum sumere*. ut apud *Cl. Mamert. Paneg.* IV. *Manum gubernaculis addere*. atqui *addere ultimam manum operi* esset. *finire*. *perficere*. ap. *Trebell. Pollion Claudio* C. I. p. 450. sane legitur. *qui bellum Gothicum sua virtute confecit: qui manum publicis cladibus inposuit*. ubi quis forte interpretetur *finem* inposuit. immo non. nam *manus* non suppliciter saltem *finem*, sed *perfectum finem*. τέκμωρ notaret. & tum saevissimus tyrannus hac notione *manum inposuisse cladibus* dici possit. *manum inponere* ibi significat *coercere*. *inpedire*. *retinere*. tamen *Richardus Bentlejus*, *manum inponere* pro *finire*, in *Manilio* recepit L. I. 96. ubi nunc legitur

Nec

Nec prius inposuit rebus finemque modumque.

hic reposuit *manumque* pro *modumque*. At exemplis id firmans, talia adfert, ut in nullo non invenias vel *ultimam* vel *supremam*. ponendum igitur ipsi fuit sine caussa huic locutioni haec epitheta accedere. quod non puto. forte contenderit quis, viro egregio ἦρα φέρων, *manum inponere* per se quidem non significare *finire*: sed si addatur vox *finis*, ambo vocabula, ut synonyma fere, inter se suas communicare significationes. dum vero id exemplis aliis confirmetur, putarim elegantem & legitimam locutionem esse *inponere finem modumque*, re vera synonyma saepe & conjuncta; ut *caput & fons*. Quin *Varro Manio* dixit. *sumtibus statuere finemque modumque*. ap. *Nonium* voce *Luxuria* p. 211. & alio sensu conjunxit *Horat.* 1. *Sat.* 1.

Est modus in rebus: sunt certi denique fines.

& *Lucretius* L. 11. 91. dixit. *Quoniam spatium sine fine modoque est.* & ut *finem inponere*: sic & *modum inponere alicui rei* obvium. Quare ego lectionem *manumque*, licet ex codicibus petitam, admittendam hic non censeo.

P. 90. Vs. 24. Καλλιρρόην Χαιρέας ζητεῖ. κρινάτω τοίνυν μοιχείας ἐκεῖνον] Quaesitum fuit quidem, utrum vir uxorem, ut adulteram, posset accusare, quae alteri marito nupsisset, se priore marito vivo, sed de cujus morte perlatus fuerat nuntius: postea falsus inventus. L. 11. *ff.* §. 12. *ad L. Jul. de Adult.* responsum. *Si longo tempore transacto, sine ullius stupri probatione, falsis rumoribus inducta, quasi soluta priori vinculo, legitimis nuptiis secundis juncta est: quod vero simile deceptam eam fuisse: nihil vindicta dignum videri potest.*

At dictum Charitonis aliud dubium movet: an scilicet iste secundus maritus, si prior uxorem recuperare quocumque modo sategerit, an iste, dico, secundus maritus contra priorem agere possit ceu adulterum: κρίνειν μοιχείας.

Ad priorem casum spectat, quod Charito ex Mithridatis persona dicit ad Dionysium mox. προλέγω σοι, Καλλιρρόην ἀπολέσεις. οὐκ ἐμὲ βασιλεὺς, ἀλλά σε μοιχὸν εὑρήσει. nam legitimis quidem nuptiarum cerimoniis juncti fuerant *Dionysius & Callirrhoe*: at matrimonium tamen celebratum & perfectum fuerat, antequam de Chaereae morte vel suspicio nata fuisset ex triremis illius Syracusanae conflagratione & internecione, ut putabatur, vectorum. igitur si in sequentibus, postquam Mithridates, ut splendide ἀπολελογημένος, in dynastiam remissus fuerat, lis inter *Chae-*

rean & *Dionysium* coram rege agitata fuisset : quam sequi deberet Callirrhoe, Chaereas vindictae locum habiturus contra *Dionysium* vel potius Callirrhoen videtur : quoniam non vero simile erat eam fuisse deceptam. Sed in nostro casu, id est, si ponamus legitimis nuptiis & probabili rumore inductam Callirrhoen ad secundum matrimonium transiisse, disquirendum an re vera Dionysius potuisset agere contra Chaeream ceu adulterum, vel alienarum nuptiarum interpellatorem & sollicitatorem. Quod hic dicit Charito in persona Mithridatis. *Chaereas quaerit Callirrhoen : illum igitur, Dionysi, ceu adulterum accusa.* An hoc processisset : dispiciant me peritiores Themidis alumni.

Casum hunc tractavit poeta *Euripides* in Tragoedia *Helena*. Helena in Aegypto, dum Menelaus ad Trojam pugnat, de ejusque reditu desperatur, secundis votis in matrimonium Theoclymeno, Protei filio, concessit. At Troja post decennium capta, contra omnem spem, Menelaus venit in Aegyptum, & Theonoe adjutrice, Menelaus Helenam clam rege secum avehit in Graeciam. Jam Theoclymenus, re audita & ejus auctore cognita, irascitur non leviter Theonoae, & proditricem sui lecti vocat. at chorus Theonoae patrocinatus eam e contrario adpellat piam : & laudabilem esse hanc, si ita velit adpellare, proditionem : quae nimirum justitiae opituletur. Menelao namque potius competere jus in Helenam : esse κυριώτερον. at Theoclymenus negat quemquam *suarum rerum* esse κύριον *praeter se*, vel κυριώτερον. regerit Chorus, Menelaum esse κυριώτερον. *plenius dominium habere* : quia pater desponsarat Helenam Menelao, cujus in potestate filia fuerat. At reponit Theoclymenus : si pater Menelao eam dedit : Fortuna eandem mihi dedit. hinc chorus finem altercationi & argutiis inponere quaerens : *Fortunae* opponit Deam non minoris imperii, & ait : si *Fortuna favens* dedit, *dura Necessitas* rursus abstulit. quare ne irascare sorori tuae Theonoae vel eam occidere quaeras. Ita Philosophus & jurisconsultus poëta rem expedire conatus fuit. locus Tragici est circa vss. 1650.

Si Dionysius a Chaerea repulsus esset : quia pater eam sibi elocarat, Dionysius respondisset : at se mihi ipsa elocavit, & subjecisset cum *Ovidio*. XX. *Ep. Heroid.* 157.

Haec mihi se pepigit : pater hanc tibi : primus ab illa.
Sed propior certe quam pater ipsa sibi est.

ut mox p. 92. dicit Chaereas Μοὶ πατὴρ ἐξέδωκε. cui *Dionysius* respondet : ἐμοὶ δὲ ἑαυτήν. vide L. III. II. 43. 15.

P. 91. Vs. I. Προκαλῆ με πρόκλησιν] Forense verbum. non simpliciter notat *provocare aliquem*. sed *convenire*, ut in judicio servum vel familiam

liam exhibeat, quo tormentis veritas ita ex ipsis exprimatur. *Pollux* VIII. 62. πρόκλησίς ἐστι λύσις τῆς δίκης, ἐπί τινι ὡρισμένῳ ὅρῳ, ἢ μαρτυρίᾳ ἢ βασάνῳ, ἢ ἄλλῳ τινι τοιούτῳ. ubi *Salmasius* ad *Achillem Tatium* p. 744. legi jubet κλῆσίς ἐστι τῆς δίκης vel ἐπὶ τῆς δίκης. utrumque me judice frustra & perperam. vide *Aeschin.* παραπρ. 403. B. quem locum animadvertit jam *H. Valesius* ad *Harpocr.* in voce. *Lysias* περὶ τραυμ. ἐκ προν. p. 96. & Cl. *Taylor.* ad *Lycurgum.* §. IX. p. 326. alia res est πρόσκλησις, de qua *Cl. Valkenarius* ad *Ammon.* II. XII.

Πρόκλησις propria non adeo hic habebat locum: sed quia Dionysius quasi *Chaeream* sibi exhiberi postularet a Mithridate: nisi caussa cadere vellet, eleganter hac voce usus fuit hic noster. Mithridates enim mox προκλήσει satis faciet, & Chaeream in judicio exhibiturus est testem locupletissimum, & revera λύσιν τῆς δίκης hujus. quid quod Chaereas quasi *servus* Mithridatis.

P. 91. Vs. 1. Μαρτύρομαι] declaro coram hoc concessu, me re vera esse tuum amicum, & hospitalia jura revereri: contra quam tu, Dionysi, criminatus es.

P. 91. Vs. 2. Ἀπόστηθι τῆς κατηγορίας] quod vocabant διαγράψασθαι τὴν δίκην. *Pollux.* VIII. 57. *Suidas. Harpocr.* & ibi *Valef. Cl. Marklandus* ad *Lysian* XVII. 315. quod ipse actor faciebat. nam reus nequibat. ut rerum natura docet. ἀναιρεῖσθαι litigantes dicebantur quoque τὴν δίκην. vide *Demosth.* in *Neaeram* 869. E.

P. 91. Vs. 3. Παραπέμψαι] nam in criminibus non ita ἀναιρεῖσθαι τὴν δίκην vel ἀποστῆναι τῆς κατηγορίας, semel in forum re deducta, licebat. unde addit βασιλέως δεήθητι παραπέμψαι τὴν δίκην. id est διαγράψαι. quod proprie *judicis* vel γραμματέως: quando accusatio in *tabula*, ubi recepta erat, inducebatur.

P. 91. Vs. 5. ψῆφον ἄσεις] L. I. v. 9. I. mox male θέλοντα *Apogr.* quod correxit Cl. *Cocchius. Tacit. Annal.* III. II. *arrecta omni civitate, quanta fides amicis Germanici, quanta fiducia reo.*

P. 91. Vs. 6. Οὐκ ἐμὲ] vide modo. p. 90. 25.

P. 91. Vs. 8. Πότερον ἀφίσταται ἢ ἐμμένει] si modos convenire necesse sit, rescribendum ἀφίστηται vel ἐμμένῃ. vide notata L. I. XII. 17. 22.

P. 91. Vs. 13. φωνὴν ἐπῆρε] L. I. IV. 7. 8.

P. 91. Vs. 14. ὥσπερ ἐπὶ θειασμὸν] velut illi, qui, in orgiis & mysteriis celebrandis enthei & a deo possessi, numina invocant, & obtestantur, eorumque nomina & potestates recensent magnis clamoribus.

ἐπιθειασμὸς fere idem: sed saepius de iis, qui in adversis rebus deorum opem fidemque inplorant & obtestantur. *Schol. Thucyd.* I. 75. VII. 50. VII. 75. ἐπιθειάζει. Θεοὺς ἐπιβοᾶται. ἐπικαλεῖται. *Plato Phaedro* p. 241. C. ἀγα-

C. ἀγανακτῶν καὶ ἐπιθειάζων. nam diversitate scripturae nullo modo mutari significatum ostendere V. V. D. D. quos vide in praefatione ad *Thucydidem.* Paullo alia notione accipit *Schol.* ap. *Thucyd.* VIII. 1. θειάσαντες. nempe ἀντὶ τοῦ θεοφορηθέντες. *Max. Tyr.* XXXVII. 5. ἐν ταῖς τελεταῖς ἐπιθειάσαι. *Diodor.* IV. p. 294. συνθειάζειν vel συνθεάζειν. *Plutarch.* in *Coloten* p. 1117. A. Σεβάσεις καὶ ἐπιθειάσεις jungit. ἐνθεάζειν de vatibus. ut ap. *Herodot.* I. 63. ὁ μὲν δὴ οἱ ἐνθεάζων χρᾷ τάδε. quod uno verbo extulit *Philostr.* vita *Apollon.* VIII. 31. οἷα τῷ λόγῳ ἐπιθεάζει. sive igitur accipias de invocatione, sive obtestatione deorum, in Mithridatem quadrat: qui re vera hic ἐπικαλεῖται τοὺς θεούς. quia vero hic in Persia versamur, respiciatur ad θειασμοὺς magorum: namque his peculiariter deorum tales tribuuntur invocationes. Unde *Manetho* L. VI. 475.

Ἢ Μάγοι ἀῤῥήκτοισι θεοὺς καλέοντες ἀοιδαῖς.

Vetus Lexicon in *Bibliotheca Coisliniana* p. 236. Μαγεία ἐπίκλησίς ἐστιν ἀγαθοποιῶν δαιμόνων. & mox ita ipse loquitur noster. φάνηθι ἀγαθὲ δαῖμον. quod convenit.

Ἐπὶ θειασμὸν forte non nullos mutandum videbitur in ἐπὶ θειασμοῦ vel θειασμῷ: quin alii legerint ὥσπερ ἐπιθειασμῷ una voce. non satis magnas caussas video. ἐπὶ θειασμὸν, quasi se praepararet in θειασμόν. ita interjiciuntur. ὥσπερ ἐμμανής. ὥσπερ ἐνθεάζων. ἔνθεος. ἐνθουσιαζόμενος. & alia similia.

Obiter adverto in *Manethone J. Gronovium* ἀῤῥήτοις edidisse: sed in notis codicis lectionem defendisse. ap. *Apollonium* L. I. 917. habes.

Ἀῤῥήκτους ἀγανῇσι τελεσφορίῃσι θέμιστας.

Sed ubi *Bizetus ex sequentibus poetae verbis* mavult: ἀῤῥήτους. quod & mihi ex ejus libro patuit, & observavit *P. Burmannus* ex eodem ad *Val. Flacci* L. II. 431. quamvis autem nihil in *sequentibus poetae verbis* huc faciens videam: tamen ei adsensus fuerim. nam erant *arcana* illa *Samothracia sacra.* & ἄῤῥητος ὅρκος, ut alias loquitur *Apollonius*, longe usitatius dicitur, quam hic θέμιστες ἄῤῥηκτοι. quamquam *Florentinus codex* nihil novat.

P. 91. Vs. 14. Θεοί βασίλειοι] ita L. VI. II. 99. 23. θεοί βασίλειοι θυσίαν ἀπαιτοῦσι. quibus hic subjungit ἐπουρανίους τε καὶ ὑποχθονίους θεούς. plane ut apud *Justinum Darius* L. XI. XV. 10. *precatur superûm inferûmque numina & regales deos.* ubi recte exponuntur esse *ultores & vindices regiae majestatis.* uti L. X. II. 7. sic Cambyses Smerden subsessorem indignans,

dignans inducitur ap. *Herodot.* III. 65. τὺς θεοὺς βασιληΐυς ἐπικαλέων. & apud eundem L. V. 106. *Hestiaeus Dario* jurat per τὺς θεὺς βασιληΐυς. eadem ratione, ut qui vindicaturi ipsi essent, si quid mali in regem molitus fuisset.

Qui autem hi *dii regales* intelligantur, dispiciamus. & quin primas quidem inter hos sibi partes postulet *Jupiter*, non est cur dubitemus. nam, ut *Syracusanus poeta* ait *Idyll.* XVII. 73.

—— Διὶ Κρονίωνι μέλοντι αἰδοῖοι βασιλῆες. ——

& in *Jovis* peculiari tutula esse Reges, quis nescit: ut qui rex deorum in regibus, suae majestatis exemplaribus, se vindicare necesse habeat. Unde ei quoque competit titulus Ζεὺς βασιλεύς. qui *Delphis* colebatur. vide *Xenoph.* K. A. VI. 373. A. & in *Antro Trophonio* eidem sacrificabatur teste *Pausania* L. IX. XXXIX. Quamvis autem memorentur *regales dii*, in hunc titulum unus suffecerit *Jupiter*: cum vocabulum *Dii* saepe de uno adhibeatur numine. videatur *Theod. Sellius Observ.* C. III.

Verum satius est, ut alios deos ei adsociemus. & tum *Juno* secundum locum non inmerito occupet. quae etiam βασίλεια & *Regina* passim audit & culta fuit: & fastigium regale merito ipsa quoque vindicare credetur.

Adjiciatur Τύχη. *Fortuna* regum, quae passim celebratur. vide quae notavimus L. V. VI. 89. II.

Persicis autem regibus *Jupiter* non modo erat cultus inter regales deos, ceu ceteris regibus: verum etiam erat iis πατρῷος & γενέθλιος θεός. Persae enim ab Jove oriundi. Unde *Plutarchus* de *Fortuna Alex.* p. 338. F. Ζεῦ πατρῷε Περσῶν καὶ βασίλειοι θεοί. *Darius* apud *Xenoph.* K. Π. III. p. 79. Διὶ πατρῴῳ θύει. qui modo ei dictus Ζεὺς βασιλεύς. L. VIII. 233. E. Ζεῦ πατρῷε καὶ ἥλιε καὶ πάντες θεοί, *Cyri* sunt preces. *Persae* quippe a *Perseo*, *Jovis* & *Danaae* filio, sive, ut *Herodot.* VII. 61. a *Perse*, qui ex *Perseo* & *Andromeda* genitus. illa autem filia *Cephei*, filii *Beli*. atque ita duplice cognatione *Persae* ad *Jovem* referebant originem, si *Jupiter* & *Belus* pro eodem habeantur. uti *Herodoto* L. I. 181. Ζεὺς Βῆλος celebratur.

Haec plus quam sufficerent ad loci intellectum. sed libet aliquantum his inmorari. Diximus per θεὺς βασιλείους posse intellegi vel unum Jovem. certe ille Ζεὺς πατρῷος Περσῶν, quem invocat *Darius* apud *Plutarchum* loco laudato: ille idem ab eodem in vita *Alexandri* p. 45. (682. E.) ita compellatur Θεοὶ γενέθλιοι καὶ βασίλειοι. idem ac si dixisset Ζεῦ Πατρῷε καὶ θεοὶ βασίλειοι. sic apud *Aeschylum Sept. C. Th.*

C. Th. 645. —— ϗ θεοὺς γενεθλίες καλεῖ πατρῴας γᾶς. ubi *Schol.* πατρῴας.

Haec loca suaderent *Jovem* quidem unum invocari : sed ita tamen, ut πατρῷος & γενέθλιος non sit unius regis, sed *Persarum* omnium. Ζεὺς πατρῷος Περσῶν. θεοί γενέθλιοι γᾶς πατρῴας.

Quid faciemus igitur *Arriano*, qui L. IV. C. 20. de *Exped. Alex.* de eadem prece Darii locutus, ejus verba fuisse dicit. Ἀλλ' ὦ Ζεῦ βασιλεῦ, ὅτῳ ἐπιτέτραπται νέμειν τὰ βασιλέων πράγματα ἐν ἀνθρώποις. ille certe *unum Jovem* intellexit : sed non πατρῷον : non γενέθλιον : sed qui plurium numero venit θεοί βασίλειοι. quin sub hac una compellatione comprehendit Δία πατρῷον ϗ θεὺς γενεθλίους. ut animadvertit *J. Gronovius*. Quod ita concilies, si Jovem ut regalem deum, vel unum vel principem, accipias, & una ceu auctorem Regis & Populi Persici. nam hac ratione tres hi tituli uni Jovi promiscue dari possunt. praestantissimus ille Arriani interpres ibi *Athenaeum* increpat, quod de hac ipsa re agens scripserit L. XIII. p. 603. C. Δαρεῖος ηὔξατο, τῷ Ἡλίῳ τὰς χεῖρας ἀνατείνας, ἢ αὐτὸν βασιλεύειν ἢ Ἀλέξανδρον. At ita forte Dipnosophistam excusare possemus, ut precum Darii sensum quidem retulerit breviter : sed non addiderit, ad quem hae preces fuerint allegatae. Nam quod praemittat τῷ Ἡλίῳ τὰς χεῖρας ἀνατείνας, non ideo etiam sequi, compellatum fuisse *Solem* : sed ea verba modo respondere verbis a *Plutarcho* quoque praemissis. τὰς χεῖρας ἀνατείνας πρὸς τὸν οὐρανὸν : quod qui facit, ille & ad Solem attollit manus. vel ita quoque, ut secutus fuerit eos, qui γενεθλίους dicant invocatos θεούς. inter quos si etiam retulerit respectu regis Persici *Solem*, non multum errarit, cum Sol sit inter γενεθλίους θεὺς regum horum. unde Nostro L. VI. I. 99. 6. ὁ Ἥλιος προπάτωρ Artaxerxis dicitur : proinde & Darii. vide ibi plura. Varie haec Darii verba fuerunt in vulgus didita. *Justinus* quantum abit? nec πατρῷον Δία, nec γενεθλίες θεὺς memorans : sed *superos* & *inferos*, quorum hos Darius erat aditurus, illos vero relicturus. tum *regales*. plane, ut jam diximus, ad formam quam in Charitone invenimus.

P. 91. Vs. 15. Ἐπουράνιοι ϗ ὑποχθόνιοι] hos invocat, quia Chaeream quasi ab inferis sit excitaturus : illos, quia hoc nequirent sibi praestare inferi, nisi superi Chaereae in aliquot momenta usuram vitae concedere vellent. ὑποχθόνιοι. *Pluto. Proserpina.* item *Manes.* vide L. I. IX. 12. 26. Οἱ κάτω δαίμονες. L. V. X. 96. 17. quin βασίλειοι partim ἐπουράνιοι, partim ὑποχθόνιοι, si velis.

Strabo L. III. 218. Καὶ παρ' Ἰβήροις ὡς ἀληθῶς τὸν ὑποχθόνιον τόπον [*metalla* intelligit] οὐχ ὁ Ἅδης, ἀλλ' ὁ Πλούτων κατοικεῖ. ubi aperte Πλούτων pro Πλοῦτος ponitur. Alioqui namque *Pluto*, idem qui Ἅδης, qui ubique terrarum infera loca inhabitat. Et ita *Lucian.* de *Luctu* T. II. 9. 23.

Plu-

Plutonem ita dictum autumat, quia πλουτεῖ τοῖς νεκροῖς. Nec mirum cum alia attributa promiscue & *Plutoni* & *Pluto* tribuantur. vide *Casaub.* ad *Athenaeum* VII. IV. 497. *Spanhem.* ad *Aristoph. Plut.* 727. & *Anacreont. Od.* XXIII.

P. 91. Vs. 16. Θύσαντι μεγαλοπρεπῶς] non raro sacrificia & alia merita diis quasi exprobrant. ap. *Thucyd.* VII. 77. καὶ τοι πολλὰ μὲν ἐς θεοὺς νόμιμα δεδιῄτημαι. πολλὰ δὲ ἐς ἀνθρώπους δίκαια καὶ ἀνεπίφθονα. non abit *Hypocrita* in *Lucae Euang.* C. XVIII. 11. & 12.

P. 91. Vs. 18. φάνηθι] *Eurip. Hercul. fur.* 494.

Ἄρηξον, ἐλθὲ, καὶ σκιὰ φάνηθί μοι.

P. 91. Vs. 18. Ἀγαθὲ δαῖμον] V. I. 79. 24. & VII. 91. 14.

P. 91. Vs. 19. Εἶπον] in *Apogr.* εἶπὸν id est εἰπέ. hoc an illud praeferas, non ciccum interduim.

LIBRI QUINTI CAPUT OCTAVUM.

P. 91. Vs 22. Μέσος] *Plato Symp.* 222. D. Τεκμαίρομαι δὲ καὶ ὡς κατεκλίνη ἐν μέσῳ ἐμοῦ τε καὶ σοῦ, ἵνα χωρὶς ἡμᾶς διαλάβῃ.

P. 91. Vs. 23. Τίς ἂν φράσοι] L. VIII. I. 128. 23. τίς ἂν φράσῃ. L. VIII. IV. 134. 4. uti hic. quod praetulerit *J. Jensius* ad *Lucian. Dial. Mort.* XXVIII. 444. quamvis alterum non inprobet ad ejusdem *Contempl.* p. 491. T. I.

P. 91. Vs. 25. Ἐν θεάτρῳ μυρίων παλῶν πλήρει] παλαὶ dici possunt *miseriae*, *calamitates*, *quibuscum luctamur.* ita γυμνάζειν τινα διά γῆς καὶ θαλάσσης dicit L. VIII. I. 127. 8. *Maneth.* IV. 541.

—— Αναισθήτῳ τε παλαίῃ Δυσκρασίῃ ——

Eunap. p. 171. de *Medico* παλαίοντα τοῖς νοσήμασιν αὐτὸν. ubi in Plantiniana νοήμασι. quae emendatio confirmat nostram suspicionem. reponentis ad L. III. III. 45. 23. νοσήσῃ pro νοήσῃ. *Theod. Prodr.* VI. 277.

Σκάφος παλαῖσαν ἀγρίοις κλυδωνίοις.

plurima exempla stitit diligentia *J. Christophori Wolfii* ad *Epist. Paulli* ad *Ephes.* VI. 12. sic *luctari.* quam vocem redones *Val. Flacco* L. I. 529.

—— *Lucta-*

——— ——— ——— *Luctataque contra*
Pallas, & amborum gemuit Saturnia questus.

ubi vulgo *tentataque.* nec video qui *Heinsianum laetataque* locum ibi tueatur.

Sed revertamur ad Charitonem. παλῶν πλῆρες θέατρον esset *theatrum plenum calamitatum*, vel, si velis, *contentionum.* sed quam parum id huc faciat, patet per se. quare leviter potius muta in παθῶν. propria sedes παθῶν est *scena*: *tragoedia. comoedia.* at quid δάκρυα, χαρὰ, θάμβος, ἔλεος, ἀπιστία, εὐχαὶ, nisi *affectus?* Fabulae quo his magis abundent, eo magis placent & probantur. haec autem tam in actoribus, quam inspectatoribus. inde *Max. Tyr.* VII. 4. θέατρον συμπαθέστερον. nostro alias placuit sic loqui L. VI. VI. 106. 21. ἀπηλλάττετο μυρίων παθῶν μεστός. VIII. I. 127. 5. Χαιρέας ἀπὸ δύσεως εἰς ἀνατολὰς διὰ μυρίων παθῶν πλανηθείς. VIII. V. 139. 9. βασιλεὺς μυρίων παθῶν ἐπληροῦτο. *Porphyr. de Abstin.* II. 209. παθῶν πλήρεις ἄνθρωποι. & ap. *Alciphr.* II. IV. 244. sic ἐκ παλῆς in *meo codice* pro ἐκπαθὴς legitur.

P. 92. Vs. 1. Συνελυποῦντο] *Herodot.* VI. 12. *Theophr. Char.* I.

P. 92. Vs. 3. Τεθορυβημένη] licet augmentum in *Apographo* desit, nullus dubitavi ita edere. sic ap. *Diodor.* II. p. 596. 68. sive typi sive Librarii culpa συντελεσμένας. ap. *Artemidor.* I. 26. ἀπογαιωμένον pro ἀπογεγαιωμένον vel ἀπογαιούμενον. uti nescio quis emendabat. qui tamen immerito ibi paullo ante ἀστάχυας πυρῶν mutat in στάχυας. at *M. Sladus* bene mox εἰς ἀποθανόντων (τόπον) καταδύοντα. vulgo ἀποθανόντα. vid. ad L. I. I. 3. 13. obiter ex *Eustathio* de *Ism. & Ism.* Lexicis adde κατατεθορυβημένος.

P. 92. Vs. 3. Αναπεπταμένοις τοῖς ὀφθαλμοῖς]. *Xenoph. Memor.* II. 738. ita loquitur. & alter *Ephesius* L. I. p. 5. ὅλοις καὶ ἀναπεπταμένοις τοῖς ὀφθαλμοῖς τὸ κάλλος δεχομένη. ubi consule V. D. *Moschus Idyll.* II. 18.

——— Ἀμφοτέρας δὲ
Εἰσέτι πεπταμένοισιν ἐν ὄμμασιν εἶχε γυναῖκας.

ubi opponitur *oculis somno clausis.* hic *conniventibus.* non possum autem quin *Joanni Danieli a Lennip* gratuler in eodem *Moschi Idyllio* pro

Ὀψὲ δὲ δὴ μάλ' ἔπειτ' ἀνενείκατο παρθένος αὐδήν.

reponenti e felicissima conjectura, quippe quam codex confirmat,

Ὀψὲ δὲ δειμαλέην ἀνενείκατο παρθένος αὐδήν.

vide

vide Virum eruditissimum post *Coluthum* L. III. C. IX. Apud *Heliodor.* III. 149. legitur de *amante*. Νῦν μὲν τὸ ὄμμα ἠνεμωμένος, νῦν δὲ βύθιόν τι καὶ ἀπροφάσιστον ἐπιςίνων. *cum jam oculos versaret*. ab ἀνεμόω *ventilo*. *Lucian.* I. p. 326. ἠνεμωμένος πέπλος. certe *inconstans visus* tribuitur amantibus. At in *Codice Taurinensi* habetur ἀνεωγμένος. per se probum. *Plutarch.* περὶ εὐθυμίας 470. E. ἀνεῳγόσι τοῖς ὀφθαλμοῖς ἀντιβλέπειν. verum qui id hic quadrarit, non perspicio. si quid mutandum, malim ἠνιγμένος. Ut *oculos*, sic minus proprie τὰ ὦτα ἀναπεταννύειν dixit *Plutarch. Alex.* p. 66.

P. 92. Vs. 3. Χαιρέας εἶναι] ut a tam speciosa femina tam vehementer amaretur.

P. 92. Vs. 6. Ἐκείνοις δὲ καὶ μᾶλλον ἀλλήλους ἐξῆχε φιλονεικίαν τὸ ἆθλον βλεπόμενον] si Graece diceretur ἐξάγειν φιλονεικίαν τινι. pro *injicere contentionem*, rescribendum modo foret ἀλλήλοις vel ἀλλήλως. nunc reponendum vel ἐκείνους δὲ κ. μ. εἰς ἀλλήλων ἐξῆχε φιλονεικίαν τ. α. β. vel, ἐκείνους. δ. κ. μ. ἀλλήλους vel ἀλλήλως vel ἀλλήλων ἐξῆχεν εἰς φ. τ. α. β. longius recederet ἐκείνους δὲ κ. μ. ἐπὶ τὴν πρὸς ἀλλήλους ἐξῆχε φ. τ. α. β. *Lysias* p. 520. dicit τὴν πρὸς ἀλλήλους φιλονεικίαν. ἐξάγειν varie eodem sensu passim occurrit. *Plut. Arato* 324. μίσει τῷ πρὸς τυράννους ἐξαγόμενος. sic in *Erotico*. 770 D. *Demetr.* 58. τοὺς μετρίους ἐξάγουσι τολμᾶν. *Demosthen.* παραπρ. 327. F. Καὶ γὰρ εἴ τι σιωπᾶν ἐγνώκειν, νῦν λέγειν ἐξάγομαι. in *Midian.* 609. F. *Aelian.* V. H. XIV. XXIII. εἰς θυμὸν εἰσαγομένου. *Xenoph.* K. A. 265. C. οὐδὲ ὡς ἐξήχθη διώκειν. *Philostrat. Icon.* I. XXVIII. ἐξήχθην ὑπὸ τῆς γραφῆς. *Lysias* p. 59. *Eurip. Ione.* 361.

Καὶ μή γ' ἐπ' οἶκτον μ' ἔξαγ', οὗ λελήσμεθα.

Hercule Furente 775. Ὁ χρυσὸς, ἅ τ' εὐτυχία, φρονεῖν βροτοὺς ἐξάγεται. & 1212. βρόμον ἐπὶ φόνιον ἀνόσιον ἐξάγῃ, non multum abit vis τοῦ προάγειν. ita *Ulpian.* ad *Demosth. de Corona.* 521. E. προηγάγετο explicat. ἐξήγαγε. vide notata L. II. V. 30. 13.

Haec vox ἐξάγειν restituenda *Heliodoro* L. VIII. 375. ex *Cod. Taur.* Κἀπειδὴ τούτοις τὸν Ὀροονδάτην ἐνεπεπλήκει (*Cod.* ἐνπεπλήκει) καὶ ὅλως [sic recte *Cod.* pro ὅλος] πρὸς ἀγανάκτησιν καὶ τιμωρίαν ἐξῆγε. vulgo ἐξῄει. quod non hic habuerit locum, nisi cum aliqua stribligine. licet ἐξιέναι πρὸς ἀγανάκτησιν per se damnari nequeat.

Forte tamen nonnullos offenderit tempus ἐξῆχε, quia non ita frequenter occurrit, & *Moscopulus* περὶ σχεδῶν p. 187. adfirmat ἦχα esse ἄχρηστον. at ut Grammaticum Grammatico opponamus, *Thomas Magister* ait. Εἰσῆχε κάλλιον ἢ εἰσαγήοχε. ἀπὸ τοῦ εἰσάγω. εἰσάξω. εἰσῆχα. Verum & meliore patrono licet uti, *Demosthene* παραπρ. 296. E. εἰς ἃ προήχασι τὴν πόλιν. ubi προήγαγον forte repositum a quibusdam, qui huic

 tem-

tempori non favebant. at rursus in *Orat. Pr. in Aristog.* 828. C. ὡς ὅσην αἰσχύνην προῆχε τὴν πόλιν τὰ τοιαῦτα θηρία. ubi tamen *Benenat.* προῆκε.

Nisi tamen crederem *Mstorum* lectionem, si defendi possit, non esse mutandam, non displiceret, si scriptum hic invenissem, ἐκείνοις δὲ ἢ μᾶλλον εἰς τὴν πρὸς ἀλλήλους ἐξῆψε φιλονεικίαν τὸ ἆθλον βλεπόμενον. *Aelian.* V. H. VI. I. εἰς τὸν ἀγῶνα ἐξάπτοντες ἑαυτοὺς. quem locum *J. Perizonius* laudat ad L. II. XIII. p. 97. ubi consule. noster L. V. IX. 94. 26. τότε δὲ πολὺ προσεξῆπτε τὸν ἔρωτα. & non hic solum haec vocabula fuissent confusa apud Nostrum L. V. X. 95. 26. ubi legendum ἧψε βρόχον. *Apogr.* ἦχε βρόχον. ap. *Aelian.* de *Animal.* XII. 35. πόλεμον ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα ἐξῆγε. quod probum, & ut loquuntur alii & *Strabo* L. V. 369. C. at in *Cod. Medic.* tamen ἐξῆψε. quid tentarit interpres, ex ejus notulis didiceris.

P. 92. Vs. 6. Τὸ ἆθλον βλεπόμενον] *Ovidii* ἔννοια L. II. *Amor.* XII. 27.

Vidi ego pro nivea pugnantes conjuge tauros:
Spectatrix animos ipsa juvenca dabat.

Et simile quid obversatum *Val. Flacco* VIII. 344. ubi Medea *Styrum* & *Iasonem* spectans certaturos inducitur.

Hoc adeo interea spectans de litore pugnas
Amborum, victoris eris.

P. 92. Vs. 7. Καὶ χεῖρας ἀλλήλοις προσέβαλλον] *Lucian.* T. I. 301. Καὶ εἰ μήγε ὁ Ζεὺς διέστησεν αὐτὸς, ἢ ἄχρι χειρῶν προὐχώρηκε τὸ πρᾶγμα. *de M. Peregr.* III. p. 353. εἰς χεῖρας ἐλθεῖν.

P. 92. Vs. 8. Μέχρι ῥημάτων] L. II. VII. 33. I.

P. 92. Vs. 10. Μὴ γὰρ ἀφῆκε] similia initio L. VI. recurrunt

P. 92. Vs. 10. Τὸν τάφον ὁρᾷς] certe matrimonium morte solvitur. at mors ex sepultura demonstratur.

P. 92. Vs. II. Μοὶ πατὴρ ἐξέδωκε] vide L. III. II. 43. 15. & praecipue scripta L. V. VII. 90. 25. & *Pricaeum ad Appulejum Met.* VI. 114. 303.

P. 92. Vs. II. Ἀνάξιος] licet enim *primus Ionum Dionysius*, tamen *servus regis.* qui igitur dignus nuptiis ingenuae mulieris, filiae tanti viri. ideo regerit Dionysius ejusdem generis criminationem, eum vocans δεδεμένον, & proinde δοῦλον.

P. 92. Vs. 17. Βασιλεὺς δὲ, μεταστησάμενος ἅπαντας, ἐβουλεύετο μετὰ τῶν φίλων] *Lucian.* II. *Ver. Hist.* p. 110. οὕτω μεταστησάμενος ἡμᾶς, ἐπὶ πολὺν χρόνον ἐσκέπτετο, ἢ τοῖς συνέδροις ἐκοινοῦτο περὶ ἡμῶν. *Idem Piscat.* T. I. p. 607. *Xenoph.*

Xenoph. IV. H. H. 508. A. *Actor. Apost.* XXV. 12. Τότε ὁ Φῆστος συλλαλήσας μετὰ συνεδρίου. *Spartian. Hadriano* C. VIII. *Erat enim tunc mos, ut cum princeps caussas cognosceret, & senatores & equites Romanos in consilium vocaret, & sententiam ex omnium deliberatione proferret.*

P. 92. Vs. 18. Λαμπρῶς ἀπελογήσατο] in bonam partem passim. aliquando in deteriorem. ut *Heliod.* IV. 168. dicit λαμπρῶς ἡττηθεὶς. VII. 355. λαμπρῶς ἀπειπόντος. notat fere *omnino. prorsus.* ut ap. eundem L. IX. 418. Ἡ δὲ Συήνη λαμπρῶς ἤδη πολιορκίᾳ περιεστοίχιστο. hoc ordine *Taur.* qui tamen male *praepositionem* in verbo neglexit. *Pag.* 421. accipitur ut hic. ubi *Cod.* non deterius ἀμυναμένων. λαμπρὰ τροπή. *Straboni* L. VIII. 540. C.

P. 92. Vs. 19. Διαδικασίαν προθεῖναι] ut βουλὴν προθεῖναι. L. I. x.[a] 13. 23. διαδικασία autem hic simpliciter notat, *litem. dissceptationem. sententiam. judicium,* si velis, *definitivum.* ut διαδικάζειν. *Xenoph.* VIII. K. Π. 203. D. ἀναβάλλεται ὁ Κῦρος τὴν διαδικασίαν. *Plato* de L. L. XI. 916. C. *Max. Tyr.* IV. I. vide *Ulpian.* ad *Demosth.* in *Leptin.* 563. A. de peculiari in foro Atheniensi hujus vocis potestate consulantur *H. Valesius* ad *Harpocr.* p. 9. Cl. *J. Taylor* ad *Lysiam* XVI. p. 312. locus ibi laudatus *Ulpiani* ad *Demosthenem* est p. 82. E. in *Scholiis* p. 1160. ubi jam correctum bene ἐπὶ χρημάτων pro ἐπιχειρημάτων. alter *Ulpiani* locus ad *Demosth.* in *Timocr.* est 775. C.

διαψηφίζεσθαι, ut διαδικάζειν, dicitur tum alias, tum a *Demosth.* in *Timocr.* 796. D. ubi ἐπαρᾶται praetulerim τῷ ἐπαρῶμαι. quia videtur orator haec recitans omen & diras cavere, in prima suaque persona haec si pronuntiet: non in tertia. quae superstitio locum non habet in ceteris ibi recitatis jurisjurandi formulis.

P. 92. Vs. 20. Μὴ βασιλικὴν κρίσιν] *haud regiae cognitionis.* caussae enim majoris momenti & inter digniores personas ad cognitionem regis vel imperatoris spectabant: nec omnes. de adulterio peculiariter regem Persam cognovisse antea vidimus. v. II. 80. 21. ita *Ammianus* L. XXX. IV. 456. *quod infra imperiale culmen caussarum essent minutiae privatarum.* unde noster τούτους δὲ ἰδιώτας πάντας εἶναι. Nam *Dionysium* respectu regis *privatum* haberi docuimus antea. nec de Callirrhoe vel Chaerea scrupulus ullus.

P. 92. Vs. 23. Οὐκ ἄχρηστον] Unde mox apertius. Ἑρμοκράτους τοῦ καταπολεμήσαντος Ἀθηναίους, τοὺς ἐμοί τε καὶ Πέρσαις ἐχθίστους.

P. 92. Vs. 24. ἐπ' αὐτὸν] saepe alias adspiravimus, ubi opus, hanc vocem. hic tamen π & φ mutare non ausi fuimus. sic *Manilium* saepe *ipsum* pro *se ipsum* ponere animadvertit. *J. Scaliger* ad *Manil.* p. 35. vide *Animadversiones hasce* p. 43.

 P. 92.

P. 92. Vs. 24. Μέρ☉] ad *continentiam caussae*, quam vocant, respicere puto. sed an ullo modo hic locum habere potuerit, dubitabitur merito. verum saltem inter civem, ut ita dicam, Dionysium & peregrinum judex Persa sedere poterat. ut *praetor peregrinus Romae*. sed hic non adeo quaeritur, utrum rex posset judicare, verum an conveniret personae regiae in privatorum caussa cognoscere.

P. 92. Vs. 26. Δυσαπόσπαστον] fiat Charito hujus vocabuli Lexicographis auctor.

P. 93. Vs. 2. Δῶρα τῆς ὑστεραίας] observa levem Synchysin: de qua L. III. VII. 55. 2.

P. 93. Vs. 9. Διάστημα] *Glossae*. τὸ διάστημα. *intercapedo litis*.

LIBRI QUINTI CAPUT NONUM.

P. 93. Vs. 15. Εὐνοῦχοι] *Xenoph.* K. Π. VI. 176. C. ἐκ τούτου δὴ οἱ εὐνοῦχοι καὶ αἱ θεράπαιναι λαβοῦσαι αὐτὴν ἀπῆγον. *Herodot.* III. 130.

P. 93. Vs. 16. Ὅταν γὰρ πέμψῃ βασιλεύς, οὐκ ἀπαγγέλλεται] Nusquam mihi hic mos adnotatus occurrit. Sed non finxit, & procul dubio ex quodam Persicarum rerum scriptore hausit. At adituri regem ad eum prius se applicabant, qui gerebat τὴν τῆς εἰσαγγελείας τιμήν. vide *Brisson.* de R. P. p. 36. & quae poena id negligentium, patet e libro *Estherae* C. IV. 16. & V. 2. Atqui quod rex in gynaeceum ingressurus neminem praemiserit nuntiandi adventus ergo, rationis est. at hic de omnibus dicitur, qui regis jussu reginam convenire debent.

P. 93. Vs. 18. Ἡ δὲ προσεκύνησεν] *Callirrhoe vero reginam adorat: Eunuchus errorem & consternationem agnoscit.* Interpres bene. Verum expectassem aliam ἔννοιαν hic. nempe eandem, qua usus, quando Dionysius L. II. III. 26. 14. primum videt Callirrhoen, eamque Venerem putans proclamat. Ἵλεως εἴης, ὦ Ἀφροδίτη, καὶ ἐπ' ἀγαθῷ μοι φανείης. καταπίπτοντα... nempe ut *adoraret*, προσκυνήσειε. sic hic vellem προσκυνήσασαν Καλλιῤῥόη reginam hic finxisset. ita apud *Eunapium* p. 58. Καὶ οὔτε τὸ μέγεθ☉ ἐπέχων τῆς παιδός, τό, τε κάλλ☉ ἑτεροῖον αὐτῷ κατεφαίνετο. ὁ δὲ καὶ προσεκύνησεν αὐτήν. οὕτως ἄλλην τινὰ ὁρᾷν ἔδοξε. quid si excidit. καὶ ἤθελε προσκυνῆσαι. ἡ δὲ προσεκύνησε. saepe plura quoque ob vocabulorum similitudinem exciderunt. verum haec levissima suspicio esto.

P. 93. Vs. 22. φιλονεικίαν] vide L. v. III. 82. 17.

P. 93. Vs. 22. ἠγάλλετο] vocem hanc lubens restituerim in *Manethone* L. II. 185.

Οὐ μάλ' ἀγαλλομένους μάχλυ ἕνεκεν φιλότητος.

ubi nunc contra metrum οὐ μάλα γαυρωμένους. *Hesych.* γαυριῶν. ἀγαλλόμενος. quis enim talia concoquat stomachus. quamvis emollire sategerit *Gronovius* ad L. I. 355. similibus & absurdioribus exemplis, & librariorum stupori debitis. rite hac voce utitur L. I. 71. & 73. & procul dubio alias. vellem sane potius agnoscere γαυρόμενος. nam dantur verba quae & producantur in έω & όω & etiam βαρύτονα sunt. ita γήθω & γηθέω. sed unde item peccatum ap. *Manethonem* L. III. 105. ut notavimus antea. ita L. II. 329. τιμομένους pro τιμωμένους recte mutat editor in τιομένους. quod legitime adhibet L. II. 212. ubi πολίων legendum pro πολέων, si ap. *Manethonem* significabit *urbium*, & non *multorum*. Sed operae pretium quaedam excutere exemplorum, huic absurditati faventium. sic loco notarum laudato in libri primi vs. 352. putat auctorem *potuisse frui* lectione:

Ἔσσεται ἀνθρώποις πολλῶν κακῶν αἴτιος οὗτος.

at rancidis deliciis certe frui voluit auctor, si tales prae sano cibo, πολλοῦ κακοῦ, praetulerit. L. II. 422.

Ἧσσον δ' ἑσπέριος γεγαὼς ἀδρανέστερα ῥέζει,
Ἠῷος μὲν ἀμείνων, ἐφ' ἑσπερίησι δὲ δεινός.

sed quis tam parum Criticae tribuerit, ut non vel ἐφ' deleat: sed quod durum, ob profligatam ita caesuram. vel legat ἄμεινον, ut respondeat τῷ ἧσσον, vel denique ἀμείνον', ut respondeat τῷ ἀδρανέστερα. at vs. 41. L. I. plane se ostenderit *Manetho* vel moduli syllabarum inperitum vel omnium negligentissimum fuisse. ibi enim

Ζηνὸς ἄτερ, μόρον αἰνὸν οὐκ ἐκφεύγουσι δυνασταί.

cui simile vs. 96.

Πάντας ἀπ' ἠελίοιο φυγεῖν καλὸν, ἀλλ' οὐκ Ἄρηα.

at quis loco ultimo non scriptum potius autumarit ἀλλ' οὐκ Ἄρην. vel Ἄρεα δ' οὐχί. vid. L. I. 16. prior locus non modo in metro, sed & sensu corru-

ruptus. nam quomodo *Mercurius* & *Mars* οὐκ ἐκφεύγουσι μόρον αἰνὸν δυνασῶν. *horribilem principum mortem non evitant.* si intelligas, qui praecedunt ante aliquot versus, ἡγεμονῆας & ἄρχοντας, non magis sincera sententia. sensus remedium si inveniatur, forte una versus sanabitur. mihi nihil occurrit, quod satisfacit. si tamen μὴ pro οὐκ reponas, nihil nisi usitatum occurret. vel poeta *Ionicus* non refugerit οὐ ante vocalem ponere: quod ita corripi posset. quia non sequitur adspirata. vide *Critic. Vannum* IX. 393. quin οὖν ita posse corripi censet *V. D.* ad L. VI. 481. —— τοὺς οὖν ἔφηναν. sed ubi tamen recte συνέφηναν reposuit. miror non approbatam quoque aut saltem indicatam haud minus bellam prosodiam in L. II. 374.

Οὔτε τι κινδύνων, οὔθ' ὁμοκλῆς, οὔτε φόβοιο.

sed quis non malit vocis transpositione legere ὁμοκλῆς οὔτ', οὔτε φόβοιο. vel ἰδ' ὁμοκλῆς. cetera loca quae ibi affert V. D. se ipsa facile expedierint. quis enim vs. 18. L. I. non reponat μέοσυ.

P. 93. Vs. 22. διὰ τὴν τιμὴν] Rex enim reginam in eo honorabat, quod ei committeret tam pulcram feminam. at etiam posses accipere: quod benevolentior facta fuerit in Callirrhoen ob honorem, quem huic feminae deferebat rex, eam mittendo & commendando reginae.

P. 93. Vs. 23. Τῇ παρακαταθήκῃ] Imitatur *Xenoph.* K. Π. VI. 153.D. παρακαταθήκην ὀνομάζων τὴν γυναῖκα.

P. 93. Vs. 25. Ἕξεις ἄνδρα, ὃν θέλεις] vide ad L. I. XIII. 19. 19.

P. 94. Vs. 2. Εἴασεν αὐτὴν ἡσυχάζειν] vitiose in *Apogr.* ἔασεν. notanda locutio. ἐᾶν aliquando non simpliciter *sinere*, sed fere *facere permittendo. Manetho* V. 129.

Κὴν λύσῃ δὲ φάσιν τὰ τελέσματα γ', οὗτος ἔασεν
Πτωχὸν, χερνητὴν, ταλαπείριον, ἠδέ τ' ἀλήτην.

id est ἔτευξεν. ἔρρεξε.

P. 94. Vs. 2. ἀμφαμβύῃ τῶν ὀφθαλμῶν] vide dicta ad L. III. XII. 60. 12.

P. 94. Vs. 3. εἴδετε] ita apostrophen ad oculos facit *Plato* L. IV. de R. P. 440. A. κρατούμενος δ' οὖν ὑπὸ τῆς ἐπιθυμίας, διελκύσας τοὺς ὀφθαλμοὺς προσδραμὼν πρὸς τοὺς νεκροὺς, Ἰδοὺ ὑμῖν, ἔφη, ὦ κακοδαίμονες, ἐμπλήσθητε τοῦ καλοῦ θεάματος. Noster L. VI. I. 98. 23. ὀφθαλμοὶ δυστυχεῖς, μίαν ὥραν ἔχετε λοιπὸν ἀπολαῦσαι τοῦ καλλίστου θεάματος. *Achill. Tat.* V. 277. ὡς πρὸς τὴν ὄψιν δυσερωτιῶν, εἶπον καμὼν, Ὀφθαλμοὶ, νενικήμεθα. hoc loco significat, *se suis oculis*

oculis vix credere, uti loquitur inter alios *Appulej*. IX. 193. ubi *Pricaeus* p. 530.

P. 94. Vs. 5. Μάγυς] Nam credebant magorum in potestate esse mortuorum evocare animas, & alia φάσματα, ψυχὰς, εἴδωλα καμόντων, ut *Homerus* loquitur, sistere. *Achill. Tat.* III. 197. *Eurip. Alcest.* II. 27.

Admetus. Ὅρα γε, μή τι φάσμα νερτέρων τόδ' ᾖ.
Hercul. Οὐ ψυχαγωγὸν τόνδ' ἐποιήσω ξένον;

vide ibi *Schol.* & scripta ad L. V. VII. 91. 14. & 18. & in primis *Celeb. Hemsterhusium* ad *Lucian. Necrom.* p. 464. ψυχαγωγοὶ autem male audiebant & γόητες. non autem *magi* semper. tamen synonyma saepe γόητες & μάγοι: quamvis prius Ἀττικώτερον pronuntiat *Phrynichus Arabicus* in *Lex.* p. 236. *Bibliothecae Coislinianae*. vide etiam *Ammonium*.

P. 94. Vs. 5. Διὰ τὴν δίκην] εἰς τὴν δίκην. L. V. VII. 91. 17.

P. 94. Vs. 6. Ἀλλὰ καὶ ἐλάλησε] signum non esse φάσμα. unde *Admetus* apud *Euripidem* ibidem loci dubitabat, an re vera esset *Alcestis* ei rediviva reddita, quia tacebat. quod ἀπόρημα solvit *Hercules*

Admetus. Τί γάρ ποθ' ἥδ' ἄναυδος ἕστηκεν γυνή;
Hercul. Οὔπω θέμις σοι τῆσδε προσφωνημάτων
Κλύειν, πρὶν ἂν θεοῖσι τοῖσι νερτέροις
Ἀφαγνίζηται, καὶ τρίτον μόλῃ φάος.

Chaereae imago poterat tamen esse ψυχή. *umbra mortui*. quibus saepe vox tribuitur. vide *Plutarch.* de *sera num. vind.* 435. C.

P. 94. Vs. 8. Ἠκούετο ποδῶν ψόφος καὶ κραυγαὶ γυναικῶν] parum attente auctores Graecos fuisse lectitatos oportet iis, qui hic reponant κραυγή, quasi verbum singularis numeri non praemitti posset substantivis pluribus, quorum modo primum numero conveniat. hoc enim aeque tritum, atque illud, ut singularis numeri verbum sequatur post plura substantiva numeri pluralis, modo ultimum conveniat numero. qua de re affatim actum L. III. III. 46. 19. exempla praesentis constructionis pauca sistemus, si forte praeceps mutandi in his impetus retardari posset. *Herodot.* V. 21. εἵπετο γάρ δή σφι καὶ ὀχήματα καὶ θεράποντες καὶ ἡ πᾶσα πολλὴ παρασκευή. VIII. 60. ὑπέκκειται τέκνα καὶ γυναῖκες. *Xenoph.* K. A. IV. 339. E. τὰ ὑποζύγια ἐλαύνετο καὶ οἱ ἵπποι. VI. 372. A. ὅτι ἐπαινοίη αὐτοὺς καὶ Ἀναξίβιος καὶ οἱ ἄλλοι. *Demosth.* κατὰ Ἀνδροτ. 704. F. Συνεργεῖ Φιλιππος καὶ Ἀντιφῶν καὶ ὁ ἀντιγραφεὺς καὶ τινες ἄλλοι. κατ' Ἀριστοκρ. 748. C. ἧκεν ὁ Θερσαγόρας καὶ ὁ Ἐξήκεστος καὶ ᾤκουν. *Paullus* ad *Timoth.* VI. 4. ἐξ ὧν γίνεται φθόνος,

ἔρις,

ruptus. nam quomodo *Mercurius* & *Mars* οὐκ ἐκφεύγουσι μόρον αἰνὸν δυναστῶν. *horribilem principum mortem non evitant.* si intelligas, qui praecedunt ante aliquot versus, ἡγεμόνας & ἄρχοντας, non magis sincera sententia. sensus remedium si inveniatur, forte una versus sanabitur. mihi nihil occurrit, quod satisfacit. si tamen μὴ pro οὐκ reponas, nihil nisi usitatum occurret. vel poeta *Ionicus* non refugerit οὐ ante vocalem ponere : quod ita corripi posset. quia non sequitur adspirata. vide *Critic. Vannum* IX. 393. quin οὖν ita posse corripi censet *V. D.* ad L. VI. 481. —— τοίους οὖν ἔφηναν. sed ubi tamen recte συνέφηναν reposuit. miror non approbatam quoque aut saltem indicatam haud minus bellam prosodiam in L. II. 374.

Οὔτε τι κινδύνων, οὔθ' ὁμοκλῆς, οὔτε φόβοιο.

sed quis non malit vocis transpositione legere ὁμοκλῆς οὔτ', οὔτε φόβοιο. vel ἰδ' ὁμοκλῆς. cetera loca quae ibi affert V. D. se ipsa facile expedierint. quis enim vs. 18. L. I. non reponat μέοντα.

P. 93. Vs. 22. διὰ τὴν τιμὴν] Rex enim reginam in eo honorabat, quod ei committeret tam pulcram feminam. at etiam posses accipere : quod benevolentior facta fuerit in Callirrhoen ob honorem, quem huic feminae deferebat rex, eam mittendo & commendando reginae.

P. 93. Vs. 23. Τῇ παρακαταθήκῃ] Imitatur *Xenoph.* K. Π. VI. 153. D. παρακαταθήκην ὀνομάζων τὴν γυναῖκα.

P. 93. Vs. 25. Ἕξεις ἄνδρα, ὃν θέλεις] vide ad L. I. XIII. 19. 19.

P. 94. Vs. 2. Εἴασεν αὐτὴν ἡσυχάζειν] vitiose in *Apogr.* ἔασεν. notanda locutio. ἐᾶν aliquando non simpliciter *sinere*, sed fere *facere permittendo. Manetho* V. 129.

Κὴν λύσῃ δὲ φάσιν τὰ τελέσματα γ', οὗτος ἔασεν
Πτωχὸν, χερνήτην, ταλαπείριον, ἠδέ τ' ἀλήτην.

id est ἔτευξεν. ἔρρεξε.

P. 94. Vs. 2. ἀψαμφὺη τῶν ὀφθαλμῶν] vide dicta ad L. III. XII. 60. 12.

P. 94. Vs. 3. εἴδετε] ita apostrophen ad oculos facit *Plato* L. IV. de R. P. 440. A. κρατούμενος δ' οὖν ὑπὸ τῆς ἐπιθυμίας, διελκύσας τοὺς ὀφθαλμοὺς προσδραμὼν πρὸς τοὺς νεκροὺς, Ἰδοὺ ὑμῖν, ἔφη, ὦ κακοδαίμονες, ἐμπλήσθητε τοῦ καλοῦ θεάματος. Noster L. VI. I. 98. 23. ὀφθαλμοὶ δυστυχεῖς, μίαν ὥραν ἔχετε λοιπὸν ἀπολαῦσαι τοῦ καλλίστου θεάματος. *Achill. Tat.* V. 277. καὶ πρὸς τὴν ὄψιν δυσεραστιῶν, εἶπον καμμὼν, Ὀφθαλμοὶ, νενικήμεθα. hoc loco significat, *se suis oculis*

oculis vix credere, uti loquitur inter alios *Appulej.* IX. 193. ubi *Pricaeus* p. 530.

P. 94. Vs. 5. Μάγυς] Nam credebant magorum in potestate esse mortuorum evocare animas, & alia φάσματα, ψυχὰς, εἴδωλα καμόντων, ut *Homerus* loquitur, sistere. *Achill. Tat.* III. 197. *Eurip. Alcest.* II. 27.

Admetus. Ὅρα γε, μή τι φάσμα νερτέρων τόδ' ᾖ.
Hercul. Οὐ ψυχαγωγὸν τόνδ' ἐποιήσω ξένον;

vide ibi *Schol.* & scripta ad L. V. VII. 91. 14. & 18. & in primis *Celeb. Hemsterhusium* ad *Lucian. Necrom.* p. 464. ψυχαγωγοὶ autem male audiebant & γόητες. non autem *magi* semper. tamen synonyma saepe γόητες & μάγοι: quamvis prius Ἀττικώτερον pronuntiat *Phrynichus Arabicus* in *Lex.* p. 236. *Bibliothecae Coislinianae.* vide etiam *Ammonium.*

P. 94. Vs. 5. Διὰ τὴν δίκην] εἰς τὴν δίκην. L. V. VII. 91. 17.

P. 94. Vs. 6. Ἀλλὰ καὶ ἐλάλησε] signum non esse φάσμα. unde *Admetus* apud *Euripidem* ibidem loci dubitabat, an re vera esset *Alcestis* ei rediviva reddita, quia tacebat. quod ἀπόρημα solvit *Hercules*

Admetus. Τί γάρ ποθ' ἥδ' ἄναυδος ἕστηκεν γυνή;
Hercul. Οὔπω θέμις σοὶ τῆσδε προσφωνημάτων
Κλύειν, πρὶν ἂν θεοῖσι τοῖσι νερτέροις
Ἀφαγνίζηται, καὶ τρίτον μόλῃ φάος.

Chaereae imago poterat tamen esse ψυχή. *umbra mortui.* quibus saepe vox tribuitur. vide *Plutarch.* de *sera num. vind.* 435. C.

P. 94. Vs. 8. Ηκόυετο ποδῶν ψόφος καὶ κραυγαὶ γυναικῶν] parum attente auctores Graecos fuisse lectitatos oportet iis, qui hic reponant κραυγή, quasi verbum singularis numeri non praemitti posset substantivis pluribus, quorum modo primum numero conveniat. hoc enim aeque tritum, atque illud, ut singularis numeri verbum sequatur post plura substantiva numeri pluralis, modo ultimum conveniat numero. qua de re affatim actum L. III. III. 46. 19. exempla praesentis constructionis pauca sistemus, si forte praeceps mutandi in his impetus retardari posset. *Herodot.* V. 21. εἵπετο γάρ δή σφι καὶ ὀχήματα καὶ θεράποντες καὶ ἡ πᾶσα πολλὴ παρασκευή. VIII. 60. ὑπέκκειται τέκνα καὶ γυναῖκες. *Xenoph.* K. A. IV. 339. E. τὰ ὑποζύγια ἐλαύνετο καὶ οἱ ἵπποι. VI. 372. A. ὅτι ἐπαινοίη αὐτὺς καὶ Ἀναξίβιος καὶ οἱ ἄλλοι. *Demosth.* κατὰ Ἀνδροτ. 704. F. Συνεργεῖ Φιλιππος καὶ Ἀντιγένης καὶ ὁ ἀντιγραφεὺς καὶ τινες ἄλλοι. κατ' Ἀριστοκρ. 748. C. ἧκεν ὁ Θερσαγόρας καὶ ὁ Ἐξήκεστος καὶ ᾤκυν. *Paullus* ad *Timoth.* VI. 4. ἐξ ὧν γίνεται φθόνος,

ἔρις,

ἔρις, βλασφημίαι, ὑπονοιαί πονηραί. ubi hinc partim inducti videntur librarii, qui γίνωνται dederunt. Variant saepe *Codices* : immo ipsi auctores : qui hic sibi constare non opus censuerint. consule *J. Gronovium* ad *Arrianum* L. II. 17. p. 90. & *J. Casaub. Lect. Theocr.* C. VIII. p. 259. ubi tamen in nullo codice inveni συνήγαγον pro συνήγαγον. ita in aliis partibus orationis. ut Σὺ δὲ, ὦ Ἀρτάβαζε καὶ Ἀρταγέρσα ap. *Xenoph.* K. Π. VI. 168. 3.

P. 94. Vs. 10. Διέκειτο πονήρως] Tritissima formula. vide *Miscellanea* Vol. X. p. 203. ad *Xenoph. Ephes.* I. p. 4. ubi mox p. 5. utramque emendationem ab *Cl. Hemsterhusio* in *Miscellan.* III. 407. proditam *Codex* confirmat, exhibens ἄν τι pro ἀντὶ & ἄν τὰ pro αὐτά.

Πόνος autem saepe νόσος. unde *Schol.* ad *Sophocl. Oed. Col.* 1742. explicans versiculum μήτε πόντος ἀντέκυρσεν explicat νόσος. lectum nimirum fuit πόνος pro πόντος. & hoc servat *Codex Vatic.* vide ejusdem *Antig.* 831.

P. 94. Vs. 11. Ἔχομεν δὲ ἡμέρας καὶ βλέπειν καὶ ἀκούειν καὶ λαλεῖν] id est *plures. totos. aliquot dies.* ita ap. *Thucyd.* VII. 51. τὰς οὖν ναῦς ἐπλήρουν καὶ ἀνεπειρῶντο ἡμέρας, ὅσαι αὐτοῖς ἐδόκουν ἱκαναὶ εἶναι. ita L. III. *Regum* C. XVII. 7. Καὶ ἐγένετο μεθ' ἡμέρας. id est, *post aliquot dies.* in iis locutionibus τίνας; vel simile quid intelligitur. formam hanc illustravit *J. Fr. Gronovius* ad *Justin.* VI. VII. 7. *Cl. Reiskius* tentavit ἔχομεν Δ (quatuor) ἡμέρας. & sane non raro in numeris ita quid corruptum occurrit. *Leunclavius* in *Xenoph.* H. H. 494. D. ἔνθα μὲν ἕνα, ἔνθα δὲ . . πολεμίους, interponit ἔνθα δὲ δύο π. in *Plutarchi Numa* p. 157. τοὺς δὲ ἐφεξῆς μῆνας, inserunt δὲ δύο. *Casaub.* ad *Strabon.* VII. 486. B. ex Δ facit, ut hic, τέτταρας. ubi alii δύω. ap. *Herodot.* I. 47. *Kusterus*, ἕκαστον τῇ ἡμέρᾳ χρηστηρίων. putat excidisse vel K vel Λ. ap. *Demosth.* de *Coron.* 490. C. Καὶ τὸ μέρος τῶν ψήφων οὐ λαβών. ubi *Codd.* supplent τὸ πέμπτον. at puto *Glossam.* nam τὸ μέρος optime significet τὸ ὡρισμένον διὰ τοῦ νόμου.

Non hic quid mutandum censeo : quia ad feminas has inportunas removendas potius *plures* indefinite *dies* sibi superesse praetenderit Statira, quam modo *quatuor.* & unde saltem non dixit *quinque?* cur moneam in *Apogr.* esse λυπουμένην. πολυ. ἀνθρωποτέραν?

P. 94. Vs. 16. δῶρα] ξένια.

P. 94. Vs. 17. Καθημένη] ante hanc vocem pone ὑποστιγμήν. In luctu in calamitatibus sedebant humi. L. VII. VI. 124. 5. at in *Apographo* videtur primum fuisse scriptum καθειμένη. *Glossae.* καθειμένος. ὁ συγνός. *demissus. dejecerit* igitur *humo vultum.* uterque habitus convenit. *Xenoph.* K. Π. V. 115. A. Τάχυ πάνυ καὶ πασῶν ἐφαίνετο διαφέρουσα τῶν ἄλλων, καίπερ καθημένη, κεκαλυμμένη τε καὶ εἰς γῆν ὁρῶσα.

Deinde

Deinde viliores humi ſedebant: potentiores in thronis, ſcabellis. ita pellices regum Perſicorum ſedebant. *Herodot.* III. 68. συγκατημέναι γυναῖκες. ubi forte nimis argute *J. Gronovius* hanc locutionem committit cum Latino ſermone *ſtare in lupanari.* nam non meretricibus fuit in Perſia peculiaris ſedendi mos: ſed omnibus feminis: praecipue lanam tractantibus. ut docet vel Sardanapali exemplum, qui inter pellices purpuram carminans ſedebat. vide *Athenaeum* XII. VII. 529.

In proditam lectionem inclinem. ſaepe vero hae voces confunduntur. ſic ap. *Aelian.* V. H. III. 1. p. 195. τόποι καθήμενοι & καθειμένοι. at ſaepe ἥμενος χῶρος. quare merito ibi praefertur prius. In *Alciphronis Epiſt. Inedita* Ἡλίκους δὲ καθεῖτο τοὺς πλοκάμους ἡ νύμφη, οὐδὲν ἐοικότας ταῖς ἐπὶ ταῖς κορυφαῖς θριξίν. in *Apographis* male δ' ἐκεῖ θεῖτο. malim quoque ἐπὶ τῆς κορυφῆς.

P. 94. Vs. 18. Λαμπροτέραν] *Appulejus* L. II. 36. *Etiam in moerore luculentam proferens faciem, meque reſpiciens.* ubi *Codex* meus recte *reſpectans.*

P. 94. Vs. 22 γενναίως] ut decebat virum οὐκ ἀγεννῆ. Apud *Alciphr.* I. XXVI. melius legetur, puto, Μέγα, ὦ γενναῖε, κακὸν οἱ κατὰ τὴν πόλιν τοκογλύφοι. ubi nunc legitur ὦ φίλε. ſed non adſentiente *Codice* meo.

P. 94. Vs. 22. Τὸν ἀνδρεῖον ἐκστῆναι δυνατώτατον] Senſus idem verbis *Herodoti* L. III. 80. Καὶ γὰρ ἂν τὸν ἄριστον ἀνδρῶν πάντων στάντα ἐς ταύτην [τὴν ἀρχὴν] ἐκτὸς τῶν ἐωθότων νοημάτων στήσειε. Obviae locutiones ἐξίστασθαι γνώμης. ἑαυτοῦ & καρδίας ap. Poetas. Sed male hic legitur ἐκστῆναι. nam omnino reponendum ἐκστῆσαι. παράδοξον δυνατὸν ἐκστῆσαι ἄνδρα. *Paradoxum potens de mentis ſtatu quemvis dejicere.* δυνατὸς hic active ſignificat: non ut in πρᾶγμα δυνατὸν νοῆσαι. ubi paſſive ſignificat. de quo jam actum & agetur L. VI. III. 102. 18. recte L. VI. IV. 103. 19. ἐξέστησεν ἂν καὶ τὸν ἔρωτα. ubi contra foret barbarum ἐξέστη. tamen, cum legatur in *Luciano* de *M. Peregr.* 356. δᾷδες ἦσαν τὰ πολλά. conjicitur δᾷδες ἐστήσαντο πολλαί. quod nihil aliud poteſt ſignificare, quam *faces conſtituebant multae.* at δᾷδες ἔσταντο πολλαὶ recte diceretur. ſed nihil opus mutatione: modo recte intelligatur vox δᾷδες, quae hic non *faces quaevis*, ſed proprie δᾷδες. *ligna arboris pini* vel *piceae.* ut optime *Palmerius.* non ex *ſalicibus*, quae non tam facile ignem concipiunt. ſic in *Codd. Demoſth.* de *Corona* 472. παραστῆναι. ubi recte editur παραστῆσαι. & antea non bene haec ſuis temporibus diviſa vidimus.

P. 94. Vs. 24. Προσεξῆστε] laudant ex *Plutarcho.* vide L. V. VIII. 92. 6.

P. 95. Vs. 1. Τέκνων εὐεργεσία] Active εὐεργεσία εἰς τέκνα. duplicem vim habent pleraque ſubſtantiva, ut paſſive & active ſignificent. *victoria*

hostium. timor patris. & centena talia. quae notant tam *victoriam de hostibus*, quam *victoriam, quam hostes de nobis reportant.* multa exempla prompsit *Arn. Drakenborchius* ad *Livii* L. XL. 2. p. 429. Tom. V. ap. *Diodor.* L. XVII. p. 177. ita εὐεργεσία τῆς γυναικός. *merita in feminam.* ubi consulendus *Cl. Wesselingius.* Nam *Callirrhoe* non solum se piam matrem in suum ex Dionysio partum, sed etiam in filiam ex prioribus monstraverat nuptiis. ejus in illam benevolentia indicatur verbis L. VIII. IV. 134. 22. ἀρκεῖ σοι δύο τέκνα, ὧν γάμον ζεῦξον. vel etiam interpretari potes εὐεργεσία εἰς ἑαυτὸν διὰ τέκνων. *Quod per eam, per ejus beneficium haberet duos liberos.* sic se ejus beneficio patrem esse profitetur. L. III. VIII. 56. 15. ad Venerem verba faciens.

P. 95. Vs. 1. Καὶ ἀχαριστία] Revera Dionysius multa contulerat beneficia in Callirrhoen. quae pleraque enumerantur L. VI. I. 97. 10. alia facile Lector recolligat. Ut adeo se merito dignum censuerit amore & fide Callirrhoae. At quid! ne superiora propensionis in Chaeream, etiam mortuum, indicia commemorentur: nunc, simul ac conspexerit, ὥρμησε προσδραμεῖν πρὸς ἐκεῖνον. eique voluit praesente Dionysio περιπλακῆναι. εἰς ἐκεῖνον μόνον ἀναπεπταμένοις ὄμμασιν ἀπέβλεψε. ut merito mox dubitet Dionysius, τίνα ἄνδρα θέλει. Haec omnia jure ingrati animi esse argumenta arbitratur Dionysius. Verum tamen, ut fieri amat, etiam ingratam nequit odisse. & quanto illa videatur magis ab ipso alienari, quanto privari hoc bono videatur magis periclitari, tanto ardentius illud retinere cupit, tantoque vehementius ejus desiderium concipit. atque ut haec ἀχαριστία, sic aliud, sed in Dionysii animo nidulans, malum, ζηλοτυπία, ejus amorem magis magisque intendit. ut *Achill. Tat.* V. 343. ἐξῆπτε τὸν ἔρωτα ἡ ζηλοτυπία.

Haec sunt illa πολλὰ, quae προσεξῆπτεν ejus amorem. quibus omnibus accedit τὸ ἀπροσδόκητον. ut inprovisa infortunia graviora accidere solent: quia nec nos in ea praemuniendi, nec in ipsa remedii circumspiciendi & solationis tempus habemus. Haec latius explicare voluimus, ne rursus, sine ulla caussa, criticum cultrum, utut plumbeum, theca educere minitentur.

LIBRI QUINTI CAPUT DECIMUM.

P. 95. Vs. 3. Ἀνεβόα] restitue hanc vocem *Alciphroni* L. III. X. Ὁ παμπόνηρος ἀλεκτρυὼν ἀνεβόησε. vulgo ἐβόησε.

P. 95.

P. 95. Vs. 3. Ἐπ' ἐμοῦ] *meis diebus* recte interpres. est vulgata vis haec praepositionis. *Ulpian.* ad *Demosth.* de *Corona* 488. D. τῶν καθ' ἡμᾶς. τῶν ἐφ' ἡμῶν. ἐν τῷ χρόνῳ ἡμῶν. vide L. VII. I. 114. 9. VIII. VIII. 144. 5. &, si tanti, *Cl. Taylorum* ad *Lysian* p. 17. aliquando tamen *coram* notat. & vix aliquando dijudicaris quid aptius. vide pagina sequente 15.

P. 95. Vs. 3. Πρωτεσίλεως] De Protesilai umbra vel ipso vivo per aliquot horas, vel dies ab inferis ad Laodomiam reverso, nota est fabula. In inscriptione *Epigrammatis* in Protesilaum a *L. Kustero* publicati ad *Suidan.* in Δυσμίσητος lege τῶν φύλλων τὸν κόσμον ἀποβάλλουσα. ex *membrana.* huc respicit *Ammian.* XXVI. VI. 357. *excitum putares ab inferis. Achilles Tat.* VIII. 501. Οὐδ' ἂν ἔπεμψεν ὁ Ἀιδωνεὺς κατὰ σοῦ τὴν ἀνῃρημένην.

P. 95. Vs. 4. Τίνα ἠσέβησα] consulatur *Cl. Wesselingius* ad *Diodor.* I. 77.

P. 95. Vs. 5. ἱδρυθομ . . . .] supple ἱδρυσάμην χωρίοις, πεδίοις, κτήμασιν. aliud vocabulum vix substitueris: & hoc proprium de *templis*, *statuis*. ita in Epigrammate, quod iteravit *Muratorius* p. LI. sed de quo jure *Eruditiss. Leichius* Vol. I. *Miscell. Lips.* P. III. p. 450. pronuntiat „ *plurimis gravissimisque mendis maculatum prodiisse*, *licet emendatissime* „ *editum sit a Grutero* p. MLXVIII." Et sane ipse Cl. Bibliothecarius Mutinensis fatetur, se quidem priores *versus reddidisse* [haud satis feliciter] *reliquos autem non attigisse*, *quia parum accurate scripti.* at & *Fleedwoodus* edidit p. 50. Quia vero apud ipsum *Gruterum* non omni menda caret, & in plurimis haeserit aqua vertentibus, hic ut legi & intelligi debet, paucis declarabo.

Et id debemus editioni Muratorianae, ut jam non Ἀρτεμιν vel Ἀρτεμισίην credamus fuisse *uxorem* Σαλλωνίου, sed *Filiam.* nam ibi habetur Αρτεμις ησαλουσιυ θυγατηρ *Artemis Hesalusii filia.* ap. *Gruterum* vero αρτεμις η σαλλονιος. sed en totum.

Αρτεμισίη ἡ Σαλλονίου θυγάτηρ.

Ουρεσι Ταλλειοισιν ιδρυμενε Μαιαδος Ερμη
  Σπονδην καὶ θυσιην δεξο φιλοφροσυνος
Ην σοι Σαλλονιος Μηνας λοιβαισι γεραιρει
  Κτησεος εξ οσιης ψυχικα δωρα διδους
Και· πριν μεν ζωσης αλοχου φαος εισοροωσης
  Συν κεινηι κατ ετος σους εγεραιρε τοπους
Ανθ' ὧν δ' ενχρονισας επετησιον ουκ απεδωκεν
  Συμβιου αγνοτατας τουδε καταφθιμενας

Αλγησας φρενα πολλα μαθων δ' οτι δει ταγε θεια
Τιμαν. διπλη σοι τηνδ' επορεν θυσιαν
Και συ δε παντοκρατωρ Εριουνιε τονδε φυλασσοις
Ζωον. οπως τιμαι σον δι ολου τεμενος

Incertum utrum ἄρτεμις an ἀρτεμισία. *Sallonii* passim memorantur. vocatur *filia*. nempe illa pro patre sacrum hoc obiit & administravit. licet enim versu 8 & 11. occurrat τῶδε & τόνδε, & illa δεικτικῶς interpretari possis, facilius fluunt, si de tertia, & aliena persona intelligas. versu primo "Ουρεσι Ταλλαίοισιν ἱδρυμένε. rectius *schedae meae*. *Grut.* Ταλλείοισιν ἱδριμένε. Notissimus est Ζεὺς Ταλλαῖος vel Ταλαῖος. vide *J. Meursii Cretam* L. IV. C. 2'. & *Hesychium*, ubi corruptius Ταλαιός. in Fragmento *Juris Jurandi* inter *Latios & Olontios*, *Cretenses populos*, bis Ζεὺς Ταλλαῖος occurrit. consule accuratissimum *Edm. Chisbullium Antiq. Asiat.* p. 134. nec ignoraveris cum *Fleedwodo*, ubi *montes Tallaei*.

Vs. 2. *Gruterus*, *Fleedwodus*, *schedae meae*. φιλοφρόσυνος. quod stare posset, si εὐφρόσυνος apud *Dioscoridem* sincerum est. *H. Grotii* apographum habet φιλοφροσύνης. quod displicet. *Muratorius* dedit φιλοφρονέως. quod non bene Graecum habeo. nec licet refingere φιλοφρονέων. *Gruterianae* lectioni adquiesco.

Vs. 3. HN. alii ἦν. *quam*. alii ἦν. *si* reddunt. ultimum non habet locum, licet ita demum propitios deos fore crederent, si rite sacrificarent.

Vs. 4. ψυχικὰ δῶρα. ap. *Gruterum* vertunt securi de priore voce *munera*. *Grotius* dedit *sacra libens*. an ψυχικὰ intellexerit ἐκ τῆς ψυχῆς. ἐκ τῆς καρδίας? *Murat.* vertit *spiritalia*. nec inde magis τὸ ψυχικὰ intellexerim. *Fleedwodus*. „ *an pura dona* . . . *an dona animalia*. *scilicet* pro *anima uxoris*, ad *gratiam Mercurii* [qui animarum ad sedes suas post mortem habetur ductor] *captandam*. vel *dona vitalia*. pro *vita sua conservanda*. „ penultima opinio partim vera, & ultima. ψυχικὰ δῶρα. sunt *hostiae*. *cruenta sacra*. ex oppositione τῆς σπονδῆς καὶ λοιβῶν. inde dicit σπονδὴν καὶ θυσίην. ψυχικὰ δῶρα. non e *ture* vel *herbis*, ut *Sabinis*, sed ex *animalibus*. per has enim hostias *anima*, *vita hominis cum vita deorum conjungi & sociari* credebatur. vide *Sallustium Philosophum* §. 16. Inde ex Pythagoreorum sententia *Lucian. Vitarum auctione*. p. 545. ψυχήιον μὲν οὐδὲ ἕν τι σιτέομαι. & in N. T. ψυχικὸς semper significat, *quod ad vitam* φυσικὴν. quae constat in partibus corporis, *sanguine*, *nervis*, *carne*, & *hinc orientibus motibus*, quos vel *animam* vel *animum* vocamus.

Vs. 5. illud ζώσης & φάος εἰσορώσης, ita sine copula, ab elegantia recedit. ex *Homero* desumtum. *Iliad.* A. 88.

"Ουτις

Ὄυ τις ἐμεῦ ζῶντος καὶ ἐπὶ χθονὶ δερκομένοιο.

sed vides ibi conjunctionem fere ἰσοδυνάμων vocabulorum. ap. *Muratorium* post vocem ζώσης [ipsi Ζωοις] video literam Σ. an igitur Καὶ πρὶν μὲν ζώσης, κ' ἀλόχου φάος εἰσοροώσης. trajectiones in συνδεσμοῖς quam sunt familiares! si hoc non placet, lege εἰσοροώσῃ, & jungas cum σὺν ἐκείνῃ.

Vs. 8. Συμβίου ἁγνοτάτας. sic omnes. solus *Murat.* αἰνοτάτας. ut hoc quadret, nova significatio vocis αἰνὸς quaerenda. observa autem illud τοῦδε. si enim ipse dedicavit & loquitur *Sallonius*, ut monui, δεικτικῶς accipiendo defendi potest. At si *filia* pro *patre* haec exsequitur sacra, vulgari & commodo sensu accipi potest.

Vs. 10. διπλῆ. *Gruter. apographum* unum. sed διπλῆν alterum. cui favet *Muratorii* διωνην. tamen διπλῆ se facile tueatur: & vereor, ne altera lectio nata sit ab sciolis, qui cum θυσίαν necessario jungendum rati sint. porro utroque loco θυσίαν non θυσίην lege, & τὴνδ' una voce.

Vs. 12. —— ὅπως τιμᾷ σὸν δι' ὅλου τέμενος. haec est vera lectio. agnita a *Grutero* & *Schedis. Glossae.* διόλου. *perpetuum.* nempe διὰ χρόνου. *Murat.* *alii* δὲ ὅλον. Macti estote *Grotii* versione:

Tallëis regnans, Maja sate, montibus, ista
Accipe cum pecudum sanguine pocla meri:
Quae de divitiis partis, ut fasque piumque est,* * vid. *Anim. p. 798*
Sallonius Menas dat tibi sacra libens:
Cum socia thalami quondam, dum vita manebat,
Attulit ille tuis annua dona locis:
Sed quia solennes oblitus omisit honores,
Ex quo casta lacus ad Stygis uxor iit,
Multa dolens, gnarus caelestia rite colenda
Numina, nunc adfert munera dupla tibi.
Omnipotens hunc tu praesta Cyllenie salvum,
Augeat ut lucos semper honore tuos.

P. 95. Vs. 10. Μητρὸς κληρονομίαν] pro mortua jam sibi habebat Callirrhoen. mortuorum enim κληρονομία & ὑπόμνημα.

P. 95. Vs. 11. Ἀναίσθητον] imminuit nimium hujus vocis, praemittens παντελῶς. ex suo affectu loquitur. alioqui puer hic ad summum bimulus fuit ex serie narratorum.

P. 95. Vs. 13. Μιθριδάτης μου κατηγόρει]. *Apogr.* κατηγορεῖ. Non mirum me victum fuisse a Mithridate, viro apud regem & in aula tantae aucto-

auctoritatis & gratiae. μικρὸς γὰρ ἦν ἀνταγωνιστής. ut mox pagina sequenti dicet.

P. 95. Vs. 14. Περὶ δὲ τῆς δευτέρας [δίκης] μᾶλλον φοβοῦμαι. οὐ γὰρ μείζων ὁ κίνδυνος] in ultima pericope deest verbum substantivum. si in mente suppleas ἦν, recte se habebit ratiocinium. si intelligas ἐστὶ. legendum μείων. nec raro hae voces commutantur. vide *Cl. Marklandum* ad *Max. Tyr.* XL. 1. ap. *Thucyd.* VIII. 94. legitur. ὡς τοῦ ἰδίου πολέμου μείζονος ἢ ἀπὸ τῶν πολεμίων. si inspicias locum, sensum esse debere percipies, domesticum bellum esse revera minus hostica irruptione, quae ad *ipsas portas pervaserat*. sed id verba non dant. Varie tentarunt Viri eruditissimi. hi ἢ delent. alii ellipsin τοῦ οὐ vel μὴ admittunt. quod merito absurdum videtur. *Cl. Dukerus* post πολέμου deficere οὐ putat. & recte tum legit οὐ μείζονος ἢ τοῦ ἀπὸ τ. π. nam sine articulo durum foret. si reponas μείονος cum articulo idem effeceris.

P. 95. Vs. 18. Ἄπελθε] efficaces liberorum ad parentes supplicationes. *Tacit. Ann.* XI. 32. *jussitque, ut Britannicus & Octavia in complexum patris pergerent.*

P. 95. Vs. 20. ἡμᾶς] *pater, filius, paedagogus* eadem persona. unde ἡμᾶς non ὑμᾶς. qui legatum non admittit, mittentem repudiat.

P. 95. Vs. 20. Τοῖς βασιλείοις εἰσελθεῖν] L. III. IV. 49. 22. cum *accusativo* jungit. ἔλεος εἰσῆλθε τὰ πλήθη. sic alii. sic πόθος. ὀργή. ἐπιθυμία εἰσέρχεσθαί τινα dicuntur. *Lucian. Contempl.* 513. sed & τινί. *Sophocl.* ap. *Stobaeum* LXI. 386. [Ἀφροδίτη] εἰσέρχεται μὲν ἰχθύων πλωτῷ γένει. vid. *Eurip. Iphig.* in *Aulide* 1410. 1580. *Cant.* & *Barnes.*

Ita εἰσιέναι. *Plutarch. Dione.* 190. οὐκ εἰσῄει τοῖς Συρακουσίοις ἐκπλήττεσθαι τὴν ἀλήθειαν. ubi *Solanus*, sine caussa puto τούς.

Noster igitur non peccavit in propria locutione accusativum adhibens. vide *Cl. Hemsterh.* ad *Luciani Prometh.* 26. & *Hudchins.* ad *Xenoph.* K. A. 451. etiam in Addendis.

P. 95. Vs. 23. Βραβεύων] IV. IV. 72. 7. vidimus ibi ἀγωνοθετεῖν dixisse *Xenophontem*. *Heliod.* VII. 333. ἀθλοθετεῖν ita adhibet. ubi mox *Cod.* etiam *Taurin.* ὀλίγων. credo male.

P. 95. Vs. 25. Παραπέμψαι] cum id verbi decem millies significet, *comitari, deducere honoris caussa*, cur conjicias προπέμψαι! cur paullo ante Μήτηρ in μῆτερ mutabitur?

P. 95. Vs. 26. Ἧψε βρόχον] *Apogr.* ἦχε. quod defendimus L. V. VII. 90. 8. sed hic patrocinium non meretur. instrumenta ad hanc vitae finem praesto erant, *cingulum. zona.* nec ad coemendum laqueum quis mittat famulum, qui adferat. alia res, ubi fortes etiam viri gladium

amici,

amici, liberti inplorant. amor furibundus talibus arma ipſe monſtrat, ſive gladium, ſive praecipitium. vide *Appulej.* IV. 223. vel denique vulgatiſſimum laqueum. nam, ut eſt apud *Joannem Stobenſem* p. 393.

Θεραπεία γὰρ τὸ λοιπὸν ἡςτήσθω βρόχος.

P. 95. Vs. 26. ἐπ' αὐτὸν ἀνέβαινε] *Theocr. Idyll.* XXIII. 5.

——— ——— ἐρεισάμενος δ' ἐπὶ τοίχῳ
Ἄχρι μέσων οὐδῶν φοβερὸν λίθον, ἧπτεν ἀπ' αὐτῶν
Τὰν λεπτὰν σχοινῖδα, βρόχον δ' ἔμβαλλε τραχήλῳ.
Τὰν ἕδραν δ' ἐκύλισεν ὑπὲκ ποδὸς, ἠδ' ἐκρεμάσθη Νεκρός.

Ariſtoph. Ran. 120.

Μιά [ὁδὸς] μὲν γάρ ἐστιν ἀπὸ καλω καὶ θρανίου
Κρεμάσαντι σαυτόν.

vide *Schol.* & L. IV. III. 68. 14.

P. 96. Vs. 1. ἐπὶ τὸν σταυρὸν ἀνέβαινον] revera *adſcendit in crucem.* quomodo alioquin de ipſo L. IV. III. 68. 17. diceretur κατέβαινε τοῦ σταυροῦ. & paullo ante ἐπιβαίνοντα τοῦ σταυροῦ. & L. IV. IV. 71. 16. ἐπὶ σταυρὸν ἀνέβην. quis ita ignorans, ut neſciat res inceptas ſaepe poni pro re perfecta. qui incipit montem adſcendere, ſcanſio ei poteſt tribui: nec ideo ad culmen pervenit. & merito quoque negaris eum adſcendiſſe montem. quare ἄτε non indigemus.

P. 96. Vs. 1. ἂν ἔθνησκον εὐτυχέστερον] ſana lectio. ſed in *Apographo* neſcio quid turbatum in primis vocabulis. an primo ſcripſerat ἀπέθνησκον. *Tacit.* H. 1. 43. *melius & amantius ille, qui gladium offerebat : cecidiſſem nondum tot flagitiorum exercitui meo conſcius.*

P. 96. Vs. 1. Ὃν ἔπηξε] ἀναπήγνυσθαι ἐπὶ σταυρῶν dicuntur malefici. *Strabo* III. 251. *Thucyd.* IV. 90. σταυροὺς παρακαταπηγνύντες. ſed ibi σταυροί modo *valli. Sch.* ὀρθὰ ξύλα. fruſtra in vocem σταυρὸς grammatici literam T quaeſiverunt. σταυρὸς a στάω. ut καῦρος. a κάω. ut φλαῦρος a φλάω. ut αὖρα ab ἄω. ut φαῦνος a φάω.

P. 96. Vs. 2. ἠπατημένος φιλεῖσθαι] brevis locutio. *deceptus in opinione de amore Callirrhoae erga me.* ſaepiſſime infinitivi adhibentur nudi, ſed qui a praepoſitione pendent. hic ellipſis talis non procedit. ἀπατᾶσθαι non modo ſignificat *ab alio decipi*, ſed *a ſe ipſo*, atque adeo *falſo putare, imaginari. Heliod.* I. 31. παρόντος ἀκούειν ἀπατῶμαι. *per errorem audire*

dire praesentem arbitror. L. I. 58. συνέσεσθαι αὐτοῖς καὶ μετὰ θάνατον ἀπατάμενον. ubi *Taur.* & *Pal.* συνέπεσθαι L. III. 157. Οἱ τὴν Αἰγυπτίων σοφίαν, μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἠπάτηνται, κακῶς εἰδότες. ubi hanc formam ignorantes librarii ſuppoſuerunt ἥγηνται. quod optime animadvertit *Commelinus*, & vindicat ex *Palat.* & *Xylan.* quibus nunc accedunt *Taurin.* & *Vatic.*

P. 96. Vs. 4. Καλλιρρόη μὲν ἰδοῦσα οὐ προσῆλθε] rurſus ſuo ſenſu loqui non licet auctori. με enim debuiſſet ſcribere. non puto.

P. 96. Vs. 5. Μηδὲν δυσωπείσθω] *Moeris Atticiſta.* ἀντὶ φοβεῖσθαι ἀττικῶς. ὡς καὶ Πλάτων ἐν Φαίδωνι. χρῶνται δὲ αὐτῷ οἱ Ἕλληνες ἀντί αἰδεῖσθαι. prima notio hic obtinet. *Thomas Magiſter* aliis verbis eadem docet, ſed laudat *Platonis Phaedrum.* exſtat revera in *Phaedro* p. 242. C. ut *Nunneſius* ad *Phrynichum* obſervavit.

P. 96. Vs. 6. Περιμένω] praeſens aptum, licet praecedat φθάσω. vid. IV. IV. 69. 26.

P. 96. Vs. 7. Ἀλλότριος] non *maritus.* non *civis.*

P. 96. Vs. 9. Πλούτει] vide *Caſaub.* ad *Athen.* XII. VI. & *Theodor. Prodr.* III. 138.

P. 96. Vs. 11. Ἀποθανόντος Χαιρέου αἰτοῦμαί σε] genitivus abſolutus, & quidem in eadem perſona, quae loquitur. plane ſimile formulae ſepulcrali. *Vivo ſe fecit*, pro *vivus* vel *vivens.*

P. 96. Vs. 12. Χάριν τελευταίαν] vide *Xen. Eph.* I. 26. colorem ex *Theocriti* laudato *Idyllio* paſſim ducit.

Ἀλλὰ τὺ, παῖ, κἂν τοῦτο πανύστατον ἡδύ τι ῥέξον,
Ὁππόταν ἐξενθὼν ἠρτημένον ἐν προθύροισι
Τοῖσι τεοῖσιν ἴδῃς, τὸν τλάμονα μή με παρένθῃς.
Στᾶθι δὲ, καὶ βραχὺ κλαῦσον.

Codices nihil variant. nec opus mutatione. ἠρτημένον ἐν προθύροισι ſatis *ſuſpendioſum* indicant. ἐξενθὼν additur, quia exituro januam triſte ſpectaculum erat occurſurum, & *janua adaperta factum* proditura erat, ut loquitur *Ovidius* L. XIV. *Met.* 740. in ſimili caſu. ſi hic pro ἐξενθὼν reſcribas ἐξ οὐδῶν ſuperfluum fuerit. mox modum ſuſpendii per ἄχρι μέσων οὐδῶν & alia vocabula oculis repraeſentat legentium & depingit, ubi conveniens erat. non aptum fuerit hic, ἐξ οὐδῶν, & mox ἄχρις οὐδῶν. ἐξενθὼν autem & παρένθῃς ſatis remota, & non ſunt idem ſenſu, ſatisque ſono diſtant. nec ſi vel eadem verba forent, ob repetitionem quis ſcripturam mutare attentet probam. & ἐξελθὼν eo rectius, quia amans ante fores

res clausas amati juvenis querelam effundit.

Libet etiam alium locum in hoc ipso *Idyllio* a crisi, quantum in me est, liberare. versu 13. describitur sic durus ἐρώμενος.

> — — — ἄγρια δ' αὐτῷ
> Χείλεα, καὶ κῶραι δεινὸν βλέπον. εἶχεν ἀνάγκαν.
> Τᾷ δὲ χολᾷ τὸ πρόσωπον ἀμείβετο· φεῦγε δ' ἄπο χρὼς
> Ὕβριν τᾶς ὀργᾶς περικείμενος. ἀλλὰ καὶ οὕτως
> Ἦν καλὸς· ἐξ ὀργᾶς ἐρεθίζετο μᾶλλον ἐραστάς.

codices nullam mendae suspicionem praebent. tamen placuit haec varie tentare, potius quam sensum, si qui aptus lateret, scrutari. tandem facili medicina reponitur

> — — φεῦγε δ' ἀπὸ χρὼς
> Ὑβρίκτα, ὀργὰν περιειμένος.

quin, ut ab ultimis ordiar, περιειμένος ὀργὰν sit bona locutio, sane non ambigendum. at nec minus elegans ὀργὰν περικείμενος. nam optimis scriptoribus περικεῖσθαι significat *vestitum*, *cinctum esse*. ut plane respondeat τῷ περιέννυσθαι. vide notata ad L. I. VI. 9. 24. ubi ἐσθῆτα περικειμένη. τιάραν περικείμενος. στεφάνους περικείμενος. ἱμάτια. σκευὴν περικείμενος. ἄνθεα περικείμενος. sic ap. *Athenaeum* L. XV. VIII 680 D. ex emendatione *Casauboni* αὐτοὺς τε περικειμένους κεφαλῇ τὸν στέφανον ἀγωνιζομένους. & proinde aliquis περικείμενος ὀργὰν tralato sensu dici potest aeque bene atque ὀργὰν περιειμένος, pro *irato* vel *iram prae se ferente* & tum aptius de *ipsa persona* quam ejus *corpore* diceretur. At poeta aliud & peculiarius quid intendit. post quam enim *duri hujus amasii ipsa labra & pupillas efferatas & ipsam necessitatem spirantes*, *faciem autem bile mutatam* dixisset; *totum corporis ejus bonum habitum evanuisse adseverat*, *& singula membra emarcuisse* prae *ira* sive potius *irae injuria*, ὕβρει τᾶς ὀργᾶς. αἰκίᾳ τῆς ὀργῆς. nihil enim magis corpus *atterit & affligit*, *deturpat*, ὑβρίζει & αἰκίζει, αἰσχύνει quam *ira*. vide *Senecam* de *Ira* L. III. 4. uti enim ex animi tranquillitate quis μείζων & ἀρείων quotidie fit, sic ex *iracundia frequente vigor flos ille humani corporis flaccescit & deperit*. non igitur *labella* modo, *pupulae*, & *frons*, ut ille ait, *praeportabant exspirantis pectoris iras*, sed totum corpus *damna* [τράυματα *Hesych.*] *hujus violenti affectus* senserat & prae se ferebat, inde quippe collapsum plane. & tamen sic formosus manebat, vel saltem amanti talis videbatur. ὕβρις τᾶς ὀργᾶς est ὀργὴ ὑβρίζουσα, αἰκίζουσα. & χρὼς ἀποφεύγων & περικείμενος ὕβριν τῆς ὀργῆς opponitur χρωτὶ ἐμπέδῳ καὶ αἰὲν ἀρεί-

ωι, quale fuisse perhibet *corpus mortui Patrocli* poetarum princeps. hanc si interpretationem admittas, quam satis facilem credo, cuivis patet, quam supervacua hic omnis mutatio futura sit. ne addam locutionem χρεὼς ἀπέφευγέ τινι fuisse parilibus exemplis adstruendam. nam novum vocabulum ὑβρίκτας analogia satis ex opinione multorum tutata fuerit.

P. 96. Vs. 12. πρόσελθέ μοι τῷ νεκρῷ] videatur *Lib.* III. I. 40. 4. & *Lib.* III. X. 61. 5.

P. 96. Vs. 13. Ἀθανασίας] L. VI. VII. 110. 2.

P. 96. Vs. 14. Κἀνὴρ καὶ βρέφος ὁρῷ] legendum puto κἂν ἀνὴρ καὶ βρέφος ὁρῶσιν. sic pro ὁρόων reponendum ὁρῶσιν apud *Maneth* VI. 648. Ἡ διάμετροι ὁρῶσιν, ἄφνω ἀπενόσφισαν ὄλβον. apud *Eunap.* p. 150. lege ὅπως νεμεσήσῃ μηδείς. vulgo νεμεσῶν. *Iunius*, νεμεσοίη.

P. 96. Vs. 15. Ακούσομαί σου, γυνή] *Virg.* IV. *Æn.* 387.

Audiam, & haec manes veniet mihi fama sub imos.

ita affirmative loquitur quoque L. III. VIII. 57. 12. dubitant alii. vide *H. Valesium* ad *Ammian Marcell.* XIX. I. 453. *Demosth.* in *Leptin.* 554. A. *Polyb.* VIII. 9. 723. negat inter alios multis *Theod. Prodr* VI. 273. dubitat *Philemon* in incertis vs 278. quorum inscriptio, ut nunc in *Anthologiae* L. I. XXXV. 4. 117. legitur, τίνας ἂν εἴποι λόγους Φιλήμων δὲ Ευριπίδην, indicaret, haec verba non esse, *Philemonis* sed alius, qui haec *Philemona* dicentem finxerit. verum in *Palatino* codice magis adfirmative. Στίχους οὓς εἶπεν Φιλήμων εἰς Ευριπίδην.

P. 96. Vs. 16. Ενδοξότερον τοῖς κάτω δαίμοσι] scilicet umbris decora & dedecora actae vitae apud inferos adhaerebant. sic intelligendus *Virgilius* L. IV. 644.

Et nunc magna mei sub terras ibit imago.

P. 96. Vs. 19. Εἰ δὲ] *Homer. Iliad.* X. 389. ubi μνήσομ' ἑταίρου. quod jure suo mutavit Charito. mirum est, vocabulum καταλανθάνειν effugisse Lexicographos. ad sensum *Xenoph Ephes.* V 75. πέπεισμαι γὰρ, φιλτάτη, ὡς οὐκ ἄν ποτε, οὔτε ἀποθανοῦσα ἐκλάθοιό μου. *Theod. Prodr.* VII. 317.

Ελπὶς γὰρ αὐτὸν δυστυχὴς ἐβουκόλει,
Ὡς κἂν τάφοις ἔρωτές εἰσι καὶ γάμοι.

vide *Gilb. Gaulminum* ad eum C XIII. p. 532.

P. 96. Vs. 21. Κατεφίλει τὸν βρόχον] passim talia exempla occurrunt. *Appullej.* IV. *Met.* 71. *manu reliqua sumtum gladium suum, diuque de-*

oscu-

osculatus, per medium pectus ictu fortissimo transadigit. ubi Pricaeus legit *diu diuque deosculatus.* offendit nempe copula. at *Cod.* meus *deosculatum.* qualia passim apud *Appullejum.*

P. 96. Vs. 21. Σὺ μοὶ] Nihil communius, praecipue apud poetas, quam rei inanimatae compellatio. *Plutarch.* περὶ ἀδολεσχ. 508. B. propriam amantibus dicit ἀψύχων invocationem. modeste hic noster. *Sophocl. Phil.* 1144.

ὦ τόξον φίλον, ὦ φίλων
Χερῶν ἐκβεβιασμένον,
Ἦ που ἐλεεινὸν ὁρᾷς, φρένας εἴ τινας Ἴσχεις.

Eurip. Troad. 1221.

Σύ τ', ὦ ποτ' οὖσα καλλίνικε μυρίων
Μῆτερ τροπαίων, Ἕκτορος φίλον σάκος,
Στεφανοῦ: θανῇ γάρ, οὐ θανοῦσα σὺν νεκρῷ.

vide *Lucian. Tyrann.* 11. 156. *Appulej.* 1. p. 12.

P. 96. Vs. 22. Συνήγορος] recte *Cl. Cocchius* quoque posteriores literas supplevit.

P. 96. Vs. 22. Διὰ σὲ νικῶ] si respexerit ad decantatum illud ἐν τούτῳ νίκα, aetas ad Constantini tempora accederet & ultra.

P. 96. Vs. 22. Σύ με Καλλιῤῥόης μᾶλλον ἔστερξας] raro sumsi arbitrium emendationis in contextum recipiendae. verum quoniam ἐστέρησας plane corruptum, & quod reposui conveniens, a solita religione recessi. versionem quoque reformavi, quae erat. *tu me magis Callirrhoae eripis.* At an ideo igitur *laqueum osculabatur*? & quo illud *magis* respicit? ita e contrario optime Cl. *Valkenarius* in *Ammonio* p. 128. σιωπὴ στέρησις λόγου pro στέρξις conjecit. Idem vitium Platoni inolevisse videtur in *Phaedro* p. 241. B. ubi de sene, qui τὰ παιδικὰ amare desiit prae aetate. φυγὰς δὲ γίνεται ἐκ τούτων, καὶ ἀπεστερηκὼς ὑπ' ἀνάγκης ὁ πρὶν ἐραστής, ὀστράκου μεταπεσόντος, ἵεται φυγῇ μεταβαλών. *Hinc fit, at qui ante amaverat, jam aufugiat, & necessitate in angustias quasdam conpulsus, quasi testa cadente, in fugam se det praecipitem.* at qui id ἀπεστερηκὼς notarit? *Erasmus* in Chiliadibus vertit *privatus.* in *Testulae transmutatio.* p. 261. *Stephanus* quoque vocem *mendose esse scriptam* agnoscit. legendum puto ἀπεστερχώς. ἀποστέργειν est *amorem desinere. Theocr. Epigr.* IV. 14. Εὔχε' ἀποστέρξαι τοὺς Δάφνιδός με πόθους. & non transitive. *Idyll.* XIV. 50.

Κεἰ μὲν ἀποστέρξαιμι, τὰ πάντα κεν εἰς δέον ἔρποι.

ubi *Schol.* recte. ϗ εἰ μὴν καταφρονήσαιμι αὐτῆς. ἀποστέρξας ita apud *Suidam* accipit *H. Stephanus.* igitur verte, *& amorem deponens prae necessitate, contemtui, odio habens.* στέρξαι saepe alioqui male irrepsit. ut ap. *Diod. Siculum* XI. C. 26. ubi ὅρκος στέξων τὴν ὁμόνοιαν recte reponendum censuit *Rhodomannus*, adstipulante Cl. *Wesselingio.* & *Etym. M.* ejusdem originis dicit. & *Plutarch. Erotico* 677. D. στέργεσθαι ϗ στέργειν ἑνὶ δοκεῖ γράμματι τοῦ στέγειν παραλλάττον. ap. eundem *Romulo* 64. τὸ δὲ ξύλον ἔστεξεν ἡ γῆ ζωόφυτος οὖσα, ϗ βλαστοὺς ἀνῆκε ϗ στέλεχος εὐμέγεθες κρανείας ἔθρεψε. ubi *Bryanus*, motus auctoritate *Bodlejani*, emendat ἔστερξε. omnino imperite. uti ejus notulae abundant conjecturis supervacuis, & saepe ignorantiam praeferentibus. manu exarati libri magnae sunt auctoritatis: sed non tantae, ut contra usum linguae quid valeant. στέγειν terra dicitur *surculum*, quando ita complectitur & tegit, ut radices agere possit. *Plutarch. Alex.* 53. Τὸν κιττὸν οὐκ ἔστεξεν ἡ γῆ μόνον. quod L. III. *Sympos.* 648. C. μόνον οὐκ ἐδέξατο τὸν κιττὸν ἡ χώρα. ita στέξαι & δέξασθαι promiscue utitur *Porphyr.* de *Abstin. An.* I. 82. & *Plutarch.* περὶ ἀδολεσχ. 502. C. apud quem haec vox & alias corrupta.

P. 96. Vs. 23. Καθειστήκει] vide L. III. V. 51. 10. VI. I. 98. 11. νὺξ ἐφειστήκει. VI. VIII. 110. 23. τὰ καθεστηκότα. *praesentia. Sophocl. Antig.* 1174.

Καὶ μάντις οὐδεὶς τῶν καθεστώτων βροτοῖς.

Schol. συμβαινόντων. γινομένων. *Artemid.* II. 39. ἀγαθαὶ τῶν καθεστώτων μεταβολαί. *Alciphr.* III. XI. 302. Τοὺς φυλλοχόους ἑστάναι μῆνας. ubi in Codice Glossa obtinet εἶναι. habet etiam ψευδῆ pro ψευδέστατα. ut *Plutarchus* quidem. sed quod tamen non probo.

JACOBI PHILIPPI D'ORVILLE ANIMADVERSIONES IN CHARITONIS APHRODISIENSIS LIBRUM SEXTUM.

LIBRI SEXTI CAPUT PRIMUM.

P. 97. Vs. 1. Παρ' ἀλλήλους] *Thomas Magister* ait *dativum* esse proprium huic praepositioni cum ἐμψύχοις, *accusativum* cum ἀψύχοις. sed exemplum accusativi cum ἐμψύχῳ ipse e *Platone* adfert. *Diod. Sicul.* T. II. p. 546. ϑητεύειν παρ' Ἄδμητον. *Lexicon* in *Bibl. Coislin.* 483. παρ' ἡμᾶς οἰκεῖ, ἀντὶ τοῦ παρ' ἡμῖν. Ἄλεξις Φιλαθηναίῳ. nihil mutarim. licet facile in fine peccetur. sic ap. *Herodot.* VIII. 5. παρ' ἑωυτῷ διδοὺς pro ἑωυτοῦ. vid. *Demosth.* in *Androt.* 705. F. & ad *Luciani Tim.* I. 162.

P. 97. Vs. 3. Τοὺς γάμους οὐκ ἀπέλιπεν, οὐκ ἀπελείφθη] Secundum *Luciani Soloec.* III. 578. minus Attice dicitur maritus ἀπολείπειν γυναῖκα. vide ibi *J. G. Graevium*, optime de Luciani libello hoc & passim meritum. ἐκβάλλειν. ἐκπέμπειν. ἀποπέμψασθαι usitatiora. frustra obmovet *Kusterus Aristoph. Plut.* vs. 1033. nam ibi juvenis quidam ἀπολείπει anum: sed non erant nuptiae. noster v. VIII. 92. 9. ἀφιέναι. ut *Aristoph. Lysistr.* 157. alii ἀπολύειν γυναῖκα, uti etiam ἄνδρα. vide Clarissimos Interpretes *Diodori* L. XII. 18. & *Erami Philonis* p. 160. *Eurip. Cycl.* 185. dixit λείπειν pro ἀπολείπειν.

P. 97. Vs. 8. Διονύσιος οὐκ ἔπρασε] *Dionysius non vendidit.* debuerat dixisse, οὐκ ἐπρίατο. *non emit.* Videmus igitur Charitonem non modo *casuum* flexiones [ἡγεμόνες pro ἡγεμόσι] ignorantem: sed & ita suae lin-

guae inperitum, ut *vendere* pro *emere* scribere potuerit. taedeat merito tali scriptori operam inpendisse. At tu hoc, uti alterum illud, librariorum ludibriis adnumeres, suadeo. ἔπρατο. ap. *Hesych.* pro ἐπρίατο corrupte legitur. simile quid hic acciderit. ἠγόρασε longius abit. in ἐπώλησαν duo priora elementa deficiebant.

P. 97. Vs 9. Οὐκ ἐξὸν δὲ τὴν ἐλευθέραν ἀγοράσαι] L. v. vii. 90. 17.

P. 97. Vs. 10. Πάλιν ἐξήγαγε πειρατ. . . ἐν μέλλουσαν φονεύεσθαι] illud πάλιν forte quis retulerit ad ἀντέλεγον πάλιν. *e contrario.* nec repugnem. quid supplendum sit, dubitabile non male Interpres πειρατῶν παρ' οὐδὲν vel παρὰ μηδὲν μέλλουσαν φονεύεσθαι. de qua particula ad *Diodor.* xix. C. 100. p. 710. agit *Cl. Wessel.* vide *Plutarch. Pomp.* 516. *Demosth.* παραπρ. A. posses quoque ἐξήγαγε πειρατηρίῳ. ἔσωσεν μέλλουσαν φονεύεσθαι. Ν ἐφελκυστικὸν centies abundat. colligunt autem ex morum feritate piratarum, illos de occidenda Callirrhoe, φορτίῳ δυσδιαθέτῳ, deliberasse: nam scire certo nequibant. vide i. x. 14. 14. xii. 17. 3. ceterum Noster πειρατήριον, πειρατικὸν saepe adhibet. Ληστὴς vero plerumque pro πειρατής. & Doctiss. *Valkenarius* ad *Amm.* iii. 8. animadvertit vetustissimos non usos hac voce. quod si meminisset *H. Stephanum*, de voce πειρατὴς non cogitasset in *Platon.* L. vi. de L. L. 777. C. & περιδίνων tuto eo sensu accepisset. vide *Hesych.* in h. v.

P. 98. Vs. 2. Γνωστὸν δὲ Διονυσίῳ πρόσεστιν εἰς τὸ νικᾶν, ὅτι καὶ τέκνον ἔχουσι κοινὸν] *Xenoph.* H. H. ii. p. 468. B. εἰ δὲ μὴ ἄλλως γνωστὸν ὅτι ἀληθῆ λέγω, ὧδε ἐπισκέψασθε. γνωστὸν quoque quod *sciri potest*, ut ap. *Plat.* vii. de R. P. 517. B.

Sed non video, quomodo hae significationes huc faciant. puto mendam latere partim ex omissa syllaba: τοῦ γάμου γνωστόν. hinc extuderim. τοῦ γάμου. μέγιστον δὲ Διονυσίῳ πρόσεστιν. passim τὸ μέγιστον. idem quod τὸ κεφάλαιον. *Noster* L. i. xiii. 19. 7. *Xen.* K. Π. v. 119. A. καὶ τὸ μέγιστον δὴ. *Lucian. Dial. Deor.* p. 264. *Polyb.* ix. 33. 795. mallem igitur τὸ μέγιστον. & vocabulum πρόσεστι tale quid desiderat. si γνωστὸν scriptum foret, suffecisset ἐστίν. at προσεῖναί τι τινι dicitur quod alicujus conditionem meliorem vel pejorem reddat. *Demosth.* in *Aristog. Pr.* 332. *de Coron.* 493. D. *Plato Phaedro* 241. E. Τῷ ἑτέρῳ τἀναντία τούτων ἀγαθὰ πρόσεστι. & saepe capite truncata occurrunt vocabula. φυλαὶ. στυφυλαὶ. σαυροί. θησαυροί. λευκίαν Σελευκίαν. utitur autem argumento formae similis illi, *pater est, quem nuptiae demonstrant*: Hic, *Maritus est & nuptiae sunt, quem & quas liberi demonstrant*:

P. 98. Vs. 3. Κοινὸν] At si porro lis actitata fuisset, patuisset e Chaerea fuisse conceptum hunc puerum.

P. 98. Vs. 3. Ταῦτα μὲν οἱ ἄνδρες] deficit ultima syllaba in ταῦ. . . reticetur hic, ut saepe, ἔλεγον. *Val. Flacc.* v. 254. *Vix ea.*

P. 98. Vs. 4. Ἐρρητόρευον] in apographo leviter corruptum ἐκητόρευον. passim ῥητορεύειν de *futili & garrula sermocinatione. Lucian. Quom. Hist. Scr.* 11. p. 34. ὃς τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα ἐπερρητόρευσεν, ὥστε με πολλὰ πάνυ δακρῦσαι ὑπὸ τοῦ γέλωτος. *Eustath. de Ism. & Ism.* VII. 258. ταῦθ' ὁ μεγαλίστως κυβερνήτης ἐφ' ὑψηλοῦ καθήμενος ἐρρητόρευεν. *Heliod.* VIII. 381. *Porphyr.* de *Abst.* III. 283. λοιπὸν δὲ τὰ ἄλλα κῶλα, ὅσα κατ' αὐτῶν ῥητορεύεται. inde recte videntur apud *Max. Tyr.* IX. 5. ex emendatione Davisii jungi ἐν ταῖς τῶν παίδων ἀγέλαις αἱ περὶ τῶν ἀστραγάλων διάμαχαι καὶ ῥητόρειαι. sic *rhetoricari* ap. *Latinos. L. Pomponius* in *Medico. Rhetorissat. rhetorice loquitur. dolasti uxorem; nunc propter me cupis concidere, & jam rhetorissas.* ap. *Nonium* p. 166. ubi sic *Codex* meus exhibet hunc locum: qui quidem digestus in Alphabeticum ordinem, sed non edito similem. malim autem ἐρρητόρευον. ut emendatius scribitur. vide *Lucian.* II. 899. I. 726. *Max. Tyr.* IX. 2. *Interpreti* lubens ἐπηγόρευον & suam versionem redonamus.

P. 98. Vs. 4. ἀλλὰ καὶ συνεβούλευον] *Demosthenes* ῥήτορα vocat συμβουλεύοντα. vide *Suidan.* in Ῥήτωρ.

P. 98. Vs. 5. Τὸν παρθένιον] L. III. VII. 55. 8. Ἀνὴρ ἐκ παρθενίας. *Virginius.* plurima post alios adposui in *Miscell. Novis Vol.* XI. III. 130. vide *Th. Munkerum* ad *Antonin. Liberal.* p. 96. & 97. qui recte in *Anthol.* p. 243. reponit παρθένιον pro παρθενίην ap. *J. Sponium* in *Miscell. Ant. Erud.* p. 375. legitur

Θ. Κ
λευκια. δαφνη. μετα. των
τεκνων. εποιησεν. μνημειον
κλ. παρθενιω συμβιω γλυκυτατω
και. ασυνκριτω

ibi dubites, utrum sit proprium nomen. malim *virginio* interpretari. *Cl. Murat.* autem MCCCXXXVI. addit ΤΩ γλυκυτατω. quod facile abesse patior. pro λευκια habet Δεκια. utrumque probum. si ejus quatuor fontes ita dant, cedat Sponius.

Apud *Thom. Smithum Notat. Eccles. Asiae* p. 33. legitur epigramma: editum quoque a *G. Whelero* p. 268. ex eoque a *Fleedwodo* p. 212. tandem a *Cl. Muratorio* MCDXXV. quod hic adscribam, ut legi debet vix recedendo a *Smithiana* ἐκδόσει.

Ξανθίππην Ἀκύλα μνήμῃ βιότου παρέδωκεν
Βωμῷ τειμήσας σεμνοτάτην ἄλοχον.

Πα-

Παρθένον ἧς ἀπέλυσε μίτρην, ἧς ὥριον ἄνθος
Ἔσχεν ἐν ἡμιτελεῖ παυστάμενον θαλάμῳ.
Τρεῖς γὰρ ἐπ' εἴκοσιν τελέωσε βιοῦσ' ἐνιαυτοὺς,
Καὶ μετὰ τοὺσδ' ἔθανεν τοῦτο λιποῦσα φάος.

Ἀκύλα, qui alioqui Ἀκύλας. vid. *Murat.* MDCCXIV. 5. & *Indicem Gruteri.* & *Bentlejum Epist.* ad *Millium* post *Malalam.* quod hic μνήμη βιότου παραδιδόναι, alias dicitur αἰῶσιν παραδιδόναι p. MCCCXCVIII. ap. *Murator.* βωμός. *ara sepulcralis.* vide *P. Berthaldum de Ara.* C. XXIV. & *Fabrett.* C. 31. p. 107. ἄλοχον *Murat.* vertit *inprolem.* peritissime. παρθένον refer ad μίτρην, ut recte Eruditiss. *J. Schraderus Animadv.* ad *Musaeum* C. XX. ἡμιτελὴς θάλαμος qui, notum. vide *Huetium* ad *Anthol.* L. III. 23. 25. p. 262.

Ἡμιτελῆ θάλαμόν τε καὶ ἐγγύθι νυμφικὰ λέκτρα,
Κοῦρε, λιπὼν, ὀλοὴν οἶμον ἔβης ἀΐδου.
Θώνιον [*Cod.* Θύνιον] Ἀσαχίην δὲ μέγ' ἤκαχες, ἥ σε μάλιστα
Οἰκτρὰ τὸν ἡβητὴν κώκυεν ἠΐθεον,
Ἱππάρχου κλαίουσα κακὸν μόρον, εἴκοσι ποίας
Μοῦνον ἐπεὶ βιότου πλήσαο καὶ πίσυρας.

quod epigramma, aliquanto emendatius, totum adscripsi, ut notes ποίας εἴκοσι καὶ πίσυρας *Viginti & quatuor herbas* pro tot *annis.* quia nuper ortus fuit, qui in *Virgilio, Bucolico poeta*, inprobabat *aliquot aristas* pro *aliquot annis*: quae unica est interpretatio loci notissimi.

Βιοῦσ' pro *Smithi* βιῶς repolui. male alii βίον. βίου. est enim a βίωμι. ut in illo ap. *Dionem Cassium* p. 790. Σίμιλις μὲν ἐνταῦθα κεῖται, βιοὺς μὲν ἔτη τόσα, ζήσας δὲ ἔτη ἑπτά. in quo explicando non accesserim *R. Fabretto* in *Syntag.* p. 76. iniquiori saepe in tramontanos, quos vocant, eruditos.

P. 98. Vs. 6. Τὸν πατέρα] non opus σόν.

P. 98. Vs. 9. Διαλαλεύντων] L. II. II. 24. 20.

P. 98. Vs. 11. Βασιλεῖς] *Theocr.* XVII. 133. de *Jove* & *Junone.*

Οὓς τέκετο κρείουσα. Ῥέα βασιλῆας Ὀλύμπου.

at centies in aliis.

P. 98. Vs. 13. ἀπόθηται τὴν παρακαταθήκην] dicimus ἀποδιδόναι παρακαταθήκην. sed quia addit, ὡς φορτίον & mox ἐβάρει, recte ἀποθέσθαι. *Plutarch.* T. II. 509. B. etiam θέσθαι παρακαταθήκην. obvium ὡς φορτίον vel βαρὺ φορτίον φέρειν τι. ut εὐτυχίαν. exempla dat *Cl. Wesselingius* ad *Diod.* XIII. 565. In *Apographo*

παρα-

παρακαθήκην. forte ex simili errore ap. *Lysian* p. 509. παραθήκη. praecipue cum *Codex* unus habeat παρακαταθήκη. quod obvium ap. *eundem*. nec tamen eodem sensu τῷ παραθήκη defuerit auctoritas. quin sic noster L. VIII. III. 134. 3. 135. 10.

Sed saepissime mediae syllabae evanuerunt. ut ap. *Eunapium* 183. τότε γὰρ ἐπιφαινόμενον ἁπλοῦν καὶ ἀφελὲς ἀδιάγητον ἐπεκάθητο τοῖς λόγοις. vulgo vox nihili ἀφὲς. *Junius* ἀφυὲς. forte quia ἀλογία ei tribuitur p. 185. *Plutarch. Erotico* p. 915. C. φύσει τὸν τρόπον ἁπλοῦς καὶ ἀφελής.

P. 98. Vs. 14. Εβάρει] quam sinistre sentiant de hac voce, discas ex *Thoma Magistro* in Βαρύνειν.

P. 98. Vs 14. Αντισυγκρινόμενον] aliquid manus vacillavit. sed ita tamen exhibet *Apographum*. Lexicis ignota vox. nec valde probata Grammaticis συγκρίνεσθαι. *comparari*. vide *Hoeschelium* ad *Phrynichum*. *Thomas* in συμβάλλειν hujus non meminit. vide *Graevium* ad *Luciani Soloecist*. III. 566. revera *Bergler*. ad *Alciphr*. p. 149. nostrum ἀντισυγκρίνειν ex ipso *Philemone* in *Fragm incertis* 334. adponit. verum merito *R. Bentlejus*, ut ex vitiosa modo emendatione natum, rejicit. cui tamen non accesserim infercienti vocem ἔπει. in prioribus ibi aliquid excidisse reor. finiat versum συγκρινεῖς in *futuro*. & recte modulus tum se habebit. ap. *Demosth*. de *Coron*. 524. A. πρός τινα κρίνεσθαι καὶ θεωρεῖσθαι. quod modo ἐξετάζειν & παραβάλλειν. vide *Ulpianum*. συγκρίνειν habet *Strato*, morum pejus quam Graecismi exemplar.

> Χρύσεα χαλκείων νῦν εἴπατε· δός. λάβε. παίζει
> Σωσιάδης ὁ καλός, καὶ Διοκλῆς ὁ δασύς.
> Τίς κάλυκας συνέκρινε βάτῳ; τίς σῦκα μύκησι;
> Ἄρνα γαλακτοπαγεῖ τίς συνέκρινε βοΐ;
> Οἷα διδοῦς, ἀλόγιστε, καὶ ἔμπαλιν οἷα κομίζῃ;
> Οὕτω Τυδείδης Γλαύκῳ ἐδωροδόκει.

per κάλυκας intelligit ῥόδα. ut saepe. ea vox restituenda *Gregorio Nazianzeno* in *Cl. Muratorii Anecdotis* LXV. ubi nunc legitur

> Ὡς ῥόδον ἐξ ἀκανθῶν, ὡς δρόσος ἐκ πετάλων.

dico legendum ὡς ῥόδον ἐκ καλύκων. sed obstat Cl. V. auctoritas. docet enim Graecos habere plures *liquidas literas* quam Latinos. & ideo legitime secundam in ἀκανθῶν corripi. sic *Commentatores Pindari* in majore Anglica Editione docent ad *Pyth*. IV. 409. & *Isthm*. II. 67. ΣΣ. non semper producere antecedentem syllabam. & ita τελέσας esse purum putum *anapaestum*, nec ἐλινύοντας distare quantitate ab ἐλινύσοντας. qui etiam aliud

produnt ſecretum ad *Nemeon.* IX. 41. nempe nihil obſtare quominus credamus, *Pindarum metrum reliquiſſe mancum, quippe quod nec aliis poëtis inuſitatum ſit.* Et hoc ipſis condonamus, quia viri longe ποιητικώτεροι ita ſe demum *Virgilium* imitari crediderunt, ſi hemiſtichia identidem ſuis verſibus inſererent. quales *Hieronymus Vida*, *Joſephus Addiſſonius* & alii. Sed quod ad poſitionem: mihi videtur proſodia Graeca ita ſublentis maxillis perire. ſatius ducerem, ſemel negare Graecos unquam ullam agnoviſſe poſitionem. & hoc ex praeceptis horum & ſimilium magiſtrorum demonſtatu facillimum foret.

Sed his relictis ad ἀκάνθας noſtras redeamus. re vera *Roſae* ex ſpinis, ἐξ ἀκανθῶν naſci dicuntur. *Baſilius* in literis ad Libanium. MDLXXXVII. Οἱ πρὸς τὸ ῥόδον ἔχοντες, ὡς τὺς φιλοκάλυς εἰκὸς, οὐδὲ πρὸς αὐτὰς ἀκάνθας, ὧν τὸ ἄνθος ἐκφύεται, δυσχεραίνυσι. vide *Criticam Vannum* p. 103 ut vero ex *Gregorianis* verſibus ἀκάνθας evellendas cenſui, ſic apud *Theocritum Idyll.* XIII. 64.

Ἡρακλέης τοιοῦτος ἐν ἀλείπτοισιν ἀκάνθαις
Παῖδα ποθῶν δεδόνατο, πολὺν δ' ἐπελάμβανε χῶρον.

non movendas arbitror, quia codices nihil novi ibi moliuntur. quae ratio in praeſentia ſufficiat. cum *J. Grutero* facio, qui ad *Vopiſci Probum* C. 2. ſcribit. *Sed aliter viſum fuit manuſcriptis codicibus, a quibus ſeorſum ire etiam ſi libeat, neſcio an liceat.*

P. 98. Vs. 14. ἐγγὺς] in eadem γυναικωνίτιδι.

P. 98. Vs. 18. Ὑποβλέποντα] *limis, furtivis oculis adſpicientem.* Hanc notionem agnoſcit inter alios *G. Budaeus* p. 648. ap. *Lucian.* XII. *Dial. Meretr.* 312 vertitur *furtim* adſpicere. ſed neſcio, qui id conveniat τῷ πρίη τὺς ὀδόντας, id enim *irati*: vide *Epigramma* a *L. Kuſtero* editum ad *Suidan* in Ἄρης. ἐπιπρίυσα ubi unica lectio eſt. Ὑποβλέπειν alioquin eſt ὑπόδρα βλέπειν. *Heliod.* VII. 352. & 368. ὑποβλέψαντά τε, καί τι καὶ πρὸς τὺς παρόντας ἠρέμα διαγογγύσαντα. ita *Cod. Taur. Aeſchin. Socrat. Dial.* II. p. 36. ubi conſule *J. Clericum. Ariſtaen.* I. 27. *Ariſtoph. Theſmoph.* 403. *Lyſiſtr.* 519.

Ὁ δέ μ' εὐθὺς ὑποβλέψας ἔφασκε· καὶ μὴ τὸν ςήμονα νήσω.

qui verſus non eſt ἄρτιπυς. lege φάσκεν. certo haec vox reſtituenda *Ariſtaen.* I. 10. ex *Philoſtrati* L. II. *Icon.* 810. quamvis ſervet ἐπέβλεπε *Cl. Salmaſ.* ad *Hiſtor. Aug. Script.* T. II. p. 841. ſic ὑπιδεῖν. ὑπορᾶσθαι. *Eunap.* p. 117. *Lucian.* T. I. 250. paſſim.

P. 98. Vs. 18. Τοὺς ὀφθαλμὺς κλέπτοντας μετὰ τὴν θέαν] *Apollon. Rhod.* III. 1017. hunc affectum graphice depingit

Τοῖος ἀπὸ ξανθοῖο καρήατος Αἰσονίδαο
Στράπτεν ἔρως ἡδεῖαν ἄπο φλόγα· τῆς δ' ἀμαρυγὰς
Ὀφθαλμῶν ἥρπαζεν. ἰαίνετο δὲ φρένας εἴσω
Τηκομένη, οἷόν τε περιῤῥοδέοισιν ἐέρση
Τήκεται ἠῴοισιν ἰαινομένη φαέεσσιν.
Ἄμφω δ' ἄλλοτε μέν τε κατ' οὔδεος ὄμματ' ἔρειδον,
Αἰδόμενοι, ὅτε δ' αὖτις ἐπὶ σφίσι βάλλον ὀπωπάς.

qui locus non effugit diligentiam *Petri Burmanni* ad *Val. Flacc.* VII. 513.

Et nunc ora levant audaci laeta juventa,
Ora simul toties dulces rapientia visus.

Eurip. Alcest. 203. alio casu

Ὅμως δὲ, καίπερ σμικρὸν ἐμπνέουσ' ἔτι,
Κλέψαι προσαυγὰς βούλεται τοῦ ἡλίου.

ubi *Portus* & *Duportus* inficete βλέψαι; teste *Barnesio*.

Verum hic aliquanto tamen diverso sensu : nam quod sequitur αὐτομάτως δὲ ἐκεῖ φερομένους potius huic κλοπῇ respondet. at hic κλέπτειν est non adeo *rapere*. sed id *clam* & *occulte facere*. *furari* plane. quomodo *clepere* pro *occultare* ap. *Senecam Hercule Furente* 799. —— *se tegmine ingenti clepit*. quod verbum cum *Seneca* non refugerit, caussam non video cum *Manilio* eximatur L. I. 27.

Quem primum interius licuit cognoscere caelum
Munere caelestum? quis enim condentibus illis
Clepsisset furto mundum, quo cuncta reguntur.

ubi *Bentlejus* sane sine caussa & audacter rescribit

quis enim nolentibus illis
Cepisset furto mundum.

nam aperte ad Promethei *furtum* respicit : in quo tractando verbum *clepere* proprium. ut Accius *Philocteta*.

—— *unde ignis mortalibus*
Divisse cluet doctu' Prometheus
Clepsisse furto.

 cur

cur *olli* licuit *Virgilio Valerioque Flacco* uti & talibus aliis? cui hujus ſeculi ſcriptorum placuit verbum *breviare*? quod ap. *Manilium* L. III. 451. quod autem ibidem *nolentibus* pro *condentibus* reponat : parum prudenter factum videtur : ſenſu enim eodem veniunt. nam *condere*, ſive *recondere* aliquid recte dicimur, quod contra furtum celamus. nonne cibaria & fruges cellis & horreis conduntur, non modo ne corrumpantur, ſed etiam ne abripiantur & clepantur. quod autem aiat *deos non abſcondere*, & hoc ex ipſo *Manilio* firmet L. IV. 922.

Nec patitur, quia non condit, ſua jura latere.

pro re praeſenti ibi argumentatur poeta. aliis locis plane aliam doctrinam promens : ut L. eodem 305.

Sic altis natura manet conſepta tenebris :
Et verum in coeco eſt, multaque ambagine rerum.
Nec brevis eſt uſus, nec amat compendia coelum :
Verum aliis alia oppoſita eſt & fallit imago :
*Mentiturque [coelum] ſuas vires & numina * celat.*

* vel *munia* vel *munera*.

Uti reges Ægypti ſuas gazas in Labyrintho abſcondebant & ſervabant.

P. 98. Vs. 21. Ἄλλοτ' ἐπὶ πλευρᾶς] ap. *Homer. Iliad.* Ω. 10.

Ἄλλοτ' ἐπὶ πλευρὰς κατακείμενος, ἄλλοτε δ' αὖτε
Ὕπτιος, ἄλλοτε δὲ πρηνής.

hic quoque lege πλευράς. de hoc amoris affectu *Heliod.* VII. 325. Πανύχιος μὲν ἔκειτο, πυκνὰ μὲν πρὸς ἑκατέραν πλευρὰν τὸ σῶμα διαςρέφουσα.

P. 98. Vs. 25. μίαν ὥραν] *particulam temporis.* caute interpres. puto his temporibus jam noſtro uſu vocabulum hoc obtinuiſſe. & cognitio iſta inter horae ſpatium peragi potuiſſet. vellem potius vel ſic vertere. vel ut *Livius.* I. 29. *una hora quadringentorum annorum opus excidio dedit.* id eſt, *breviſſimum tempus.*

P. 99. Vs. 2. ὦ ψυχή] etiam ad ſuperiora potes referre.

P. 99. Vs. 2. Κατὰ σαυτὴν γενοῦ] differt aliquid ἐν ἑαυτῷ γενέσθαι. de quo L. III. IX. 59. 15. nam iſtud de eo, qui ex ſe raptus quaſi fuit, aliquo animi vehementiore motu. καθ' ἑαυτὸν γίνεται. *qui conſiderat. inſpicit attenta mente, quae agenda inſtant.* ap. *Alciphr.* III. II. 278. ἔχε ἀτρέμα, καὶ κατὰ σεαυτὴν ῥίπιζε τὸ κακὸν ἐξωθοῦσα τῆς διανοίας. ubi ſane neſcio unde ῥιπίζειν κατὰ σαυτὴν τὸ κακὸν & ἐξωθεῖν τῆς διανοίας, de eadem dicatur. nam ῥιπίζειν potius *ventilando excitare* ſignificet. ἀνεγείρειν & ῥιπίζειν ςάσιν con-

conjungit *Aristoph. Ran.* 363. vide *Schol.* ad *Eccles.* 837. forte excidit φρυ. ἔχε ἀτρέμα ϗ φρ. κατὰ σαυτὴν. *quiesce & rem considera.* tum forte ῥίπιζε. τὸ κακὸν ἐξωθοῦσα. τῆς διανοίας liceret interpretari. *ex ute malum & expelle ex mente. ventilando dissipa. diventila. exstingue.* nam licet saepe videamus *jactatas mota face crescere flammas*, etiam flando & movendo quandoque eaedem exstinguuntur alii meliora excogitarint *Hesiod.* v. 217. dicit. σὺ μὲν ἀτρέμας ἔχε σαυτὸν. quale quid semper in hac locutione intelligitur. ut τὸν νοῦν τὸ σῶμα.

P. 99. Vs. 2. Ἐπίβουλον οὐκ ἄλλον ἔχεις] *insidiatorem* non alium praeter te ipsum habes. licet praecedat ψυχὴ, tamen ut de se locutus, subjungit hoc genus. vide L. II. VII. 33. 19.

P. 99. Vs. 3. ἑαυτός ἐπίβουλος ἐστιν αὐτὸς ὁ ἔρως] inde mox dicit: μὴ ἐξαπάτα σεαυτόν. ἀγνοεῖς μέν. ἀλλ' ἐρᾷς. *Max. Tyr.* XXIV. 4. inter alia cognomina vocat τὸν ἔρωτα ἐπίβουλον. θηρευτικόν. φαρμακέα. σοφιστὴν. γόητα ἀτεχνῶς.

Forte quis hic quaerat notionem in ἐπίβουλος, quam in ἐπιβουλεύειν agnoscit inter alios *Thomas Magister* in βουλεύομαι. vel qui est in hoc *Strabonis* loco L. XV. 1058. B. μεγάλων πραγμάτων ἐπίβουλος. *qui molitur res magnas* : *attentat.* verum nec credo istam notionem hic quadrare, &, si vel usquam detur, certe cum magno *Casaubono* ibi legendum ἐπήβολος, ut saepe haec vox similiter corrupta occurrit : hic illic jam emendata. vid. *Platon.* de L. L. II. 666. D. IV 724. A. quod *Strabo* dicit tribus vocibus, una dicitur μεγαλεπήβολος. a qua orthographia parum distat μεγαλεπίβολος. quod tamen diversum quid significare volunt viri eruditi. & usu sic obtinere credo. licet Etymo non differant. Ionismo litera H modo debetur. utrumque ab ἐπιβάλλειν, qua significat *scopum attingere. ferire.* eadem diversitas in εὐεπήβολος & εὐεπίβολος. ita in *Suida* legimus εὐεπήβολος. ὁ καλῶς ἐπιβάλλων. at tum deberet scribi εὐεπιβόλως. nam εὐεπιβόλως idem quod εὐστόχως. ut ap. *Artemid. Praef.* L. IV. 200. διὰ τὸ εὐεπιβόλως ἔχειν πρὸς τὰς κρίσεις. quod aperte idem quod εὐστόχως ap. *Suidan* mox ϗ εὐεπηβόλως. σαφῶς ϗ ὀρθῶς. sed quod ex eodem fonte idem significat. unde *Hesych.* ἐπιβόλως. φρονίμως. unde credo *Kustero* σοφῶς pro σαφῶς emendanti fulcrum accesserit.

De confusione harum & vicinarum vocum multis egit Cl. *J. Alberti* ad *Hesych.* in ἐπήβολος. ἐπίβολος & alias. de μεγαλεπίβολος diligenter *Cl. Wesseling.* ad *Diodor.* I. 19. & II. 7. ap. *Lucian.* in *Timone* p. 122. certe ἐπιβολαῖς legendum. nam nulla notionis τοῦ ἐπήβολος pars ibi locum habet. de confusione συμβούλων & συμβόλων. vide *Erudit. Th. Mangejum* ad *Philonem adv. Flaccum* p. 520. de permutatione ἐπιβολὴ & ἐπιβουλὴ actum L. I. II.

II. 4. 15. ap. *Alciphr. Epist.* I. VI. ex *Codice* forte bene reposueris εὐθυβόλῳ pro εὐθυβύλῳ. aptum enim illud piscatori nomen.

P. 99. Vs. 5. ἐλεγχθήσῃ] in *apographo* ἐλεχθήσῃ. non magnum malum admisi: licet deficiens haec scriptura passim in libris nostris exstet, & ei patrocinetur *J. Jensius* ad T. I. 43. scio exteri ob εὐφωνίαν literas. hanc tamen omissionem bene antiquis Codicibus adstructam vellem. vide *J. Broukh.* ad *Propert.* III. XI. 55. & ab eo laudatos. ap. *Eunap.* p. 110. διηλέχθη mutandum in διελέχθη.

P. 99. Vs. 6. Ελεγχθήσῃ δὲ μᾶλλον; ὅταν αὐτὴν μὴ βιάσῃς] Miror *H. Stephanum* dubitantem, an βιάζω prosaicis usurpetur. habet *Theophrast. Charact.* XXIV.

Sed inspiciamus sententiam. *Magis etiam convinceris, quando feminam non coegeris.* fideliter redditum. Verum abhorrebat ab omni vi Rex. quem reverentem vidimus eam vel ad tribunal vocare. & L. VI. 14. 104. 21. ait. Καλλιῤῥόην ἄγε, μὴ ἄκυσαν, μήτε φανερῶς. & L. VI. VII. 108. 12. εἰ γὰρ ἤθελον φανερῶς καὶ βίᾳ περιγενέσθαι ἐπιθυμίας, εἶχον δορυφόρυς.

An Βιάζειν leniori sensu accipiemus? ut ap. *Alciphr.* II. III. 236. Εὰν δὲ ὀργισθῇ τί μοι Γλυκέρα, ἅπαξ αὐτὴν ἁρπάξας κατεφίλησα. ἂν ἔτι ὀργίζηται, μᾶλλον αὐτὴν ἐβιασάμην. κἂν βαρυθύμως ἔχῃ, δεδάκρυκα. καὶ πρὸς [sic *Cod.*] *Aristaen.* I. 2. ἐγὼ δὲ πως ἡδέως ἠναγκαζόμην. nam ut *Sulmonensis* ait

Vim licet adpelles: grata est vis illa puellis.

sed ratiocinium nec sic valde convenit. forte tum quoque potius εἰ scripsisset. Quid si legamus θεάσῃ. Hoc enim amantibus accidere solet, ut absentia amor etiam intendatur & augeatur.

Modo rex *suos oculos testatus est, brevi carituros pulcerrimo spectaculo.* mox dicturus est. Ἀρκεῖ σοι Καλλιῤῥόην κἂν βλέπειν. ubi notata consulas.

P. 99. Vs. 6. Ἥλιος, ὁ προπάτωρ σὸς] προπάτωρ. *avus. Herodot.* II. 61. hic in genere *auctor generis.*

Reges Persarum & ipsos Persas originem referre ad *Jovem* vidimus superius. ad L. V. VII. 91. 14. & eodem redit. Vidimus tamen ibi etiam Πέρσην, *Persen*, unde *Persae*, esse natum ex Andromeda, cujus avus erat *Belus.* jam *Belus* & *Sol* a multis idem perhibetur. *Bel. Hel.* Ἥλιος. *Serv.* I. *Æn.* 646 & 733. *Belus Saturnus* & *Sol* apud *Assyrios.* hinc dubitabatur, utrum *Deus Heliogabalus* esset *Jupiter* an *Sol.* sic *Belus* & *Apollo* multis argumentis idem numen.

Verum in talia non inquirimus, varie prodita: & in quibus nihil certum, nisi quod ad successionem primorum horum regum: quae & ipsa

ipsa est incerta satis. Et sufficit *Solem* ab nonnullis agnosci inter πατρώους & γενεθλίες Persarum deos.

Cyro non solummodo aderat, secundum *Herodot.* I. 204. πρῶτον ἡ φύσις τὸ δοκεῖν πλεόν τι εἶναι ἀνθρώπε sed secundum *Xenoph.* K. Π. IV. 91. B. VII. 183. B. erat γεγονὼς ἀπὸ θεῶν: & ἐκ θεῶν γεγονώς. & *Cyrus* id nomen a voce Persica sortitus Solem denotante vid. *Plutarch.* *Arton.* p. 277. *Reland. diss. de L. Persar.* 166 & 176. & non semel apud nostrum de divino in Reges collato honore mentio. *Isocr. Paneg.* 72. C. θνητὸν ἄνδρα προσκυνῦντες, καὶ δαίμονα προσαγορεύοντες. Et omnes Reges Persae θεοί. hinc *Aeschyles* in *Persis* 157.

> Μῆτερ ἡ Ξέρξε γεραιὰ, χαῖρε Δαρείε γύναι,
> Θεῦ μὲν εὐνάτειρα Περσῶν, θεῦ δὲ καὶ μήτηρ ἔφυς.

Μίθρας idem & *Sol. Hesych.* ὁ ἥλιος παρὰ Πέρσαις. Μίθρης. ὁ πρῶτος ἐν Πέρσαις Θεός. Reges Persae hinc in literis ad alios principes sibi sumunt titulum. *Participes siderum. Fratres Solis & Lunae* vid. *H. Vales.* ad *Ammian.* XVII. V. non miremur igitur, si Solem jactet hic Artaxerxes sibi *progenitorem*. *Medi* certe a *Meao Medeae filio* sic originem ad *Solem* referebant.

P. 99. Vs. 8 αὐτὸς ἐφορᾷ] ὁ ἥλιος formula usitata. quo significavit quodcunque in terris. Τῶν ὑπὸ τυτονὶ τὸν ἥλιον ἀνθρώπων. *Demosth.* de *Cor.* 517. C. Noster L. VI. III. 102. 6. Στάτειρα καλλίςη τῶν ὑπὸ τὸν ἥλιον. ubi vide.

P. 99. Vs. 8. Σὺ δὲ ἀπελαύνεις τὸ δῶρον τῦ θεῦ] In apographo leviter corruptum. ἀπυλαίνεις. Graecitas, suis opibus beata, facile carebit novo vocabulo ἀποδειλαίνεις. *Plutarch Alex.* 92. τῆς αὐλῆς ἀπελαύνειν τινα. ap. *Herodot.* VI. 130. pater procos filii ἀπελαύνει. *Maximo Tyrio* III. 9. magistratus munere ἀπελαύνονται. vid. *Lysian* XXXIV. 524. in *Actis Apost.* XVIII. 16. Ὁ Γαλλίων ἀπήλασε τὺς Ἰεδαίες ἀπὸ τῦ βήματος. *Xenoph.* K. Π. III. 63. D. comiter Cyrus τὰς γυναῖκας οὐκ ἀπήλασε. *Demosth.* πρὸς βοιωτὸν περὶ ὀνομ. 1006. C. οὐδεὶς ἀπελαύνει σε ἀπὸ τύτων. *Lucian. Abdic.* 176. ἀγαπῶντα ἐλαύνεις. idem eidem quod παραιτεῖσθαι τῆς οἰκίας. *Demosth.* de *Cor.* 512. F. τὺς παρ' ἡμῶν ἀπελαυνομένυς [συμμάχυς] προσδεξόμενος. juvat quod hoc δῶρον modo dictum sit ζῶον. si calamus pruriret, conjicerem: ἐξεῖλέ σοι τῦτο τὸ ζῶον . . σὺ δὲ οὐκ ἀπολαύεις τὸ δῶρον τῦ θεῦ. ut p. 102. Στάτειρα καλλίςη, . . . ἧς ἀπολαύεις μόνος. nam & accusativo jungitur hoc verbi.

P. 99. Vs. 8. Μέλει Χαιρέυ] solito errore *Apogr.* μέλλει. correxit jam *Cl. Cocchius.* In *Anton. Liber.* XXII. uterque editor reliquit. Ἐξαίσιον γάρ τι καὶ ἄπιςον χρῆμα χειμῶνος ἐπεῖναι μέλειν pro μέλλειν. & aeque vitiose *Galeus* ἐπεῖναι ibi pro ἐπιέναι. ap. *Hesych.* μέλλει pessime jubemur mutare in μέλει. φαίνεται. ἔοικε. δοκεῖ, ἢ μένει. quae omnia τῷ μέλλει insunt. nec po-

II. 4. 15. ap. *Alciphr. Epist.* I. VI. ex *Codice* forte bene reposueris εὐθυβόλῳ pro εὐθυβύλῳ. aptum enim illud piscatori nomen.

P. 99. Vs. 5. ἐλεγχθήσῃ] in *apographo* ἐλεχθήσῃ. non magnum malum admisi: licet deficiens haec scriptura passim in libris nostris exstet, & ei patrocinetur *J. Jensius* ad T. I. 43. scio exteri ob εὐφωνίαν literas. hanc tamen omissionem bene antiquis Codicibus adstructam vellem. vide *J. Broukh.* ad *Propert.* III. XI. 55. & ab eo laudatos. ap. *Eunap.* p. 110. διηλέχθη mutandum in διελέχθη.

P. 99. Vs. 6. Ελεγχθήσῃ δὲ μᾶλλον; ὅταν αὐτὴν μὴ βιάσῃς] Miror *H. Stephanum* dubitantem, an βιάζω prosaicis usurpetur. habet *Theophrast. Charact.* XXIV.

Sed inspiciamus sententiam. *Magis etiam convinceris, quando feminam non coegeris.* fideliter redditum. Verum abhorrebat ab omni vi Rex. quem reverentem vidimus eam vel ad tribunal vocare. & L. VI. 14. 104. 21. ait. Καλλιρρόην ἄγε, μὴ ἄκυσαν, μήτε φανερῶς. & L. VI. VII. 108. 12. εἰ γὰρ ἤθελον φανερῶς ἢ βίᾳ περιγενέσθαι ἐπιθυμίας, εἶχον δορυφόρους.

An Βιάζειν leniori sensu accipiemus? ut ap. *Alciphr.* II. III. 236. Εὰν δὲ ὀργισθῇ τί μοι Γλυκέρα, ἅπαξ αὐτὴν ἁρπάξας κατεφίλησα. ἂν ἔτι ὀργίζηται, μᾶλλον αὐτὴν ἐβιασάμην. κἂν βαρυθύμως ἔχῃ, δεδάκρυκα. ἢ πρὸς [sic *Cod.*] *Aristaen.* I. 2. ἐγὼ δὲ πως ἡδέως ἠναγκαζόμην. nam ut *Sulmonensis* ait

Vim licet adpelles: grata est vis illa puellis.

sed ratiocinium nec sic valde convenit. forte tum quoque potius εἰ scripsisset. Quid si legamus θεάσῃ. Hoc enim amantibus accidere solet, ut absentia amor etiam intendatur & augeatur.

Modo rex *suos oculos testatus est, brevi carituros pulcerrimo spectaculo.* mox dicturus est. Ἀρκεῖ σοι Καλλιρρόην κἂν βλέπειν. ubi notata consulas.

P. 99. Vs. 6. Ἥλιος, ὁ προπάτωρ σός] προπάτωρ. *avus. Herodot.* II. 61. hic in genere *auctor generis.*

Reges Persarum & ipsos Persas originem referre ad *Jovem* vidimus superius. ad L. V. VII. 91. 14. & eodem redit. Vidimus tamen ibi etiam Πέρσην, *Persen*, unde *Persae*, esse natum ex Andromeda, cujus avus erat *Belus.* jam *Belus* & *Sol* a multis idem perhibetur. *Bel. Hel.* Ἥλιος. *Serv.* I. *Æn.* 646 & 733. *Belus Saturnus* & *Sol* apud *Assyrios.* hinc dubitabatur, utrum *Deus Heliogabalus* esset *Jupiter* an *Sol.* sic *Belus* & *Apollo* multis argumentis idem numen.

Verum in talia non inquirimus, varie prodita: & in quibus nihil certum, nisi quod ad successionem primorum horum regum: quae & ipsa

ipsa est incerta satis. Et sufficit *Solem* ab nonnullis agnosci inter πατρώους & γενεθλίως Persarum deos.

Cyro non solummodo aderat, secundum *Herodot*. I. 204. πρῶτον ἡ γένεσις τὸ δοκεῖν πλεόν τι εἶναι ἀνθρώπε sed secundum *Xenoph*. K. Π. IV. 91. B. VII. 183. B. erat γεγονὼς ἀπὸ θεῶν: & ἐκ θεῶν γεγονώς. & *Cyrus* id nomen a voce Persica sortitus Solem denotante vid. *Plutarch*. *Artox*. p. 277. *Reland. diss. de L. Persar*. 166 & 176. & non semel apud nostrum de divino in Reges collato honore mentio. *Isocr*. *Paneg*. 72. C. θνητὸν ἄνδρα προσκυνῦντες, ἠ δαίμονα προσαγορεύοντες. Et omnes Reges Persae θεοί. hinc *Aeschyles* in *Persis* 157.

Μῆτερ ἡ Ξέρξε γεραιὰ, χαῖρε Δαρείε γύναι,
Θεῦ μὲν εὐνάτειρα Περσῶν, θεῦ δὲ ἠ μήτηρ ἔφυς.

Μίθρας idem & *Sol*. *Hesych*. ὁ ἥλιος παρὰ Πέρσαις. Μίθρης. ὁ πρῶτος ἐν Πέρσαις Θεός. Reges Persae hinc in literis ad alios principes sibi sumunt titulum. *Participes siderum*. *Fratres Solis & Lunae* vid. *H*. *Vales*. ad *Ammian*. XVII. v. non miremur igitur, si Solem jactet hic Artaxerxes sibi *progenitorem*. *Medi* certe a *Medo Medeae filio* sic originem ad *Solem* referebant.

P. 99. Vs. 8 αὐτὸς ἐφορᾷ] ὁ ἥλιος formula usitata. quo significavit quodcunque in terris. Τῶν ὑπὸ τυτονὶ τὸν ἥλιον ἀνθρώπων. *Demosth*. de *Cor*. 517. C. Noster L. VI. III. 102. 6. Στάτειρα καλλίστη τῶν ὑπὸ τὸν ἥλιον. ubi vide.

P. 99. Vs. 8. Σὺ δὲ ἀπελαύνεις τὸ δῶρον τῦ θεῦ] In apographo leviter corruptum. ἀπυλαίνεις. Graecitas, suis opibus beata, facile carebit novo vocabulo ἀποδειλαίνεις. *Plutarch*. *Alex*. 92. τῆς αὐλῆς ἀπελαύνειν τινα. ap. *Herodot* VI. 130. pater procos filii ἀπελαύνει. *Maximo Tyrio* III. 9. magistratus munere ἀπελαύνονται. vid. *Lysian* XXXIV. 524. in *Actis Apost*. XVIII. 16. Ὁ Γαλλίων ἀπήλασε τὺς Ἰυδαίυς ἀπὸ τῦ βήματος. *Xenoph*. K. Π. III. 63. D. comiter Cyrus τὺς γυναῖκας οὐκ ἀπήλασε. *Demosth*. πρὸς βοιωτὸν περὶ ὀνομ. 1006. C. οὐδεὶς ἀπελαύνει σε ἀπὸ τύτων. *Lucian*. *Abdic*. 176. ἀγαπῶντα ἐλαύνεις. idem eidem quod παραιτεῖσθαι τῆς οἰκίας. *Demosth*. de *Cor*. 512. F. τὺς παρ' ἡμῶν ἀπελαυνομένυς [συμμάχυς] προσδεξόμενος. juvat quod hoc δῶρον modo dictum sit ζῶον. si calamus pruriret, conjicerem: ἐξεῖλέ σοι τῦτο τὸ ζῶον . . σὺ δὲ οὐκ ἀπολαύεις τὸ δῶρον τῦ θεῦ. ut p. 102. Στάτειρα καλλίστη, . . . ἧς ἀπολαύεις μόνος. nam & accusativo jungitur hoc verbi.

P. 99. Vs. 8. Μέλει Χαιρέυ] solito errore *Apogr*. μέλλει. correxit jam *Cl*. *Cocchius*. In *Anton*. *Liber*. XXII. uterque editor reliquit. Ἐξαίσιον γάρ τι ἠ ἄπιστον χρῆμα χειμῶνος ἐπεῖναι μέλειν pro μέλλειν. & aeque vitiose *Galeus* ἐπεῖναι ibi pro ἐπιέναι. ap. *Hesych*. μέλλει pessime jubemur mutare in μέλει. φαίνεται. ἔοικε. δοκεῖ, ἢ μέλει. quae omnia τῷ μέλλει insunt. nec po-

potuit ita emendare *Guietus*. qui recte μέλει mox reponit in μέμβλεται. ap. *Eurip. Hercule Fur.* 772. legitur recte

θεοὶ, θεοὶ τῶν ἀδίκων μέλουσι καὶ τῶν.

At *Barnesius* notat alios habere μέλουσι. quod & stare per versum posse adseverat. mihi sic vitiari versus videtur. nedum *sensus*. vide ad L. VI. IX. 112. 17.

P. 99. Vs. 9. Βραβεύων τοὺς ἐκείνων γάμους] vide L. IV. V. 72. 7. *Meleager* dixit φίλτρα βραβεύειν in epigrammate, quod ob ejus elegantiam hic describere non gravabor.

Εἰκόνα μὲν Παρίην ζωογλύφος ἄνυσ' Ἔρωτος
Πραξιτέλης, Κύπριδος παῖδα τυπωσάμενος.
Νῦν δ' ὁ θεῶν κάλλιστος Ἔρως ἔμψυχον ἄγαλμα
Αὐτόματ' εἰκονίσας ἔπλασε Πραξιτέλην.
Ὄφρ' ὁ μὲν ἐν θνατοῖς, ὁ δ' ἐν αἰθέρι φίλτρα βραβεύων,
Γᾶς θ' ἅμα καὶ μακάρων σκηπτροφορῶσι πόθοι.
Ὀλβίστη μερόπων ἱερὰ πόλις, ἃ θεόπαιδα
Καινὸν Ἔρωτα νέων θρέψεν ὑφαγεμόνα.

De *Praxitelis Cupidine* vide *Anthol.* IV. XII. 52. 53. 54. 55. & *Franc. Junium* de *Pict. Veter.* T. II. p. 179. *Cod.* male ζωγλύφος. poetis scribitur, ubi opus, ζωογράφος. ἀμπελόεργος. λυκόεργος. Μερόπων πόλις recte *Guieto* conjicitur esse *Cos.* αὐτόματα pro αὐτομάτως.

P. 99. Vs. 10. Προμνηστρίας γραῖδος] anuum hoc munus. *Appul.* IX. *anus stupri sequestra.* vide *Pricaeum* p. 509. *Xenoph.* p. 754. *Eurip. Hippol.* 589. *Aristoph. Nub.* 41. mira est glossa *Hesychii* μέταλλος. λίθος. θάλασσα. προμνήστρια. an huc facit προμνηστῖναι. ἑτέρα πρὸ τῆς ἑτέρας. οἱ δὲ ἐφεξῆς καὶ ἐξ διαστημάτων ἀναμένουσαι ἀλλήλας. porro ejusdem Glossa adprime huc facit. προμνήστρια, ἡ συνιστᾶσα ἀλλήλοις τοὺς γαμοῦντας.

P. 99. Vs. 12. Ἀπάρτιζε] L. VI. V. 105. 25. τὴν κρίσιν. ap. *Nemesium* de N. H. II. 62. lege ἵνα καταρτίσῃ αὐτὸ ὄργανον ἐπιτήδειον ἑαυτῇ. vulgo καταστήσῃ. quod e superioribus irrepsit.

P. 99. Vs. 13. Ἀρκεῖ βλέπειν] *Xenoph. Eph.* V. 99. αὐταρκὲς γὰρ αὐτῷ φιλοῦντι ἐδόκει εἶναι κἂν βλέπειν μόνον, καὶ λαλεῖν αὐτῇ. *Max. Tyr.* XXV. p. 307. ἐράσθη, ἀλλ' οὐ περαιτέρω τῶν ὀφθαλμῶν. προσελθὼν ὁ Ἔρως, ἐνταῦθα ἔστη ἐπὶ θύραις τῆς ψυχῆς.

P. 99. Vs. 13. Ἰδιώτῃ δικαστῇ] omnibus excepto rege. imperatore.

LIBRI

LIBRI SEXTI CAPUT SECUNDUM.

P. 99. Vs. 15. Ἐδονεῖτο πᾶσα βαβυλὼν] *Herodot.* VII. I. ἡ δὲ Ἀσίη ἐδονέετο πᾶσα ἐπὶ τρία ἔτεα. plerumque additur πᾶσα. VI. I. 97. 3. Μετέωρος ἦν πᾶσα βαβυλών. *Alciphr.* II. I. 204. ἀλλὰ καὶ ἐν ὅλῃ τῇ Ἀθηναίων πόλει, νὴ τὴν Ἄρτεμιν, καὶ ἐν Ἑλλάδι πάσῃ. vulgo abest ultima vocula: at non a libro meo. *Valer. Flacc.* v. 273.

Omnemque quatit rumoribus Arcton.

paullo ante ibi in *Rhetore Attico* pro Θηριπίδου bene *Berglerus* Θηριππίδου: sed melius longe *Codex* Θηριππιδίου. quam tu Θηριππίδιον, feminam, non Θηριππίδην virum habe. ut Γλυκέριον.

P. 99. Vs. 16. Ἐν Ὀλυμπίοις] varie profertur. vulgatissimum Ὀλυμπιᾶσι vel Ὀλυμπιάσι. potes intelligere ἀγῶσι. vel etiam ἱεροῖς. ut τὰ Ὀλύμπια τέλος εἶχεν. ap. *Lucian. de M. Peregr.* III. 356. vide *Hemsterh.* ad ejusdem *Tim.* p. 106. in *Epigr.* ab Cl. viro laudato restituimus ex optimo Codice. —— ἄνδρας ἡνίκα Πυγμὰν ἐνίκα Νικοφῶν Ὀλυμπίᾳ. vide *Animadversiones* p. 61. nam νικᾶν recte dicimur ἄνδρας πυγμήν. ut apud *Demosthen.* in *Theocr.* 859. D. νικήσας παῖδας στάδιον. vide *Animadvers.* 310. & *Murator. Inscript.* DCXLIX. at tertius accusativus parum bene accedat.

P. 99. Vs. 16. Τοὺς ἀθλητὰς παραγομένους ἐπὶ τὸ στάδιον μετὰ παραπομπῆς] pugilibus deductis in stadium cum *pompatico favore*, [ut vocat *Appulejus* L. x. *Met.* 232. sic ille *Peregrinus* ap. *Lucian.* III. 353. μυρίῳ τῷ πλήθει παραπεμπόμενος.] comparat Chaerean & Dionysium in tribunal manu advocatorum & faventis populi deductum.

Non intelligenda hic illa honorifica deductio per stadium, quae fiebat, postquam jam victoriam adepti & ἱερονῖκαι declarati erant, de qua *Petrus Faber Agon.* L. II. x. & elegantia notantur ad *Thucyd.* IV. 121.

Verum quando primum intrabant pugiles ab amicis & populo favente quisque in stadium deducebantur. quin etiam antea praeco decertaturum circumducebat, proclamabatque, utrum quis pugnaturum sceleris vel alicujus vitii, quo a pugna removeri solebant, accusare posset. de quo more idem *Faber* III. 12 & 13.

Ttt P. 99.

P. 99. Vs. 16. Ἔδει] debuerat dixisse ἐξῆν vel simile quid. videtur δεῖ pro νόμος ἐστὶ vel εἴωθε posuisse. vide quae dicemus L. VI. IV. 104. 15.

P. 99. Vs. 18. Συνευχαῖ] caret exemplo ap. Lexicographos. συνεύχεσθαι apud meliores obvium.

P. 99. Vs. 19. Ἐπιβοήσεις] hanc vocem *D. Scottus* auctoritate primus munivit.

P. 99. Vs. 19. Τῶν σπευδόντων ἑκατέροις, ἐπευφημούντων] illud ἐπευφημούντων artius conjungendum cum τοῖς Σὺ κρείττων. Σὺ νικᾷς. debiles stomachos forte gravarint duo participia conjuncta. sed iis facile adsueverint ex aliis obviis exemplis. ita mox: πάντα δὲ εὐθὺς μετὰ θυόντων, ἐστεφανωμένων. ap. *Stobaeum* CXIX. 603. χαίροντας εὐφημοῦντας. *Theod. Prodr.* VIII. 346. περιπλακεῖσαι, δακρύσασαι τὸν νέον. *Aristaen.* L. I. *Ep.* 2. δύο κόραι προσῆλθον ἀναβλέπουσαι χάριν ἔρωτος, μειδιῶσαι καὶ μόναι γε τῷ ἀριθμῷ λειπόμεναι Χαρίτων. ibi χάριν interpretor ἕνεκα. ut *amarentur a juvene.* quod & amico placuisse scio. *Diodoro* L. XIV. 97. plura participia cumulantur. αἱ νῆσοι τότ' ἦσαν οἰκούμεναι, καὶ πολισμάτιον ἔχουσαι, κείμεναι μεταξὺ Μιτυλήνης καὶ Κύμης, ἀπέχουσαι τῆς ἠπείρου. *Aristaenetus* epistola laudata. μόλις ἔφησαν, κατέβημεν καιρὸν εὔκαιρον εὑροῦσαι, λαβοῦσαι, καὶ παρίστασαι διαπαίζων ἡμᾶς. ubi *Douza* putat alterutrum tollendum, vel καὶ inserendum. intellexit igitur καιρὸν λαβεῖν. & sic idem notaret, quod καιρὸν εὑρεῖν. at credo inter has locutiones posse statui differentiam: licet singulae positae idem fere significent. prima *invenire* occasionem. secunda notet *inventam & oblatam arripere. uti.* nolim enim λαβοῦσαι interpretari *te prehendimus.* omisit praepositionem celeritatis indicandae caussa. amat autem noster ἀσύνδετον orationem. L. I. I. 3. 5. στεφάνων, λαμπάδων plura exempla participiorum ἀσυνδέτων congesta invenies ad *Luciani Toxarem* T. II. p 509.

P. 99. Vs. 20. Σὺ κρείττων. σὺ νικᾷς] synonyma. vide V. III. 83. 26. vel aliquis κρείττων dicitur, penes quem *jus. ratio. melior caussa.* ita λόγος κρείττων & ἥττων Socratis. vide *Aristoph. Nub.* 113.

P. 99. Vs. 20. Οὐ κότινος. οὐ μῆλα] potuit haec ex *Anthol.* L. I. *Ep.* 1 & 2. desumsisse.

> Τὰν ἦβαν ἐς ἄεθλα πάλας ἤσκησε κραταιᾶς
> Ἄδε Ποσειδῶνος καὶ Διὸς ἁ χρυσέα.
> Κεῖται δέ σφιν ἀγὼν οὐ χαλκέου ἀμφὶ λέβητος,
> Ἀλλ' ἔστι ζωὰν οἴσεται ἢ θάνατον

ἄδε sic in *Palat.* & tribus aliis *Codicibus.* ἀμφὶ in *Palat.* praeterea. εἴσεται. quod defendi potest. εἰδέναι φυγήν. est φεύγειν. in *Epigr.* a *Kustero* ad *Suidan* laudato in Ἄρης. Scholiasta autem unus dubitat, utrum Epigramma prius sit Διοτίμου ἢ Καλλιμάχου. *Valer. Flacc.* IV. 230.

Nec

Nec pretium sonipes, aut sacrae taurus harenae,
Praemia sed manes, reclusaque janua leti.

P. 99. Vs. 20. Μῆλα] *poma* certo intellexit. vide ad *Luciani* T. II. 888.

P. 99. Vs. 22. Ὄναρ ἐπιςὰν] κατά. potuisset quoque ἐπιςάντες. vide L. II. IX. 36. 13.

P. 99. Vs. 23. Απαιτοῦσι] L. VI. VIII. 110. 18. solebant esurientes dii saepe sacrificia per somnia postulare & alios honores. omnia plena exemplorum.

P. 99. Vs. 24. Τριάκοντα ἡμερῶν ἱερομηνία] triginta dies praefiniuntur ex more, quo de actum L. V. III. 84. 6. ἱερομηνία hic ἑορτή. proprie ἱερομηνία dies unus vel plures vocabantur festi in mense. non totus mensis. hic casu festorum dierum numerus mensis dies aequat. sic ap. *Thucyd.* V. 54. Κάρνεια vocantur ἱερομηνία vel ἱερομήνια. quae durabant ad minimum novem dies. verum cum in istum mensem inciderent plurimi praeterea dies festi, fere erat totus ἱερὸς μήν. *Harpocr.* Ἱερομηνία. αἱ ἑορτώδεις ἡμέραι ἱερομηνία καλοῦνται. quem locum Lexicographi Cl. *Dukerus* advocat ad *Thucyd.* L. III. 56.

Sic isti dies, quibus Olympia, Nemea, Isthmia, Pythia celebrabantur, adpellabantur ἱερομηνία. in *Argumento* secundo *Demosth.* περὶ παραπρ. Ὀλυμπιάσιν ἀγωνισόμενος. . . ἐκρατήθη ἐν ἱερομηνίᾳ. *Pindar. Olymp.* III. 4. Νεμεὰς ἱερομηνία. ubi *Schol.* partim bene, partim secus. bene cum dicat ἱερομηνίαι δὲ λέγονται αἱ ἐν τῷ μηνὶ ἱεραὶ ἡμέραι, οἷα δήποτε θεοῖς ἀνειμέναι. sic Διονύσια vocantur ἱερομηνία. *Demosth.* in *Midian.* 608. E. Κρόνια. in *Timocr.* 777. E. *Ulpian.* 780. F. διὰ τὴν ἑορτὴν ἱερομηνίαν ἄγειν. Idem *Pindari Schol.* Δημητριῶνα id est Μουνυχιῶνα [vide *Plutarh. Demetr.* p. 17.] qui pene totus erat festus, ex *Philochoro* docet *Athenienses* decrevisse vocari ἱερομηνίαν. οἷον ὅλον ἑορτήν. quod in *Carneo* accidisse patuit superius. in eo autem, minus bene, quod eorum fere sententiae accedat, qui per συνίζησιν *syncopen* ἱερομηνία dictum volunt, quasi ἱερονουμηνία. primus enim mensis dies est νουμηνία. semper *Sacer.* vide *Herodot.* VI. 57. valde enim inproprie dies festi in medio mense vocarentur νουμηνία. ἱερομηνία & νεομηνία diversae res. quamvis re vera νουμηνία posset dici ἱερομηνία. sed cur ita, cum peculiari sua nomenclatura gauderet.

P. 99. Vs. 25. Αφειμένην] *Justitium* plerumque in his festis ἡμέραι enim θεοῖς ἀνειμέναι, ut *Schol.* supra laudatus ait.

P. 100. Vs. 1. Θυόντων ἐστεφανωμένων] in sacrificiis semper coronati. verum omnes in publicum coronati prodibant festis diebus. *Suet. Aug.* 98. *candidati, coronatique & tura libantes.*

P. 100. Vs. 1. Σύριγξ] non rusticum vel pastoritium organum tantum. In nuptiis *Pelei & Thetidis* ap. *Eurip. Iphig. in Aul.* 1039.

Συρίγγων ὑπὸ καλαμόεσσαν Ἔστασαν ἰαχὰν.

Max. Tyr. XVII. 7. ὥσπερ οὖν ἐν συμποσίῳ μεστῷ κνίσσης πολλῆς, καὶ οἴνου χεομένου, καὶ αὐλῶν ἤχου, καὶ συρίγγων καὶ ψαλμάτων, καὶ θυμιαμάτων.

P. 100. Vs. 2. Εκελάδει] σύριγξ εὐκέλαδος in *Anthol.* IV. XII. 75. 335. est vocabulum *poeticum.* & tamen utitur auctor *Philopatris* T. III. *Luciani.* p. 588. sed ad poeticam ῥῆσιν respiciens. *Theophyl. Epistol* 61. τέττιξ ἐκελάδει. de verbo hoc plura occurrunt in *Miscell. novis* T. I. p. 74. & in *Eruditiss. Lennepii Animadv.* ad *Coluthum* C. V. cui in *Aristophane* ἠρινὰ ὦρα. pro φωνῇ κελαδεῖν reponenti, ut elegantius, non accesserim. figuratius enim longe φωνὴ ἠρινὰ quam ὦρα. nec coactus fuit Comicus serviliter *Stesichorum* imitari. εὐκέλαδος quoque occurrit in Epigrammate *Mnasalcae* in *locustam Democriti.* quod quia turpissimis vitiis inquinatum edere placuit *Eruditiss. Leichio* in *Sepulcral. Epigram.* p. 28. hic ex melioribus libris adponam.

Ἀκρίδα Δημοκρίτου μελεσίπτερον ὧδε θανοῦσαν
Ἄργιλος δολιχὰν ἀμφὶ κέλευθον ἔχει.
Ἧς καὶ, ὅτ' ἰθύσειε πανέσπερον ὕμνον ἀείδειν,
Πᾶν μέλαθρον μολπᾶς ἴαχ' ἀπ' εὐκελάδου.

Locustam Democriti alis sonoram hic mortuam
Argilla longam circa semitam habet.
Cujus etiam, cum intendebat ultimum vespertinum cantum canere,
Omnis domus resonuit ex vocali cantilena.

editur dicto loco μελίπτερον. & tamen vertitur *alis sonoram.* cum significare modo possit *melleis alis.* ut omnia a μέλι. μελίγηρυς. [recte ap. *Phavor.* corrigit *D. Scottus.*] μελίθρους. μελίφωνος. μελίγδουπος. nam a μέλος foret μελόπτερος. ut μελόποιος. μελόγραφος. sed forte nec μέλος ita componatur. nam ap. *Aristoph.* in *Eccles.* μελόδειπνικὸν recte in μελλοδειπνικὸν μέλος conversum. at esto. quid versu fiet. saltem correxisse debuisset Δημοκρίτοιο μελίπτερον at putavit V. E. primam in μέλος produci, quod ex corruptis exemplis probare annisus fuit *Casaubonus* ad *Persii prologum.* quam sententiam, credo, alias refutavimus. Codex sanam lectionem & compositionem exhibet. μελεσίπτερον. *sonoram alis.* ut ἐγχεσίμωρος. ἐγχεσίπαλος. ἐγχεσίμαργος. ἐμβασικοίτης. pro quibus quoque dicitur ἐγχέσπαλος.

ἐγχεσφόρος. ἐγχείβρομος. eaque ratione μελέσπτερος & μελίσπτερος dicendum foret. nec Codice uno fidimus. *Suidas* firmat in ἀργιλώδης. sed ibi vertitur simpliciter *alata*. at tum μελησίπτερος.

Tertio versui non minus gravis menda illata est. editum enim πανεύπτερον. *alis suavem.* ad quod intelligendum advocatur opinio statuentium *locustam alis edere sonum.* quod concedimus. at puduerit me miseri poetae, qualis certe ille *Mnasalcas* non fuit, & aridi, qui in duobus distichis coactus fuerit μελεσίπτερος & πανεύπτερος adhibere. quid quod illud παν hic nihil plus significarit, & fulciendi versus caussa infertum foret. forte aliis nec ὕμνος πανεύπτερος placuerit tantum, quantum πανεύπτερος ταών. *pavo.* sed Codicis Lectionem sensus flagitat & commendat. hic *vespertinus cantus* tribuitur *Locustae*, ut *Philomelae nocturnus.* & aliis avibus *matutinus.* Locustae *noctu* cantant. *Anthol.* III. XXIV. 10. 266.

Ἀκρὶς, ἐμῶν ἀπάτημα πόθων, παραμύθιον ὕπνου *. * ἀγρυπνίας.

\- - - - - - -

Ὥς με πόνων ῥύσαιο παναγρύπνοιο μερίμνης.

at aliquid etiam plus commendatur in hac *locusta* : non modo cantabat vesperi : sed illa ipsa vespera, illa qua moritura erat, quae ipsi ultima fuit & πανέσπερος, quasi morbus nec fatum instaret, cecinit ita vocali cantu, ut tota domus resonuerit. ita interpretor πανέσπερος. ita credo poetam potuisse uti, eo magis, quia ἑσπέρα & ἑσπέριος de inclinata aetate, immo morte usurpentur. quoniam tamen forte hoc non omnibus se probarit, non displiceret πανύστατον. quod certe totam sententiam luce sua illustraret. dubitabundus propono hanc conjecturam, simul submetuens, ne iis accensear, qui plus codicibus & infrunitis librariis tribuam, quam illi πολυμόρφῳ καὶ πολυωνύμῳ Divae, Sanae Rationi, vel εὐστοχίᾳ καὶ ἀγχινοίᾳ, Criticorum sacrosanctis idolis. felices quibus horum numinum sacraria quotidie inoffenso pede intrare liceat, & ita afflatis nulla non hora inscientibus, ceu e mento barba, emendationes nascantur, indubitabiles, veriores quam illa apud Sagram, egregiae & capitales, quando praefiscini de suis testimonium perhibent. Miror autem V. E. in tota ad hoc epigramma annotatione ita loqui de *locustis & cicadis*, quasi eadem essent animalia. hoc epigramma de ἀκρίδι *locusta. Niciae* autem versiculos quos laudat, agunt de τέττιγι. de *cicada*. saltem si codicibus est fides. & in *Archiae* versibus τέττιξ aperte comparet. Eodem teste a *Meleagro cicadae* dicuntur ποοσίλαλοι. nescio ubi ita vocentur huic poetae. lego quidem in epigrammate jam adducto

Αὐτοφυὲς μίμημα λύρας, κρέκε μοι τὶ ποθεινὸν,
Ἐκκρούσασα φίλας ποσὶ λαλοῖς πτέρυγας.

an legit V. E. ποσιλάλοις una voce. verum tum quaererem ſubſtantivum, cui hoc vocabulum adjiceretur. legendum

Ἐκκρούσασα φίλοις ποσὶ λάλους πτέρυγας.

at ſaltem, quo modo cunque legatur *cicadae* erunt ποσιλάλοι, ut V. E. adſeverat. ita forent ex hoc loco. ſed rurſus obſtat, quod non de *cicadis* τέττιξι, ſed de *locuſtis*. ἀκρίσιν agatur.

P. 100. Vs. 2. ᾄδοντος ἀκούετο μέλος] ſatis de hoc dictum L. IV. v. 72. 21.

Ubi dè *aſſa voce*. ſed tamen etiam ἆσμα de organis. ita *Manetho* v. 160.

Ἢ τρητοῖς καλάμοις ὑπὸ πνεύμασιν ἆσμα μελῳδεῖ.

ubi editur ἆθμα. redditur *per flatus anhelationem modulatur*. non puto. reliqua ibi lege, ad mentem *Gronovii*.

Ἢ νομίᾳ σύριγγι φίλην κεφαλὴν ἐπισείει.
Ἄλλῳ δ' ἐκ ϛομάτων κελαδεῖ μυκήματα σάλπιγξ,
Ὠδαῖσιν κιθάρας νευρενδέτῳ ἐν παλάμῃσιν·
Ἄλλῳ δ' ἁρμονίην χαλκῷ τε παρέξεται πνεῦμα.

quem ultimum verſum, velim, mihi aliquis expediat. vides illud χαλκῷ τε. illud παρέξεται in futuro, cum praecedant praeſentia. illud πνεῦμα, & ſic ſyllabam AI productam. ſi fluentiores verſus *Manetho* condere non potuit, cur ſibi adeo iratas Muſas coluit?

P. 100. Vs. 2. πᾶς ϛενωπὸς συμπόσιον] ut πᾶσα βαβυλὼν δικαϛήριον. VI. I. 98. 10. συμπόσιον autem hic locus, ubi convivantur. ſic ap. *Lucianum Dial. Deor.* XXIV. 275. Mercurius queritur, quod ἕωθεν σαίνειν τὸ συμπόσιον debeat.

P. 100. Vs. 3. Κνίσση δ' οὐρανὸν ἷκεν]. ſic lege, ut recte in *Apogr. Iliad.* A. 317. ap. *Heliod.* x. 505. in *Bourdelotiana* ἱκέτω. in *Commeliniana* omiſſum. in *Taurin.* ἡκέτω.

Luciano de *Luctu* II. 931. hunc poetae locum reſpicienti κνίσση circumſcribitur τὸ νοσιμώτατον. ubi non fides habita veteribus Grammaticis νόσος interpretantibus γλυκασμός. uti *Etym. Magni auctori.* κνίσα aliis uſurpatur, ut *Manethoni* L. I. 195. quem locum conſeras cum *Fir-*

Firmici L. I. C. I. & simul percipies *Manethonem* non destitutum fuisse a poetica facultate.

P. 100. Vs. 5. ἵνα αὐτῷ βοηθῇ πρὸς τὸν υἱὸν] credebant veteres unum numen per aliud posse exorari & flecti. passim exempla apud poetas, ubi Venus, Thetis, alia numina pro clientelis suis Jovem ambiunt. Noster L. III. VIII. 57. 16. αἰτοῦμαι χάριν παρὰ σοῦ, καὶ διὰ σοῦ παρὰ τῶν ἄλλων θεῶν. *Porphyr.* de *Abstin. Anim.* II. 195. ἐν δὲ τούτοις ἀριθμητέον καὶ τοὺς πορθμεύοντας, ὡς φησὶ Πλάτων, καὶ διαγγέλλοντας τὰ παρ' ἀνθρώπων θεοῖς, καὶ τὰ παρὰ θεῶν ἀνθρώποις. τὰς μὲν γὰρ ἡμῶν εὐχὰς ὡς πρὸς δικαστὰς ἀναφέροντας, τοὺς θεούς. ubi agnosco synchysin; verba enim ordinanda fuissent τὰς μὲν γὰρ ἡμῶν εὐχὰς ἀναφέροντας πρὸς τοὺς θεοὺς, ὡς δικαστάς. Istam transpositionem vocabuli ὡς multis exemplis probavimus L. I. XIII. 19. 8. Ap. *Apianum* p. CCCCCIV. item simul votum fit *Veneri & ejus filio Amori.*

Θεοις
αφροδιτηι και τωι
υιωι ερωτι διονυσος
και δημητρα εκ
των ιδιων μητρι
συμπαθεστατη

diis Veneri & filio Amori Dionysus & Demetra ex suis bonis matri commiserantissimae. egregium monumentum! ibi enim *Bacchus & Ceres, ex suis propriis bonis* [quae ubi sita fuerint, operae pretium inquirere] nescio quid, dedicant, *Veneri & ejus filio Cupidini.* quae Venus singulari epitheto condecoratur, *mater commiserantissima.* apte, credo, hic titulus posset reddi. *mater misericordiae*, cognomen *Divae Mariae.* cur votum fecerint hi dii suis illis collegis scire vellem. mihi potius *Venus* & *Cupido* videntur debuisse vota concepisse *Cereri* & *Baccho*, sine quibus haec numina, ut Comicus ait, frigent. sane in *Apiano* tales nugae ferendae. sed miror *Donio* hic fucum factum, qui *Cl.* I. 53. e schedis *Vaticanis* reposuit: eo discrimine, ut διονυσωι jam quoque votum fiat, & misera Ceres sola sumtum facere cogatur. quid de *Octavio Boldonio*, qui eandem p. 296. dignam censuit, quae repeteretur, & scientifice συμπαθεστάτη vertit. *dilectissimae.* Quare *Cl Muratorius* sua laude non est fraudandus, qui quidem hoc tam singulari monumento suum thesaurum carere noluerit p LVIII. sed recte vertit, *summe misericordi*, & *quia nomen dedicantis deest* [scilicet legit διονύσωι καὶ δημητρα. *libero & cereri*] *nescit, an non hoc suspicionem aliquam fraudis excitare possit. sibi certe parum arridere.* profecto non minus faceta est, quam altera illa inscriptio,

tio, quae ap. eundem *Muratorium* legitur p. XL. & πρὸς διόνυσον quoque quodammodo facit. PLANTATIO VINEAE CORRUPTIO LINEAE.

P. 100. Vs. 10. Οὐκ ἠδύνατο φανερῶς λυπεῖσθαι ἐν τοῖς βασιλείοις] L. VIII. v. 136. 7. Οἱ Περσῶν ἐντιμότατοι ἐπένθουν Στατείρας προφάσει, σφῶν δ' αὐτῶν κήδε' ἕκαστος. & mox p. 137. 22. Οὐκ ἔδοξεν ἀσφαλὲς αὐτῷ τὸ λυπεῖσθαι σωθείσης τῆς βασιλίδος.

P. 100. Vs. 11. ἑαυτῷ] κατηρᾶτο.

P. 100. Vs. 12. ἑαυτῷ γὰρ αἴτιος τούτων] verbum substantivum intelligitur. in tertia persona hoc vulgatissimum. at non minus hoc usu venit in ceteris duabus. vide quae dicta L. I. IV. 7. 3. VIII. VII. 142. 5. *Demosth.* de *Cor.* 517. B. ἐν μέρει τοίνυν τοῖς πρὸς τὴν πόλιν τοιοῦτος. [εἰμὶ] & in hac formula fere. *Plutarch.* de *Sera Num. Vind.* 555. B. ἐγὼ σοὶ τούτων αἰτία. de *Tranquill.* 477. A. *Achill. Tat.* πάντα δι' ἐμὲ ἔπαθες. πολλῶν σοι ἐγὼ κακῶν αἴτιος. *Homerus* saepissime. sic *Latini.* vide *Val. Flacc.* VII. 159. v. 657.

P. 100. Vs. 14. Ἐν Μιλήτῳ κύριος] qualis ille *Hestiaeus*, de quo *Herodot.* v. 30.

P. 100. Vs. 15. Φέρων] utitur hac sermonis quasi abundantia aliquoties. VII. II. 116. 4. VIII. II. 131. 8. vide *Cl. Hemsterhusium* ad *Lucian.* I. 349. post quem quis Iliada canere suscipiat. nihil adponam nisi duo *Heliodori* loca, non sine hujus auctoris aliquo commodo. L. IX. p. 421. ex *Cod. Taur.* sic lege. ἀλλὰ μὴ παρὰ τὴν πρώτην ἑκοντὶ καὶ φέροντες αὐτοὺς ἐνεχείρισαν. ubi καὶ deerat & male ἐνεχείρησαν. [sic *Lucian.* I. 705. ἑκὼν & φέρων conjungit.] Vetus est jam in his verbis confusio, ut patet ex *Schol. Aristoph.* in *Pluto* 717. male quoque *Benenati* Editio in *Demosth.* κατὰ Ἀριστοκρ. 411. (754. A.) mox in loco isto *Heliodori. Vat.* & *Taur.* προσκαθήμενον. L. X. 495. sic *Cod. Taur.* non credo tamen ex omni parte sincere. αὖθις δὲ θαυματουργοῦντες ἐν αἰχμαλώτων τύχῃ φέροντες ἐνεχείρισαν, ταύτην αὐτοῖς πάλιν ἱερουργουμένην προσδέξονται. *Vatic.* quoque αὐτοῖς. qui etiam mox ὡς πολέμιος.

P. 100. Vs. 17. Τί δοκεῖς;] admirantis & inprobantis. *Eurip. Hecuba.* 1160.

> Κἆτ' ἐκ γαληνῶν, πῶς δοκεῖς, προσφθεγμάτων
> Κτενοῦσι παῖδας.

ita πόσον δοκεῖς ap. *Aristoph. Eccl.* 399. observante *T. Fabro.*

P. 100. Vs. 18. Χαρίεν ἀντίδικον ἔχεις] nescio an non εἶχες convenientius foret.

P. 100. Vs. 19. Νῦν βασιλεὺς καὶ ὀνείρατα βλέπει] *Virgil.* IV. *Æn.* 377.

Nunc

Nunc augur Apollo.
Nunc Lyciae sortes, nunc & Jove missus ab ipso
Interpres divûm fert horrida jussa per auras.
Scilicet is superis labor? ea cura quietos Sollicitat.

P. 100. Vs. 20. Παρέλκει τις] erat sigla ordinaria τ.

P. 100. Vs. 26. Ὑπὸ δαίμονος κακοῦ] mox ὁ βάσκανος δαίμων. *Xenoph.* H. H. VI. 594. ἤδη τὸ δαιμόνιον ἀυτὸν ἦγε. nam mala daemoni inputabant. *Homer. Odyss.* E. 396.

—— Ἐν νούσῳ κεῖται κρατέρ' ἄλγεα πάσχων,
Δηρὸν τηκόμενος. στυγερὸς δὲ οἱ ἔχραε δαίμων.

Astrologis κακὸς δαίμων celebratur. *Maneth.* VI. 36.

Ἐν προτέρῳ δ' ὥρης ζώῳ Φαίνων προθέῃσιν,
Δαίμονα τὸν τε κακὸν πρότεροι φῶτες καλέσαντο.

Saturni malefica stella. *Heliod.* II. 106. Οὐ πολλοῖς δὲ ὕστερον ἔτεσιν, ὀυρανία φωστήρων ειμαρμένη περίοδος τρέπει τὰ κατ' ἡμᾶς, καὶ ὄμμα Κρόνιον εἰς τὸν οἶκον ἐνέσκηψε, τὴν ἐπὶ τὸ χεῖρον ἐπάγον μεταβολὴν. ita *Codd. Vat. & Taur. Manetho* eodem libro vs. 60. vocat λυγρὸν. sic ibi lege.

Καὶ δὲ Κρόνου περάτηθεν ἀθρειομένου ὑπὲρ ὥρης,
Δαίμονι δ' ἐν λυγρῷ μήνης προπάροιθεν ἐούσης,
Καὶ κέντρου Τιτῆνος ἀποκλινέος τελέθοντος.

ubi nota vocabulum ἀθρείεσθαι. cujus activum *H. Stephanus* excitavit ex *Suida* in ἀθρεῖ. ἀθρείοντες. ἰδεῖν ἐπιθυμοῦντες. cum dispendio metri quoque legitur κέντροιο τιτῆνος ἀποκλεινέος. VS. 151. vocat χαλεπὸν. ubi sic legendum autumo.

Οἷς δ' ἄρ' ὕπερθ' ὥρης χαλεπῷ ἐν δαίμονι καλὴ
Ἀφρογενὴς φαίνητ', ἢ δ' αὖ Κρόνος ἢ τετράγωνος
Ἠὲ κατ' ἀντιπέρην λεύσῃ, κενὰ λέκτρα πορῶσιν.

Gronov. φαίνῃ. sed hoc *ostendit.* illud *adparet.* ultima excussa κῆν λέκτρα πορῶσιν. *Gron.* λέκτρ' ἀπορῶσιν. *conjugio caruerunt.* sed ubi ἀπορεῖν cum *accusativo* jungitur? recte *Venus & Saturnus dare vacua cubilia*, nempe *liberis*, dicuntur, vel etiam *altero conjuge* ἐστερημένα. vide *Schol. Soph. Ajace.* 1008. & *Suidan* in voce. vide & vs. 216 & 220. ubi εὖτε pro ἔντε lege.

P. 101. Vs. 2. Καὶ τότε] I. VI. 9. 17. III. III. 404. Nam jam bis tentavit sibi mortem consciscere.

P. 101. Vs. 3. Ἀφείλω καλῆς συνοδίας] sic *Apogr. Horat.* II. *Odar.* XVII.

Non ego perfidum
Dixi sacramentum. ibimus, ibimus,
Utcumque praecedes, supremum
Carpere iter comites parati.

saepe ὁδὸς de *vita* & *morte*. L. III. I. 41. 8. ἀναςρέψαι τῆς προκειμένης ὁδοῦ. eleganter *Xenoph.* in *fragm. Epistolae* p. 1000. Ὅτι ὁδὸς ἀνθρωπίνης χρὴ νομίζειν ἀρχὴν μὲν γένεσιν, τέλος δὲ θάνατον. *Xenoph. Ephesius* L. III. 47. Καὶ ὁδὸν ἔρχομαι τὴν παρὰ σὲ. δυστυχῆ μὲν, ἀλλ' ἀναγκαίαν. mox p. 48. ὁδεῦσαι πρὸς τὸν Ἀβροκόμην ὁδὸν εὐτυχῆ. *Sophocl. Antig.* 817. (890).

Ὁρᾶτε μ', ὦ γᾶς πατρίας πολῖται,
Τὰν νεάταν ὁδὸν στείχουσαν.

Eurip. Alcest. 610. Προσεῖπατ' ἐξιοῦσαν ὑστάτην ὁδόν.

Anthol. III. XXIV. 19. 627. ubi sic lege.

Οὐκ ἔτ' ἀν' ὕλῆεν δρίος εὔσκιον, ἀγρότα πέρδιξ,
Ἠχήησαν ἱεὶς γῆρυν ἀπὸ στομάτων,
Θηρεύσεις βαλίως συνομήλικας ἐν νομῷ ὕλης.
Ὤιχεο γὰρ πυμάταν εἰς Ἀχέροντος ὁδόν.

δρίος agnoscit *Suidas* in voce, & probavit *Conr. Gesnerus Histor. Avium* T. II. p. 616. θηρεύειν accipiendum de cicure, quae voce sua illice decipiebat, & in retia inducebat feras perdices. quales θηρεύειν proprie dicuntur. vide magnum virum modo laudatum p. 612. rationes reliquas nunc non reddemus. partim emendavimus jam in *Miscell.* T. IX. p. 114. *Anthol.* III. XXV. 79. 282.

Ἔληξεν δὲ μέλαθρα Διωνύσοιο χορεύειν,
Εὖτε σιδηρείης οἶμον ἔβης Ἀΐδαο.

vide etiam L. III. I. 193. & III. XXIII. 25. 262.

Ita in egregio monumento, cujus mentionem fecimus L. III. X. 60. 18. quod hic ex veritate exhibebo. nam licet ter sit editum, tamen singulae ἐκδόσεις suis mendis non carent. primo protulit *Jac. Tollius* in *Fortuitis* p. 307. Deinde hinc *Cl. Muratorius* p. DCCXLIX. tandem recentavit *Sigeb. Havercampius* in *Indice supellectilis antiquariae. Go-*

sexini

sewini Ulenbroukii. Quin *anaglypticum*, cui subjectum epigramma, *Henr. Christ. Henninius* in notis ad *Tollii epistolas Itinerarias* p. 20. retulit ad plane aliam Inscriptionem. quam hallucinationem jam animadvertit *Vir praestantissimus Franc. Oudendorpius* in eleganti recensione *Legati Papenbroukiani Academiae Leidanae facti.*

Ἤλυθες οὐκ ἀβόατος ἐνὶ τριακὰς δεκάδεσιν,
Θεύδοτε, τὰν ζωοῖς οἶμον ὀφειλομέναν.
Καί σε τὸν ἐν σπονδαῖσι γεγαθότα πουλὺ μετ' ἀστῶν
Μάτηρ αἰάζει μυρομένα πρύτανιν.
Πέτρος ὅδε ξείνοισι βοάσεται, ὡς ἀΐδαλος
Ἀσφαλὲς ἀνθρώποις οὐθὲν ἔνειμε τύχη.
Εἴης τοι σὺμ πατρὶ κεχαρμένος, ὄφρ' ἂν ἐσαψῶ.
Σώστρατος ἐν φθιμένοις μυρίον αἶνον ἔχη.

Cl. Muratorius e vocabulis πρύτανις & ἀστῶν collegit civem Atticum fuisse. sed potest fallere haec argumentatio. nam ἀστοὶ apud poetas omnium *magnarum urbium cives.* & πρυτάνεις *in plerisque urbibus Graeciae*: qui sacrificiis intererant. inde in lapide, quem Rhegii ad fretum Siculum adquisivi. πρύτανις. εκ. τυ. ιδιυ. κ. αρχων. πενταετηρικος . . . συμπρυτανεις. ιεροσκοποι. θυτης. ιεροσαλπιστης. ιεροκηρυξ. vide *Marmor Oxoniense* XXVIIII. & *Ez. Spanhemii Dissert.* de *Prytanibus.* An autem γεγαθὼς πολὺ ἐν σπονδαῖς eo debeamus extendere, ut prae ebrietate mortuus fuerit, dubito. saltem mater filio vix tale in aevum perhibeat testimonium. revera tamen, licet *Plato* vetet se inebriare, πλὴν ἐν ταῖς ἑορταῖς τοῦ καὶ οἶνον δόντος θεοῦ, *in Dionysiis*, fere in festis & panegyresin largius se flore Liberi adspergere consueverant plerique. *Ulpian.* ad *Demosth.* de *Corona* p. 480. F. ἐν ταῖς πανηγύρεσι συνῄεσαν πολλοὶ μετ' ἀλλήλων συμποσιασόμενοι· καὶ ἔμενον πολλάκις ἕως τῆς ἄλλης ἡμέρας ὡς τοὺς ἐν πανηγύρει. εἰ δέ τις τούτων μεθυσθεὶς . . . . Τύχη ἀΐδαλος. est, ut *Hesych.* ἄδηλος. in ἀΐδηλον. ἀφανῆ. In *Catalectis* Pithoei, quae quantum auctiora debebimus Cl. *P. Burmanno Juniori*, p. 120. vocatur Δαίμων ἀπροιδής. istud epigramma vitiosius ediderunt *Gruterus*, *Donius*, *Fabrettus.* sincerius *Fleetwodus.* item *Grotius & Salmasius.* vide *Miscell. Lipsiens.* T. 1. 490. si cui placeat magis notio τοῦ ἀφανιστικός. passim μοῖρα ὀλοή. λευγαλέη. vide *Anthol.* III. XXIII. 3. 258. sive potius p. 262. 23. integrius enim ibi exstat.

Σὺμ πατρί. N ante Β. Μ. Φ. Π. ut γηραιὸμ βιοτᾶς. τὴμ μητέρα. τὸμ πατέρα. ἀποδειχθεῖσιμ πρεσβευταῖς. qualia in *Monumentis Oxoniensibus* offenderis.

Ὄφρ' ἂν ἐσαψῶ. *dum ad te perveniam. donec conjurgar.* συνάπτειν ita frequenter. Miror *Aemilium Portum*, Graece peritissimum, in *Dionysii*

 Hali-

P. 101. Vs. 2. Καὶ τότε] I. VI. 9. 17. III. III. 404. Nam jam bis tentavit sibi mortem consciscere.

P. 101. Vs. 3. Ἀφείλω καλῆς συνοδίας] sic *Apogr. Horat.* II. *Odar.* XVII.

Non ego perfidum
Dixi sacramentum. ibimus, ibimus,
Utcumque praecedes, supremum
Carpere iter comites parati.

saepe ὁδὸς de *vita* & *morte*. L. III. I. 41. 8. ἀναστρέψαι τῆς προκειμένης ὁδοῦ. eleganter *Xenoph.* in *fragm. Epistolae* p. 1000. Ὅτι ὁδοῦ ἀνθρωπίνης χρὴ νομίζειν ἀρχὴν μὲν γένεσιν, τέλος δὲ θάνατον. *Xenoph. Ephesius* L. III. 47. Καὶ ὁδὸν ἔρχομαι τὴν παρὰ σέ. δυστυχῆ μὲν, ἀλλ' ἀναγκαίαν. mox p. 48. ὁδεῦσαι πρὸς τὸν Ἀβροκόμην ὁδὸν εὐτυχῆ. *Sophocl. Antig.* 817. (890).

Ὁρᾶτέ μ', ὦ γᾶς πατρίας πολῖται,
Τὰν νεάταν ὁδὸν στείχουσαν.

Eurip. Alcest. 610. Προπέμπετ' ἐξιοῦσαν ὑστάτην ὁδόν.

Anthol. III. XXIV. 19. 627. ubi sic lege.

Οὐκ ἔτ' ἀν' ὑλῆεν δρῖος εὔσκιον, ἀγρότα πέρδιξ,
Ἠχήησαν ἱεὶς γῆρυν ἀπὸ στομάτων,
Θηρεύσεις βαλιὰς συνομήλικας ἐν νομῷ ὕλης.
Ὤιχεο γὰρ πυμάταν εἰς Ἀχέροντος ὁδόν.

δρῖος agnoscit *Suidas* in voce, & probavit *Conr. Gesnerus Histor. Avium* T. II. p. 616. θηρεύειν accipiendum de cicure, quae voce sua illice decipiebat, & in retia inducebat feras perdices. quales θηρεύειν proprie dicuntur. vide magnum virum modo laudatum p. 612. rationes reliquas nunc non reddemus. partim emendavimus jam in *Miscell.* T. IX. p. 114. *Anthol.* III. XXV. 79. 282.

Ἔλληξεν δὲ μέλαθρα Διωνύσοιο χορείης,
Εὖτε σιδηρείης οἶμον ἔβης Ἀΐδεω.

vide etiam L. III. I. 193. & III. XXIII. 25. 262.

Ita in egregio monumento, cujus mentionem fecimus L. III. X. 60. 18. quod hic ex veritate exhibebo. nam licet ter sit editum, tamen singulae ἐκδόσεις suis mendis non carent. primo protulit *Jac. Tollius* in *Fortuitis* p. 307. Deinde hinc *Cl. Muratorius* p. DCCXLIX. tandem recentavit *Sigeb. Havercampius* in *Indice supellectilis antiquariae. Gosexini*

sewini Ulenbroukii. Quin *anaglypticum*, cui subjectum epigramma, *Henr. Christ. Henninius* in notis ad *Tollii epistolas Itinerarias* p. 20. retulit ad plane aliam Inscriptionem. quam hallucinationem jam animadvertit *Vir praestantissimus Franc. Oudendorpius* in eleganti recensione *Legati Papenbroukiani Academiae Leidanae facti.*

Ἤλυθες οὐκ ἀβόατος ἐν τριασαῖς δεκάδεσσιν,
Θεύδοτε, τὰν ζώοις οἶμον ὀφειλομένην.
Καί σε τὸν ἐν σπονδαῖσι γεγαθότα πουλὺ μετ' ἀστῶν
Μάτηρ αἰάζει μυρομένα πρύτανιν.
Πέτρος ὅδε ξείνοισι βοάσεται, ὡς ἀΐδαλος
Ἀσφαλὲς ἀνθρώποις οὐδὲν ἔνειμε τύχη.
Εἴης τοι σὺμ πατρὶ κεχαρμένος, ὄφρ' ἂν ἱσαψῶ.
Σώστρατος ἐν φθιμένοις μυρίον αἶνον ἔχῃ.

Cl. Muratorius e vocabulis πρύτανις & ἀστῶν collegit civem Atticum fuisse. sed potest fallere haec argumentatio. nam ἀστοὶ apud poetas omnium *magnarum urbium cives.* & πρυτάνεις *in plerisque urbibus Graeciae*: qui sacrificiis intererant. inde in lapide, quem Rhegii ad fretum Siculum adquisivi. πρυτανις. εκ. τυ. ιδιυ. κ. αρχων. πενταετηρικος . . . συμπρυτανεις. ιεροσκοποι. θυτης. ιεροσαλπιστης. ιεροκηρυξ. vide *Marmor Oxoniense* XXVIIII. & *Ez. Spanhemii Dissert.* de *Prytanibus.* An autem γεγαθὼς πολὺ ἐν σπονδαῖς eo debeamus extendere, ut prae ebrietate mortuus fuerit, dubito. saltem mater filio vix tale in aevum perhibeat testimonium. revera tamen, licet *Plato* vetet se inebriare, πλὴν ἐν ταῖς ἑορταῖς τοῦ καὶ οἶνον δόντος θεοῦ, *in Dionysiis*, fere in festis & panegyresin largius se flore Liberi adspergere consueverant plerique. *Ulpian.* ad *Demosth.* de *Corona* p. 480. F. ἐν ταῖς πανηγύρεσι συνήεσαν πολλοὶ μετ' ἀλλήλων συμποσιασόμενοι· καὶ ἔμενον πολλάκις ἕως τῆς ἄλλης ἡμέρας ὡς τοὺς ἐν πανηγύρει. εἰ δέ τις τούτων μεθυσθεὶς . . . . Τύχη ἀΐδαλος. est, ut *Hesych.* ἄδηλος. in ἀΐδηλον. ἀφανῆ. In *Catalectis* Pithoei, quae quantum auctiora debebimus Cl. *P. Burmanno Juniori*, p. 120. vocatur Δαίμων ἀπροιδής. istud epigramma vitiosius ediderunt *Gruterus*, *Donius*, *Fabrettus*. sincerius *Fleetwodus*. item *Grotius & Salmasius*. vide *Miscell. Lipsiens.* T. I. 490. si cui placeat magis notio τοῦ ἀφανιστικός. passim μοῖρα ὀλοή. λευγαλέη. vide *Anthol.* III. XXIII. 3. 258. sive potius p. 262. 23. integrius enim ibi exstat.

Σὺμ πατρί. N ante B. M. Φ. Π. ut γηραιὸμ βιοτᾶς. τὴμ μητέρα. τὸμ πατέρα. ἀποδειχθῶσιμ πρεσβευταῖς. qualia in *Monumentis Oxoniensibus* offenderis.

Ὄφρ' ἂν ἱσαψῶ. *dum ad te perveniam. donec conjungar.* συνάπτειν ita frequenter. Miror *Aemilium Portum*, Graece peritissimum, in *Dionysii Hali-*

Halicarn. L. III. C. LXIX. p. 192. αἱ ϛοαὶ συνάπτουσιν ἀλλήλαις putare συνάπτοντι reponendum. συναψῶ scripti, ex Doricae dialecti consuetudine. *Hesych.* ἀψῶ. προσεγγίσω. δήσω. Κρατῖνος. aliqua fabulae parte Dorica dialecto usus fuerit. ideo notavit Lexicographus. inde in *Doricis monumentis* ἐργασεῖται. ποιησοῦντι. nam οἱ Δωριεῖς τοὺς βαρυτόνους μέλλοντας περισπῶσι. *Theocr. Schol.* I. 3. ἀποισῇ.

Illud autem voti loco prolatum est. ὄφρ᾽ ἂν ἐσαψῶ. sic apud *Gruterum* DCCLXXXVI. 5. *ut ego possim dulcius & celerius ad eum pervenire.* & CCCLXXVI. 5. *mater rogat quam primum se ducatis ad vos.* DCCXCII. I. ap. *Murat.* MCLXX. nunc in Museo *Papenbrouchiano Leidae. Et nos optamus ad vos properare parentes.*

Quis autem fuerit hic *Theodotus* cum ignorantissimis scio. In *Anthol.* III. 23. 22. 262. quemdam patre jam, ut puto, orbatum mater deflet. eundem credat, qui velit.

Restarent non nulla declaranda: sed haec pro loco jam nimis prolixa. ad nostrum locum propius faciunt quae *J. Pricaeus* ad *Appul.* VIII. 393. contulit.

Pro συνοδία. *L. Kusterus* ad *Suidam* συνοδεία ubique reponit. hoc durum. exemplorum copia nostram scripturam defendit *L. Bosius* in *Animadv.* C. XLVIII. p. 187. συνοδία. ap. *Ciceron.* X. ad *Attic.* VII. ἐφοδία ap. *Diodor.* XX. p. 417. ubi vide. *Herodot.* VI. 56. ἐν ταῖς ἐξοδίῃσι. *Strabo* ἐξοδεία. VI. 382. A. sed συνοδία. 314. A. ἐνοδία. *Artem.* II. 28. p. 117. ita μεθοδεία & μεθοδία. vide congesta ad L. IV. v. 72. 9.

P. 101. Vs. 3. Τάχα γὰρ οὐκ ἂν ἐξῆλθε τοῦ τάφου καταλιποῦσα τὸν νεκρὸν] Ut ap. *Petron.* C. CXI. Ephesia Matrona, *custodivisset corpus & inedia mortem prosecuta fuisset. Manetho* VI. 531.

Ἢ φρουροὶ νεκύων τύμβοις ἔνι ναιετάουσι.

vide L. VI. 409. & notata p. 378. *Animadversionum.*

P. 101. Vs. 4. εἰ δ᾽ οὖν ἐκείνην ταύτην μετὰ ταῦτα κερδήσας, τὴν πρᾶσιν] locus affectus. forte εἴθ᾽ οὖν ἐκείμην ταύτῃ, τὰ μετὰ ταῦτα κερδήσας, τὴν πρᾶσιν. utinam igitur mortuus jacerem *ibi vel sic.* ταύτῃ passim utrumque notat. vide *Hudchins.* ad *Xen.* K. A. VII. 4. vel εἰ δ᾽ οὖν ἐκείμην, ταύτην μετὰ ταῦτα κερδῆσαι. *Cl. Reiskio* mihi hic praeluxit. vide si ejus cogitata magis probes.

P. 101. Vs. 5. τὸ λῃστήριον] ubi in piratas incidit Chaereas? hoc queri poterat Callirrhoe non ille. sed intelligit φρούριον τῶν βαρβάρων in acta Miletensi. porro non observat ordinem calamitatum. nam hoc praecessit τῇ πράσει. nec opus est.

P. 101.

P. 101. Vs. 6. ὦ τοῦ θανάτου καλοῦ, μεθ' ὃν ἤκουσα τὸν δεύτερον Καλλιῤῥόης γάμον] Non dixit, quod voluit. nisi velit, *o pulcra mors, post quam demum apud inferos audivissem secundas Callirrhoae nuptias.* sed ista sententia non plane verbis inest. si dixisset: μεθ' ὃν οὐκ ἂν ἤκουον, verba ἐννοίᾳ responderent.

P. 101. Vs. 8. Οὐ κατεφίλησα] L. v. IX. 94. 6. similis querela *Achill. Tatii* VI. 395. μετὰ τοσοῦτον ἰδοῦσά σε χρόνον ἐν τοῖς ἀγροῖς οὐ κατεφίλησα.

P. 101. Vs. 11. Καὶ ὄναρ] nam dii immiserant somnium regi, per quod justitium. L. III. VII. 55. 8. II. I. 23. I. III. I. 41. 8.

P. 101. Vs. 12. Δήσας] in *Apogr.* δείσας. L. v. X. 96. 24. καὶ ὡς μεμηνότα κατεῖχε. ap. *Artemid.* II. 13. 101. δειας *Rigaltius* recte in δήσας vel δέσας mutat.

LIBRI SEXTI CAPUT TERTIUM.

P. 101. Vs. 17. Μή τινα ἐπιβουλὴν ἐπιβουλευθῇς, καὶ μεγίστην] ita hic locus forte constituendus ex conjectura V, E. sed habetur ἐπι . . . . λεύς. καὶ μεγίστην. illa syllaba finiit vocem βασιλεὺς ante quam igitur excidit. ἔφη βασιλεύς. nam uti alias monuimus jam ἔφη, εἶπεν etiam pericopen ordiuntur. ut mox p. 102. ἀπεκρίνατο βασιλεύς, vel illud βασιλεὺς librario tribuendum, qui personas voluit distinguere. vide L. I. XII. 17. 18. mallem praeterea. Ναὶ μεγίστην, ἀλλ' οὐχ ὑπ' ἀνθρώπων. ut. L. v. VII. 90. 25. Ναὶ, φησὶν, ἀλλὰ Χαιρέας τέθνηκε. vocem ἐπιβουλὴν adjuvat dictum superius. Ἔρωτος ἐπίβουλος αὐτὸς ὁ ἔρως. sed & βασιλεὺς debet retineri. ut patet ex accentu. qui certo in codice adsuit. totus locus igitur legendus. Μή τινα ἐπιβουλὴν ἐπιβουλευθῇς. ἔφη βασιλεύς. Ναὶ μεγίστην. ἀλλ' οὐχ . . .

P. 101. Vs. 18. ἤκουον . . . . τε καὶ ποιήμασι] supple ἐν λόγοις τε. sive intelligas sermones sive historias. L. II. IV. 29. I. ταῦτα ἡμῖν ἱστοροῦσι ποιηταί τε καὶ συγγραφεῖς.

P. 101. Vs 20. Κρατεῖ πάντων τῶν θεῶν] Serio *Cyrus* ap. *Xenoph.* K. Π. VI. 153. ἐγὼ θεοὺς ἀκούω ἔρωτος ἡττᾶσθαι.

P. 101. Vs. 20. Καὶ αὐτοῦ Διός] Omnes poetarum libri pleni. auctor Παιδικῶν Αἰολικῶν. Βούλεται Θεὸς, ὃς καὶ Διὸς ἔσφαλε μέγαν νοῦν Κάντας Κυπρογενείας. fragmentum *Sophoclis* sive *Euripidis* ex *Phaedra* apud *Stobaeum* C. LXI. 388.

Ἔρως γὰρ ἄνδρας οὐ μόνους ἐπέρχεται
Οὐδ' αὖ γυναῖκας, ἀλλὰ καὶ Θεῶν ἄνω
Ψυχὰς χαράσσει, κἀπὶ πόντον ἔρχεται.
Καὶ τὸν δ' ἀπείργειν οὐδ' ὁ παγκρατὴς σθένει
Ζεὺς, ἀλλ' ὑπείκει καὶ θέλων ἐγκλίνεται.

Ita *Tertia* editio. sed *tres aliae* ταράσσει. quod recte secutus etiam *Barnesius*.

Adponam modo unicum *Meleagri* epigramma, ut pateat insigni exemplo, quam studiosus poetarum Graecorum imitator fuerit *Propertius*. nec sine admiratione disces ipsum illud initium primae elegiae Graecis fontibus deberi : ut merito Scaliger statuerit in primo libro, sive μονοβίβλῳ illum prae ceteris ἑλληνίζειν. quamvis passim in aliis libris Graecos flosculos captarit, ut ab aliis indicatum, & alias ostendi.

Τόν με πόθοις ἄτρωτον ὑπὸ στέρνοισι, Μυΐσκος,
  Ὄμμασι τοξεύσας, τοῦτ' ἐβόησεν ἔπος.
Τὸν θρασὺν εἷλον ἐγώ. τὸ δ' ἐπ' ὀφρύσι κεῖνο φρύαγμα
  Σκηπτροφόρου σοφίας ἠνίδε ποσσὶ πατῶ.
Τῷ δ', ὅσον ἀμπνεύσας, τόδ' ἔφην, Φίλε κοῦρε, τί θαμβεῖς;
  Κἀυτὸν ἀπ' οὐλύμπου Ζῆνα καθεῖλεν Ἔρως.

Illum me cupidinibus invulneratum sub pectoribus, Myiscus,
  Oculis jaculatus, hoc inclamavit verbum.
Istum audacem cepi ego. istum in superciliis fastum
  Sceptriferae sapientiae, ecce, *pedibus calco.*
Illi vero, aliquantum respirans, hoc dixi. Care puer, quid mirum?
  Et ipsum e coelo Jovem deduxit Cupido.

En gemella *Callimachi Romani*

Cynthia prima suis miserum me cepit ocellis,
  Contactum nullis ante cupidinibus :
Tum mihi constantis dejecit lumina fastus,
  Et caput impositis pressit amor pedibus.

Quin distichi sequentis ἔννοια

Donec me docuit castas odisse puellas
  Improbus, & nullo vivere consilio.

debe-

debetur voci Σοφία: quam sibi etiam Meleager agnoscit ab amante excussam. quin ista

Sit modo libertas, quae volet ira, loqui.

& ὅσον ἀμπνεύσας utraque indicant poetam, verba sibi vix libera superesse, querentem.

P. 101. Vs. 21. Ἠπίστου δὲ ὅμως, ὅτι δύναταί τις δαιμόνων [ἢ θεῶν] ἐμοῦ γενέσθαι δυνατώτερος] quid desit ex contextu discas. nota est superbia Persarum regum. notus furor Xerxis Hellesponto vincula injicientis & mare flagellantis. mox p. 103. 2. δύνασαι γὰρ, ὦ δέσποτα, σύ μόνος κρατεῖν καὶ θεοῦ. quem locum adi. posses quoque θεῶν ἢ ἀνθρώπων.

P. 101. Vs. 22. πάρεστιν ὁ θεὸς] L. VI. IV. 104. 2. Ἔρως ἔνδον παρὼν καὶ λέγων. *Lucian. Dial. Deor.* XX. 266. Ἔρως ὅλως παρελθὼν εἰς αὐτήν.

P. 101. Vs. 22. Ἐνδεδήμηκεν εἰς τὴν ἐμὴν ψυχὴν πολὺς καὶ σφοδρὸς] modo adparet σφοδ.... *Aristaen.* II. IV. μηδὲ λυπεῖ τὸν ἐνοικοῦντά μοι πόθον. *Plato* de *R. P.* IX. 573. D. καὶ τὰ τοιαῦτα πάντα ὧν Ἔρως τύραννος ἔνδον ἐνοικῶν διακυβερνᾷ τὰ τῆς ψυχῆς πάντα. eleganter *Theod. Prodr.* VI. 237. de *Amore.*

Ὅταν ἐπιστὰς ἐς μέσην τὴν καρδίαν
Ἐκεῖ πανημέριος ἐμφωλεύειν θέλῃ,
Καὶ παννυχίζει δυσφωλεῦς παννυχίδας.

Paullo aliter *Plutarch. Erot.* 759. C. Κάτων ἔλεγε τὴν ψυχὴν τοῦ ἐρῶντος ἐνδιαιτᾶσθαι τῇ τοῦ ἐρωμένου. quod in *Catone.* 339. effert. τοῦ ἐρῶντος ἔλεγε τὴν ψυχὴν ἐν ἀλλοτρίῳ σώματι ζῆν. *Omnes sensus vestros mentemque junxisse, ut, si fieri possit, transire invicem in pectora vestra cupiatis.* incertus *Auctor Epithalamii Maxim. & Const.* C. I. *Nemesius* C. III. 101. vinculum animi & corporis comparat amicae & amatori. δεδέσθαι φαμὲν ὑπὸ τοῦ σώματος τὴν ψυχὴν, ὡς λεγόμεθα ὑπὸ τῆς ἐρωμένης δεδέσθαι τὸν ἐραστήν. ubi mox *Codex* meus ἐπιστροφῆς pro περιγραφῆς. aptum foret περιστροφῆς. sic alii motus animum inhabitare perhibentur. *Alciphron.* III. V. τὴν ὀργὴν ἔναυλον ἐγκειμένην ἔχουσα. *Plutarch.* περὶ ἀδολεσχ. 894. ἡ δὲ μέθη σύνοικος. an illud ἐγκειμένην aliis se probet, nescio. at mihi elegantius afore videtur, *Eumen. Panegyr. Constant.* XVII. *quantus illos caelestis spiritus intravit habitator. Horat.* I. *Od.* 16.

Non Dindymene, non adytis quatit
Mentem sacerdotum incola Pythius,
Non Liber aeque.

nisi

ubi *incola* elegantius mihi dictum videtur respectu *mentis*, *sacerdotum*, quam *adytorum* & *templi*. vide tamen *P. Burmannum* ad *Gratii Cyneg.* 438. p. 275. Nescio an huc referre possemus ex Anacreonticis locum. LVI. 70.

Μούσας φρεσὶν ἀποίκους
Ἀχανδέας ὀρίνοις,
Αἴγλαν τε λαμπρύνοις.

ubi igitur Μοῦσαι ἄποικοι contrariae essent ab illis, quae ἐνοικοῦσι. & sic ἀχανδέας conveniret. *Barnesius* certe *extorres* vertit. cujus sane hoc in loco intolerabilis est in interpolando poeta temeritas; ut fere ubique. En *Codicis Vaticani* lectiones, ut te exerceas: quarum ceteri, qui jactarunt hujus libri variationes, nihil noverunt. ὀρίνεις. & Αἴγλαν τε λαμπροις ιωχαν. at in margine λαμπρύνοις.

P. 101. Vs. 23. σφοδρός . . . ον μὲν ὁμολογεῖν] ἀναγκαῖον. vel vocabulum conveniens aliud accentu in ultimo carens.

P. 101. Vs. 24. ὥστε μηκέτι δύνα . . . ναι τοῖς λόγοις] τέλος ἐπιθεῖναι τοῖς λόγοις satis aptum foret: nisi aliud quidquam fuisse persuaderet vocula μηκέτι. quod non succurrit. nec ἐμμεῖναι placet valde.

P. 101. Vs. 25. πόθεν ἐτρώθη] nempe Callirrhoen hujus amoris esse facem.

P. 101. Vs. 26. Οὐδὲ γὰρ πρόσφατον τὸ πάθος. ἦν, ἀλλὰ ᾐσθάνετο μὲν τυφομένου τοῦ πυρός. ἔτι γε μὴν οὐδὲ τοῦτ' ἀμφίβολον, οὐδὲ ἄδηλον, ὅτι] *neque enim recens erat iste adfectus* [*amor*] *Verum senserat quidem ignem gliscentem*: *deinde vero neque hoc erat ambiguum neque obscurum*, *quod.* ita supplendum forte & intelligendum. aliis alia in mentem venerint. dudum senserat *Eunuchus* regem amare: deinde non poterat dubitare, quin amoris objectum nullum aliud posset esse quam Callirrhoe, quae tantum forma ceteras vincebat. ex his igitur caussis εὐθὺς ἠπίστατο, πόθεν ἐτρώθη rex. γε μὴν οὐδὲ sunt particulae sic saepe conjunctae, de quibus bene *Devarius.*

P. 101. Vs. 26. Τυφομένου πυρός] interpretor. *adhuc tepescentem*, *incipientem gliscere ignem.* ut *Appulej.* VIII. 154. *flamma saevi amoris parva quidem primo vapore delectat*: *sed fomento consuetudinis exaestuans*, *inmodicis ardoribus totos adurat homines. Hesych.* τύφεσθαι. ἡσυχῆ ἐκκαίεσθαι χωρὶς φλογὸς καπνὸν ἱέναι [vulgo εἶναι] *Schol. Sophocl. Antig.* 1021. τύφειν ἐστὶ τὸ ἠρέμα ὑποσμύχειν. ita *tepescere* & *calescere* opponuntur. amor ille quasi sub cinere & favillis conditus, tamen non latuerat Artaxaten, qui quotidie cum rege versabatur. qui rogantem noverat, An Milesia jam mulier adventasset. qui frequentes itus in gynaeceum regis animadverterat. qui illud justitium indixerat ipse jussu regis.

Alio-

Alioqui sane τύφεσθαι etiam de amore quovis & vehementi. *Alciphr.* III. 2. ἐκτύφεσθαι τὸν ἔρωτα. III. LXIV. ᾐθημένη πόθῳ. sic in *Epigr. Anthol.* L. II. LVII. 48. 180. quod defectu suppleto & emendatius hic describere non pigebit, auctori quoque suo vindicatum Φιλοδήμῳ.

Ἑπτὰ τριηκόντεσσιν ἐπέρχονται λυκάβαντες
  Ἤδη μοι βιότου χιζόμεναι σελίδες.
Ἤδη καὶ λευκαί με κατασπείρουσιν ἔθειραι,
  Ξανθίππη, συνετῆς ἄγγελοι ἡλικίης.
Ἀλλ' ἔτι μοι ψαλμός τε λάλος κῶμοι τε μέλονται,
  Καὶ πῦρ ἀπλήστῳ τύφετ' ἐνὶ κραδίᾳ.
Αὐτὴν ἀλλὰ τάχιστα κορωνίδα γράψατε, Μοῦσαι,
  Ταύτην, ἡμετέρης δεσποτίδες μανίης.

Tertius versus e codice suppletus: etiam septimus & octavus inde petitus. *M.* autem *Sladus* ex ingenio sensum deficientis versus adsecutus fuerat, tentans duplici modo; tamen elumbi rhythmo.

Καὶ πολιαὶ τρίχες εἰνὶ καρήατι ἄμμι φύονται.
Ἤδ' ἡμῖν πολιαὶ τρίχες ἐν κροτάφοισι φύονται.

adscribam & ineditum ab hac materia tota non alienum.

Μελεάγρου.

Σιγῶν Ἡράκλειτος ἐν ὄμμασι τοῦτ' ἔπος αὐδᾷ,
  Καὶ Ζηνὸς φλέξω πῦρ τὸ κεραυνοβόλον.
Ναὶ μὴν καὶ Διόδωρος ἐνὶ στέρνοις τόδε φωνεῖ.
  Καὶ πέτρον * τήκω χρωτὶ χλιαινόμενον. * vid p. 199.
Δύστανος, παίδων ὃς ἐδέξατο τοῦ μὲν ἀπ' ὄσσων
  Λαμπάδα, τοῦδε πόθοις τυφόμενον γλυκὺ πῦρ.

P. 102. Vs. 2. Καλλιῤῥόης παρούσης] idem verborum color ap. *Eunapium.* 151. αἰσχρὸν γάρ ἐστι καὶ λέγειν καὶ βασιλέα ἐπαινεῖν σοῦ παρόντος ἕτερον. vulgo sine sensu τοῦ. quod vel ex versione patet. *nam turpe fuerit ut alius rex quam qui praesens est imperatorem laudet.* tamen τοῦ in *Cod. Barberiniano.* Sed recte *Edit. Commelini.* quod sero video.

P. 102. Vs. 3. Τῆς σῆς . . . . ψυχῆς] κρατεῖν vel κρατῆσαι. vel ἅπτεσθαι. *Theocr.* I. 35. τὰ δ' οὐ φρενὸς ἅπτεται αὐτᾶς.

P. 102. Vs. 5. Καλαὶ μὲν . . . . γυναῖκες, ἀλλὰ καὶ Στάτειρα] potes καλαὶ μὲν παρεῖσι πολλαί. παντοδαπαί. vel potius καλαὶ μὲν αἱ Περσίδες γυναῖκες, ἀλλά. *Ammian.* XXIV. V. 311. *ex virginibus autem quae speciosae sunt captae, ut in Perside, nec contrectare aliquam voluit nec videre.* posses etiam Ἰωνίδες

νίδες vel Ἑλληνικαί. *Max. Tyr.* IV. IV. πέμπει Ἰωνία παλλακίδας Ἑλληνικάς. at adeo hoc non conveniret dissimulationi Artaxatae.

P. 102. 6. Καλλίστη τῶν ὑπὸ τὸν ἥλιον] vide dicta L. VI. I. 99. 7. forte ita intelligendus *Val. Flacc.* L. v. 484.

Sceptra tui toto Pelias sub numine Phoebi
Maxima sorte tenens,

ut sit sensus; *Pelias tenens sceptra maxima eorum, quae sub sole.*

Eunap. de *Legat.* 162. οὐκ ἔτεκεν ὁ ἥλιος τοιαύτην ἡμέραν, οἵαν τότε ἐξῆν τοῖς παροῦσιν ὁρᾷν καὶ ἱστορεῖν.

P. 102. Vs. 6. Ἐξουσία δὲ ἔρωτα καταλύει] Interpres vertit. *quam concupiscere si te non admodum sentis, id sane mirum non est. facultas cupidinem tollit.* vides quid interpres de suo largitus fuerit breviloquo auctori. quod moneo, ne quis in Graecis quid excidisse reatur. si prius animadvertissem, delevissem.

P. 102. Vs 7. Τῶν ἄνωθεν] nam & Θεοὶ οἱ κάτωθεν. *Eumen. Paneg. Const.* IX. *Semper ex aliquo supremo fine mundi nova deum numina universo orbi colenda descendunt.* ubi tamen ad aliquem terrarum orbis angulum respicitur.

P. 102. Vs. 8. Ἄλλη Θέτις] ut fecit Pelei amore illa incensa. In memoriam revocor epigrammatis, quod eruditissimus *Richardus Pocockius* in praeclara descriptione Itineris *Ægyptii* T. I. p. 149. publicavit. id adponam qualiter emendandum censui, misique ante hos quinque fere annos ad amicum viruinque summum *Joannem Buberium.* illud erat scriptum in pede Statuae Memnonis, non procul a Nilo prope Thebas.

Ἀσκληπιοδότου.

Ζώειν, εἰναλίη Θέτι, Μέμνονα, χ' ἀδέα φωνεῖν,
  Μάνθαν', ἐπὶ Τροίης ἄλλοκ' ἀπολλύμενον,
Αἰγύπτου Λιβυκῆσιν ὑπ' ὀφρύσιν, οὗ ἀποτάμνει
  Καλλίπυλον Θήβην Νεῖλος ἐλαυνόμενος.
Τὸν δὲ μάχης ἀκόρητον Ἀχιλλέα, μήτ' ἐπὶ Τρώων
  Φθέγγεσθαι πεδίῳ, μήτ' ἐνὶ Θεσσαλίῃ.

Vivere, marina Theti, Memnona & suaviter sonare,
  Disce, ad Trojam quondam occisum:
Ægypti Libycis sub tumulis, ubi abscindit
  Pulcras portas habentem Thebam Nilus incitatus.
Insatiabilem vero pugnae Achillem, neque in Troum
  Loqui campo, neque in Thessalia.

sane

ſane rotundum epigramma. vide autem quibus corruptelis obſitum legatur apud ipſum *Pocockium* : & quam abeat etiam a vero ſenſu, qui id tentavit Eruditiſſ. *Leichius* in *Novis* ad *Muratorianum Theſaurum emendationibus*. p. 85. & 86. locum deſcribit *Herodot*. IV. 181. ὀφρύη ψάμμης κατήκει, παρατείνουσα ἀπὸ Θηβέων τῶν Αἰγυπτίων ἐπὶ Ἡρακλήιας στήλας. Scias autem ad intellectum loci, Thebam a Nilo ita ſecari, ut pars urbis Libyae, pars Ægypto adjudicaretur. in Libyca autem parte Statua Memnonis. & tamen, quod mireris, ab erudito Germano Statua haec ponitur *in ora maritima*. ſane mare multis millibus inde diſparatum.

Verum pene omiſeram explicationem literarum ſub epigrammate exſtantium; quam hanc eſſe dubius valde conjicio. de ceteris enim ſatis ſecurus ſum. ἐποιεῖτο τοῦ Ἐπιτρόπου. aliquid deſit. ἐπίτροπος Ægypti notus. plura nec libet nec opus. potius etiam alterum eprigramma recenſebo, quod ibidem legitur, & idem doctus Britannus vulgavit in ejusdem operis T. I. p. 105. Tab. XXXIX. item miſere corruptum, & ab eodem *Leichio* ibidem tentatum.

Ἔκλυον αὐδήσαντος ἐγὼ Πόβλιος Βαλβῖνος
Φωνὰς τὰς θείας Μέμνονος ἢ Φαμένωφ.
Ἦλθον ὁμοῦ δ' ἐρατᾷ βασιλήϊδι τῇδε Σαβίνᾳ,
Ὥρας δὲ πρώτας ἅλιος εἶχε δρόμον.
Κοιράνω Ἀδριανῶ πέμπτῳ δεκάτῳ ἐνιαυτῷ.
Ἄματα δ' ἔχεν Ἄθυρ εἴκοσι καὶ πίσυρα.

Εἰκόστῳ πέμπτῳ ἄματι μηνὸς Νοέμβριος.

Ego Publius Balbinus audivi divinas voces loquentis Memnonis ſive [Ægyptiace] *Phamenopha.*
Veni vero huc una cum amabili regina Sabina; primae horae Sol habebat curſum.
Imperatoris Hadriani quinto & decimo anno. dies autem habebat Athur [menſis] *viginti & quatuor.*
Vigeſimo quinto die menſis Novembris.

Ad vs. 2. declarandum, ſcias Memnonem a Thebaeis vocari Φαμένωφα, teſte *Pauſan*. I. 42. licet *Straboni* L. VII. 1167. D. Ισμάνδης Ægyptiace audiat. at *Thebaei* ſic : *Ægyptii* in genere aliter. ſic mox Ἄθυρ ipſe interpretatur Νοέμβριος. vs. 4. ex aliis epigrammatibus, quae eodem loco *Itinerarii Pocockiani* leguntur, quaeque nunc non tango, patet unumque *diem* & *horam* adnotaſſe, ut nunc quoque mos eſt loca celebria

 adeun-

adeuntibus, qua viderant Memponem & ſonantem audiverant. quod etiam alias factitabant. *Heliodor*. v. p. 218. ϗ δοκεῖ ναοῖς ἐπιγράφειν, εἰ χωριαθεῖεν, ἢ ἀγάλμασιν ἐπισήμοις, Ἑρμαῖς τε, ϗ ὥραν προσδιορίζοντας. ſic amatores in *Ceramico Athenis*. *Lucian*. *Dial*. *Meretr*. 187. Ἄπιθι, φησί, πρὸς τὸν ναύκληρον Ἑρμότιμον, ἢ τὰ ἐπὶ τῶν τοίχων γεγραμμένα ἐν τῷ κεραμεικῷ ἀνάγνωθι, ὅπου κατεστηλίτευται ὑμῶν τὰ ὀνόματα. Quod ad diem & annum hujus epigrammatis attinet, nihil adjiciam nunc, ſolum adponam *J. Buberii* verba ex literis ad me *Divione* datis Anno MDCCXLV. die XIV. *Junii*. *Je vous remercie auſſi des deux inſcriptions Greques de la même Statue; Le P. Balbinus de l'une eſt tres vraiſemblablement le. P. Caeſius Balbinus, qui fut conſul cinq ans après. Cette inſcription eſt remarquable pour la date, la quelle elle nous fournit du Voyage d'Adrien & de Sabine dans la haute Egipte. Mais celui qui l'a composée, pourvoit s'être trompè, en ce qu'il ſuppoſe que le* XXIV. *d'Athyr tomboit an* XXV. *Novembre. car les ſcavans ont fait voir, qu'Athur commancoit an* XXVIII. *d'Octobre.* Sed quoniam in his ſumus, libet & proſaicam Inſcriptionem adjicere ad hanc rem ſpectantem. qua de etiam cum *Buberio*, ſi memini, egeram, & quam praeter *Pocockium* publicavit quoque *Cl. Muratorius* T. IV. p. 11. 3.

ΗΛΙΟΔΩΡΟΣ ΖΗΝΩ
ΝΟΣ ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ ΠΑ *
ΝΙΑΔΟΣ ΗΚΟΥΣΑ Ā ΚΑΙ
ΕΜΝΗΣΘΗΝ ΖΗΝΩΝΟΣ
ΚΑΙ ΑΙΑΝΟΥ ΑΔΕΛΦΩΝ

* vid. Steph. Byz.

Leichius p. 78. quoque tetigit, legitque αἰλιανοῦ. forte non male. κ' αἰλιανοῦ. ſunt exempla ubi ϗ etiam in proſa ita mutilatum ſit. poſſes etiam γαιανοῦ. in *Inſcriptionibus* notum nomen.

Verum illud ἐμνήσθην animadverti velim. Solebant peregrinantes, pietatis & memoriae cauſſa abſentium & relictorum amicorum & cognatorum, in his locis, ubi ſuam volebant relinquere memoriam, etiam eorum nomine ſcripto, ſe teſtari non immemores fuiſſe. & eo modo acceperim duorum lapidum ἐπιγραφὰς in *Theſauro Muratoriano*, ſane non intellectas. p. LXVI. 7. ἐπάγαθος ἐμνήσθη παρὰ θεοῖς διοσκόροις. repetitum ex *Cyriaco* p. XXI. vertitur pro peritia. *Epagathi memoria ſit apud Dioſcuros*. nempe Graeca quemvis admittunt ſenſum. bene in *Pokockiana Leichius*. *recordatus ſum* nempe in aliqua parietis parte templi Dioſcurorum ſignificavit ſe hoc adiiſſe & forte una vel preces vel ſacra quaedam feciſſe nomine amicorum *Epagathus*. ut in Memnoniana hac *fratrum ſuorum* meminit *Heliodorus* qui ſi non aliud, ſaltem aeternitatem nominis ſui, cujus avidi erant veteres, fuerunt conſecuti.

Apud

Apud eundem *Muratorium* ex *Anconitano Cyriaco* p. xx. legimus p. MDCCXXXV. 9.

ΡΑΝΤΕΡΟΣ
ΒΑΣΣΟΣ. ΠΥΡΑΤΟΣ
ΕΜΝΗΣΘΗΙ. ΤΡΥΦΩΝ. ΠΑΡΑ
ΤΟΙΣ. ΔΙΟΣΚΟΡΟΙΣ. ΝΕΤΩΝ
ΣΥΝΔΟΥΛΩΝ. ΜΑΡΚΟΝ
ΚΕΚΡΗΝ.

quod ego nunc non excutiam. ſed ad hunc morem facit, & hoc cum plurimis, quae apud *Cyriacum* ibi leguntur. ille Ἀντέρως *Anteros.* Βάσσος. Πύρατος. praeſentes fuerunt. & *Tryphon* recordatus fuit apud Dioſcuros καὶ τῶν συνδέλων. aperte ap. *Cyriacum* p. XXI. 141. & *Muratorium* p. DCCCX. id, quod dixi, confirmatur. Διονύσιος Πρωτάρχου ὧδε παραγενόμενος. μετὰ. τῶν. συνϛρατιωτῶν. ubi ſequitur. Ψιλωταί. Διονυσιος. nempe nomina illorum commilitum. ſed quorum deberent nomina poni in caſu genitivo. ſed hic in primo caſu exhibentur, quippe intelligitur, οἱ ἦσαν *qui erant.* inſpice dicta p. 73. *Animadv.* 10. 7. C. VI.

P. 102. Vs. 10. Ὅτι θεῶν τίς ἐϛιν ἥδε ἡ γυνή.] vide L. II. IV. 29. 2.

P. 102. Vs. 11. Προσποιεῖται δὲ Ἑλληνὶς εἶναι Συῤῥακοσία] vide L. I. IV. 7. 19. & VII. III. 118. 7.

P. 102. Vs. 12. ἐλεγχθῆναι γὰρ οὐ βέλεται] hic pone diſtinctionem minorem. & nota plenam in ἐλεγχθῆναι orthographiam. quam cur alias neglexerit?

P. 102. Vs. 13. Οὐ μίαν] quis neſcit Graecorum luxuriam in negativis vocabulis.

P. 102. Vs. 13. Τῶν ὑφ' ἡμᾶς] non ſpero fore, qui hoc mutare velit. *Theophr. Char.* XXIV. τῶν ὑφ' αὐτὸν τινι συντάξαι αὐτῶν ἐπιμελεῖσθαι. *Xenoph.* K. Π. 22. E. διαπέμπεται πρός τε τὰς ὑφ' αὐτόν.

P. 102. Vs 13. Ὑπὲρ τὸν Ἰόνιον] ſic hic recte, intelligens mare Siciliam alluens. ita etiam L. III. III. 46. 12. at eodem libro C. IV. 50. 15. & C. V. 51. 12. & L. VIII. III. 133. 17. Ἰώνιον. male ſecundum *Conr. Geſnerum* ad *Aeliani Hiſtor. Anim.* XIV. I. *J. Daweſium* ad *Max. Tyrium* XXXIX. 5. 112. *Solanum* ad *Plutarchi Anton.* 95. *Cimon.* 122. *Cl. P. Weſſelingium* variis ad *Diodorum* locis & innumeros alios. *Cl. J. Marklandus* ad locum *Maximi* alia via progreditur. licet autem in proſaicis ſcriptoribus non ſit ubi figamus pedem, propter *Codicum* incertitudinem: & poetarum uſui obtendi poſſit licentia: tam eorum auctoritas etiam hic alicujus momenti a contrario. nam licet *Ionium* in carmen hexametrum

non niſi ſecunda correpta : tamen Ĭŏnius. vel Īōnius intrare poſſet. jam, quod ſciam, neque qui *Iambos* ſcripſerunt, neque *heroici* usquam, locuti de κόλπῳ Ἰονίῳ, hac voce iſtis quantitatibus uſi fuerunt. cum tamen in regione *Ionia* & inde deductis vocabulis utantur paſſim modulo τῶν Īōnius. vel Īōnius. tam *Graeci* quam *Latini*. ex etymo nihil certi confici poteſt: nam vel ab Ἰὼ vel Ἰάων, Ἴων Ἴων-ος, qui *Apollinis filius*. vel Ἴων, Ἴον-ος, qui *filius Itali*, derivant *Ionium* ſinum dicemus quaedam ad L. VIII. III. 133. 17. eadem varietas in voce Παραιτώνιον. cujus rectior ſcriptura videtur παραιτόνιον ab etymo παραιτείνειν & a poetis confirmata. ſed quorum auctoritatem *Clar. Marklandus* hic non magis admiſerit. quin παραιτωνιων in numo ap. *E. Spanhem* de *Praeſtant. Numiſmat. Edit. Antiquae*. p. 779. Verum cum *J. Vaillantius* non exhibeat, & prius productus ſit a *J Seldeno* ad *Marmora Oxonienſia* p. 157. deinde ex *Hub. Goltzio* laudet, huic epigraphae non multum tribuo.

P. 102. Vs. 14. Τον περὶ αὐτῆς μῦθον ἐκπέμπει] ſic *Eratoſthenes* & alii accuſabant *Homerum*, quod *Ulixis errores* in Oceanum ἐξέπεμψε, quia longinqua loca ſunt εὐκατάψευστα. quos *Strabo*, in primis φιλόμηρος, graviter reſellit.

P. 102. Vs. 15. Πῶς . . . Στάτειραν] οἷός τε εἶ. δύνασαι. προήχθης. vehemens nimis τολμᾷς.

P. 102. Vs. 18. εἰ τὶ ἄρα δυνατόν ἐστιν εὑρεῖν φάρμακον] non εὑρεθῆναι. tetigimus antea L. IV. III. 69. II. L. V. II. 82. I. En aliquot exempla. *Ariſtotel. Rhet*. I. V. §. 9. ἡδὺς ἰδεῖν *Demoſth*. παραπρ. 312. B πόλεις χαλεπαὶ λαβεῖν. *Plato Philebo*. 14. C. ῥάδιον ἀμφισβητῆσαι. *Lyſ*. 207. A. ἄξιος ἀκοῦσαι. *Sympos*. 182. A. νόμος ῥάδιος νοῆσαι. *Hippia Maj*. 289. A. αἰσχρὸς συμβαλεῖν. *Demoſth. in Leptin* 543. D. οὑτωσὶ ἀκοῦσαι. *Lucian. Phalar. Pr*. 190. ἀποτρόπαιά μοι ἀκοῦσαι ἦν. ubi recte *Schol*. explicat ἀκουσθῆναι. nec aliis tricis opus erat. *Iſocrat. Paneg*. 69. χαλεπὸς προσπολεμεῖν. uti recte editio *Cantabrigienſis*. alii πρὸς τὸ πολεμεῖν.

Tamen paſſivum non nunquam adhibent. *Demoſthen*. in *Ariſtog. Pr*. 832. A. δεινὸς ἐλαττωθῆναι. *Plato Hippia. Major*. 299. A. αἴσχιστον ὁρᾶσθαι. cui exemplo tamen poſſet obmoveri quod ὁρᾶσθαι ſaepe pro ὁρᾶν occurrat. unde δεινὸς ἰδεῖν & ἰδέσθαι obvia.

P. 102. Vs. 18 Εὕρηται] in *Apogr*. εὕρηι. poſſes quoque εὑρήσεις. obvia locutio. *Eurip. Hippol*. 698. Ζητοῦσα γ' εὗρον φάρμακ', οὐχ ἃ 'βουλόμην. *Xenoph. Epheſ*. III. 45. φάρμακον εὑρών, πόθεν ὁ κακῶν με ἀπαλλάξει τὴν κακοδαίμονα. quod recte per ſe conſtituit *Eruditiſſ. Abreſchius* in *Miſcellan*. Vol. XI. III. 17. *Codice* adſtipulante.

P. 102. 19. Παρ' Ἕλλησι καὶ παρὰ Βαρβάροις] Poſſet in ore Perſae ad regem regum male ſedere videri diſtinctio Graecorum & Barbarorum.

Sed

Sed sic solent Graeci saltem scriptores inducere alios populos de se loquentes. ap. *Xenoph.* K. A. I. 258. B. *Cyrus* ipse milites suos vocat barbaros. ap. *Aeschyl. Pers.* 391. *Nuntius* ad *Atossam Xerxis* uxorem.

> Φόβος δὲ πᾶσι βαρβάροις παρῆν.

Hector ap. *Eurip.* ad *Rhesum Thraciae* regem gloriatur pene in cognomine *Tragoedia*, vs. 404.

> Σὺ δ᾽ ἐυγγενὴς ὢν, βάρβαρός τε, βαρβάρους
> Ἕλλησιν ἡμᾶς προὔπιες τὸ σὸν μέρος.

ap. *Herodot.* IX. 47. *Mardonius*, *Gobryae* filius, *Persas* barbaros vocat quin *D. Paullus* ad *Romanos* scribens C. I. 14. Ἕλλησι καὶ βαρβάροις. ipsos ita rerum dominos hoc titulo insignit. ap. *Herodot.* II. 158. legimus, unde patet Graecis non solum respectu aliarum gentium sic loqui libuisse, βαρβάρους ἅπαντας οἱ Αἰγύπτιοι καλέουσι τοὺς μὴ σφίσι ὁμογλώσσους. *gentes omnes alia lingua utentes vocabant barbaras.* nihil tamen ultra eorum virtuti, ingenio, acumini detrahentes. ista enim vanitas reservari debebat in nostrum aevum quibusdam e Francica gente eruditionis solidae corruptoribus contemtoribusque. verum ne iniqui paucorum vecordiam derivemus in nationem olim ante alias, & nunc quoque de literis bene merentem. Barbarum est decretum *Apollonii Tyanensis Epist.* XXI. Οὐ γὰρ θέμις, βαρβάρους αὐτοὺς ὄντας εὖ πάσχειν. sic *Cod.* meus. vulgo abest ὄντας. saltem ab *Oleariana.* sic *Epist.* XIII. supple Ἀλεξάνδρου αὐτὸς ἀναθρέψω καὶ.

P. 102. Vs. 20. φάρμακον γὰρ ἕτερον ἔρωτος οὐδέν ἐστι πλὴν αὐτὸς ὁ ἐρώμενος] centena loca in hanc sententiam facile obvia fiant. proxime ad nostrum *Heliodor.* IV. 177. ζητητέος σοι, Χαρίκλεις, ὁ ἰασόμενος, γένοιτο δὲ ἂν μόνος ὁ ποθούμενος. *Plato Phaedro* 252. B. πρὸς γὰρ τῷ σέβεσθαι τὸν τὸ κάλλος ἔχοντα, ἰατρὸν εὕρηκε μόνον τῶν μεγίστων πόνων. non inmerito *A. Gellius* L. XIX. 19. *Valerii Aeditui* hos versus extollit.

> *Quid faculam praefers, Phileros, qua nil opu' nobis?*
> *Ibimus. hoc lucet pectore flamma satis.*
> *Istam non potis est vis saeva exstinguere venti,*
> *Aut imber coelo candidu' praecipitans.*
> *At contra hunc ignem Veneris, nisi si Venus ipsa,*
> *Nulla est quae possit vis alia opprimere.*

Con-

Conferas, velim, epigramma Graecum, nobis adpositum p. 89. *Animadversionum harum.* ubi pene eadem sententia.

P. 102. Vs. 20. Τοῦτο δὲ ἄρα καὶ τὸ ἀδόμενον] ne quid arrode. *Aelian.* V. H. 1. 30. τοῦτο τὸ δὴ λεγόμενον. *Alciphr.* II. III. 226. τὸ δὴ λεγόμενον τοῦτο τὰ τῆς γῆς ἀγαθά. ubi omittit *Cod.* γῆς. & καὶ ἐμὲ καὶ Φιλήμονα scribit. mox ibi lege. ἃ δὲ ἐπιστέλλειν αὐτῷ ἔγνωκα, βούλομαί σε εἰδέναι. *Cod.* ἔγνωκα βούλομαι δέ. nescio quid sibi modo velit exhibens. ὄψεται. quam formulam explicat *N. Heinsius* ad *Ovidium* L. I. ex *Ponto*. II. 10. de nostra formula egit *J. Perizonius* ad *Aelian.* II. XII. & XXIX.

P. 102. Vs. 20. λόγιον] etiam Latini hac voce usi. vide *Miscell. Observ.* Vol. I. p. 176. & de hoc oraculo *J. Pricaeum* ad *Appul. Met.* II. 81. & exuberantius agentem *Tib. Hemsterhusium* ad *Luciani Nigrin.* T. I. 82.

P. 102. Vs. 21. Ἰάσεται] nihil vulgatius. *Heliod.* VII. 328. εἰ γὰρ τοῦτο [sic *Taur.*] ποιήσειας, Κυβέλιον φίλτατον, δυεῖν δι' ἑνὸς μοι γενήσῃ νόσων ἰατρὸς, ἔρωτος τε καὶ ζηλοτυπίας. vulgo ibi quoque δυοῖν. quod aeque bonum. licet illud magis Atticum. videatur celeb. *Dukerus* ad *Thucyd.* IV. VIII. p. 242. passim δυοῖν quoque. *Aristoph. Vesp.* 1202. ψήφοιν δυοῖν. *Pace* 1306. ἀμφοῖν ταῖν γνάθοιν. *Acharn.* 90. *Xenoph.* περὶ πόρων. 923. B. δυοῖν μναῖν. uti *Plato* de L. L. VI. 774. B. pro quo *Aelian. Epist.* 3. δυεῖν μναῖν. *Lysias.* p. 410. δυοῖν βακτηρίαιν. pro quo sine caussa nunc δυοῖν. nam me fateor esse ex istorum secta, qui omnia bene & religiose pensitanda arbitrentur, ante quam quid in auctore mutemus. in isto autem loco etiamnum non video, quin οἱ δυνάμενοι opponantur τοῖς ἀδυνάτοις, de quibus ibi passim agitur. ut autem intelligamus ratiocinium ex duobus baculis ductum, sciendum est, Athenis plerosque senes gestasse *duos* baculos, uno uti inniterentur dum altero se defenderent. testem laudo *Scholiasten. Aristoph.* ad *Plutum* 273. Πάντες γὰρ οἱ γέροντες ἐν Ἀθήναις δύο βακτηρίας ἐβάσταζον. . . . εἶχον δὲ ἢ διὰ τὸ ἐπερείδεσθαι αὐτῇ ἢ διὰ τὸ ἀμύνασθαι ταύτῃ, μὴ δυναμένους χερσί.

P. 102. Vs. 21. Καταιδέσθη τὸν λόγον] *Anthol.* VII. 167. p. 481.

Τὴν μὲν ἀποικτείρω, τὴν δὲ καταιδέομαι.

P. 102. Vs. 23. Δικαιοσύνης] μέμνημαι. L. VI. II. 100. II. Καλλιφρόνη τῇ ἑορτῇ κατηρᾶτο. Διονύσιος δὲ ἑαυτῷ. L. VI. IV. 104. 12. ὡς μήτε τοὺς νόμους αἰδοῦ· κεῖνται γὰρ ἐπὶ τοῖς γάμοις. μήτε μοιχείαν.

P. 102. Vs. 24. Μηδὲ μίαν μου καταγνῷς ἀκρασίαν] *Xenoph.* K Π. VI. 154. A. Καὶ αὐτὸς δὲ ἐμαυτοῦ κατέγνων μὴ ἂν καρτερῆσαι, ὥστε συνὼν καλοῖς ἀμελῆσαι

ται αὐτῶν. Haec verſa fuerunt. *Tune mihi, ait, tale quiddam ſuadere auſis, ut eſt alienam uxorem corrumpere? legum, quas ipſe tuli, memini. Ne me putes juſtitiae, quam ipſe exerceo, violentas & intemperantes manus afferre.*

P. 102. Vs. 24. ἑαλωκαμεν] *Lucian. Dial. Meretr.* III. XI. 309. Παγίδα. καὶ ἑάλωκα ὁ κακοδαίμων καὶ συνείλημμαι πρὸς αὐτῆς. paſſim & noſter.

P. 103. Vs. 1. Θεραπείαν τῷ Ἔρωτι προσαγάγῃς] L. II. VIII. 34. 8. οὐδεμίαν εὑρίσκων θεραπείαν τοῦ ἔρωτος. & vox προσάγειν hic innuit convenire *medicinam. Plut.* de *Sera Num. Vind.* 496. D. διαίτας καὶ φάρμακα προσάγειν. alioqui quis forte verterit. *cultum.*

P. 103. Vs. 2. Ἀλλὰ τὴν κρείττονα καὶ βασιλικὴν, ἀνταγωνιζόμενος ἑαυτοῦ.] quis hoc verbum cum genitivo compoſuit? lege ἑαυτῷ. pro σεαυτῷ, ut ſaepe. ſenſus tum erit, quae ap. *Plutarch.* in *Alexandro* 31. ἀλλ' Ἀλέξανδρος, ὡς ἔοικε, τοῦ νικᾶν τοὺς πολεμίους, τὸ κρατεῖν ἑαυτοῦ βασιλικώτερον ἡγούμενος. *Plato* de L. L. I. 626. E. τὸ νικᾶν αὐτὸν αὐτὸν πασῶν νικῶν πρώτη τε καὶ ἀρίστη. *Chion. Epiſtola.* III. p. 26. paſſim tales παραινέσεις. ſi legeris αὐτῷ. nempe τῷ Ἔρωτι. magis ſequenti periodo conveniet.

P. 103. V. 2. Κρείττονα καὶ βασιλικὴν] ſunt fere ſynonyma. omnia optima. *regalia.* βασιλικά. ſic Jovi βασιλικὴ ψυχή. βασιλικὸς νοῦς tribuitur a *Platone Philebo* 30. D. ſed etiam reſpexerit modo adpoſitum *Plutarchi* vel ſimile dictum.

P. 103. Vs. 2. Δύνασαι γὰρ, ὦ δέσποτα, σὺ μόνος κρατεῖν καὶ θεοῦ] *Plato* IX. de *R. P.* 573. C. καὶ μὴν ὅγε [ὁ μεθυσθεὶς] μαινόμενος καὶ ὑποκεκινηκὼς οὐ μόνον ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ θεῶν ἐπιχειρεῖ τε καὶ ἐλπίζει δυνατὸς εἶναι ἄρχειν. ſimilis blaſphemia ap. *Herodot.* III. 36. Οὐδὲ ἂν αὐτὸν ἔγωγε δοκέω τὸν θεὸν οὕτω ἂν καλῶς βαλέειν. ſunt verba ad Cambyſem facta a patre, cujus tyrannus iſte modo ſagitta cor trajecerat filii. deplorandi ſane, qui ſanguinis, amicitiae, patriae jura proſtituere adigantur in unius domini ſpem gratiae, aura quavis ſemper inconſtantioris. prudentius *Thebanus Vates Nemeon.* x. 136. Χαλεπὰ δ' ἔρις ἀνθρώπων ὁμιλεῖν κρεισσόνων. & *Plutarch.* Ἐρωτικῷ. 945. D. Ἔρωτι δὲ μάχεσθαι χαλεπόν. Mitius tamen poſſumus interpretari ex opinione, qua deorum & virorum pugnae traduntur non ſine profuſione divini ἰχῶρος depugnatae.

P. 103. Vs. 3. Ἄπαγε τὴν ψυχὴν εἰς πάσας ἡδονὰς] nempe ἀπὸ τῶν λυπηρῶν διανοιῶν. ἀπὸ τῆς χαλεπῆς ἐπιθυμίας. rarius ita occurrit.

P. 103. Vs. 4. Κυνηγεσίοις] non ſolum voluptatis, ſed neceſſitatis & moris gratia reges Perſae venatibus crebro operam dabant. notam id ex *Xenophontis Inſtitutione Cyri.* Unde *Parthi Vononem regem indignaban-*

 tur,

tur, quia utebatur raro venatu, segni equorum cura. ap. *Tacit. Annal.* II. 2.

P. 103. Vs. 4. Διημερεύειν] *Xenoph.* K. Π. VII. 195. C. ἄσιτος καὶ ἄποτος διημερεύει. potes latius extendere & partem noctis adjicere. *Horat.* I. *Odar.* I.

—— *manet sub Jove frigido*
Venator, tenerae conjugis immemor.

Lucian. T. II. 231. καθεύδοντα ὑπαίθριον, ἅτε κυνηγέτην ὄντα. Inde *Xenoph.* IV. *Memor.* 814. B. νυκτοθῆραι.

P. 103. Vs. 5. Ἀβρωτος] ut ἡμίβρωτος. quo de actum p. 80. *Animadversionum.* sic θηριόβρωτος ap. *Hephaestionem Thebanum* in *Capricorno* p. 18. ἔσαι ἐκβολιμαῖος καὶ θηριόβρωτος. male nunc θηριόβροτος. *Manetho* v. 193.

Σαρκοβόροις θηρσὶν παρέχει γυμνώμενον ἄνδρα.

an hinc malles θηριόβορος. θηριόβρωτος autem aeque bonum ac θηρόβρωτος. An ap. *Val. Flacc.* VIII. 163. tentare licet,

Quod nullae te, nata, dapes, non ulla juvabant Pocula.

id est. *potus.* tamen *tempora* pro *festis diebus* non displicet. vid. VIII. 226. dapibus non carebant tales dies.

P. 103. Vs. 5. Ἐν θήρᾳ δὲ ἐνδιατρίβειν ἢ τοῖς βασιλείοις] nempe οἶδά σε. vel χαίρεις. eleganter ἐνδιατρίβειν ἐν τινὶ πράγματι, & saepe occurrit, ut & διατρίβειν.

Ellipsis etiam longe frequentissima τῆς μᾶλλον. *Libanius Ep.* 113. χαίρει γὰρ οὗτος καλλώπιος, ἢ ἧπερ ὀνομάζεται. quem locum cum aliis sistit doctiss. *Interpres* ad *Diodor.* XI. II. p. 412. *Cl. Gesnerus* de hac ellipsi disserit ad *Lucianum Jup. Confut.* T. II. 631. sed non opus plura constipare post diligentiam *Bosii*, *Schoetgenii*, & *Leisneri.*

P. 103. Vs. 5. Τοῖς βασιλείοις] illud enim mollium regum. sic Magi illi & plerique reges Persici raro prodibant. ita dicitur Turiferae regionis rex ap. *Athenaeum* L. III. C. 3. p. 517. ἀεὶ διατρίβειν ἐν τοῖς βασιλείοις, ἐν τρυφῇ καὶ δαπάνῃ τὸν βίον διάγων. uti ibi recte emendavit *Celeb. Wesselingius* ad *Diodor. Siculum* III. 47. sic de Mesynoecorum rege testantur historici. vid. *Cl. Hudchinson.* ad *Xenoph.* K. A. V. p. 385.

P. 103. Vs. 6. Καὶ ἐγγὺς εἶναι τοῦ πυρὸς] potes interpretari metaphorice, ut πῦρ τοῦ ἔρωτος, τῆς Καλλιρρόης intelligatur. sed sententia in genere prolata est.

Quare proprie accipiendum. beatorum, at etiam mollium virorum *adsidere ad focum.* vide *Aristoph. Pace.* 1131. *Vesp.* 770. & *J. Broukhusium* ad illud *Tibulli.*

Dum

Dum meus assiduo luceat igne focus.

Sed vide an istum morem satis prudenter tribuat regibus Persicis : qui stationes mutantes quater anno, efficiebant, ut semper victitarent ἐν εἰαρινῷ θάλπει ϗ ψύχει, teste *Xenoph.* K. Π. VIII. 333. C. & *Babylonis* celebratur χώρα ἀλεεινή. *Sysis* autem adeo fervidus aër, ut teste *Eusthatio* ad *Dionysium Periegeten* vs. 1073. frigidam aquam in lavacra expositam calefecerit. vide de Mesopotamia *Ammian. Marcell.* L. XVIII. VIII. p. 156. ubi *mollissima* ei *hiems* adscribitur. at tamen loca etiam frigidiora. *Eurip.* in *Bacchis* 15.

—— Περσῶν δ' ἡλιοβλήτυς πλάκας,
Βάκτριά τε τείχη, τήν τε δύσχειμον χθόνα Μήδων.

& in locis satis frigidis egisse reges Persas patet ex tot tegumentis, quibus hieme *caput*, *corpus*, *pedes* non modo, sed & *manus* & *digitos* contra aëris injuriam defendebant. ut narrat *Xenoph.* K. Π. VIII. 241. B. ex eo *Athenaeus* L. XII. p 515. B.

Igitur ignis elementum non modo in usum, sed etiam delectationem fuerit Persis Persarumque principibus.

At quid si aestate venatio instituebatur! an tum recte hoc exercitium opponetur ad focum pandiculationi? an nullae aliae in aula Persica avocationes, quibus otium reges fallerent. an non γυναικεῖα & *compotationes.* sane aptius aliquantum scripturus fuisse videtur ἢ ἐν τοῖς βασιλείοις, ϗ τοῖς γυναικῶσι, ϗ ἐγγὺς εἶναι τῦ πυρός. & tum commode illud πῦρ acciperetur sensu metaphorico & hic accommodato. verum quis tantum audeat, ut interponat hoc vocabulum? quid si nihil interponendo, sed literulam mutando hunc sensum huic loco restituamus, legamusque ἢ τοῖς βαλανείοις ϗ ἐγγὺς εἶναι τῦ πυρός.

Reges Persae erant φιλόλυτροι. vide *Plutarch.* in *Alex.* 30. *Darii* λυτρὸν. *lavacrum* describentem. *Diodor.* XVII. 36. *Xenoph.* K. Π. VIII. 241. E. ubi λυτροχόοι memorantur. qui L. I. II. B. conjungit γυναικῶνας & λυτρά. λῦται . . . πρὸς γυναιξὶν ἐςί. revera Charito forte melius voce λυτροῖς usus fuisset : sed vocabulnm Βαλανεῖον ipsi adhaesit ex more Graeco, quo pauperiores in *Publicis Balneis* sese calefaciebant. vide *Aristoph. Plut.* 953. & *Alciphr.* I. XXIII. & III. XLII. verum etiam ditioribus *domestica balnea* erant. vide primo loco *Berglerum.* nec peccavit tamen βαλανεῖον & λυτρὸν confundens. namque inspice *Anthol.* L. IV. XVIII ubi a decimo ad trigesimum epigramma λυτρὰ & βαλα-

νεῖα promiscue habita invenies. & *Maneth.* IV. 253. dixit. —— λυτρῶν τε καθαρτῆρας βαλανείων. nec difficultatem habet. optime vero *venatio* & *balneatio* opponuntur, ut apud *Aristoph. Nub.* 1047. πλῆρες τὸ βαλανεῖον ποιεῖ, κενὰς δὲ τὰς παλαίστρας. & ita Οἶνος καὶ τὰ λοετρὰ, καὶ ἡ περὶ Κύπριν ἐρωή.

Corpora debilitant balnea, Bacchus, amor.

& hac ratione forte apud *Athenaeum*, ubi de rege Turiferae regionis loquitur, servari posset ἀεὶ διατρίβειν ἐν βαλανείοις, ἐν τρυφῇ. quod si mecum βασιλείοις emendanti viro clarissimo accedas, habueris exemplum contrarium τοῦ βασιλείοις in τὸ βαλανείοις mutati.

Omnia haec consideranti mihi facilius gradus fieri videtur a *balneis*, *lavacris*, quocunque sensu; ad τὸ πῦρ sive proprie sive tralative, quam si servetur βασιλείοις. saltem metaphoricum sensum praeferrem in voce πῦρ. licet, uti innui, nimis restricta sic fiat oratio, & vile quid hic adfricuisse videretur Regi Persarum Charito, si proprie *ignem* & *focum* intelligas. tu, lector, boni consule hanc meam suspiciunculam.

LIBRI SEXTI CAPUT QUARTUM.

P. 103. Vs. 8. Κεκοσμημένοι.] vide ad L. I. VI. 10. I.

P. 103. Vs. 8. Στρατείας] nam venationes Regum Persarum saepe in armis. ut ex *Xenophontis* Libro primo Παιδείας notum.

Facile στρατεία. *exercitus.* hic se tueatur: licet id saepius στρατιά. unde haec vocabula ἐν τῇ χρήσει ἀλλάσσονται crebro, teste *Ammonio.* p. 130. & *Codices* ubique incerti. vid. *J. Hudsonum* ad *Thucyd.* VII. 55. v. 47. poetae στρατιὰ etiam pro στρατεία videntur adhibuisse. *Aristophan. Lysistr.* 592.

Μονοκοιτοῦμεν διὰ τὰς στρατιάς· καθ' ἡμέτερον μὲν ἐᾶτε.

vulgo στρατείας. *Basileensis* Editio in στρατειὰς vestigium verae lectionis servavit in *accentu.* ap. *Demosth.* περὶ παραπρ. 331. F. legimus Τὴν ἄτην δ' ὁρῶν στείχουσαν ὁμοῦ τὴν ἐπὶ Φωκέας στρατείαν. ubi *Cod.* στρατιά. sed satis, si cum *Hier. Wolfio* legamus ὁμοῦ τῇ στρατείᾳ. vide L. VI. VIII. III. 8.

P. 103. Vs. 8. Διαπρεπέστατος ἦν αὐτοῖς ὁ βασιλεὺς] sane dativi multam sibi licentiam vindicant. mallem tamen αὐτῶν vel ἐν αὐτοῖς. facile exciderit post ἦν.

P. 103.

P. 103. Vs. 10. Καθῆςο ἴππῳ] idem, quod modo dictum, hic quadrat. ἐπὶ ἵππῳ. ἐφ' ἵππε.

P. 103. Vs. 10. Νισαίῳ] plerique in hac scriptura adquiescunt. si lubet, consulere potes *J. Casaub.* ad *Athen.* v. 342. *H. Vales.* ad *Ammian.* XXIII. VI. 288. & *G Arnaldum Lection. Gr.* 200. & qui in alia abit, *Cl Salmas.* ad *Solinum* p. 842. Νισαῖος. *Cod. Taur.* ap. *Heliod.* IX. 449. sed ubi ad *Hesych.* in Νησαίας legere jubemur Νησαῖος. quam scripturam omnium deterrimam habeo, & tamen *Codex Oppiani Venetus* agnoscit in L. I. K. 310. *Schol. Lucian. Adver. Indoct.* III. 104. Eadem varietas ap. *Aelian.* II. V. H. 41. in filio *Dionysii majoris Nysaeo.* apud *Ovidium Ep. Heroidum* XV. 54.

Nisiades matres Nisiadesque nurus.

etiam *Heinsius Nicolaus* probat id vocabuli de *Niso* rege *Megarorum* in *Attica*, deduci, unde Megara in Sicilia orta. ego *Nesiades* protulerim. Sicilia per excellentiam Νῆσος. νᾶσος, νάσος. νησίς. νησιάς.

P. 103. Vs. 10. Μεγίςῳ] *Herodot.* III. 103. *magnitudine* & *pernicitate* praecelluisse docet. L. VII. 40. ἱεροὶ dicuntur, quia Soli sacrificabantur. *Olearius* ad *Philostr. Apollon. Vita* L. I. 31. peculiari vero honore talem alii praeter regem adscendere permittebatur. vide *Brissonium.*

P. 103 Vs. 11. χαλινὸν] quatuor haec equorum ornamenta recenset una quoque *Achilles Tat.* I. 49. vide ibi *Salmas.* & *Pricaeum* ad *Appulej.* X. *Met.* p. 621. *Heliod.* III. 135. φαλάροις δὲ καὶ προμετωπιδίοις ἀργυροῖς καὶ ἐπιχρύσοις ἐξησκημένη, καθάπερ ἀγώνισμα τοῦτο τῶν ἐφήβων πεποιημένων. ita *Codex Taur.* nempe *Librarius* πεποιημένον reposuit, nesciens πεποιημένων active notare. vide *Demosth.* παραπρ. 360. F. 340. E. quod & alios fefellit. noster autem sobrius in hoc ornatu describendo: cum tamen circa haec luxuries talibus scriptoribus, si usquam, permittenda foret. iste historicus ap. *Lucianum Quom. Hist. Scr.* p. 27. in describendo equi fraeno regis Parthici censuram non effugit.

P. 103. Vs. 11. προμετωπίδια] *Codex Taur.* in *Heliod.* IX. 444. habet προμετώπια. quod non sequaris. sed praetulerim ex eodem & *Vat.* mox ὡς ὁπλίζειν.

P. 103. Vs. 11. Χρύσεα . . χρύσεα] elegantiam hanc a κακοζηλίας crimine vindicavit *P. Burmannus* ad *Ovidii Metam.* II. 107.

P. 103. Vs. 12. Πορφύραν Τυρίαν] vide L. VIII. I. 128. 23. IV. 135. 5 *Firmico* II. XII. 4 audit *Tyriae myricis purpura.* notum *Tyriam* praelatam fuisse *purpuram*: verum tamen & huic ex *Sandice Indica* prae-

celluit. vide *Cl. Salmas.* ad *Vopisci.* D. *Aurelian.* 29. p. 485. in utraque *splendor. lumen* quoddam probatur. *Vopiscus.* l. 1 *Divinus purpurae fulgor.* inde *Clara purpura* & *veri luminis purpura. Lampridius Diadum.* C. 4. p. 780. *Trebell Poll. Claud.* 17. 403. *Statius Silvar.* IV. 5. 42. *contentas arto* lumine *purpurae. Auson. Grat. Act.* ad *Gratian.* C. XXXVIII. *praetextam meam* purpurae *tuae* luce *fucatam. Val. Flacc.* V. 361. *flammea murice tegmina. Plinius* H. N. IV. 11. p. 707. *purpureo colore lucent uvae.* ita *gemmae lucere* dicuntur. Idem L. XXXVII. 60. 719. *Ion gemma*, *raro saturo colore* lucet. *Nazar. Paneg. Const.* XXIX. *corusca* lux *gemmarum.* XXXV. *Auri Lux. Manilius* V. 512. *Gemmarumque jubar, radiantes lucibus ignes.* & innumera exempla, ubi purpurae *ardor*, *ignis*, *flamma* tribuatur. consule *Nic. Heinsium* in *Advers.* L. V. VIII. p. 616. eleganter igitur *Manilius* L. V. 258.

Liliaque & Tyrias imitata papavera luces.

luces Tyriae. Tyria purpura veri luminis. at quid audio! Immo „ *Tyriae luces ineptum* & κακόζηλον „ pronuntiat *Aristarchus Britannus.* quid tum? si ineptire placuerit *Manilio* & esse κακοζήλῳ, hocne vetabit *Bentlejus?* novitne aliquem scriptorem extitisse, qui non potuerit *ineptire* & κακόζηλον quid sequi: saltem vel ex hujus vel illius calidioris sententia grammatici. ulline igitur jus fuerit nobis obtrudendi hic, quia scilicet alii poetae sic locuti fuerunt,

Tyrios *imitata papavera* fucos.

& quid hic κακόζηλον vocatur? an quod *luces* pro *coloribus* dixerit, ut recte explicuit hunc locum magnus & circumspectus Criticus *J. F. Gronovius* in *Observat.* II. VII. 263. an quod *Tyrias luces* conjunxerit & dixerit pro *lucente purpura.* at cur hoc magis affectatum quam quod *Publio Syro* apud *Petronium* C. 55. *gemmae* vocentur, *ignes lapidei.* & quantum abit *Virgilianum Luce coruscus aëna* pro *thorace aereo.* Malumus κακοζήλως quam interpolatas & confictitias in auctoribus lectiones.

Quoniam hic sumus, tentemus, utrum locum, quem pro desperato deseruerunt interpretes & cum iis ipse *Bentlejus*, suae lectioni restituere contingat. is eodem libro invenitur vs. 399.

Non semper tanti merces est parva laboris :
Censibus aequantur conchae, rapidumque notari.
Vix quisquam est locuples, oneratur terra profundo.

Bent-

Bentlejus ait „ Transiit hunc locum *Scaliger* , ut desperatum. pro *quisquam. Gemblac.* unquam. pro *notari. Lipsiensis & Vossianus notori.* „ mihi hic ipsa vera lectio videtur παρακύπτειν & Criticum tantum non vocare. reponendum puto : quin tu ipse repones jam :

Non semper tanti merces est parva laboris :
Censibus aequantur conchae, . apidumque n. tori
Vix quisquam est locuples. oneratur terra profundo.

modo expedias L. & I. suisque locis colloca, & habebis veram lectionem *lapidumque nitori vix quisquam est locuples.* id est, nemo adeo dives jam est, ut *margaritas* & *gemmas* possit emere. terrae non habent tantum auri & argenti in suis visceribus, ut pretia *gemmarum* & *baccarum* ex maris fundo protractarum adaequent. accidebat jam tum, quod *Ael. Lampridius* narrat in *Alex. Severo.* C. 51. *Quum quidam legatus uniones duos uxori ejus per ipsum obtulisset magni ponderis & inusitatae mensurae, vendi eos jussit : qui cum pretium non invenirent, ne exemplum malum a regina nasceretur, si eo uteretur, quod emi non posset, inauribus Veneris eos dedicavit.*

Si dubites, vide quam crebro *gemmae* & *lapides* componantur. neque enim offenderint, quia *nitent* : vel quia circumlocutione dicatur *lapidum nitor.* ut *hederae nitor. Virg. Culice.* 405. pro *nitente hedera.* vel *eidem.* 64. *lapidum fulgor* pro *lapidibus fulgidis. lapides* enim *margaritae, gemmae.* noster L. IV. 399.

Ut veniant gemmae, *totus transsibitur orbis,*
Nec lapidum *pretio pelagus cepisse pigebit.*

prius κακῦ κόμματος tamen versum dicit *Aristarchus Anglicanus.* αὐτὸς ἔφα. v. 517. *perque caput ducti lapides. Tibull.* I. IX. 39. *Non lapis hanc, gemmaeve juvant.* ubi inter alia *Broukh.* ex *Solini* C. 56. *Margaritas legunt . . . . conchae sunt, in quibus hoc genus* lapidum *requiritur. Justinian. Instit.* L. II. T. I. §. 18. *lapilli & gemmae.*

Vix poetam hunc relinquo, tot vulneribus nuper novis, nomine fomentorum, consauciatum. L. V. 178. hi leguntur versus.

Te, Meleagre, colunt flammis latitantibus ustum,
Reddentemque tuae per mortem munera matri;
Cujus & ante necem paulatim vita sepulta est;

At-

Atque Atalanteos conatum ferre labores,
Et Calydoniaca bellantem rupe puellam.

reliquos versus modo adposui, ut pateret, de quo ageretur., nempe sub *Jugulis* sive *Orione* [vide *Doctiss. J. Pontederae Epist.* XVIII. 198.] egregio venatore nati, venatores fiunt. ad penultimum versum nostra observatio se continebit. & quidem merito reprehendit *Scaligerum Bentlejus*, quod hunc versum sua sede, ut saepe alias, removerit. at quid ipse? *Atalantei labores* ipsi sunt, nihil nisi *venatus*. at *hine tanti*, ut eos *conatus ferre* dicatur *Meleager post Herculem princeps Heroum*: ita V. D. rogat. quid ipse? corrigit *Atlanteos* At, rogo, *istine Atlantis*, ut *coelum tulerit*, tanti fuerunt, ut eos *conatus ferre* dicatur *omnium heroum princeps Hercules*, & cui, ut ex aliis didicimus poetis, *coelum sarcina parva fuit*? an *conatus* fuit, & *coelum* ceu nimium onus, in antiquum chaos, compagibus disruptis, ingenti ruina praecipitari e suis humeris siverit? fefellit ambos, nimia corrigendi licentia & minor quam requisita in mentem poetae penetratio. ambo conversi *Meleagri* ad nomina & *Atalantae*, in iis sic defixi fuerunt, ut non cogitarint per illum *conatum Atalanteos ferre labores* alium posse intelligi praeter *Meleagrum*. At *Atalanta* non una; nempe una est *Schoenei* filia, altera *Iasii*. passim a poetis, ut hic pene, confusae. quod docere post alios non opus hic. jam *Iasii filiam* ambiit *Milanion*, item *egregius venator* & ideo merito sub Orione natales nactus. ut brevis sim, lege hos *Propertii* ex Elegia prima versiculos, & de virorum maximorum hallucinatione non dubitabis.

Milanion nullos fugiendo, *Tulle*, labores,
Saevitiam durae contudit Iasidos:
Et modo Partheniis amens errabat in antris,
Ibat & hirsutas ille ferire feras.

credo, jam alios, praeter *venatum*, *Atalantae* agnoscis *labores*, quos *Milanion*, non *Meleager*, *ferre conatus* fuerit.

Vin' addam aliud specimen, quo pateat Britannum Criticum correxisse aliquando auctorem suum, ubi ejus sensum ne quidem perceperat? Ne sit invidiae: literarum juvandarum, non viri meritis detrectandi gratia haec scribimus. L. IV. 565.

Sed nimium indulgens rebus Fortuna secundis,
Invidet in faciem, saevitque asperrima fronti.

Hor-

Horrendus bello Trebiam, Cannasque, Lacumque,
Ante fugam, tali pensabat imagine victor.

Quid hic V. D! *Ductor* reponit: quia si *Victor* servetur, Hannibal videretur horrendus bello dici *ob fugam*. quod absurdum „ At poeta singulari exemplo ostendit Fortunam, sive Nemesin, rebus nimis secundis invidere: & ideo victoriosum futurum Hannibalem fecisse *luscum*, *saeviisse in ejus faciem & frontem dedecorasse*. quod si non iram ita in ipsum exonerasset dea, & ille hoc damno, hac *deformi imagine* non placasset numen Nemeseos, & oculi jactura *pensasset* bellicam gloriam, non futurum fuisse, ut unquam tantus exstitisset bellator. omnes victoriae, *ante fugam*, ipsi non obvenissent, nisi *luscitione* in tempus placasset invidiam Fortunae: quae tandem tamen nimiis fatigata ejus successibus, fugere adegit.

P. 103. Vs. 11. ὕφασμα Βαϐυλώνιον] *Babyloniorum* & *Alexandrinorum* dexteritas in texendo celebratissima. hanc artem & alias ad rem vestiariam spectantes versibus rotundissimis & in re minuta nihil vilitatis prae se ferentibus describit *Manethon* L. vi. 431.

Ἰσουργοὺς τεύχουσιν, ἐϋννήτοις τε μίτοισιν
Φάρεα ἐξυφόωντας, ἢ αὖ ῥυπόεντα πλυνοῖσιν
Εἵματα καλλύνοντας, ἢ ἰσχαλέῃς περόνῃσιν
Ῥωγαλέους πέπλους ἀχηθέας ἐκτελέοντας.

dedit ibi ἐϋνήτοις contra *Codicem*. cum tamen sic poetica orthographia requirat, certe non respuat. vide *S. Clarkium* ad *Iliad.* Ω. 580. & *Criticam Vannum* p. 367. at praeterea exhibet φάρεα θ' ὑφανόωντας. quod in verborum seriem peccat; nullus enim conjunctioni locus. deinde in *prosodiam*, quia ὑφᾶν semper, ut ὑφαίνειν corripit primam. deinde in *Etymologiam*, nullum enim tale verbum ab ὑφᾶν vel ὑφαίνειν potest profluere. at recte ὑφόωντας ab ὑφάω. ut ὁρόωντας ab ὁράω. latuerit ἐξ in isto θ. nihil melius occurrit. L. I. 244. in simili caussa laborat versus

Ἔνθεα λυσσόωντες ἑον δέμας αἱμάσσουσιν.

repone λυσσώοντες. sic ab ἡϐάω apud *Homerum Iliad.* I. 446. habes ἡϐώοντα. & *Odyss.* E. 69. ἡϐώωσα.

P. 103 Vs. 12. Τιάραν ὑακινθινοϐαφῆ] *Glossae*. ὑακίνθιν☉. *Ferrugineus*. πορφύρα μέλαινα. *Ferrugo*. Ὑάκινθ☉. *vaccinium*. uti *Virgilio* vaccinia *nigra*. apud *Val. Flaccum* L. vi. 700. *Myraces Parthus*.

——— *viridem gemmis & Eoae stamine silvae*
Subligat extrema patrium cervice tiaram.

ibi *silvae* longe elegantius quam *telae*. *Xenoph.* K. Π. vi. 169. χιτῶνα πορφυροῦν ποδήρη σολιδωτὸν τὰ κάτω, καὶ λόφον ὑακινθινοϐαφῆ. *Athenaeus* L. xii. v. 525. E. εἰσὶ δὲ αἱ μὲν πορφυραῖ τούτων, αἱ δὲ ἰοϐαφεῖς, αἱ δὲ ὑακινθινοϐαφεῖς. sic malim quam ὑάκινθοι vel ὑακίνθιναι. ibi autem ne mutes πορφυραῖ in πορφύρεαι vel πορφυραῖ. passim haec scriptura obtinet: unde πορφυρὸς pro πορφύρε☉

φύρε𐅽 fuisse usurpatum colligeretur. sic habes ap. *Lucian*. T. I. 131. 701. T. III. 617. accentus *codicum* meliorum non neglexerunt olim critici. quos respicere & callere prodest. hujus neglectu in *Maximo* περὶ ἀπαρχῶν vs. 100. πόσιν *maritum* abiit in ποσὶν *pedibus*. ubi mox lege παιφάσσουσα, nisi malis παφλάζουσα.

P. 103. Vs. 13. χρύσεον ἀκινάκην] non intellige capulum *inauratum*, sed ex *solido auro*. *Demosth*. in *Timocr*. 793. C. Καὶ τὸν ἀκινάκην τὸν Μαρδονίου, ὃς ἦγε τριακοσίους Δαρεικούς. id est fere sexcentos, quos dicunt, *ducatus*.

P. 103. Vs. 13. Ὑπεζωσμένος.] *Lucian*. περὶ γυμν. II. 887. dixit διεζωσμένος τὸν ἀκινάκην. & *Scythae* tribuit. ubi alii παρεζωσμένος. ut p. 915. ubi alii περὶ. mihi διὰ satis se probat, ut fortius quid. 914. ξιφίδιον παρὰ τὴν ζώνην. ad dextram vero, ut plurimis docet *P. Burmannus* ad laudatum modo *Flacci* locum.

P. 103. Vs. 13. δύο ἄκοντας ἐκράτει] *Virgil*. XII. *Æn*. 164.

Bina manu lato crispans hastilia ferro.

ibi tamen non in venatu. sed ἀκόντια venantium. vide *Polluc*. v. 19. hinc *Diana Venatrix* δίλογχος. ὅτι δύο λόγχας φέρει κυνηγετικὴ οὖσα ap. *Hesych*. in utrumque usum hic. nam venatio Persarum regum, ut diximus, expeditionis militaris speciem habebat.

P. 103. Vs. 14. φαρέτρα καὶ τόξον] proprie venatica, quamvis & ipsa bellica instrumenta. *Virgil*. I. *Æn*. 186.

Constitit hic, arcumque manu celeresque sagittas
Corripuit : fidus quae tela gerebat Achates.
Ductoresque ipsos primum, capita alta ferentes
Cornibus arboreis, sternit.

vide *Animadversiones* p. 389. hic videmus *arcus & sagittas* conjuncta, ut *arcum* & *telum* in *Manilio* vindicavimus.

P. 103. Vs. 14. Σηρῶν ἔργον πολυτελέστατον] ut de *Peplis Theod. Prodr*. IX. 409.

Οὓς δημιουργεῖ Σηρικὴ μιτουργία.

sed μιτουργία in *pharetra*, locum, non in *arcu* & *sagittis* habuerit. quibus tamen utendis & procul dubio fabricandis excellebant *Seres*. unde apud *Horat*. I. *Odar*. 29.

Doctus sagittas tendere Sericas.

ubi vetus interpres *Parthicas* reddit. sed non opus. omnes ad *Orientem* hi populi sagittis & *Indi* longis valde utebantur. Quomodo *Serum* pharetrae confectae, non dixerim. at ῥαφὴ, quae non sine *filis*, locum habuerit. unde *Theocrito Idyll*. XXV. 265.

Ῥίψας τόξον ἔραζε πολύρραπτόν τε φαρέτρην.

potuit etiam fuisse *picta*, vivis istis, quibus Serum regio praecellit, coloribus. etiam *gemmata*.

P. 103.

P. 103. Vs. 15. Ἴδιον ἔρωτος φιλόκοσμον] vide L. II. IV. 29. 23. *Aristaen*. I. 27. recte autem reponetur τὸ φιλόκοσμον.

P. 103. Vs. 15. Μέσος ὁραθῆναι] *ut ab omni parte; undique conspici posset. quod accidit in medio positis rebus vel personis. Virgil.* VI. 667.

— *medium nam plurima turba Hunc habet.*

inde ἐν μέσῳ & ἐν τῷ μέσῳ. *propalam. coram omnibus. Lucian.* de *M. Perega.* μόνον οὐχὶ κυβιστῶντας ἐν τῷ μέσῳ. *bis Accus.* II. 810. idem διὰ τῆς ἀγορᾶς μέσης κωμάζων. qui locus laudatur a *Pricaeo* ad *Apolog. Appul.* p. 91. 180. *in medio foro bacchabundus.* quem & vide ad *Metamorph.* p. III. VI. IV. 10. 15. *Plutarch. Bruto.* 231. εἰς τὸ δωμάτιον & ἐν τῷ μέσῳ καθεζόμενος opponuntur. de quo inmerito *Solanus* dubitat. *Hesiod. Scuto Hercul.* 461. ἐπὶ χθονὶ κάββαλε μέσσῃ. *Anthol.* III. VII. 162. 219.

Ὅστίς με τριόδοισι μέσαις τάρχυσε θανόντα.

Propert. III. VI. 19.

Seu sequitur medias, Maenas ut icta, vias.

Sophocl. Philoct. 631.

Δεῖξαι νεὼς ἄγοντ' ἐν Ἀργείοις μέσοις.

In *mediis Argivis. coram omnibus Graecis.* ita recte *Pricaeus* in *Appulejo* II. *Metam.* p. 112. *in medio Thessaliae* restituit. *Max. Tyr.* XXIV. 4. ἔλεγε δὲ ταῦτα μόνον οὐκ ἐν μέσοις τοῖς Ἕλλησιν. Id est, *coram omnibus Graecis in aliqua congregatis panegyri, ut in Olympiis vel Isthmiis.* vide *Lucian.* de *Gymn.* II. 917. cum autem apud *Maximum* sequatur ἀλλὰ καὶ οἴκοι, καὶ δημοσίᾳ, ἐν συμποσίοις, ἐν Ἀκαδημίᾳ, ἐν Πειραιεῖ, ἐν ὁδῷ illud δημοσίᾳ minime abundat, quasi idem cum τῷ ἐν μέσοις Ἕλλησιν. nam haec locutio tantum superat τὸ δημοσίᾳ, quantum multitudine & frequentia omnes Graeci unum populum Atticum. ἐν τῷ δήμῳ Ἀττικῷ, ibi δημοσίᾳ. *Euripd. Bacch.* 259. 688.

Κάθησ' ἂν ἐν Βάκχαισι δέσμιος μέσαις.
Ἡ σὴ δὲ μήτηρ ὠλόλυξεν ἐν μέσαις Βάκχαις.

Anthol. III. XXV. 58. 278. e *Codice* malim

Εὖτέ μιν ἐκ Λιβύης ἀνασείρας εἰς Ἑλικῶνα
Ἤγαγες ἐν μέσσαις Πιερίδεσσι φέρων.

 quamvis

quamvis enim Μύσαις Πιερίδεσσι se facile tueatur; quia tamen Codex omnium instar μέσσαις, quod aliquid fortius, exhibeat, praetulerim. *Quintus Calaber* III. 100. (& 351.)

—— ἐν δὲ σὺ μέσσοις Δαινύμενος ᾔειδες.

Anacreon XXXVIII.

Ἐγὼ γέρων μὲν εἰμὶ,
Σειληνὸν ἐν μέσοισιν
Μιμούμενος χορεύσω.

Nonnus L. XXXIII. *Bassar.* 243. ὄφρα χορεύσω Μέσσοθι Βασσαρίδων ——

Matthaeus C. XIV. 6. Γενεσίων δὲ ἀγομένων τῦ Ἡρώδυ ὠρχήσατο ἡ θυγάτηρ τῆς Ἡρωδιάδος ἐν τῷ μέσῳ.

P. 103. Vs. 16. Ἀπὸ Καλλιῤῥόης ὁραθῆναι] si hoc non tangam, forte alius post me longam notam consarcinaturus est, qua τὸ ἀπὸ pro ὑπὸ, millies occurrente, defendat. sufficiant in Miscellaneis notata Vol. III. p. 427. qua de caussa multa sane nota satis tetigi, sed paucioribus: at praecipue quia hodie etiam notissima sollicitantur vel ob id, quod *sint vulgatissima* & contestatissima. mox typi errorem corrige in ἐνεπλήσθη.

P. 103. Vs. 19. ἡ σπουδὴ καὶ ὁ θόρυβος ἐκεῖνος αὐτῶν, ἐξέστησεν ἂν καὶ τὸν ἔρωτα] refer αὐτῶν ad βοώντων, θεόντων, κυνῶν. nulla opus mutatione. si quid mutandum, legerim αὐτὸν ε. α. τ. ἔρωτα. nam venandi studium inter amoris remedia recenset *Ovidius Rem. Amor.* 199.

Vel tu venandi studium cole. saepe recessit
Turpiter a Phoebi victa sorore Venus.

de voce ἐκστῆσαι actum L. V. IX. 94. 22.

P. 103 Vs. 20. Τέρψις μετ' ἀγωνίας] ἀγὼν & ἀγωνία saepe non differunt. hic est *laboriosa contentio.* vide L. IV. I. 63. 10.

P. 103. Vs. 20. Κίνδυνος ἡδὺς] *Jul. Africanus* in Κεστοῖς p. 301. de *sagittandi arte.* Καὶ ἦν τὶ καὶ τερπνὸν καὶ κίνδυνος ἡδονῇ. ubi *Boivinus.* ἡδονή. si liceret μεθ' ἡδονῆς, praestaret.

P. 103. Vs. 21. αὐτῷ παραθεόντων] *dativus* hic se tueri potest.

P. 103. Vs. 22. Θηρίον] in *Apogr.* θηρίων. posses suspicari excidisse θηρίον. sed ista repetitio nullas hic habitura est Veneres. similem ἔννοιαν apud *Valerium Argonaut.* VI. 720.

P. 103. Vs. 23. Ἔβλεπε τὴν μὴ παροῦσαν] vide L. II. VIII. 34. 7. nec

non *Anthol.* L. VII. 191. p. 485. ex quo colorem duxit *Jo. Cotta* in celebratis elegidiis IX. & X.

P. 103. Vs. 25. Συνεξῆλθεν ἐπὶ τὴν θήραν ὁ Ἔρως] *Max. Tyr.* I. III. ἵνα αὐτῷ πᾶσαι αἱ ἡδοναὶ συμπλέωσι. III. 9. Ἀλλὰ καὶ τὸν Διογένην ἐκεῖνον εἰς τὸν πίθον ἡδονὴ εἰσάγει. εἰ δὲ καὶ ἡ ἀρετὴ αὐτῷ συνεισέβαλε, τί τὴν ἡδονὴν ἐξοικίζεις τῷ λόγῳ. *Horat.* III. *Od.* I. 4.

—— Sed timor & minae
Scandunt eodem quo dominus : neque
Decedit aerata triremi : &
Post equitem sedet atra cura.

vide & *Librum* II. *Oda* XVI. vs. 20.

P. 103. Vs. 25. ἅτε δὲ] V. D. ἅτε δή. vide L. V. v. 86. 17. dicta de οἷα δέ. vocula ἅτε non male videtur reponi posse pro ὅτε apud *Dionem Cassium* L. XIV. p. 770. D.

P. 103. Vs. 26. ἀντιτατλόμενον] vide L. II. IV. 34. 10.

P. 104. Vs. 1. εἰς τοὐναντίον τὴν τέχνην περιέτρεψεν αὐτῷ] L. VI. VII. 108. 16. τὴν αἰτίαν ἔτρεψεν εἰς τὴν φυλαττομένην. *Lucian. Asino.* 587. περιφέρειν ita fere adhibet. βάσκανος δαίμων εἰς τοὐναντίον περιήνεγκε. *Ulpian.* ad *Demosth. Leptin.* 562. E. Μᾶλλον δὲ περιέτρεψε πικρῶς εἰς ὑπόνοιαν καθαψάμενος. hic autem αὐτῷ. in *malum*. in *damnum* ejus. τέχνη autem est illud consilium, quo per venationem suadente Artaxata voluerat dissipare amoris curas : at illa ipsa venatio regem magis incendit.

P. 104. Vs. 2. ἔνδον παρὼν] satis declaratum L. VI. III. 101. 22.

P. 104. Vs. 2. Οἷον ἦν] Pellices in venationem educebant Reges Persae. vide *Brisson.* de *R. P.* L. I. p. 165. ex *Athenaeo* L. XII. II. p. 514. C. Idem *Strabo* de regibus Indis L. XV. 1037. A. & *Plato* in sua republica feminas ξυνθηρεύειν jussit. vide L. V. de *R. P.* 466. C. in loco autem *Athenaei* recte *Casaub.* ἐπὶ θήραν pro ἐπὶ θύραν reposuit. obvia illa confusio. ap. *Herodot.* VII. 147. ἐξηρτημένοι & ἐξηρτυμένοι. ubi nescio an omnes ex *Cod. Mediceo* prius sint praelaturi.

P. 104. Vs. 3. Κνῆμας ἀνεζωσμένην] Cothurnis supra crura inductis utebantur venatores. *Virgil.* I. *Æneid.* 341.

Virginibus Tyriis mos est gestare pharetram,
Purpureoque alte suras vincire cothurno.

Ubi adposite multa *Lud. de la Cerda* & in primis *Pollucis* locum ex L. V. §. 18. ὑποδήματα κοῖλα εἰς μέσην τὴν κνήμην ἀνήκοντα, δεσμῷ ἀκριβεῖ περιεσταλμένα. horum cothurnorum indicia deprehenderis in numis &

 aliis

aliis monumentis Dianam venatricem exhibentibus. vide *Eze ch Spanhemium* ad *Callimach.* in *Dianam* vs. 11. p. 134. tamen illi cothurni partem bonam crurium conspicuam relinquebant, unde Naso potuit scribere L. III. *Amor.* II. 31.

Qualia succinctae pinguntur crura Dianae.

P. 104. Vs. 4. Καὶ βραχίονας γεγυμνωμένην] in iisdem monumentis usque ad humeros Dianae brachia sunt nudata. vide ad L. IV. I. 64. 6.

P. 104. Vs. 4. Πρόσωπον ἐρυθήματος στῆθος ἀστάθμητον πλῆρες] an legendum. ἀσθμάτων vel ἄσθματος πλῆρες, id est ἀσθμαῖνον? *Plutarch. Demetr.* 23. ἀσθενὴς καὶ μεστὸς ἄσθματος. de *cursore.* Et *Plato* de *R. P.* VIII. 556. B. ἄσθματος καὶ ἀπορίας μεστὸς. de *milite. Lucian. Cataplo.* T. 1. 623. πνευστιῶντα, μεστὸν ἄσθματος τὸ σῶμα. idem dicit contrario vocabulo *Aeschylus Persis* 484. Οἱ δ' ὑπ' ἄσθματος κενοί. & rursus alia in re μεστὸς pro κενὸς ὑπὸ, *Lucian.* I. p. 672. μεστὸς λιμοῦ. *Apoll. Arg.* II. 432. dicit ἔτ' ἄσπετον ἐκ καμάτοιο Ἆσθμ' ἀναφυσιόων.

Quia vero vocabulum ἀστάθμητον non videtur a librariis procusum, malim transpositione locum tentare & legere πρόσωπον ἐρυθήματος πλῆρες, στῆθος ἀστάθμητον. ita L. VI. III. 101. 15. ἐρυθήματος μεστόν. L. IV. II. 67. 4. ἐρυθήματος ἐνεπλήσθη. & talium trajectionum exempla dedimus in *Vanno Critica* C. VII. p. 188. vide notata quoque L. III. VII. 55. 2. & *G. Arnaldum* in *Variis ad Jus conjecturis* L. II. C. VI. sic in *Arato* 610. duo *Codices* vitiose Ἀργὼ δ' οὐ πᾶσα μάλα pro μάλα πᾶσα. in Quinto *Calabro* spissimae tales trajectiones, ut L. III. 324. ubi satis absurde ἀμφὶ χέωνται conjicitur pro ἀμφιχέωνται, & θοὰ φῦλα inprobatur. vid. IV. 191. VI. 46. VIII. 129. X. 367. quae quum sint tam frequentes in poetis, ubi ordo verborum a metro saltem regitur, quid mirabimur in prosaicis libris turbatum verborum ordinem?

Recte autem στῆθος dicitur ἀστάθμητον, licet frequentissime de τύχῃ, ὄχλῳ. ἀνθρωπίνῃ φύσει dicatur. vide *Max. Tyr.* XI. 6. XIV. 7. *Porphyr.* de *Abstin.* I. 18. *Demosth.* p. 314. quo loco utitur. *H. Valesius* ad *Harpocrat.* in h. v. *Casaub.* in *Aristaen.* I. 28. reponit ἀστάθμητον γνώμην. sensu bono. sed malim αὐτὸς ἐρᾷς ἐκείνης. ἐξήγησαί μοι τὴν στάθμην καὶ τὴν γνώμονα. vulgo τὴν στάθμην τὴν γνώμην. ita hae voces junguntur a *Theogn.* vs. 804.

Τόρνου καὶ στάθμης καὶ γνώμονος ἄνδρα θεωρὸν
Εὐθύτερον χρή μιν, Κύρνε, φυλασσόμεναι.

ita κανὼν & γνώμων.

P. 104. apud *eundem* vs. 544. Χρή με παρὰ ςάθμην κ) γνώμονα τήνδε δικάσαι
Κύρε, δίκην, ἴσον τ' ἀμφοτέροισι δόμεν.
uti recte V. D. pro γνώμην emendavit. *idem* 939. Εἶμι παρὰ ςάθμην ὀρθὴν ὁδόν. *Clemens Alex. Strom.* VII. 891. ἀκριβεῖς γνώμονες τῆς ἀληθείας.

P. 104. Vs. 5. Οἵη δ' Ἄρτεμις] *Homer. Odyss.* Z. 102.

P. 104. Vs. 10. Ταῦτα ἀναζωγραφῶν κ) ἀναπλάττων] primi verbi auctoritatem *Suicerus & Scottus* ftiterunt. *Aelian.* V. H. III. 1. διαγράψαμενοι κ) διαπλάσαμενοι. ultimum vocabulum inter alia occurrit apud *Agathiam Scholasticum* in effigiem *Archangeli*, quod integrum adponam.

Ἄσκοπον ἀγγελίαρχον ἀσώματον εἴδει μορφῆς,
Ἆ μέγα τολμήεις κηρὸς ἀνεπλάσατο.
Ἔμπης οὐκ ἀχάριςον, ἐπεὶ βροτὸς εἰκόνα λεύσσων
Θυμὸν ἀπιθύνει κρείσσονι φαντασίῃ.
Οὐκ ἔτι δ' ἀλλοπρόσαλλον ἔχει σέβας· ἀλλ' ἐν ἑαυτῷ
Τὸν τύπον ἐγγράψας ὡς παρεόντα τρέμει.
Ὄμματα δ' ὀτρύνουσι βαθὺν νόον· οἶδε δὲ τέχνη
Χρώμασι πορθμεῦσαι τὴν φρενὸς ἱκεσίην.

Ideo autem integrum dedi, quia *L. Kusterus* in ipso limine *Suidae* p. 1. ubi exftat verfus fecundus in Ἀ & in σκοπῶν, fatetur, fe nefcire, unde hoc depromferit *Suidas*, praetereaque obvium fibi fuiffe negat in *Anthologia inedita.* in qua tamen exftat. nota vocem ἀπιθύνειν. porro in voce σκοπῶν habetur ἀπεπλάσατο. quae & lectio *Codicis.* at *Kusterus* ἀνεπλάσατο probat ex primo *Suidae* loco. at licet id rectum fit, ut *Anthol.* L. IV. VIII. 44. 315.

Χάλκεον Ἠδωνῶν ταγὸν ἀνεπλάσατο.

a *Codicis* lectione fteterim. *Anthol.* VII. 33. 454.

Ἀυτῆς Μελπομένης φθόγγον ἀπεπλάσατο.

ubi in primo verfu pro ἔχουσα malim ἐλοῦσα, licet modo fecundae manus auctoritate. faepe enim hoc pro illo obtinet. eodem L. VII. 146. 477.

Ὄμματα κ) δειρῆς φέγγος ἀποπλάσεται.

ubi verfu fecundo pro *Planudeo* αἱ ταῖς lege αὐταῖς. & vs. 5. pro τῇδε repone τοίῃ & vs. 6. ξοάνῳ, emendante *Salmafio. Cod.* ξοάνων. *Eunap.* p. 144. dixit φάντασμα ἐπὶ τὴν ὄψιν πάσαν. vide L. IV. 11. 66. 13.

P. 104. Vs. 11. Ταῦτα λέγοντος] Lacunam vides, quae in ipfo *Codice.* originem ejus percipis ftatim, nempe quia librarius intermedia duarum periodorum, a voce incipientium eadem ταῦτα, oculo inattento & properante manu tranfilierit. *Doctiss. Cocchius* notavit „ *Hic est lacuna tertiae parti unius paginae Codicis aequalis. quae Codicis paginae tertia pars aequat unam & dimidiam nostrarum paginarum* „ jam ut intelligas paginae capacitatem *Codicis*, Lector, qui *Cocchianum Apographum* oculis

lis non usurpavisti, velim scias τὸ δρᾶμα τοῦτο] editionis nostrae p. 102. 15. usque ad ἀλλὰ βασιλεὺς ὅτε] Editionis nostrae p. 103. 21. inplere unam & dimidiam paginam apographi. jam cum ter tantum capiat una pagina codicis, qui formam nostrae editionis non excedit vel latitudine vel profunditate, colligis facile ultra paginam nostrae editionis deficere, & simul quam minutis literis tota scriptio constet. quae cum tempore in lurorem abierit & alias maculata saepe sit, non mirum videbitur, si hic illic oculus legentis prae fatigatione fuerit hallucinatus. possumus autem hinc colligere eam lacunam jam insedisse in πρωτοτύπῳ hujus *Codicis* Florentini. insigne hic igitur documentum habemus, similitudinem incipientium pericoparum vel versuum saepe defectibus ansam praebuisse. exempla aliquot adjiciemus jam datis in *Animadv*. p. 24. & 212.

In *Heliodori* L. x. 509. e *Codice Taurinensi* a vocibus ἐκ πολλῶν ταλάντων omnia interciderunt ad voces τῶν πολυταλάντων. & hic *codex* tamen accurate scriptus: ut adeo & aliquot *lacunas* aliorum suppleat. ex. gr. L. VII. 335. τοὺς καλοὺς αὐτῇ κἀγαθοὺς γνωρίζουσα ἀεί, addit καὶ τὸ πιστὸν διὰ πάντων ἀπορρήτων φυλάττουσα. quod supplementum simili colore vindicat locus L. VII. 363. Οἶδα ὡς τὸ πιστὸν ἔχει φυλακῆς τῶν ἀπορρήτων. & L. I. 46 addit ὅταν „ καὶ τὴν ἱερωσύνην „ καὶ τὴν τιμὴν ἀνακτήσῃ (ἀνακαλέσῃ male cum *Basil.*) τῆς προφητείας. ubi tamen posset videri glossa, καὶ τὴν ἱερωσύνην, τοῦ τὴν τιμὴν τῆς προφητείας. & sane cavendum, ne *glossas* pro supplementis γνησίοις in contextum recipiamus vel pro veris lectionibus. rursus L. I. 62. Οὗτος ἐπιβουλῆς συνθήκῃ τὴν ἱερωσύνην τῆς προφητείας . . . παρελόμενος. ubi vulgo tantum ἐπιβουλῇ. atque *Vaticanus* valde corrupte ἐπιβουλῇ τῆς ἱερωσύνης τῆς προφητείας. quasi alterutrum, glossa foret, sed ubi tum aliud substantivum, ut τιμὴν, deficeret. & sane ἱερωσύνη τῆς προφητείας nescio an alias dixerit *Heliodorus*. potuit forte. Verum revertamur ad praesens genus in *Libanii Epistola* CCCCXCIII. p. 248. a vocabulo κοιμώμενος duo tresve versus omissi ad recurrens κοιμώμενος. ap. *Nemesium* de *N H*. II. p. 41. Δικαίαρχος δὲ ἁρμονίαν τῶν τεσσάρων στοιχείων. οὐ γὰρ τῶν ἐκ τῶν φθόγγων συνισταμένην, ἀλλὰ τὴν ἐν σώματι θερμῶν καὶ ὑγρῶν καὶ ψυχρῶν, καὶ ξηρῶν ἐναρμόνιον κρᾶσιν καὶ συμφωνίαν βούλεται λέγειν ubi *Cod.* meus post στοιχείων inserit ἀντὶ τοῦ κρᾶσιν καὶ συμφωνίαν τῶν στοιχείων. quod vide an auctoris habeas. In *Epistola inedit Alciphronis* in *Codice* legitur ἀπὸ δὲ αὐτῆς [πέτρας] ὕδωρ ἀκήρατον ἐστάλαττεν ὑπὸ δὲ τῆς prior periodus plane delituit in *Apographo*, quia ἀπὸ & ὑπὸ initiales voces. Insignis defectus in *Xenophonte Ephesio* L. II 35. ex hoc fonte scaturivit: sed qui *Tib. Hemsterhusium* non latuit. quem velim inspicias in *Miscellaneis* nostris Vol. v. T. I. p. 24. & viri Lynceos oculos demiraberis. locum integrum adscribam. uncinulis inclusa

clusa debentur iteratae collationi. Ἄγει δὴ παρὰ τὸν αἰγιαλὸν τὸν Λάμπωνα „ τὸν αἰπόλον, ᾧ πρὸς γάμον ἐδεδώκει τὴν Ἀνθίαν ἡ Μαντώ, ἐδεῖτο δὲ τοῦ Λάμπωνος „ εἰπεῖν . . . ibi mox supple ὅτι καὶ Ἀνθία. Credo alias jam ex codice meo in *Alciphronis Ep.* I. XXI. suppleviſſe λιμώττοντα λιμώττοντι συνεῖναι διπλοῦν τὸ βλάβος. ut etiam *Vatican. Berglero* probante. ex concursu similium periodorum videtur Laconica Apollonii Tyanensis, utut brevis, epiſtola fuiſſe tertia parte & meliore mutilata ap. *Philoſtratum* L. IV. C. XXVII. p. 167. Ἀπολλώνιος Ἐφόροις χαίρειν. Ἀνδρῶν τὸ μὴ ἁμαρτεῖν, „ γενναίων δὲ καὶ τὸ ἁμαρτόντας αἰσθέσθαι. Λακεδαιμονίων δὲ καὶ τὸ διορθοῦσθαι. ultima quinque vocabula, non puto ἀπροσδιόνυσα, debentur, libro meo manu exarato. ap. *Eunap.* 89. ſupple. πάντας μὲν λανθάνων ὅτι θεραπεύει θεοὺς „ πάντας δὲ νικῶν ὅτι ἐθεράπευε θεοὺς „ καὶ τόν. & p. 136. etiam inſignius auge. καὶ τοὺς Προαιρεσίου „ φίλους εἶχεν ἀθυμία. ὁ δὲ ἀνθύπατος αὐτοὺς τὸ δεύτερον ὡς ἐπὶ τιμαῖς συγκαλέσας, ἅπαντας κατεσχεθῆναι κελεύει καὶ τὸν Προαιρέσιον „ ἐξαπιναίως εἰσκαλεῖ. originem omiſſorum eandem vides, *Barberiniano* autem codici medicinam debes. de re hac pluribus agit *J. Caſaub.* ad *Athenaeum.* L. XI. IV. 784. & κριτικώτατος *J. Marklandus* ad *Max. Tyr.* X. 7. exempla alia ſuppeditabit *Celeb. P. Weſſelingius* in *Probabil.* C. XXXVI. 324. & olim in *Moſchi Idyllio* quodam quatuor verſus hoc ob malum exſulantes digna ſede collocabimus.

P. 104. Vs. 12. Μένει] *Non dijudicata eſt lis.* Latinis *actio manere* dicitur: vid. VII. I. I. 114. 2.

P. 104. Vs. 13. Χήρας ἐρᾷς] Nempe *adulterium* proprie non committitur in virginem vel viduam: ſed *ſtuprum.* quamvis καταχρηστικῶς alterum pro altero ponatur. vide *Celeb. C. Andr. Dukerum de Latin. Ictorum* p. 122. *& ſeqq.* & *J. G. Hofmannum* ad *L. Jul. de Adult.* C. IV. p. 74. & *J. Taylorum* ad *Lyſian* p. 19. patet hinc, ut alias jam, re vera in rebus forenſibus verſatum noſtrum fuiſſe. *Manetho.* V. 235.

Τὴν δ' ἰδίην ἀκμὴν φιλέοντι δίδωσιν ἐραστῇ,
Τὴν δ' ἄλλου χήρην αὐτὸς ποθέων ἀγαπήσει.
Ζηλώσει δούλην ἢ ψάλτριαν ἢ πολύκοινον.

nunc legitur & vertitur χώρην. *locum.* ſine ſenſu. ne dubites. ita *Firmicus* III. XIV. 6. *ancillas, viduas, vel meretrices matrimonii ſibi gratia copulabunt.* potes quoque huc trahere alium ejusdem locum ex L. VII. XVII. *ab aliis ſtupratam dabit uxorem.*

P. 104. Vs. 14. Μήτε μοιχείαν] vide L. VI. III. 102. 23. V. VII. 90. 14.

P. 104. Vs. 14. Δεῖ γὰρ πρῶτον εἶναι ἄνδρα τὸν ἀδικούμενον, εἶτα τὸν ἀδικοῦντα μοιχόν] ſi ſcripſiſſet, εἶτα ὁ ἀδικῶν μοιχὸς ἔσται vel μοιχὸς νομισθήσεται, ὁμολογηθήσεται, nihil in verborum compoſitione inſolens foret. nunc illud δεῖ

non plane suo sensu ordinario quadrat in secundo membro, sed debet in mente mutari in verbum affine. εἰκὸς ἐστι. voce δεῖ etiam L. VI. 11. 99. 16. abusus est. forte potuisset etiam scripsisse εἶτα ὁ ἀδικῶν μοιχός. nempe ἐστι. ita in comparatione post ὥσπερ, modo casus praecedenti convenit, modo nominativus ponitur, intellecto verbo ex antecedentibus. apud Graecos & Latinos. *Chion Epist.* III. p. 25. μετρίως ἑωρῶμεν ὠνημένους, ὥσπερ τῶν ἄλλων ἕκαστος, nempe ἑωνεῖτο. at *Xenoph.* K. A. IV. 332. κύψαντα ἔδει πιεῖν, ὥσπερ βοῦν. potuerat & βοῦς πίνει. sed tamen ibi δεῖ πιεῖν accusativum potius desiderat. ita hic εἶτα δεῖ εἶναι μοιχόν. quod verius: sed tum, ut monui, δεῖ non plane secundo loco communem suam notionem retinet. vid. L. VII. 11. 117. 5.

P. 104. Vs. 19. Πρὸς ἡδονὴν] ita locutus L. IV. 1. 63. 4. & sic passim alii. *Hesych.* in μελισσέμεν. *Demosth.* I. *Phil.* 52. F. *Herodot.* III. 126. *Aeschyl. Prom.* 493. *Plutarch.* περὶ ἀοργησίας. 460. C. *Strabo* tamen L. III. p. 234. A. dixit. εἰ μέν τινι πρὸς ἡδονῆς ἐστιν ἀκούειν. καθ' ἡδονὴν dicit *Thucyd.* VI. 17. qui πρὸς ἡδονὴν II. 65. cum centum aliis.

Ἐν ἡδονῇ idem fere. *Demosth.* in *Aristog.* 847. A. *Herodot.* IV. 139. VII. 15. *Eurip. Iphig.* in *Taur.* 493.

Ita πρὸς ἀνάγκην passim. *Galen. Protrept.* p. 5. & 6. πρὸς ἀνάγκην ἐσθίουσι. *Lucianus* ter quater, & ita alii. tamen *Aristaen.* L. I. 2. utitur πρὸς ἀνάγκης. & rursus L. I. 13. & *Heliod.* I. 40. ubi tamen *Taurinensis* vulgatam constructionem praefert.

Unde nescio, si non plures auctoritates compositioni per genitivum accesserint, an sana haec haberi debeat scriptura.

Ita πρὸς ὀργήν. πρὸς χάριν. πρὸς βίαν. πρὸς ἔχθραν. passim. quae tamen minus commode aliquando Latine redduntur. ut ap. *Aristoph. Acharn.* 73. πίνειν πρὸς βίαν. *pro viribus.* immo *coacti.* *Sophocl. Oed. Col.* 688. *Aesch. Prom.* 207. *Eurip. Cycl.* 111. *Heracl.* 47. *Aristoph. Ran.* 868. 880. *Plut. Demetr.* 35. *Lucian. Piscat.* 234. ap. *Sophocl. Antig.* 30. πρὸς χάριν βορᾶς εἰσορᾶν & 920. πρὸς χάριν νόμου λέγειν. Varie a Scholiastis explicatur. simpliciter acceperim ibi ἕνεκα. χάριν. alioqui sane πρὸς χάριν τινὸς δικάζειν aliud significat.

P. 104. Vs. 19. Προσλαβόμενος ὑπὸ χεῖρα τὸν εὐνοῦχον κατεφίλησε] illud προσλαβόμενος fere eodem sensu, quo προσαγόμενος explicuimus L. II. VIII. 34. 4. & ἐπισπασάμενος. *Plutarch. de Garrul.* 508. D. προσελκόμενος ὡς φιλήσων.

P. 104. Vs. 19. ὑπὸ χεῖρα] an manum capiti inposuit, vel humeris, & ita eum vel caput ejus osculatus fuit. *Procop. Hist. Arc.* p. 133. Πατρίκιος μέν τις ἀνὴρ παρὰ μαζὸν αὐτοῦ προσεκύνει τὸν δεξιόν, βασιλεὺς δὲ αὐτοῦ καταφιλήσας τὴν κεφαλὴν ἐξῄει. nam adorandae purpurae ritus erat ejusmodi, ut patricii quidem ad dextram principis papillam adorarent, princeps

ceps eorum caput deoscula retur. vid. *H. Valesium* ad *Ammian. Marcell.* xv. v. 64. *Sophocl. Oed. Col.* 1191.

Καί μοι χέρ', ὦ 'ναξ, δεξιὰν ὄρεξον, ὡς
Ψαύσω, φιλήσω θ', ἢ θέμις, τὸ σὸν κάρα.

ibi enim *Cod. Vat.* τ' ἡ θέμις. vulgo τ' εἰ θέμις,

Xenoph. Apol. Socr. 706. D. τὸν δὲ λέγεται καταψήσαντα αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν εἰπεῖν, ἀλλὰ σὺ δὲ, ὦ φίλτατε Ἀπολλόδωρε *Lucilius*. L. xxix. 25. p. 79. *Hic me ubi videt, subblanditur, palpatur, caput scabit, pedes legit. Cod.* habet L. xxviii. & *scalpit*, & omittit duo ultima vocabula, forte non intellecta. vide L. viii. iv. 135 22.

P. 104. Vs. 23. Θέλω γάρ σε καὶ πεῖσαι] Hoc enim amantis est: non vi agere. unde ipse *Amor* ap. *Symmiam* πτερυγίῳ.

Ουτι γὰρ ἔκρινα βιάζειν, παράγω δὲ πειθοῖ.

ubi *Codd.* sex πραΰνω δὲ πειθοῖ. ne cetera tangam.

P. 104. Vs. 23. Εὐθὺς οὖν ἀνακλητικὸν ας τῷ βασιλεῖ εὐχαίρων ὡς] suspiceris sane ᾆσαι vel ᾄσας vel aliud tempus latere verbi ἀείδειν in syllaba ας. obvia locutio ἀνακλητικὸν ᾆσαι. sed quid de reliquis fiet? quis hic dativo locus? quis dixit εὐχαίρειν? an id placuit *Charitoni* ut L. v. 1. εὐελπίζειν. si modò id ibi verum. non puto. non magis quam ap. *Proclum Hymno in Musas* 24 εὐγνοίην. εὐκρίνας. *Iliad.* π. 199. & εὐπλήσας. π. 223. quod prius in *Clarkiana* mutatum, secundum non. vide *Animadv.* p. 49. in *apographo* ας τῷ linea subducitur. inter βασιλει & εὐχαιρων majusculum spatium. tamen puncta, solita defectus indicia, non comparent quisque pro suo sensu suppleat. forte εὐθὺς οὖν ἀνακλητικον ᾄδεται. βασιλεὺς μὲν ἔχαιρεν ὡς τὸ Καλλιρρόης θήρημα θηράσας καὶ Αρταξάτης δὲ ἔχαιρεν νομίζων. vide ad L. viii. ii. 130. 12.

P. 104 Vs 24. Θήραμα θηράσας] de utroque sexu *Xen. Memor.* 1. 715. B. Ἀλκιβιάδης θηρώμενος ὑπὸ γυναικῶν. *Max. Tyr.* xxiv. 5. ἀπὸ κυνηγεσίου τῆς Ἀλκιβιάδου ὥρας παραγινόμενοι. *Maneth.* v. 291.

Εὔθικτοι, πινυτοὶ, εὐσχήμονες, ἀρχικυνηγοὶ,
Οὐχὶ μόνον ζώων θηρήτορες, ἀλλὰ γυναικῶν.
Διοσολόγοι, δίγαμοι, δίγονοι θαμὰ, καὶ διπολῖται.
Φαινόμενοι. πᾶσιν καὶ μακαριζόμενοι.

ubi εὔθικτοι vertitur *lepide tangentes*. sane *cavillantes* magis perspicuum foret. vide *Cl. Salmas.* ad *Vopisci Carin* p. 796. & *J. H. Boeclerum* ad *Herodianum* L. iv. 7. 3. p. 192. bene ibi vindicantem istam vocem. porrò rescripsi θαμὰ pro θ' ἅμα. & πᾶσιν pro πάλιν. *Anthol.* 1. xxvii. 12. 38.

Παιδείῳ, Θρασύβουλε, σαγηνευθεὶς ὑπ' ἔρωτι
Ἀσθμαίνεις, δελφὶς ὥς τις ἐπ' αἰγιαλοῦ,
Κύματος ἱμείρων. δρέπανον δέ σοι οὐδὲ τὸ Πέρσεως
Ἀρκεῖ ἀποτμῆξαι δίκτυον, ὦ δέδεσαι.

Planudes pro prima voce, παρθενικῷ substituit. In *Palat.* Θρασύβουλε. sed ex alio nostram lectionem deprompsi. elegans non minus ἔννοια secundi distichi, quam illa *Horatiana*.

 Vix

Vix illigatum te triformi
Pegasus expediet Chimaera.

Auctor latet: sed melioribus epigrammatographis annumerandus. *Alciphron. Epist. Ined.* Πολλὰ μὲν ταῖς Νύμφαις, πλείω δὲ ἢ οὐκ ἐλάττω τῇ Ἀφροδίτῃ ἱκετεύομεν διδόναι τινὰ ἡμῖν ἐρωτικὴν ἄγραν. ubi paullo ante lege. Καὶ πᾶν οἷον καλοπτεύων τὰς Ναΐδας, ὑπερέκυπτεν. male ὑπερέκρυπτεν. & sic θηρεύειν dicimur alia, quae consequi studemus. *Aeneas Sophist. Ep.* 20. φίλως. ap. *Lucian.* de *Merc. Cond.* I. 663. ἡδονὴν θηρεύειν ad mentem eruditissimi de Lucianoque optime meriti *Gesneri* reponi posset, nisi θεραπεύειν aeque probum foret. qua locutione utitur ipse *Samosatensis Bis Accus.* II. 816. & alias. *Plato Phaedro* 233. C. ipsam locutionem habet. τὴν παροῦσαν ἡδονὴν θεραπεύειν. & saepe.

P. 104. Vs. 25. Νομίζων πρὸς ὑπηρεσίαν . . . . πη . .] ita *Apogr.* male typi τη dederunt. forte οὐ χαλεπὴν πεμφθῆναι. sed mox sequitur ᾤετο γὰρ τὴν πρᾶξιν ῥαδίαν. alium sensum, & convenientem dedit Interpres. tu comminiscere syllabas quadrantes.

P. 104. Vs. 15. βραβεύειν δὲ λοιπὸν ἅρμα βασιλικὸν] βραβεύειν hic est *regere. gubernare. administrare.* saepe in hac locutione vox ἡνίαι adhibetur. *Alciphr.* III. LXI. τὰς ἡνίας ἔχει τοῦ δήμου. *Aristoph. Equit.* 1104. *Plutarch. Numa* 138. *Arat.* 358. *Paullus Silent.* prologo in ἔκφρασιν S^tae^. *Sophiae* 128.

Οἱ τὰς πόλεις τάττοντες, οἱ τὰς ἡνίας
Ὅλων ἔχοντες καὶ λόγων καὶ πραγμάτων.

Lucian. Praec. Rhet. 13. τὰ τέθριππα ἐλαύνων τοῦ λόγου. elegantissimo loco *Plato* VIII. de *R. P.* 566. D. Ὁ δὲ δὴ προστάτης ἐκεῖνος αὐτὸς πόλεως, δῆλον δὴ ὅτι μέγας μεγαλωστὶ οὐ κεῖται, ἀλλὰ καταβαλὼν ἄλλους πολλούς, ἕστηκεν ἐν δίφρῳ τῆς πόλεως, τύραννος ἀντὶ προστάτου ἀποτετελεσμένος. sic Latini. *Incertus auctor Panegyr. Maxim. & Const.* C. XII. *Solus hoc, ut dicitur, potuit deus ille, cujus dona sunt quod vivimus & videmus, ut habenas male creditas, & cursum devio vectore turbatae tranquillitatis reciperet, rursumque dirigeret . . . statim igitur, ut praecipitantem rempublicam refraenasti & gubernacula fluitantia recepisti, omnibus spes salutis illuxit.* sic accipio *Manethonis* locum L. II. 371.

——— Μεγάλων φιλίην καὶ κέρδεα νωμᾶν.

de voce βραβεύειν egimus L. IV. v. 72. 7. qua significat, *dispensare. pro arbitrio constituere. tribuere. dare.* eam in *Manethonis* L. IV. 613. restituendam autumo. loco contaminatissimo legitur,

Ἀντιμεσουρανέων δ' ὁπόταν Κρόνος Ἄρεϊ λάμψῃ,
Θηροβόλου θανάτου φωσὶν κλωσθέντα βαρεῖαν.
Ab feris illatae mortis casum statuunt gravem.

videtur *Editor* legisse πλῶσιν. sic ἔκπλωσιν bis habes L. II. 482. sed an κλωσθέντα significat *statuunt?* κλωσθείς. *glomeratus. Parcarum colu netus.* legerim Θηροβόλον θάνατον φωσὶν κλωσθέντα βραβεύει.

Saturnus viris destinatam, fato debitam mortem largitur. constituit.

quod

quod sequitur ὧν σάρκας δαίσονται ὀρέστεροι ἠὲ λέοντες ostendit, φωσὶν viris, recte se habere. Astris tribuuntur κλώσματα. I. 202. VI. 239. et iis *Fata* sociantur. sic *Heliodor.* II. 106. οὐρανίη φωστήρων εἱμαρμένη περίοδος τρέπει τὰ καθ' ἡμᾶς. quod L. VII. 318. τὸ δαιμόνιον βραβεύει τὰ ἀνθρώπεια.

P. 104. Vs. 26. Μᾶλλον . . . . γὰρ] supple ᾤετο vel ἔδοξε vel simile quid.

P. 105. Vs. 1. Οὐκ ᾔδει δὲ φρόνημα Ἑλληνικὸν εὐγενὲς, καὶ σλ . . α τὸ τῆς Κ.] in *Apographo* vix definias, utrum σλ an ολ habeatur. forte καὶ τὸ λῆμα τὸ τῆς Κ. *Heliod.* VI. 285. sic φρόνημα & λῆμα conjungit. Χαρίκλεια οὖσα γυναίκα μὲν τὸ λῆμα, συνετὴ δὲ τὸ φρόνημα. ubi *Cod.* solito errore λῆμμα.

LIBRI SEXTI CAPUT QUINTUM.

P. 105. Vs. 3. Μόνος λαβόμενος, μεγάλων, εἶπε] credo non deterius fuisse futurum μόνην λαβόμενος. at L. IV. VI. 73. 22. dixit καὶ μόνος . . . εἶπε. de voce λαβόμενος vide annotata L. III. VII. 55. 1. & VI. II. 99. 19.

P. 105. Vs. 4. Ἀγαθῶν] Credideris respexisse *Achillis Tatii* verba L. VI. 367. ubi servus. ὡς εἶδε Λευκίππην μόνην· ἥκω σοι φέρων (φησὶ) σωρὸν ἀγαθῶν· ἀλλ' ὅπως εὐτυχοῦσα μὴ ἐπιλήσῃ μου. Mox noster p. 106. 5. ὅταν πλουτῇς, ἐμοῦ μνημόνευε. adscribit autem has sordes servili ingenio hac pagina, quando ait; εἴωθε γὰρ πᾶς δοῦλος κ. τ. λ. tamen & alii conferentes beneficia, vices se expectare quandoque indicant. *Geneseos* XL. 14. ita *Josephus* ad *Archipincernam.* Μνήσθητί μου διὰ σεαυτοῦ, ὅταν εὖ γένηταί σοι. vid. *Eurip. Heracl.* 889.

P. 105. Vs. 5. Πρὸς τὴν ἀρχὴν τοῦ λόγου περιχαρὴς ἐγένετο] *facili feminarum credulitate ad gaudia. Tacit.* XIV. *Ann.* 4.

P. 105. Vs. 6. Φύσει γὰρ ἄνθρωπος, ὃ βούλεται, τοῦτο καὶ οἴεται] sic L. III. IX. 58. 3. e contrario L. IV. 108. 73. 14. ζῆν μὲν οὖν Χαιρέαν οὐκ ἐπίστευε. τοῦτο γὰρ οὐδὲ ὅλως ἤθελεν. *Thucyd.* IV. 108. εἰωθότες οἱ ἄνθρωποι, οὗ μὲν ἐπιθυμοῦσιν, ἐλπίδι ἀπερισκέπτῳ διδόναι. ὃ δὲ μὴ προσίενται, λογισμῷ αὐτοκράτορι διωθεῖσθαι. vide *Heliod.* II. 129. VII. 389. *Theod. Prodr.* VI. 262. *Casaub.* ad *Lampridii Heliogab.* C. 3. p. 796. *Eruditiss. Abreschius* jam talia sparsit ad *Xenoph. Ep.* p. 84. & 86. in *Miscell.* Vol. XII. p. 509.

P. 105. Vs. 8. Ὑπισχνουμένη] nihil novandum. καὶ hic *etiam.* & ἀμείψασθαι pro *futuro.*

P. 105. Vs. 9. Ἀναλαβὼν] qui suum sermonem resumit. ὑπολαβὼν alienum sermonem excipere. vide L. VI. IV. 104. 11. *Th. Magistr.* in ὑποδέχεσθαι.

P. 105. Vs. 9. Ἀπὸ προοιμίων ἤρξατο] etiam ἐκ προοιμίων dicitur. *Theodor. Prodr. Amaranto* 438.

P. 105. Vs. 10. Καλῶς εὐτύχησας] id est, *bona fortuna es consecuta & adepta*. cum *accusativo*, notat ἐπιτυγχάνειν. *Eunap. Aedesio* p. 52. τί πότε ἄνδρας εὐτυχοῦντες τοιούτους. ut optime *Hadr Junius*. adstipulante *Cod. Barberiniano*. sic idem sive alius περὶ πρέσβεων p. 161. (p. 16.) εὐτυχεῖν δουλείαν. *Aristaen*. 1. 18. ἐρωτα φιλόκαλον εὐτυχοῦσα. *sortita*. recte. L. 11. 15. τὸν ἐμὸν σύνοικον εὐτυχοῦσα *potita* & ita L. 1. 19. optime *Celeber. P. Wesselingius* accipiebat vexatum frustra locum. εὑρήσεις γὰρ τινα ῥοπὴν εὐνοίας παρὰ τοῖς γεγεννηκόσιν εὐτυχοῦντας τοὺς εὐειδεστέρους τῶν παίδων aliud est quod apud Nostrum mox pagina hinc sequenti αὐτὸ τοῦτο εὐτύχηκας. ibi enim necessario κατὰ reticetur. aliud quod L. VII. II. 116. 3. δυστυχίαν ἐδυστύχησαν. etiam cum genitivo componitur, ut ap. *Eunap*. 32. ταύτης ὁ ταῦτα γράφων τῆς φορᾶς εὐτύχησεν. sic *Cod. Barberin*. vulgo ἐτύχησε. ubi paullo ante *Junii* correctio ἐπέτρεχε βαθὺ confirmatur.

P. 105. Vs. 11. ἀπ' αὐτοῦ ἐκαρπώσω] obvia notio verbi. plerumque in bonam, sed etiam in malam partem. *Lysias* p. 430. ἰδίᾳ καρποῦσθαι τὰς πόλεως συμφοράς. καρποὶ *utilitates*. *Demosth. de Cor*. 523. B. *Plat*. de L. L. 1. 636. B. *Conviv*. 187. D. *Xenoph*. H. H. 581. D. *Agesl* 656. D cui autem tam inquies est manus, ut pro ἀπ' αὐτοῦ rescripserit ἐπ' αὐτοῦ. id tamen ordine feceris ap. *Manethonem* II 477.

——— συναφὴν τεύχουσ' ἐπ' Ἄρηος:

ubi male ἀπ'. sed quod recte paullo antea

Καὶ δῆριν θνητοῖσι πόρεν κείνῳ συνιοῦσα.

Ἶσα δὲ καὶ συνιούσῃ ἀποῤῥείουσ' ἀπὸ Θούρου.

ubi vulgo δέσιν *ligationem*. quod aperte in metrum pugnat. δῆριν *bellum* hic quadrat. licet alioqui δέσιν. δεσμὰ εἱρκτὴν saepe memoret. si retinere velis, legendum καὶ δὲ δέσιν. male quoque συνιοῦσα ἀποῤῥείουσ' erat.

P. 105. Vs. 12. Οὐκ ἄνδρα, οὐ ἐραστὴν] vid L. VIII VIII. 143. 18.

P. 105. Vs. 12. Νησιώτην] In contemtu insulares homines. *Xenoph*. H. H. VI. 581. E. Καὶ χρήμασί γε δήπου εἰκὸς ἡμᾶς ἀφθονωτέροις χρῆσθαι, μὴ εἰς νησύδρια ἀποβλέποντας, ἀλλ' ἠπειρωτικὰ ἔθνη καρπουμένους. καὶ βασιλεὺς ὁ Περσῶν οὐ νήσους, ἀλλ' ἤπειρον καρπούμενος, πλουσιώτατος ἀνθρώπων ἐστι. ita *Andromache* apud *Euripidem* in cognomine tragoedia vs. 15. per contemtum dicitur

Τῷ νησιώτῃ Νεοπτολέμῳ δορὸς γέρας Δοθεῖσα.

Gorgias Sophista ap. *Lucianum Praec. Rhet*. 9. nomine Νησιώτου contemtim compellatur.

P. 105. Vs. 13. Τί σοι γέγονεν] τὰ γιγνόμενα *fructus. proventus. reditus*. γέννημα de τόκῳ dici docet *Schol. Aristoph. Nub*. 1289. obvius usus.

P. 105. Vs. 14. Ποίαν χώρην ἔχεις; τίνων πόλεων ἄρχεις;] ita hae periodi potius fuissent ab auctore collocandae. *Regiones & urbes* reginis & concubinis a regibus Persicis possidendae regendaeque donabantur. veniebant autem nomine κόσμου. *ornatus alicujus*. in *redimiculum*. in *calceos*.

in

in *crines*. apud nos ita feminis conceditur certa summa in acus vestiarias. *speldegelt*. & inde forte periodum τινὰ κόσμον πολυτελῆ interposuit inter χώρας & πόλεις. *Herodot*. IX. 108. *Cl. Hudchinf.* ad *Xenoph*. K. A. I. p. 40. *Cl. Wesseling*. ad *Diodor*. I. 52. mox ἔχουσαι. εμηλήθης calami lapsus in apographo.

P. 105. Vs. 16. θεραπαινίδας] in contentum. dicitur etiam θεραπαινίδιον. quod restitue *Alciphr*. I. XXXVI. 158.

P. 105. Vs. 17. εἰς πάντα] πάντως. ap. *Philonem* de *Monarch*. L. II. 224. legebatur εἰς πάντα *Mangeijus* reposuit εἰσάπαν. tamen e *MSS*. sic εἰς πάμπαν. *Maneth*. VI. 271. vid. L. I. *Animadv*. p. 84.

P. 105. 19. Ἡδέως σε εἶδε] id est. *amore tuo captus est*. *Plutarch*. *Erotico*. 760. C. ἡδέως διατεθεὶς πρὸς τὴν ἄνθρωπον. *Appulej*. III. *Milef*. 53. *cum scitulae formulae juvenem libenter adspexerit*. sic *Cod*.

P. 105. Vs. 21. συνιςᾶν] *Auctor Soloecistae* T. III. 570. ἀφιςᾶν improbat. *Graevius* ibi nostri infinitivi exemplum adfert. *Artemid*. II. 47. 141. ἀνιςᾶν. *Xenoph*. *Eph*. III. 49. de sententia modo actum VI. V. 105. 5.

P. 105. Vs. 21. ἴδιον κέρδος] nempe *fumum* vendebant: id est, gratiam & auctoritatem suam apud principem. vid. *Lamprid*. *Alex*. *Severo*. 36 & 45. *quod genus hominum* [eunuchorum] ... *ut habeant*, *unde vel gratiam vel pecuniam requirant*.

P. 105. Vs. 22 ὥσπερ ὑπὸ ξίφους, τοῦ λόγου] de usu hoc L. I. XIII. 19. 8. *Ammian. Marcell* XXX. V. 461. *ille verbo tamquam telo perculsus*.

P. 106. Vs. 2. Τὸν μέγαν βασιλέα] *Plato* L. III. de R. P. 695. βασιλεὺς ἐν Πέρσαις οὐδεὶς πω μέγας γέγονεν ἀληθῶς, πλήν γε ὀνόματι.

P. 106. Vs. 3. Σικελίαν] Nempe Artaxerxes τῆς γῆς ἁπάσης κύριος; mox ipsi Callirrhoae dicitur: non mirum igitur si aulicum hoc pecus, ex adulatione coecum, hero suo terras subjiciat ipsi nequidem parentes. *Siciliam* nominavit apte: qui *Siciliam* ei possit donare, idem ipsam etiam ea arcere potuerit. spem reditus sic aliquam movet.

P. 106. Vs. 4. Θύε] *Achill*. *Tat*. VI. 387. Τί κλάεις; ἀνάστηθι καὶ θύε ἐπὶ τοῖς εὐτυχήμασιν Ἀφροδίτῃ. μνημόνευε δὲ κἀμοῦ.

P. 106. Vs. 5. Καὶ νύττε, ὅπως] *punge*, *irrita ad amorem*. κνίζειν. δάκνειν. κινεῖν. eadem fere ratione occurrunt. sane haec vocabula quoque in aliquantum deteriorem sensum adhibentur. sic *Diodor*. XIII. 58. νυγμοὺς εἰς τὴν ψυχὴν λαμβάνειν. ita ap. *Porphyr*. de *Abst*. I. 97. νύττειν & λυπεῖν sunt synonyma.

Verum νύττειν etiam de *voluptatem* creantibus dicitur. *Epicurus* inter voluptates γαργαλισμοὺς καὶ νύγματα numerabat. vide *Athenaeum* L. XII. XII. 546. E. vid. *Platon*. *Philebo* 46. E. 47. A. *Aristoph*. *Pluto*. 784.

Νύτ-

Νύτλεσι γὰρ καὶ φλῶσι τ' ἀντικνήμια.

ubi sane cum *Casaubono* ad *Theophrasti Char.* XIX. agnosco *adulandi* studium. de quo ipse ad *Athen.* VII. XI. sed simul illos adulatores & parasitos prae nimio studio & adulatione potius dolorem quam voluptatem & jucundam titillationem regi suo attulisse. quemadmodum coronis & lemniscis ingerendis saepe suffocationis periculum principibus intulerunt. de qua re L. III. VIII. 56. 21. *Ael. Lampr. Heliog.* 21. νύττειν ita ap. *Lucian. Ep. Saturn.* III. 417. ἔνυξαν τὴν χεῖρα παιδός. quod in *Convivio* III. 428. dicit ἀπέθλιψεν. utrumque de ἐραστῇ.

Alia verba, ut coepi dicere, in eandem sententiam adhibentur. *Plato* V. de R. P. 474. D. πάντες οἱ ἐν ὥρᾳ τὸν φιλόπαιδα καὶ ἐρωτικὸν ἀμηγέπῃ δάκνουσί τε καὶ κινοῦσι. *Herodot.* VI. 62. Ἀρίστωνα ἔκνιζε ὁ ἔρως. *Xenoph. Conviv.* 884. E. τόν τε ὦμον πλεῖον ἢ πέντε ἡμέρας ὤδαξον, καὶ ἐν τῇ καρδίᾳ ὥσπερ κνῆσμα τι ἐδόκουν ἔχειν. conjungit *Philo* de *Special. legg.* p. 301. γαργαλισμοὺς, ὀδαξισμοὺς καὶ κνησμούς. ne quis ultimam vocem sollicitet. vid. *Schol. Theocr.* VI. 25. apud *Aristoph. Thesmoph.* 170. legitur.

Εμπεροφόρουν τε καὶ διεκίνουν ἰωνικῶς.

κινεῖν in hac re locum habere vidimus ex *Platone*. at etsi διακίνουν hic ad sensum satisfacit, nimirum quo Latinis *motus Ionici* celebrantur, metro tamen repugnaret. nam *Aristophanes*, quantum animadverti, nusquam Ἰῶτα nisi pro vocali adhibet, & sic syllaba longa abundaret. an igitur διέκνων vel διεκνῶντ'. auctoritatem τοῦ διακνᾶσθαι habes ap. *Hesych.* alio sensu. προσκνήσασθαι turpiculo sensu ap. *Max. Tyr.* XXVI. 8. ut διακναίω. Videas jam, an νύτλε ὅπως ex his huic loco convenire decernendum putes. Mihi aliquando in mentem venit, an non legendum Κάνυτλε ὅπως. *fac. perfice. festina. operam nava.* vid. *Aristoph. Plut.* 413. Μὴ νῦν διάτριβ'. ἀλλ' ἄνυε πράττων ἕν γέ τι. ἀνύσας ita saepe de eo, qui festinanter aliquid peragit. & ἀνύτειν vel ἀνύτλειν in *amoribus* saepe. vide *Platon. Symp.* 217. C. *Lucian. Asin.* p. 618.

P. 106. Vs. 6. Καλλιῤῥόη μὲν τὸ μὲν πρῶτον] saepe dicitur τοπρῶτον. verum saepissime quoque interponitur aliqua particula. δὲ. μὲν. uti ap. *Xenoph.* IV. *Memor.* 816. D. *Plut. Alex.* 63. *Diod.* XIV. 60. 79. & 70. 71. ita τὸ μὲν πλεῖστον. τὸ δὲ πλεῖστον. illa particula crebro quasi pro nihilo habetur, & iterum proinde etiam aliud μὲν vel δὲ orationi sine noxa adjicitur, ut hic & L. III. IV. 49. I. ἐπὶ μὲν τὸ βῆμα . . . κάτω δὲ στὰς τὸ μὲν πρῶτον. etiam alias creberrime abundat illud μὲν & similia orationis explementa. *Noster* non deficit exemplis. L. VII. II. 116. 20. τῷ μὲν Αἰγυπτίῳ

γυναῖκι τὰ μὲν ἄλλα προκεχωρήκει. L. III. VIII. 56. 22. Διονύσιος μὲν ὖν πάντων μὲν. ubi jam aliquot exempla suggessimus. *Isocr. Paneg.* 53. B. οἱ πρόγονοι μὲν . . . κατῆλθον μὲν. apud *Athenaeum* XV. II. 667. D. ἦν μὲν γὰρ αὐτῷ κοτλαβῦντι μὲν χάρα. *Xenoph.* v. *Memor.* 865. C. de *Venat.* 999 A. οἱ μὲν ἄριστοι αὐτῶν γινώσκονται μὲν. *Lysias* p. 28. Ἀμάζονες μὲν γὰρ, Ἄρεος μὲν τὸ παλαιόν. ubi, *Codices* quia variant, malim legi, Ἀμάζονες μὲν γὰρ, Ἄρεος τὸ μὲν παλαιόν. ap. *Plutarch. Sertor.* 330. μὲν abundans delendum censent. ap. *Diod.* XIV. 58. 10. immerito μὲν proscribit *H. Stephan.* idem L. III. 14. 27. ὁ μὲν χρυσὸς γῆθεσιν μὲν. ap. *Herodot.* VI. 101. ἐπιπεσὸν μὲν ἐπὶ ἑξημέρας πολλοὶ μὲν ἀμφοτέρων. ubi V. D. semel μὲν exsulare jubet, licet non ignarus *Graecos cupide hanc particulam geminasse in una periodo. Heliod.* VII. 349. στοχαζομένη μὲν ὡς συνίησι μὲν. ita *Cod. Taur.* L. II. 112. Καὶ διελθόντος εἰς τὰς μὲν ἀρχὰς ἐκ τῶν ἄκρων μὲν τῆς Αἰθιοπίας. ubi credo temerariam manum secundum μὲν delevisse. nam *Vat. & Taur.* agnoscunt.

Ita in aliis voculis usu venit. sic ap. *Platon. Phaedro.* 242. C. ὡς δή τι, ὦ ἑταῖρε, μαντικόν γέ τι καὶ ἡ ψυχή. *Lucian. Saturn.* III. 389. Οἴει γάρ τι . . ὑγιές τι. ubi licet similis abundantia in *Diodori* L. XI. 45. innotuerit tamen alterutrum τι delendum videtur annotatori. tamen forte jure. nam alterutrum illud τι neque in *Stephaniana*, neque *Wecheliana*, neque *nuperrima* comparet. ap. *Eunap.* 6. ἀλλ' ἦν τι θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων μέσον. ubi *Barberin.* τι θεῶν, τὶ καὶ. *Plato Timaeo.* 26. B. ὥστε οἷον ἐγκαύματά μοι ἀνεκπλύτε γραφῆς ἔμμονά μοι γέγονε. ubi *H. Stephanus* non audet merito delere. In *Lucae Euang.* XXIII. 51. temerarii magis deleverint in his repetitam voculam καί. Ὃς καὶ προσεδέχετο καὶ αὐτὸς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ. Liceretne huc advocare praeceptum *Demetrii Phalerei* §. LIII. Χρὴ δὲ καὶ τοὺς συνδέσμους μὴ μάλα ἀνταποδίδοσθαι. Οἷον τῷ Μὲν συνδέσμῳ, τὸν Δέ. μικροπρεπὴς ἡ ἀκρίβεια. ἀλλὰ καὶ ἀτακτοτέρως πως χρῆσθαι. si hic non locum habuerit, utile fuerit multis in locis ad Criticas manus coercendas. sed taedet aranearum.

P. 106. Vs. 6. Τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξορύξαι] feminarum arma *ungues. Val. Flacc.* VII. 294.

> *Vix animos dextramque tenens, quin ipsa loquentis*
> *Iret in ora Deae.*

Donat. ad *Terentii Eunuchum* IV. VI. 2. *in oculos maxime saevire feminas & Tragoediae omnes & Comoediae protestantur.* quem Grammatici locum cum aliis adplicuit *J. Pricaeus Appulejo* VIII. *Metam.* p. 428. 431. verum enim vero iniquior est haec censura in mitiorem sexum. Quid

Bbbb non

non ipse imperator Alexander Severus, teste *Lampridio* C. 17. *si umquam furem judicem vidisset, paratum habebat digitum, ut illi oculum erueret.* quid non *Maximinus*, narrante *Capitolino Julio* C. 17. *oculos filio adolescentulo sustulisset, nisi de medio recessisset.* vide *Cl. Salmasium* ad priorem locum. diximus quaedam L. III. x. 60. 12. in *Apogr.* hae deliciae. αὐτὴ. ὅμοια. χαλεπαίνει. hoc dubie.

P. 106. Vs. 7. Φρενήρης] *Herodot.* v. 42. οὐ φρενήρης ἀκρομανής τε.

P. 106. Vs. 9. Κατειρωνεύσατο] vide L. II. x. 37. 17. ubi cum *accusativo.* ita *Demosth.* in *Timocr.* 783. E. καταψηφίσασθαί τινα pro τινός. vide L. I. v. 9. 10. verum possunt esse scribarum errores.

P. 106. Vs. 9. Μὴ γὰρ οὕτω μαινοίμην ἵνα] ita aliquando ἵνα utitur. vide L. III. I. 40. 4. ap. *Lucian. Phalar. Pr.* p. 197. μὴ ἂν οὕτως μανείην, sequitur ὡς. *Heliod.* VI. 292. μὴ οὕτω μοῦ, φησί, ποτε ἐπιθυμία κρατήσειεν, ὡς. sic *Cod.*

P. 106. Vs. 11. Μὴ ὂν] ne cogites de Μὴ οὖν. millies hae particulae junguntur.

P. 106. Vs. 14. Ὑπέρριψας] sic *subjectus*, *subditus* regi dicitur. *Max. Tyr.* ὁ τοῖς νόμοις ἑκὼν ὑπορρίψας ἐλεύθερος. ne sensum τοῦ παραρρίπτειν vel τοῦ ὑποτιθέναι hic suspiceris, qui ap. *Xen. Eph.* II. 22. ὑποτιθέναι ἑαυτὸν λῃστῇ. vid. *Miscellanea nostra* T. x. 345. ubi fere *Codex* ad mentem *Cl. Hemsterhusii* ἧκον εἰς & ὦ πατρὶς φιλτάτη. deterior sensus in *subjicere* ap. *Justin.* IX. VI. 6. *Non suae tantum, verum & convivarum libidini, velut scortum vile, subjecerat.* sic antiquissimus meus *Codex.* alter nihil deterior *vile* habet in ora. recentior *scortorum jure.*

P. 106. Vs. 17. Μὴ καὶ διαβαλεῖ] jam antea futurum post Μὴ observavimus, credo. vid. ad *Aristoph. Plut.* 623. & *Miscell* XI. III. 15.

P. 106. Vs. 17. Ἀπέδραμον] *Virg.* VI. *Æn.* 472. de *Didone.*

Tandem corripuit sese atque inimica refugit
In nemus umbriferum.

Philo de *L. L. Special.* p. 328. 20. οὐκ ἀποδραμεῖται, τὰ αὖτ' ἐπιφράξασα. *Alciphr. Ep. inedita.* ἀπέπλυσε γὰρ ἡμᾶς, καὶ ἀκαθάρτους εἰσιὼν ἀπεσφάφη. sed tu lege ex codice ἀπεφθάρη. vide *Animadv.* p. 306.

LIBRI

LIBRI SEXTI CAPUT SEXTUM.

P. 106. Vs. 20. Καταλειφθεὶς] ita edere non dubitavi, licet *Apographum* καταληφθεὶς ſiſtat. *Xen.* K. A. III. 293. D. μόνοι καταλελειμμένοι. vix alia verba toties commutata inveneris. & ſaepe ita collocata, ut dubiam optionem faciant. Solus *Thucydides* aliquot decadas ſuppeditarit exemplorum. L. VII. 31. Μέρος δέ τι καὶ ἐν τῇ πόλει αὐτῇ δι' ἁρπαγὴν ἐγκαταληφθὲν ἀπώλετο. ibi *Cod.* Regius ἐγκαταλειφθέν. non per *rapinam* ibi *pars capta*, ſed *relicta erat*, quia *occupati in rapto*. & ſic jure L. VIII. 23. καταλειφθεῖσαι praefert *praeſtantiſſimus Dukerus*. vid. *Diod* XX. 67. nec quid mutem in *Plutarchi Rom* p. 56. e contrario ap *Xenoph*. III. K. A. 312. B. in *Cod. regio* vitioſe προκαταλελειμμένην pro προκατειλημμένην. vid. *Artem.* II. 9. 91. ubi recte *Rigaltius*. in *Heliod.* IX. 458. recte editur Τί γένοιτο βασιλικώτερον τοῦ μὴ λειφθῆναι [*Taur* male ληφ.] τὴν ἐμὴν μεγαλοψυχίαν τῆς τούτου φιλοπλουτίας. ubi vertendum fuerat *ſuperari. relinqui poſt*. ſic μάχῃ λειφθεὶς recte *M. Solanus* ap. *Plutarch. Pomp.* 512. pro ληφθεὶς repoſuit. in inſcriptione Sicula ita accipiendum vocabulum λιφθεὶς, de qua ſcriptura actum p. 235. *Animadv.* eam *Gualterus* aliter in *prima Editione* p. 27. aliter in *ſecunda* p. 6. edidit. a quo *Muratoriana* ἔκδοσις rurſus abit p. DCLIX. En *ſecundae* formam

	ΠΑΦΙΑΝΟΣ ΠΑΦΙ	*Paphianus Paphi*
	ΟΣΤΗΛΥΠΟΓΗ	*us ſub hoc ceſpite*
* λελιμαι. prima κωμαι. Mar.	ΛΕΛΙΜΕ * ΚΩΜΩ	*ſolutus ſum comi*
	ΔΟΣ ΛΙΦΘΕΙΣ	*cus relinquens*
† Ζανίων. Mar.	ΤΟΝΒΙΟΤΟΥ † ΣΤΕ	*vitae co-*
	ΦΑΝΟΝ	*ronam.*

Duo eſſe pentametra puto, ſic autem legenda.

Παφιανὸς Πάφιος τῇδ' ὑπὸ γῇ λέλυμαι
Κωμῳδὸς λειφθεὶς τὸν βιότου στέφανον.

Paphianus Paphius hic ſub terra ſolutus (jaceo)
Comoedus, victus quod ad vitae coronam.

λείπεσθαί τινός τι proba locutio. ne duo pentametra offendant inſpice

Vann. Criticam C. VII. 186. pro λέλυμαι, ut *Gualt.* in *secunda* legit, posses etiam κέκλιμαι. *Murat.* Ζώντων est interpretamentum. *Comicus* hic se dicit non victum in *agendo*, sed in *vivendo* a ceteris sibi superstitibus.

Haec crebra horum verborum mixtura, cujus parco plura exempla adponere, permovisse videtur *Is. Casaubonum*, ut in *Strabonis* L. V. 360. C. ubi agitur de *Cloacis Romanis*, suspicatus fuerit pro ἀπολελοίπασι reponendum esse ἀπειλήφασιν. at scriptura horum vocabulorum nimis distans non adeo proclivem mutationem admittit. deinde credo publicae lectioni suum & optimum & necessarium inesse sensum. ita se habet locus. Οἱ δὲ ὑπόνομοι . . . ὁδοὺς ἁμάξαις χόρτε πορευτὰς ἐνίας ἀπολελοίπασι. *cava subterranea . . vias vehibus* [*foeno oneratis plaustris*] *permeabiles nonnullas reliquerunt.* considerandum de operibus *fornicatis* agi, nec latitudinem solam, sed etiam altitudinem sive profunditatem fornicum miraculo esse. nam *vehis foeni* non adeo in latitudinem, quam altitudinem exstrui solet, si multum oneris receptura sit. unde *Plinius* H. N. XXXVI. XIV. p. 743. de iisdem locutus: *vehem foeni large onustam transmitti posse.* & re vera illae cloacae hodieque superstites rem exaggeratam esse nihil etiamnum commonstrant. jam quomodo perspicue magis *Strabo* potuerit latitudinem & altitudinem horum operum exprimere, quam si dicat tantum *vacuum* fuisse relictum, ut *vehibus onustis* pertranseuntibus hi cuniculi undique paterent. sic loquuntur optimi scriptores. *Herodot.* I. 174. τὸ μέσον δὲ τῶν οἰκημάτων ἔλιπον τεθρίππῳ περιέλασιν. VI. 77. ἀπολιπεῖν μεταίχμιον.

Jam sive dicas cum *Casaubono* ἀπειλήφασι. sibi *absumunt. insumunt. occupant.* sive, ἀπολελοίπασι. *vacuum relinquunt spatium curribus pervium.* eodem redit. & ad altitudinem respectum fuisse factum, colligi licet, quia speciatim de *vehe*, non de quovis *plaustro onerato*, sermo fiat. Ubi *altitudo* in rationem non venit, verum modo *latitudo*, dicit p. 377. C. ὡς ἀνοιχθείσης ἐναντίοις ζεύγεσι πορευτῆς. locutus de via subterranea Neapoli Puteolos ducente. sic qui murorum latitudinem Babyloniorum describunt, non opus habent, ut de onustis curribus vel vehibus exemplum capiant.

Magnum sane & modestum hunc Criticum rarissime supervacuis conjecturis indulgere fatendum est, quippe qui caveret, eruditionis vel ingenii ostentandi gratia, judicandi facultatem prostituere.

P. 106. Vs. 21. Καταξιωθεὶς] *Siculus Diodorus* & alii utuntur.

P. 106. Vs. 23. Ἀλλὰ διελέχθη] rursus reticuit ὅμως, securus sciolorum censurae. vide L. III. IV. 50. II.

P. 106. Vs. 24. Καταπροδιδόναι τὴν ὑπηρεσίαν] verbo utitur inter alios *Herodot.* VII. 157. rursus autem in tertio elemento vocis ὑπηρεσίαν pro

υ. fuisse

ῃ fuiſſe ει videtur. καθυπηρετεῖν habet *Euſtath. de Iſm.* & *Iſm.* IX. 357. mox *Apogr.* οὐκ pro οὐχ.

P. 106. Vs. 25. βαρυθυμοῦσαν] At *Athenaeus* L. XIII. p. 556. B. παρὰ Πέρσαις ἀνέχεται ἡ βασίλεια τοῦ πλήθους τῶν παλλακίδων. ut obſervat *B. Briſſonius* de *R. P.* I. 165. at non ſemper. ut vel Amaſtridis exemplum inſigne probat. nec deſunt alia. vide *Herodot.* IX. 109.

P. 107. Vs. 3. Καθ' ἑαυτὴν] *Sola.* haec notio agnoſcitur a *Schol. Iliad.* A. 271. *Aeſch. Prom.* 889. & obvia eſt. aliam tetigi ſuperius.

P. 107. Vs. 3. Προεμαντευόμην] reſpicit L. V. I. 79. 24.

P. 107. Vs. 4. Ἔρρωσο πάτερ] *Xen. Eph.* II. 22. in codice. Ὦ πάτερ, ἔλεγον, ὦ μῆτερ, ὦ πατρὶς φιλτάτη, καὶ οἰκεῖοι καὶ συγγενεῖς.

P. 107. Vs. 6. Τέθνηκεν] potuiſſet τέθηκα. ſed vide L. I. VI. 10. 23. cur notabo ἔρρωσο & mox βουλεῦσαι ex *Apographo?*

P. 107. Vs. 8. Ἀνῃρέθην] Interpres dederat *ſublata.* verti *occiſa.* reſpicit *ictum calcis.*

P. 107. Vs. 10. Παρέστην δικαστηρίῳ] ita in *Actis Apoſt.* XXVII. 24. ad *Roman.* XIV. 10. & ap. bonos alios ſcriptores.

P. 107. Vs. 13. ἣν οὐκ ἤνεγκε] Zelotypiae ceſſit, reſiſtendae non par fuit. vir, & *Graecus homo* : *qui inter homines ſunt maxime homines*, ut *Plinius* in *Epiſtola* XXIV. L. VIII. ex eleganti *Godl. Cortii* reſtitutione. quem, ſi fata maturiorem & longinquiorem indulſiſſent vitam, merito Germania ſuis in critica arte principibus viris adcenſuiſſet.

P. 107. Vs. 14. δέσποινα βάρβαρος] quam humani in ſervos Graeci, praecipue Athenienſes, tetigimus L. I. V. 9. 5. Barbaros θυμωδεστάτους eſſe conſtat. *Plut. Artax.* 290. φύσει βάρβαρος καὶ βαρύθυμος. vid. IV. VII. 75. 12.

P. 107. Vs. 14. ἄγε δὲ] cur reſcribes δὴ? vide *Eurip. Troad.* 1011.

P. 107. Vs. 16. ἀλλὰ μήπω] *Plato Symp.* 187. D. οἱ μήπω ὄντες. *Soph. Phil.* 957. Ὄλοιο μήπω, πρὶν μάθοιμ' εἰ καὶ πάλιν. ubi male *Vat. Cod.* μήπω. ſic οὔπω. vide *H. Stephanum* in *Lexico.* & L. I. XII. 16. 25.

P. 107. Vs. 16. Παρ' εὐνοῦχον] adde hoc exemplum dictis ad initium Libri hujus vs. 3.

P. 107. Vs. 17. ἂν δὲ . . ἄν τι] & haec abundantia ſaepe male feriatos offendit. ſed ſatis vindicata. vide tamen. *Ariſtoph. Plut.* 485. *Soph. Antig.* 473. *Eurip. Electra.* 543.

P. 107. Vs. 23. Μικράλτιοι] ap. *Plinium Ep.* II. II. etiam noſter *Codex* habet μικράτιος, ut recte pro φιλάτιος edidit *Cortius.*

P. 107. Vs. 24. λάλοι] hoc Athenienſibus in primis exprobratum, turpe & odioſum in viro vitium. vide L. I. XI. 16. 2.

P. 107. Vs. 24. περιβόητον αὐτῷ ποιήσουσι τὴν πρᾶξιν] V. E. αὐτοί. an non

 ἐκεῖνοι.

ἐκεῖνοι sic usitatius foret. an fuit ἄφνω. pronuntiarunt αυτῷ ut *asto*. sed αὐτοὶ sunt *Callirrhoe*, *Dionysius* & *Chaereas*, ad quos hoc negotium spectat.

P. 108. Vs. 1. Τὴν βασιλίδα εὐμορφοτέραν ἐποίησεν ἡ δίκη] quod L. IV. VII. 76. 11. dicit Καλλιρρόην ἐνδοξοτέραν ἐποίει ἡ τῆς δίκης διήγημα. id rationem habet. sic *Alciphr.* I. XXXI. 128. Τὴν γὰρ δίκην σοὶ ἡ πρὸς εὐτυχίαν γεγονέναι νομίζω. διαβόητον γὰρ . . πεποίηκεν.

At quomodo lis Statiram pulcriorem reddiderit, quae ipso rege fatente, L. VI. III. 102. 14. Callirrhoae cedit, exputare nequeo. An Statira magis formam excoluit, ut Callirrhoe comparuit, ne ab ea sua exstingueretur pulcritudo? si hoc velit, obscurius dictum.

P. 108. Vs. 1. Δόξης . . . παρέμισγε τὴν παλινῳδίαν] forte deest ἐπαίνῳ vel παραινέσει. *gloriae vel bonae famae laudibus*, *commendationi*. vel προφάσει.

P. 108. Vs. 2. Αποςρέψαι] an non satis vehemens verbum? sufficeretne ἀποτρέψαι, quod magis suasoriis verbis quam rebus fit. vid. Cl. *Wessel.* ad *Diod.* XVII. 9. sic διετράπη ap. *Demosth.* in *Aristog.* *Pr.* 842. C. Vidimus haec verba confusa L. IV. V. 72. 11. ap. *Joseph.* III. *Ant. Jud.* I. 5. εἰς μετάνοιαν ἐπέτρεψε. at duo *Codd.* ἐπέςρεψε. sic turbatur ap. *Diodor.* II. 23. *Demosth.* de *Cor.* 522. D. vid. *Celeb. J. Alberti* ad *Euang. Joann.* II. 15. ἀποςρέφεσθαι est *aversari*. *Sallust. Phil.* XIII. 88. τοῖς κακοῖς. sed melius τοὺς κακούς. ut p. 89. occurrit.

P. 108. Vs. 3. Ελαφρῦναι] Hoc verbum Charitonem sortiatur auctorem. leviter corruptum in *Apogr.* ἐλαφροῦναι.

P. 108. Vs. 3. Διακονίας] vid. *Ulpian.* ad *Demosth.* in *Timocr.* 803. D.

LIBRI SEXTI CAPUT SEPTIMUM.

P. 108. Vs. 4. Νυκτὸς γνοφερᾶς ἀνεχάζετο] *Val. Flacc.* VII. 2.

> *Noxque ruit, soli veniens non mitis amanti:*
> *Contigit aegra toros & mens incensa tenebris.*

Tacit. Ann. XI. 37. *Propinqua nox & uxorii cubiculi memoria timebantur.* vid. L. IV. VI. 74. 26.

P. 108. Vs. 5. Ὁ ἔρως αὐτὸν ἀνεμιμνήσκετο] Usus requireret ἀνεμίμνησκεν. vide ad *Luciani bis Acc.* II. 186. ubi docemur ap. *Aristoph.* in *Plut.* 21.

τυπτ-

τυπήσεις esse posse *secundam personam futuri medii*. Occurrunt saepe verba in media vel deponenti forma, quibus activa est communior. vide ad L. VIII. VIII. 143. 4. & VII. V. 122. 14. talia potius animadvertenda, quam mutanda, praecipue in serioris aetatis scriptoribus. ὑπομιμνήσκεσθαι corrige ap. *Eunap*. 68.

P. 108. Vs. 6. Τὸ βάδισμα] quantus in eo decor declarabit *Pricaeus* ad *Milesia Appuleji* p. 642 & 672. porro mox bis corrige οἷα. nimis fideliter adhaesum *Apographo*.

P. 108. Vs. 7. Πῶς ἐλάλησε; πῶς ἐσίγησε; πῶς ἥδετο; πῶς ἔκλαυσε;] nempe L. V. VIII. 91. 21. cum subito adparuisset Chaereas, ἥδετο. inde χαρὰ inter πάθη tum excitata numeratur. sed illa χαρὰ forte Mithridati tribuenda, cui συνέχαιρον. Vix credo gavisam adeo Callirrhoen ad conspectum Chaereae, quam stupefactam fuisse. vel saltem non ita diffuso vultu, ut novus decor inde faciei accesserit. Quorsum haec! suspicor legendum ᾐδεῖτο. *quam decenter erubescebat*! nempe quando regis, adsessorum & ceterorum oculos in se defixos unam sentiebat. *Aelian*. V. H. XIII. I. p. 845. Τί δὲ οὕτως ὡραῖον γένοιτο ἄνθος, ὥσπερ οὖν καλὸν ἢ τὸ πρόσωπον αἰδεῖσθαι πεπαιδευμένης παρθένου. *Ovid. Art*. I. 126.

Et potuit multos ipse decere pudor.

I. Amor. VIII. 35.

Erubuit. decet alba quidem pudor ora.

II. *Amor*. V. 4.

His erat, aut alicui color [pudentis] ille simillimus horum.
Et numquam casu pulcrior illa fuit.

Tamen quia ἥδετο & ἔκλαυσε videntur opponi, non ultra suspicionem progredior. at quam κλαίειν deceat pulcras feminas non sine ineptiis docet *Achill. Tat*. IV. 373.

Apud *Artemid*. II. 61. 184. legitur. ἀνδρὶ δὲ μὴ κακοῦργῳ, θηρίον βαστάσαι σημαίνει, καὶ [hoc potes delere] εἰ μὲν βαρύνοιτο, δηχθῆναι καὶ ἀποθανεῖν· εἰ δὲ μὴ, αἰδούμενον ἀποθέσθαι καὶ μὴ διαφθαρῆναι. ubi interpres ἡδόμενον vel ἡσθησόμενον pro αἰδούμενον legit. sed non opus. at in eodem capite legendum. ἔοικε γὰρ ὁ μὲν βαστάζων συναραμένῳ τινὶ καὶ εὐεργετοῦντι. ubi nunc συναιρουμένῳ. idem vitium tolle L. III. 9. p. 168.

P. 108. Vs. 13. Εἶχον δορυφόρους] *Lucian. Phal*. p. 190. γυναικῶν ἀπαγωγαί. δορυφόρων ἐπιπέμψεις. vocat *Zonoras* L. IV. *Ann*. 133. πελεκυφόρους. utrum mos fuit mutatus, an more Romano loquitur?

P. 108.

P. 108. Vs. 14. Ὀυδενὶ γὰρ ἔξεστιν ἀντειπεῖν βασιλέως κελεύσαντ☉·] Casus genitivus absolutus. quo de L. III. II. 44. 25. voluntatem ita absolutam etiam praeter Persicos alii tyranni sibi vindicarunt. *Ammian.* XXI. XV. 223. *nec enim dissuadere palam audebat quisquam aut vetare.*

P. 108. Vs. 15. Διαχρούσεται] *repellendo evitabit. Hesych.* διαφεύγειν. *Demosth.* πρὸς Βοιωτὸν. περὶ ὀνομ. 1007. A. verum abunde princeps Lexicographorum Stephanus vim verbi declaravit.

P. 108. Vs. 16. τοῦτο δὲ] per pleonasmum illud τοῦτο omnia praecedentia complectitur: vide ad *Luciani Dial. Marin.* T. I. 296. & ad *Sueton. Aug.* LXVIII. a viris doctis notata.

P. 108. Vs. 16. Θεραπεῦσαι] ita ἰάσασθαι ap. *Heliod.* VI. 298. ἔγνωσαν μεγάλα τολμήματα μείζοσιν, εἰ δύναιντ', ἰάσασθαι. ita *Cod. Taur.* ita *Isocr. Paneg.* 64. D. quod jam ibi primaria editio agnovit. *Plat.* de L. L. VI. 758. C. 771. D. *Lysias* 406. In *Heliod.* vulgo ὠνήσασθαι. quod non spernendum adeo pro ἐξωνήσασθαι. sic ἐκπρίασθαι *Lysias* utitur p. 450. an ex talibus & aliis de secunda editione *Heliodori* cogitabimus, quod viri egregii suspicati sunt in *Lucano*, *Achille Tatio*, *Maximo Tyrio* & tot aliis. certe satis magnae varietates occurrunt. ex. gr. L. X. 507. ἐξεβάκχευσεν. ubi *Vatican.* ἐξεκάγχασεν, cui accedit *Taurin.* & *Commelini* calculus. L. I. 12. ἀπόρους τοὺς διέκπλους. at *Taur.* ἀβάτους τοὺς τόπους. deterius. p. 13. ὑπ' ἀγνοίας. *Vat. Put. Taur.* ἀγροικίας. non pejus. L. I. II. omnes ἐριθεύουσιν. quod inscite redditur *serviunt.* verte *lanam faciunt.* αἱ γυναῖκες ἐριθεύουσιν. ἐπ' αὐτοῦ (τοῦ σκάφους) δὲ ἀποτίκτουσι. solus *Taurin.* ἐρύκουσι. bene. quod est ἐρείκουσι. *legumina frangunt.* quod saepe ἐρείκω. unde ἐρικτὰ ap. *Hesych.* κατερικτὰ & alia. consule ibi doctum Commentatorem. inde ἐριχθεῖν ap. *Schol. Luciani* T. II. 28. ap. *Porph.* II. de *Abst.* 128. habes ἐρεξαμβύων. qui locus non praeteriit *L. Kusterum* ad *Aristoph. Plut.* 138. vide quoque *Sch. Aesch. Pers.* 455. rursus in *Heliod.* IV. 200. φυγάδας . . . . εὐθύμους. at *Palat. Taur.* ἀνευθύνους. sed quod omissioni mediarum syllabarum adscripseris. est enim vera lectio. quam firmant *Vat.* & *Xyl.* ἀνευθύμους exhibentes. iterum IV. 171. μηδενὶ τῶν μειζόνων ὀχλήσαντ☉. *Taur.* νομιζομβύων. sane non sunt multo majora, ob quae de secunda & mutata editione per ipsos auctores facta viri docti saepe suspicati sunt. non facile tamen eo delabar.

P. 108. Vs. 16. Ἔτρεψε τὴν αἰτίαν] vide ad L. VI. IV. 104. I. hic αἰτία est *criminatio. inputatio.* quo minus aliquid possit fieri. *primam mali labem.*

P. 108. Vs. 18. Ἰδιολογίσασθαι] Ἰδιολογία L. IV. VI. 73. 22. obvium fuit. quin ἰδιολογήσασθαι sit legendum, non dubito. quod & ap. *Platon. Theag.* 121. A. sed Lexicis ignotum. ita passim turbatur in ἀπολογίζεσθαι & ἀπολογεῖσθαι. in multis temporibus. vide *Ammon.* & ad L. VIII. I. 127. 5.

P. 108.

P. 108. Vs. 22. προσεκύνησε] non honoris Eunucho exhibendi caussa: sed ad mandatum & nomen regium. mox p. 109. 1. Πῶς ἀκούσασα τὸ βασιλέως ὄνομα προσεκύνησε. L. VII. VI. 124. 16. κατὰ τὴν ἔμφυτον θρησκείαν τῶν βαρβάρων πρὸς τὸ ὄνομα τὸ βασιλικόν. ubi de simili cultu etiam Reginae exhibito. Orientales maxime populi hac servilis adulationis, immo inpietatis, tabe infecti. qui regium nomen sine religione non proferebant, & sequentibus seculis non sine, quam vocant, benedictione. Verum & similes homine ingenuo indignae adulationes Imperatoribus exhibitae Romanis, cum coeperunt adorari, & quando *capitale crimen habitum, numo vel anulo effigiem imperatoris impressam latrinae aut lupanari intulisse*, ut de *Tiberio* narrat *Sueton.* 58.

P. 108. Vs. 23. Ἀπολελειμμένην] ap. *Erotian. Praef.* 9. παραλελειμμένας rescribe pro παραλεληιμμένας quod tamen Grammatica ferre potest. at ludibria esse librariorum εἴλειφα & διείλειφα pro λέλειφα & διαλέλειφα persuasum habeo, si vel alicubi occurrant. *Usus* vocibus, non *Analogia*, plenam auctoritatem largitur in omnibus linguis. si usus non accedat, quantumvis analogicum vocabulum, non plus est quam ὕλη, quam *massa metalli*, sed cui deest *character*: quo sine *pecunia* non fit.

Penes populum jus procudendi voces, etiam non analogicas saepe. si oratores, poetae, philosophi fabricantur voces priva auctoritate: nisi postliminio usus eas habeat ratas, in lingua nullo sunt numero. sed licuerit veteribus fingere voces priva auctoritate: plurimasque adprobarit sensim usus. nobis in mortuis linguis hoc non licet, quia populus & usus, penes quos solos jus ratihabitionis est, e medio sublati sunt: & necessario proinde tales voces semper ἄκυροι manent. alia lingua philosophica, alia publica: quae sola hoc nomen meretur. id quod autem ad formam vocis, etiam quod ad significationem & vim vocabulorum extenderim. Ex analogia possumus indagare & confirmare, non demonstrare vim sermonum. hoc usus solus valet.

Ita de hoc genere credo me non solum sentire, adeoque sine codicum auctoritate raro vel numquam nova vocabula vel obtruserim vel admiserim in auctoribus, quos nobis antiquitas reliquit.

P. 108. Vs. 24. Ἀπήγαγε τοῦ πλήθους] vide L. I. IV. 6. 23. & *Pricaeum* ad *Appuleji Metam.* p. 544.

P. 109. Vs. 2. ἡ δούλη] ut δούλῳ *Dionysio* nupta. vel eadem caeca potentiae regiae opinione qua *Siciliam* modo regi subjecit.

P. 109. Vs. 2. Τὴν εὐτυχίαν οὐ φέρεις] *Horat.* III. *Od.* XXVII. 74.

Mitte ſingultus. bene ferre magnam
Diſce fortunam: tua ſectus orbis Nomina ducet.

vid. ad L. vi. 1. 98. 13. mox *Apogr.* male ὅτι δὲ.

P. 109. Vs. 4. καὶ . . . σα] V. E. κατήνεσα vel κατέφησα. malim κατηγόρησα vel κατεμήνυσα. poſſes decem alia.

P. 109. Vs. 5. Δύο ὁδοὶ] ex *Herodot.* 1. 11. νῦν τοι δυοῖν ὁδοῖν παρεουσέων, γυνὴ, δίδωμι αἵρεσιν, ὁκοτέρην βούλεαι τραπέσθαι. *Tacit.* iv. H. 49. *duo itinera audendi.*

P. 109. Vs. 6. Πρὸς καιρὸν χάριν δώσεις] Χάρις quo ſenſu χαρίσασθαι. L. 1. xii. 17. 24. πρὸς καιρὸν vel una voce πρόσκαιρον. *temporariam.* *Heliod.* vi. 227. ὡς οὐ δέοι τὴν ἐπ' ὀλίγον καὶ πρὸς καιρὸν ἀποτυχίαν τέλεον ἀπεγνωκέναι. ubi *Taur.* πρόσκαιρον. praecedens periodus eſt ironia & σαρκασμὸς. quaſi inhil minus quam regina fieri exſpectaret Callirrhoe.

P. 109. Vs. 8. Ἄκουε] *Audi.* igitur exſpectes, ut Eunuchus crudeliſſima recenſeat ſupplicia, quibus Perſae reges ſaeviebant in inimicos. at nil ſequitur, niſi μόνοις γὰρ τούτοις οὐδὲ ἀποθανεῖν θέλουσιν ἔξεστιν. quod non reſpondet. at cum larva, video, mihi res. *Apographum* enim *Florentinum* perſpicuis literis habet ἀκούεις. igitur & hoc ſero comperior me evaſiſſe ex mutationibus in ſecundum iſtud *apographum*, de quo antea egi, illatis. ubi illud πειθῇς etiam erat omiſſum. credo, ut formulae defectivae εἰ δὲ μὴ velificaretur. non ita ſolemus aliena ſcripta nec veteres auctores. ἀκούεις. ex vulgi ſermone cognoverat ſatis: quae tam diu jam in Ionia, tam diu jam in Perſia ipſa degerat. quin in ipſa patria Syracuſis hae immanitates coram ipſa non ſemel narratae fuerint & exſecratae.

P. 109. Vs. 9. Οὐδὲ ἀποθανεῖν θέλουσιν ἔξεστι] reſpicit in primis ad illam σκάφευσιν, cujus crudiſſimi & diuturni ſupplicii deſcriptionem non ſine horrore leges ap. *Plutarch. Artax.* 293. *Xenoph.* K. A. iii. 297. C. ſimile quid in duobus militibus deſignavit *Macrinus* ap. *Jul. Capitol.* C. xii. & huc reſpexiſſe autumo *Lucianum* in *Aſino* T. ii. 594. tangit & *Eunapius* p. 99. Μικρὰ γὰρ καὶ ἡ Περσῶν λεγομένη σκάφευσις. ubi quod ſequitur explicatum velim. καὶ οἱ γυναικεῖοι τῶν ἀρτάβρων ἀλέσμοι. ſic *Cod.* nam *H. Junii* verſio nihil ſani continet. Ἄρταβροι ſive Ἄρταβραι populus notus. cum vero multae *Hiſpanicae & Luſitanicae* gentes fuerint crudeliſſimae, haec potuit infamis fuiſſe aliqua in feminas peculiari tortura. ἀλεσμὸς. eſt *molitura.* a *mola. molere.* vel ἀλησμὸς. ἀλισμὸς. eſt *ſaliendi actio.* & ipſi *Eunapio* p. 163. ἀτλικῶν μυκτὴρ καὶ ἀλισμὸς memoratur. & hic *Commelin.* αἰκισμοὶ non multum abit. videant peritiores. Certe hic locus mihi videtur Ἀρτάβρων genti favere, quae diſparuit in *Silio Italico.* L. iii. 362. forſan jure.

P. 109.

P. 109. Vs. 12. Διαθεῖναι] saepius in malam partem. sic L. VIII. I. 129. 9. *Bergl.* ad *Alciphr.* II. II. 200. ubi jam monui credo περιουσιάσαι & προσέπεμψαν ex *Codice* reponendum. qui tamen ὦ βασιλεῦ prima voce truncat. & male ἐκπολιορκίσω. sed solito errore. Quale & illud quod ἐπαφρόντως pro ἐπαφροδίτως habet. saepe monui. qualia observare non inutile. qui librariorum quotidianos errores nescit, duce in emendandis auctoribus certissimo caret.

P. 109. Vs. 12. Κατεχώσθην] abutitur voce. non enim *humata* & *tumulata* proprie fuit. Sed recte abusus fuit.

Nec quod mox addit de angustiis sepulcrorum, verum plane. de sarcophago verum fuerit.

P. 109. Vs. 15. τὴν φύσιν] Vel ipse natura callidus: vel qui humanam & muliebrem naturam callebat optime.

P. 109. Vs. 16. Πασῶν ἀνοητοτάτη τῶν γυναικῶν] *Apogr.* satis corrupte. πάντων ἀνοετότατε γυναικῶν. alio mens scribae fuit. an & genera ignoravit, qui scripsit L. IV. III. 69. 8. πασῶν ἀσεβεστάτη γυναικῶν? si haberetur πάντων ἀνοητοτάτη ferri posset. an opitulabitur *Marci Euangelii* locus C. XII. 29. πρώτη πάντων τῶν ἐντολῶν. an *Aristaen.* I. I. τῶν Χαρίτων πάντων ἡ Λαῒς τὸν κεστὸν ὑπεζώσατο. non puto. recte *Berglerus* barbariem sustulit ex *Epistolographo* ad *Alciphr.* I. XXXVIII. p. 180. quod an ita necessarium fuerit mutare in *Luciani Piscatore* 583. Καί τοι μία πάντων ἦγε ἀληθὴς φιλοσοφία κ ἐν αὐταῖς. dubito. ubi ex sola *Florentina Edit.* nunc πάντως. atque magis in *Hermotimo* p. 787. dubito. Nam πᾶς. ἄλλος. in utroque numero saepe de feminis usurpatur: non tamen quando cum ipsis substantivis jungantur. tum aliquando, si inanimata praecedant in feminino, neutro genere talia accipienda. *Sophocl. Trach.* 1234.

Χάριν βραχεῖαν πρὸς μακροῖς ἄλλοις διδούς.

ubi requireretur μακραῖς ἄλλαις. ap. *Eurip. Bacch.* 1130. ἦν δὲ πᾶσ' ὁμοῦ βοή. ubi licet *Bacchae* respiciantur, bene tamen *Barnesius* accipit. πᾶσιν. ap. *Platonem* in *Timaeo.* 41. E. 42. A. πᾶσι passim, licet sermo sit de ψυχαῖς. *Xenoph. Memorab.* V. 836. E. Ὅτι μοὶ γὰρ ἀπορία ἦν μεθ' ὅτε ἄλλε ἐκαθεύδομοι ἄν. ubi *cum quacumque alia femina.* nam non puto ad uxorem de turpi amore verba voluisse facere. vid. *Animadversiones* p. 153. Consulendi sunt viri praestantes. *C. A. Dukerus* ad *Thucyd.* V. 79. & *Tib. Hemsterhusius* ad *Luciani* sive alius *Alcyona* T. I. 179. inspice quoque notata L. III. X. 61. 2. II. I. 23. 13. non hic de Atticismo, quo masculina adjectiva; sive potius masculinae terminationes adjectivorum femininis substantivis junguntur, agitur. sed de usu plane alio: quo vocabula mascu-

masculina ex vulgari sermone feminis adplicantur, & ἀκρίβεια in sexibus distinguendis negligitur.

P. 109. Vs. 17. Προτιμᾷς] eodem argumento usus L. 11. x. 36. 23.

P. 109. Vs. 18. Εὐφήμησον] σιώπα. *bona verba*, *quaeso*. *Plato*. *Symp.* 211. E. οὐκ εὐφημήσεις. *Xen.* K. Π. VIII. 821. D. εὐφήμει. Latini *parce*. vide *Pricaeum* ad *Appuleji Met.* 25. saepe confunditur cum εὐφημίζω. quod videtur potius transitive significare. ut ἐγχειρίζειν, & ἐγχειρεῖν differunt. ἐπευφημίζω an idem quod ἐπιφημίζειν significet, disquiritur ad *Luciani Prom.* p. 24 ap. *Strabonem* III. 383. A. τοὺς γλυομφοὺς παῖδας Ἄρεως ἐπευφήμισαν. malim sane ἐπεφήμισαν. mox dicit καθιερῶσαι. recte *Stephanus* ap. *Platonem* VI. de L. L. 771. D. ἐπιφημίσαντες reponit pro ἐπιφημήσαντες. vide sospitatorem *Hesychii* ad ἐπευφήμησεν. ἐν εὐφήμῳ βοῇ εἶπεν.

P. 109. Vs. 18. Εὐγλυφὴς] εὐμφυὴς in *Apographo*. sed bene *Cl. Coccbius* correxit. ubi mox ὃν οὐκ.

P. 109. Vs. 21. ἐπέθετο] *invadebat. urguebat. Hesych.* ἐπέθεντο. ἐπέκειντο. ἀντέκειντο. vide ibi. potuisset, ut L. 1. IV. 6. 21. uti ἐνέκειτο. vid. *Demosth.* in *Eubul.* 883. sed hoc verbum non solum *studium*, sed & *malum & insidiosum animum* indicat. vide *Casaub.* ad *Theophr. Characterem primum.*

P. 109. Vs 22. ἢ χεῖν κάλλιον, ἵνα καὶ τὸν ἄνδρα κομίσῃ] liquidam emendationem non invenio. an ἀσκεῖν. *satius conari.* vel εἴκειν. *cedere satius.*

P. 109. Vs. 26. Καταπεπλήγασι] sic L. VII. III. 118. 18. Μηδεὶς καταπλαγῇ τὴν πρᾶξιν. *Polyb.* V. 29. 524. καταπλαγεὶς τοὺς ἐφόρους. & L. VI. VIII. 10. 16. *Thucyd.* V. 10. ἐκπεπλευγμένος τὴν τόλμαν. *Lucian. Rhet. Praec.* ὑπερπεπληγμένων τὰ ἡμέτερα passim. sed in *activo*, *futuro medio* & *aoristo primo* notat *terrere*. vide ad *Diodorum* L. XII. 507.

Nostri sententiam *Virgilius* sic L. IV. *Georg.* 210. extulit.

Praeterea regem non sic Ægyptus, & ingens
Lydia, nec populi Parthorum aut Medus Hydaspes Observant.

P. 109. Vs. 26. Θεὸν φανερὸν νομίζουσι] ἐπιφανῆ. L. VII. II. 116. 24. *Hercules* φανερώτατος θεὸς *Tyriis. Sallust. Philos.* XVIII. καὶ τοὺς ἑαυτῶν βασιλέας ὡς θεοὺς τιμῶντες. *Maneth.* I. 280. in genere.

Γεννῶσιν βασιλῆα θεὸν βροτὸν ἀνθρώποισι.

Nec multum peccarint, secundum *Heracliti* dogma enim, homines sunt θεοὶ θνητοὶ, & dei contra sunt ἄνθρωποι ἀθάνατοι.

P. 110. Vs. 2. Τοῦ Διὸς γάμους] Nam plurimae formosae mulieres ad hoc

hoc felicitatis culmen adſcenderunt, ut *Europa*, de qua *Horatius Libro* III. *Od.* 21. vs. 76.

Uxor invicti Jovis eſſe neſcis.

Uxor & Nuptiae. ſic ſaepe a ſcriptoribus uſurpantur.

P. 110. Vs. 2. Οὐδὲ ἀθανασίαν μιᾶς ἡμέρας] vid. L. v. x. 96. 13. *Heliod.* III. 139. καὶ τὴν μὲν ἐν ἀνδράσι τὸν δὲ ἐν γυναιξὶν εὐχὴν γνομένους· τὴν γὰρ πρὸς θάτερον αὐτῶν συζυγίαν, ἴσα καὶ ἀθανασίαν ἦγον. ſic *Cod.*

LIBRI SEXTI CAPUT OCTAVUM.

P. 110. Vs. 9. Ὑπόθεσιν] vide ad Librum IV. III. 69. 12. mox male Typi apographum ſecuti ἀφεστᾶναι pro ἀφεστάναι.

P. 110. Vs. 10. Αἴγυπτον] rurſus vero ſimilia ſequitur. Nam ut Ægyptus a Cambyſe fuit ſubacta, ſaepe rebellarunt. vid. *Herod.* VII. I. *Cteſiam* C. 33. *Thucyd.* I. 104. ubi *Inari* regis defectio ab *Artaxerxe Longimano*, quando praefectus regis interemtus eſt. vide & *Iſocr. Paneg.* 74. C. *Diod.* XVI. 113.

P. 110. Vs. 13. Πηλούσιον] oſtium ultimum tendentibus in *Syriam* & *Phoenicen.* ταύτῃ γάρ εἰσιν αἱ εἰσβολαί, ut *Herodot.* L. II. 141. ait, narrans, ut *Sethon*, Ægypti rex, caſtra metatus ſit ad Peluſium, ut occurreret *Sanacharibo*, in Ægyptum facturo inpreſſionem. vide eundem L. III. V.

P. 110. Vs. 13. Φοινίκην κατατρέχειν] de hac locutione *Hemſterhuſ.* ad *Luciani Dial. Mort.* I. XIII. 382. ἐπιτρέχειν minus quam κατατρέχειν. prius irruptionem notat: ſecundum *vaſtationem.* quando κείρουσι τὴν χώραν, quando omnia ἄγουσι καὶ φέρουσι. ut κύριος ἐξ ἐπιδρομῆς ἐγεγόνει τῆς Συρίας L. VII. II. 116. 2. *Appian. Mithrid.* p. 412. ἐπιτρέχειν Ἀσίαν. unde neſcio an unius codicis auctoritate ἐπιτρέχειν debuerit cedere noſtro verbo ap. *Diodor.* L. II. 44.

P. 110. Vs. 14. Χειμάρρου] *Plutarch.* de *Liberis Educ.* p. 5. F. Ὅγε μὴν πόλεμος χειμάρρου δίκην πάντα σύρων καὶ πάντα παραφέρων. *Demoſth.* de *Cor.* 498. A. ὥσπερ χειμάρρους ἂν ἅπαν τοῦτο τὸ πρᾶγμα εἰς τὴν πόλιν εἰσέπεσε. ap. *Max. Tyr.* XXXIII. 5. legitur Καθάπερ τῶν ποταμῶν οἱ χειμέριοι ὑπὲρ τὰς νομίμους ὁδοὺς ἐπιχεόμενοι ἐπὶ γεωργίαν ἀρότου καὶ φυτουργίας, ἐπεθόλωσαν τὴν σωτηρίαν τῶν ἔργων καὶ τὸν κόσμον. hic me offendit locutio χειμέριοι τῶν ποταμῶν.

ταμῶν. recte ex. gr. ap. *Lucan.* x. 229. de *Nilo*. *Nec tumet hibernus.* sed omnes fluvii brumali tempestate *hiberni* ita dici possunt. unde igitur χειμέριοι τῶν ποταμῶν. nam recte & Graece dicitur πολλοὶ ἀνθρώπων. at an πάντες ἀνθρώπων, dubito. malim igitur τῶν ποταμῶν οἱ χειμάῤῥοι. passim ποταμὸς χειμάῤῥος. *Homerus* non semel. *Herodot.* III. 81. Δῆμος χειμάῤῥῳ ποταμῷ ἴκελος. deinde minus apte fluvius hiberno tempore exundans dicitur γεωργίαν & alios agrorum cultus disperdere. sane aestate torrens multa majora agris damna intulerit. Unde *Virgil.* II. *Æn.* 305.

In segetem veluti cum flamma furentibus austris
Incidit, aut rapidus montano flumine torrens
Sternit agros, sternit sata laeta, boumque labores,
Praecipitesque trahit silvas.

deinde locutio non facilis videtur ἐπιβολῶν τὴν σωτηρίαν τῶν ἔργων. hic ἔργα sunt *opera*. id est *agri*. malim igitur ἐπιβολῶν τὴν εὐηρτηρίαν vel εὐετηρίαν. quae proprie *bonus anni proventus. annus fertilis.* καλὸς ἐνιαυτὸς., ut *Hesych.* saepe cum εὐθηνία haec vox jungitur *Philoni. Josepho & aliis.* plurima exempla passim obvia sistit *Ez. Spanhem.* ad *Juliani Orat. primam* p. 43. non abeunt valde σωτηρία & εὐηρτηρία. saepe ΣΥΝ in ΕΥ & contra abiit. sic ap. *Maneth.* II. 269.

Δώροις ἠδὲ δόλοισιν ἐπιπεύοντας ἑταίρων
Συνετίδας, πηῶν τε, καὶ αἴσχεα μακρὰ τελοῦντας.

sane vocem Συνετὶς. *Conjux.* nescio an quis alias offenderit. reponendum puto Εὐετίδας. εὐέτις proba & Ionica vox; *Hippocrati* usurpata. συνευέτις. ὁμοινέτις aliis usurpantur. ita in *Glossis. Cognatus.* εὐγγενὴς. εὐγγένεια. viri docti συγγενὴς· συγγένεια corrigunt. In *Bruti Epist.* LVI. p. 117. τοιαύτην ἀφορμὴν συμβουλίας, in *Cod.* meo. vulgo τοιαύτης εὐβουλίας ἀφορμήν. contra ap. *Schol. Aristoph. Pace.* ex *Eurip. Heracl.* 826. ὦ ἐμπολῖται pro ὦ συμπολῖται. ap. *Eunap.* τ. ἐγγεγραφότος. *Barberin.* συγγεγραφότος. Quod si haec in Maximo emendatio obtinuerit, & altera χειμάῤῥοι confirmabitur.

Latini non minus frequentes in hac comparatione. *Incertus Auctor Paneg. Const.* IX. *torrenti similis amni. Ammian.* XIV. 5. *fluminis modo se infudit.* sed XIV. 3. dicit, *fulminis modo cuncta vastarat.* ubi tamen alii *fluminis modo.* ut L. XV. V. *instarque fluminis hostibus superfusi.* ubi certo *fulminis* locum non habet. secundo loco a melioribus libris standum. nam utrique rei *vastatio* rite tribuitur. *Val. Flacc.* VI. 391. ubi, bellatorem postquam comparavit *Diluvio Deucalioneo*, subjungit.

Dilu-

Diluvio tali, paribusque Ariasmenus urguet
Excidiis, nullo rapiens discrimine currus.

non belle hac voce *Diluvio* usus. nam miscet propriam & metaphoricam locutionem in ea ipsa re, in qua jam instituerat comparationem. idem igitur est, ac si quis scribat, *ceu rapidus torrens ruit, tali torrente hostes sternit.* pro *tali inpetu.* hic potuisset *inpete non alio.* si Rheni exundationem comparasset *Diluvio Deucalioneo*, apte subjecisset. *Diluvio tali Rhenus omnia vastat.*

P. 110. Vs. 14. πυρὸς] Sic *Virgilius* l. l. & ab igne & ab torrente imaginem sumit.

P. 110. Vs. 14. ἐπιῤῥυέντος] & igni & aquae aptum vocabulum. unde *Aetnaei* torrentes ignei: ῥύακες. *Lucan.* 1. 656. —— *Toto fluerent incendia mundo.* vide ibi *Celeb. Oudendorpium* & *Lindenbrog.* ad *Ammian. Marcell.* XIX. XII. 176.

P. 110 Vs. 17. λογοποιοὶ καὶ μάντεις] faces has plebis commemorat quoque *Thucyd.* II. VIII. VIII. I. *Lysias* p. 391. ubi jungit χρησμολόγους μάντεις. his non semper in bene ordinatis rebus publicis inpune fuisse patet ex fine vitae Niciae a *Plutarcho* conscriptae. nec decet sane.

P. 110. Vs. 19. Νίκην] Secundum libidinem hi impostores vel bona vel mala nuntiabant, ceu a consiliis essent Jovi. *Xenophon*, qui multum tribuebat oraculis & vatibus L. v. K. A. 396. Οἱ γὰρ μάντεις ἀποδεδειγμένοι ἦσαν, ὅτι μάχη μὲν εἴη, τὸ δὲ τέλος καλὸν τῆς ἐξόδου. *Tacit.* IV. H 26. *Quod in pace Fors seu Fortuna, tunc fatum & ira Dei vocabatur.* vide *Val. Flacc.* v. 260.

P. 110. Vs. 25. Δυοῖν ἕνεκεν] ab prudentissimis viris hanc sententiam mutuatus est. vide *Thucyd.* VI. 91. *Xenoph.* H. H. v. 556. B. *Demosth.* de *Corona* 502. E. τοὺς μὲν γὰρ πολεμίους. bis in *Apographo.* cujus fidem debuissent sequi, cum mox male πάντα pro ἅπαντα excuderunt. male in eo ἀναβαλέλεσθαι.

P. 111. Vs. 2. χωρήσειν] *Thucyd.* v. 57. utitur χωρήσεσθαι.

P. 111. Vs. 4. γεγονέναι] ἐνόμιζον. ante saepe de hoc infinitivo actum.

P. 111. Vs. 4. Μήτε ἐν Βάκτροις] de mutata regibus Persis sede pro anni tempestate, abunde viri egerunt docti, & diversam traditionem excusserunt. *Brisson.* de R. P. I. LXVII. & LXVIII. *Casaub.* ad *Athenaeum* XII. II. p. 513. *Davis.* ad *Max. Tyr.* XXXVI. 5. *Hudchins.* ad *Xenoph.* K. Π. L. VIII. p. 513. *Wessel.* ad *Diod.* II. 13. 127. imitatus morem *Imp. Verus*, ut refert, *Capitolin.* C. VII. p. 425.

P. 111.

P. III. Vs. 5. Ἐν Βαβυλῶνι] ubi τὸν ἀμφὶ τὸν χειμῶνα χρόνον διῆγον ἑπτὰ μῆνας, ut *Xenoph.* K. Π. VIII. 333. C. Scimus haec igitur hieme gesta fingi, sed jam inclinante in ver. ut e patefacto & classibus pervio mox mari colligere licet.

P. III. Vs. 5. Πλησίον] ex oppositione Bactrorum & Ecbatanorum.

P. III. Vs. 6. ἐν χερσὶν ἕξει] de locutione actum L. V. IV. 84. 18. in *Apogr.* ἕξειν. mutavimus. alioqui ἐκβάντα legendum.

P. III. Vs. 7. Τὴν περὶ αὐτοῦ δύναμιν] constructio magis poetica. passim περὶ αὐτόν. non ausus tamen fui mutare. *Mosch. Idyll.* III. 58.

> Κλαίει καὶ Γαλάτεια τὸ σὸν μέλος, ἅν ποκ' ἔτερπες
> Ἑζομένα περὶ σεῖο παρ' ἠιόνεσσι θαλάσσης.

qui norunt quam poetae delectentur apostrophe, & quam sit illa elegans, hic non, etiam cum duriore ordine verborum, praeferent, κλαίει καὶ Γαλάτεια, τὸ σὸν μέλος ἅν πόκ' ἔτερπεν. quinque ibi *Codd.* habent παρὰ σεῖο quod vel totidem aliorum suffultum auctoritate, rejectitium est. in ceteris cum vulgatis conspirant. quamvis παρὰ sic videtur accepisse *Scholiastes Sophoclis Antig.* 979. παρὰ δὲ κυανέων πετρῶν. L. VIII. VI. 139. 22. occurrit περικαθήμενος pro παρακαθήμενος. ubi vide.

P. III. Vs. 8. Τὴν στρατείαν ἀθροίζεσθαι] *Heliod.* IX. 441. Ὁ γὰρ Ὀροονδάτης τὴν μὲν ἄλλην στρατείαν εἰς τὴν Ἐλεφαντίνην ἀθροίζεσθαι διατεταγμένος. ubi duo priora vocabula *Taur.* & *Vat.* debentur. qui in ceteris cum vulgatis conspirant. IX. 455. στεφάνοις τὴν στρατείαν βαλλούσης. IX. 457. ἀγέλας βοῶν τῇ στρατείᾳ παρεχόντων. tamen IX. 458. *Taurinensis* librarius, canonas reveritus, ὑποζύγια τῇ στρατιᾷ διένεμε. vide ad L. VI. IV. 103. 7.

P. III. V. 8. Κελεύοντα] quis ita auctores in ordinem redigere praesumat, ut hic rescripserit κελεύοντας. valde vero inconsiderate *Bryanus* ap. *Plutarch.* in *Romulo* 45. προσέχοντας mutat in προσέχοντα.

P. III. Vs. 9. Κύρου τοῦ πρώτου] Cyro majori hoc tam peculiariter tributum non memini. sed de Persarum regibus similia *Xenoph. Memor.* V. 828. A.

P. III. Vs. 9. συντέτακται] In *Apographo* συνέτακται. sed id non magis profectum ab auctore, quam ἐνίκηκας ab *Aristaeneto* II. 21. cui simile vitium in Codice *Polybii* p. 904. ἐνικήκαμεν. vel ap. *Heliod.* VIII. 412. προυκεχώρηκε vel προὐχώρηκε. nam utrumque vitiosum. προὐχώρει verum. ut ap. Commelinum *duo* & *Vatic.* nisi malis προυκεχωρήκει. ap. *Hesych.* ἐγύμνασμαι vel singulare quid vel potius vitiosum animadvertitur. quale illud *Suidae* ἀπεδημηκότες pro ἀποδεδημηκότες ap. *Hermippum* Φορμοφόροις. Graecitatis

tis forte non optimus auctor, *comicus parodus*, & metro coactus: immo forte corruptus. tune talia in lingua Attica vel vulgari admissa credas? non alio loco habuerim ἐβέβλευκεν. ἐξεπίακε.

Alia longe ratio est in verbis primas literas Σ Τ. Σ Π. & Β Λ. Γ Λ. Κ Τ. Π Τ. Τ Ρ. habentibus. quarum prima nunquam duplicantur, ut Grammatici, usui concinentes, docent: ultima utramque formam admittunt. illorum quaedam tamen saepius duplicatam integram syllabam: quaedam saepius literam Ε modo adsumunt. sic sane apud *Lucian. Rhet. Praec.* 14. ὑποπεπτηχότων. sed *Cod.* tamen *Oxoniensis* ὑπεπτηχότων. & sic passim. *Eunap.* 182. *Heliod.* IX. 425. *Demosth. Phil.* I. 48. F. miror *M. Solani* halucinationem in *Plutarchi Phocione* 179. ubi pro καταπεπτωκότος legi vult καταπεπτηχότος. saltem debuerat κατεπτηχότος. sed magis miror illum provocare ad locum in *Caesare* p. 105. ubi exstat κατεπτήχει. & quod diversa verba confuderit. nam in Caesare στάσις κατεπτήχει notat. *timebat. se occultabat. se ostendere non audebat.* καταπτήσσειν *aviculae* dicuntur vel *alia animalia*, *quando prae metu se contrahunt*, *alas*, *caudas & alias partes.* at in *Phocione* γένος καταπεπτωκὸς est, *inhonorum*, *abjectum*, *demissum*, *& caducum genus.* vide *Max. Tyr.* IX. 7. XX. 7. & *Lycurgum* p. 182. a πλερῶσαι non bene πεπλέρωκα. vid. *Xenoph.* 900. D. *Barnes.* ad *Helenam Eurip.* 638.

At non adeo damnandum κατεβλακευμένων ap. *Aristaen.* I. 28. nec in *Plutarchi Arato* 35. 4. συνετριμμένοι. certe non unius *codicis* auctoritate. contra non uno tantum codice jubente ap. *Lucianum* admiserim συνεγράφθαι. T. I. 607. vide *L. Kusterum* ad *Aristoph. Equites.* 351. & Cl. *Wessel.* ad *Diod.* IV. p. 325. ἐξεγλυμμένος. κατεγλωττισμένων recte se habent. in plusquamperfectis, ut notum, centies primum augmentum abjicitur in quibusvis verbis. in perfectis, nisi in his de quo sermo, & numquam nisi modis, quibus diximus.

P. III. Vs. 10. Ποία μὲν τῶν . . . εθ . νῶν εἰς] quis fidem neget oculato & circumspecto testi, hic lacunulas esse prodenti? sane facile conglutines τῶν ἐθνῶν. sed potuit omissum aliquod vocabulum fuisse ut ὑπηκόων. vel τῶν ἐθνῶν . . .

P. III. Vs. 10. Ἱππείαν] sequitur ὅπως. ut centies. & mox τίνας nempe λαοὺς. passim talia occurrunt. *Casaub.* ad *Strab.* III. 221. & 220. *Schol. Odyss.* M. 75. *P. Burm.* ad *Suetonii Calig.* LI. & *Claud.* XXV. p. 770. ap. *Manethonem* II. 215.

Τεύχει καὶ νηῶν ἠδ' ἱππείων πρυλέων τε
Ηγεμόνας, βασιλεῦσιν ἀρηρότας, ἢ κατὰ μῶλον
Ανθρώπους κλενέοντας, ἐπὶ ὀπὶ καὶ δεδαῶτας

equitationum. malim *equitatuum.* sed semper scribe ἱππειῶν. *equites* notat. an ἱππειῶν pro ἵππων sit ex *Cod.* redonandum *Longo* L. IV. 120. videas. Vs. 2. ἢ inserui. sed ultima quid notant? certe ferocissimos viros, *qui suo conspectu & secantes*, ipsis basiliscis sunt terribiliores. puto significare *sua quoque voce doctos*, ut sint progeniti, ut illi apud *Firmicum* L. III. VIII. 2. *qui etiam affectent omnia, quae illis nulla magisterii tradidit disciplina.* vel ut §. 9. *Scire se profitentes, quod illis nullis est magisteriis intimatum.* qui ergo non *magistri voce*, sed *sua* quasi omnia didicerunt. mox male *Apogr.* ἑκάςοις.

P. III. Vs. 14. Παρασκευάσωνται] *comparaverint* Persae. & Πάντα, in *accusativo* accipias, si servare lectionem proditam velis. si legas παρασκευάζονται potes etiam passive accipere: nec metuendum a plurali composito cum nomine plurali generis neutrius. passim exempla. *Iliad.* A. 310. *Odyss.* IV. 362. Quin & ipsi Attici in prosa. *Xenoph.* I. 35. C. K. Π. 54. 8. *de Venat.* 994. E. vide *Hudchins.* ad K. A. IV. 317. D. nec ob hanc caussam in *Aeschyli Persis.* 133. πεπίμπλαται erat conjiciendum.

P. III. Vs. 17. Εἷς ἀνὴρ] simile quid *Xenoph.* K. Π. 226. A. unde forte colorem duxit.

LIBRI SEXTI CAPUT NONUM.

P. III. Vs. 17. Παραγγέλματι] in re hac propria vox, quando alii regis vel ducis jussu aliis mandata referunt. ap. *Polyb.* x. 848. male *Codex* meus glossam παρακελευσθὲν pro παραγγελθὲν exhibet. *minores praefecti. praecones.* ut *Valer. Flacc.* I. 441.

Nuntia verba ducis populis qui reddit, Echion.

P. III. Vs. 18. Στρατεύσιμον ἡλικίαν] a vigesimo anno ad quinquagesimum, ut ex *Strabone* L. XV. 1067. B. *Brissonius* observavit. Athenienses duobus annis maturius militare incipiebant, nempe ab anno aetatis XVIII ad annum LX & ita per XLII annos. ut *C. Sigonius* L. IV. de *R. P. Athen.* C. V. & *Ubbo Emmius* de *R. P. Atheniensi* p. 66. & alii plures. quorum sententiam nuper novis argumentis confirmavit Cl. *J. Taylorus* ad *Lysian* p. 127.

P. III.

P. III. Vs. 20. Στίφος ποιήσας] *Herodot.* IX. 69. ποιήσαντες. haec manus militaris definitur in *Lexico Tactico Bibl. Coislin.* 509. δύω ἐπιξεναγίαι ἀνδρῶν. sive CCCCXCVI. mox enim ἐπιξεναγία complectitur CCXLVIII. viros. *Gl.* στῖφος *caterva. cuneatim.* κατὰ στῖφη. forte comitatus Dionysii non multo minor numero fuerit.

P. III. Vs. 22. Ου πάρεργον τὴν ἀρετὴν τιθέμενος] *Thucydides* VII. 27. ὃς οὐκ ἐκ παρέργου τὸν πόλεμον ἐποιεῖτο. *Lycurgus in Leocr.* §. XXVII. οὐ γὰρ λόγῳ τὴν ἀρετὴν ἐπετήδευον, ἀλλ' ἔργῳ πᾶσιν ἐπεδείκνυντο. *Plato de R. P.* 498. A. πάρεργον οἰόμενοι αὐτὸ δεῖν πράττειν. *idem* de L. L. VI. 766. A. οὐ δεύτερον, οὐδὲ πάρεργον ἐᾶν γίγνεσθαι. *Lucian.* de *Merc. Cond.* 723. οὐκ ἐν παρέργῳ θέμενος. *Cl.* J. M. *Gesnerus* ad *Luciani Herodot.* T. I. 837. Καὶ ἀπῆλθε γήμας, καὶ αὐτὸς πάρεργον τῶν Ἀλεξάνδρου γάμων, observat ex *Fr. Junio* de *Pict. Veter.* III. VIII. 12. πάρεργα *pictorum* esse. nempe eas partes picturarum, quae praecipuo operi adduntur, & incuriosius elaborantur. vide *Budaeum Comm.* L. Gr. p. 841. 842. at omne opus, obiter, sine cura, extra ordinem, quasi ludendo & post magis difficile & serium negotium πάρεργον dicitur. sic *Eusebius* vita *Constant.* II. LII. Σωφροσύνη δ' ἦν τῶν πολεμίων οὐδεὶς ἠδίκησε πώποτε, ὀργίλων πολιτῶν παροινίας πάρεργον ἐγένετο. non in bello, ut fit, & pene decorum est, sed in seditione per lascivientem gregem periit. sic eidem L. I. C. XXVII. Severus dicitur πάρεργον θανάτου. cum tot viri fortes bello mortem obierant: ille Severus non in bello occisus est, sed post bellum finitum insidiis ad tres Tabernas extra Romam periit. merito igitur *parergon: levis accessio* tot victimis, quae in bello *Morti* factae fuerant. Miror. *H. Valesium* cogitasse de reponendo πάρεργον πολέμου. quod per se quidem bonum, ut ap. *Heliod.* I. 5. & alias. sed hic verius πάρεργον θανάτου & grandius. nec magniloquentiam spernit *Eusebius.*

P. III. Vs. 23. Ἀλλὰ τῶν καλλίστων ἄξιων] hoc dictum, ut Οὗτος μὲν οὐδενὸς ἀτυχήσει τῶν καλλίστων. ap. *Eunapium* de *Legat.* 162. Quia autem praecessit πάρεργον, intelligat quis ἔργον τῶν καλλίστων ἀξιῶν. sed *reputans opus operum pulcerrimum. Thucyd.* V. 33. Κάλλιστον τῶν ἔργων ἡμῖν ἀποσυμβήσεται. *Heliod.* VIII. 391. πρὸς τὰ κάλλιστα τῶν ἔργων παιδευσάμενος. sed prius verum. τῶν καλλίστων id est ἄθλων, τιμῶν.

P. III. Vs. 24. Ὅτι χρήσιμος] post ὅτι certo deest εἰ vel ἐὰν; vel ἦν.

P. III. Vs. 25. Καλλιρρόην ἐπάγεσθαι] alioqui reginae, pellices educebantur una in expeditionem. mox p. 112. εἰς πολέμους ἐπάγεσθαι καὶ γυναῖκας. *Max. Tyr* XXX. 7. *Diodor. Sicul.* XVII. 35. *Briss. de R. P.* I. 165. idem de *Indis* testatur *Strabo* XV. 1037. B. *Tacit.* III. *Ann.* 33.

 In-

Inesse mulierum comitatui. quae Romanum agmen ad similitudinem barbari incessus convertant.

P. 112. Vs. 4. Ἀγρίε θηρίε] Hanc vocem redde *Alciphroni Ep.* I. XXXII. Τάλαινα γυνὴ τῆς ἀγνοίας, ἥτις τῷ τοιέτῳ „ θηρίῳ προσέφθαρσαι, πλὴν ἴσως τῷ „ κάλλει πεπίστευκας. uncis inclusa *Codici* debes.

P. 112. Vs. 8. εἰπεῖν τὸ περὶ αὐτῆς] illud τὸ in *Apographo* supra scriptum, quasi omissum in prima lectione. τὸ id est, τὸ βέλευμα, πρᾶγμα. τὸ δόξαν. nec opus valde quid mutare. cuivis τι in mentem venerit.

P. 112. Vs. 14. Τραπέζας] quia severioris disciplinae gentes, in militia vescebantur humi sedentes, & ipsum solum pro mensa habebant. erant praeterea hae mensae magni pretii. vid. L. VIII. VI. 140. 18.

P. 112. Vs. 17. Αξιοπίςῳ τῷ προσώπῳ] ἀξιόπιςος saepe per ironiam adhibetur, & de eo, ut *Val. Flacc.* I. 39. *qui fictis dat vultum & pondera verbis.* ap. *Maneth.* IV. 505. habes ἀξιοπιςοσύνη.

Θηλυγενεῖς δὲ γυναῖκες, ἐπὴν Κρόνος ὡρονομήσῃ,
Φύσονται λαμπραὶ, βαθυχρήμονες, ὀλβομέλαθροι,
Ἀξιοπιςοσύνῃ μεμεληκυῖαι, ἀλλὰ πρὸς ἄνδρας
Παγκοίνως ζήσουσιν, ἐπίψογα νύκτας ἄγουσαι.
Ἀλλοθρίου θαλάμου κέρδει βίον ἰθύνουσαι.

ubi vertitur *fidei dignitatem colentes.* immo nihil aliud quam ἀξιόπιςοι. *fidem merentes & confidentiam. fide dignae. graves.* locutio μεμελῆσθαί τινι nota est. & significat passive. ἐν ἐπιμελείᾳ φροντίδι εἶναί τινι. Μέσαις μεμεληκυῖος. non *qui curat*, sed *qui curatur a Musis. Musicus.* φιλότητι μεμηλότες. *amici.* apud *Nonn.* XXXVII. I. & 136. παντοίαις ἀρετῇσι μεμηλότες εἰσὶ μαχηταὶ. *omni virtute praediti.* 495. ἠθάδι πυγμαχίῃ μεμεληκυῖος. *adsuetus pugilatui.* 502. πατρῴῳ μεμέλητο παρήμενος ἐσχαρεῶνι. *adsiduus existens ad patrium focum.* ut *Oppian.* 3. *Hal.* 340.

Κάνθαρος ὃς πέτρῃσιν ἀεὶ λεπρῇσι μέμηλε.

Nonnus rursus XXXVII. 623. Παλλάδι νικαίῃ μεμεληκυῖος. L. XXXVIII. 50. & 98. Μυςιπόλοις ἀόροισι μεμηλότα μῦθον ὀλύμπου. rursus modo per adjectivum debet explicari. *sermo mysticus.* & L. XV. 19. οὐδὲ μύρῳ μεμέλητο. *non erat uncta.* saepe haec locutio poetarum interpretes male habuit. ut ap. *Maneth.* I. 289.

Ἀκμοσί ῥαιςοτύποις μεμεληκυῖοι ἠδὲ καμίνοις.

in

in primo autem versu *Manethonis* θηλυγενεῖς γυναῖκες, uti θηλύτεραι γυναῖκες per abundantiam quandam dicuntur, & θήλειαι γυναῖκες. ultimo versu conferendo cum editis mutationem credo factam approbaveris, si componas ad L. IV. 90. 326. 525.

P. 112. Vs. 17. Μέλον] rursus solito errore μέλλον. en, licet jam quasdam suggesserimus L. VI. 1. 99. 8. aliquot ad hoc genus spectantes emendatiunculas *Heliod.* L. V. 252. Τότε δὴ μετεμέλοντο καὶ οἱ Φοίνικες. ubi omnes *Codd.* & quatuor editiones μετεμέλλοντο. Καὶ ex *Taur.* L. VI. 286. recte *Taur.* διαμελλήσας. vid. *Lucian.* T. I. 49. contra VIII. 391. male *Taur.* μελήσασα. V. 263. μελλήσας. L. IX. 431. οὐδὲ αὐτός ἔτι καὶ μελλήσων recte *Taur.* καὶ etiam in *Vat.* L. X. 499. Ἡμῖν δὲ τῶν ἱερείων μελήσει, τῆς ἀντὶ σοῦ σφαγιασθησομένης. ubi male μελλήσει & σφαγισθησομένης. non enim σφαγίζω sed σφαγιάζω passim dicitur. quod cur p. 501. mutatum hic relictum! bene utrique vitio solus *Taurinensis* prospexit.

In aliis vocabulis, sed non tam spissa, obtinet in his confusio. sic ap. *Eunapium* p. 139. malim. ὡς δὲ καὶ τοῦτο μετὰ πολλοῦ πᾶσιν ἐπετέλει φόβου. nempe *proconsul circumstantibus auditoribus.* p. 140. istum φόβον mox vocat ἀπειλάς. vulgo ἐπετέλει. nempe retulerunt ad *Proaeresium. Cod. Barber.* ἔπεται. quod non capio. male mox in *Apogr.* ἀκολουθήτω.

P. 112. Vs. 21. ἄδηλα] saepe occurunt τὸ ἄδηλον & τὰ ἄδηλα. *Max. Tyr.* XIX. 7. XXX. 4. sic τὰ φοβερὰ ap. *Demosth.* de *Corona.* 502. D. *Thucyd.* V. 102. *Theod. Prodr.* VI. 246. 269. ita *Eumen. Paneg. Const.* XV. dicit *nec vereri* dubia bellorum, *nec Martem putare communem.* Mars communis & κοινὸς Ἄρης obviae formulae: verum non ideo apud *Cicer.* ad *Attic.* L. V. *Ep.* 20. ubi legitur: *scis enim dici quaedam* πανικά: *dici item* τὰ κενὰ τοῦ πολέμου: emendandum τὰ κοινά. quae ibi nullum locum habent. τὰ κενὰ & τὰ πανικὰ eadem, nisi quod haec ad timores subitos, illa etiam ad famas rei feliciter gestae subitas, sed vanas & inanes. *Vir Cl.* qui *Epistolam* ad *Cl. Conyers Midleton* scripsit de *Epist.* ad *Brutum* p. 258. hanc emendationem forte non tentasset, si consuluisset *Henr. Stephanum* ad *Diod. Sicul.* XVII. C. 86. & nostra *Miscellan.* Vol. III. p. 302.

P. 112. Vs. 22. Μεταβολὰς τοῖς δυστυχοῦσι βελτίονας] *Artemid.* II. 39. 130. Ἡ Ἶρις ἀεὶ τοῖς ἐν πενίᾳ πολλῇ, ἢ ἄλλῃ τινὰ περιστάσει οὖσιν, ἀγαθὴ νομιζέσθω, καὶ γὰρ αὐτὴ τρέπει τὸ κατάστημα, καὶ τὸ περιέχον ἀλλοιοῖ. πᾶσι δὲ τοῖς ἐν περιστάσει οὖσιν ἀγαθὴ τῶν καθεστώτων μεταβολή. ubi κατάστημα. *coeli habitus.* τὸ περιέχον *aer.* interpres non cepit.

P. 112. Vs. 22. τάχα δὲ . . . τάχα] incuria in repetenda voce a quo non admissa? *Maneth.* L. III. 215.

—— —— Μήνην δ' ἐσορῶντες,
Καὶ δὲ καὶ ἠέλιον μερόπων τεύχουσι φονῆας.
'Αιεὶ δ' ἔκπλωσιν βιότου τεύχουσι πρὸς οἴκους.
Ταῦτα δὲ καὶ δοιοῖς ἑτέροις τεύχουσιν ἐόντες.

πρὸς οἴκους intellige *domus* ſignorum. vid. L. I. 212. III. 314. Nam etiam in *Manethone*, ſi memini, mutata loca vidi, ob repetitionem ejusdem vocabuli.

FINIS

JA-

JACOBI PHILIPPI D'ORVILLE
ANIMADVERSIONES
IN
CHARITONIS APHRODISIENSIS
LIBRUM SEPTIMUM.

LIBRI SEPTIMI CAPUT PRIMUM.

P. 113. Vs. 3. Μόνος ἐλεύθερος] jam antea tetigimus. *Eurip. Helena* 280.

Τῶν βαρβάρων γὰρ δοῦλα πάντα πλὴν ἑνός.

tamen familia Othanis in ipſa Perſia erat libera, teſte *Herodot*. III. 83. *Plut. Alex.* 75. de *Calliſthene*. ὡς μόνον ἐλεύθερον ἐν τοσαύταις μυριάσι. obliviſcitur autem *Polycharmi*, qui & ipſe εὐπατρίδης & ἐλεύθερος.

P. 113. Vs. 10. ὥσπερ ἄκαιρος] ut *cui non vacabat* longos ſermones audire. & qui breviter modo reſponderet cum Clytaemneſtra ap. *Aeſchyl. Agamn.* 1064. Ου τοι θυραίαν τήνδ' ἐμοὶ σχολὴ πάρα Τρίβειν. vide *Ammon.* & *Thom. Mag.* in ἀκαιρία. contra εὔκαιρος *otioſus*. *Gl.* εὔσχολος, εὔκαιρος. *Alciphr.* III. LII. εὐκαίρως μόνος ἂν φάγοιμι. ſic εὔκαιρος. *qui domi vacat amicis*. ἄκαιρος. qui *prae temporis anguſtiis vacare nequit*. *Polyb.* v. 26. 520. βουλομένου εἰσιέναι, παρακατέσχε τις τῶν ῥαβδούχων, φήσας οὐκ εὐκαίρως ἔχειν τὸν βασιλέα. *Eurip. Hel.* 484. ἀλλ' ἕρπ' ἀπ' οἴκων . . . καιρὸν γὰρ οὐδὲν ἦλθες: id eſt ἡμῖν ἀκαίροις. *Lucian. Dial. Deor.* IX. 227. ἔστιν, ὦ Ἑρμῆ, νῦν ἐντυχεῖν τῷ Διΐ; *Merc.* μὴ ἐνόχλει, φημὶ ἄκαιρον γάρ, ὥστε οὐκ ἂν ἴδοις ἐν τῷ παρόντι. exempla haec monſtrant vocem ἄκαιρος de iis, qui vel auſcultant

tant ad januam, vel ingredi volunt. *Cl. Cocchius* notat fuisse primo videri εὔκαιρος. potest & hoc eodem usu accipi: ut qui otiaretur, domino absente, & cui proinde vacabat inquirentem quae volebat, edocere. quin & communi sensu εὔκαιρος accipi potest. *quasi opportunus*, qui Chaerean inquirentem de rebus Callirrhoae omnia edoceret. Non legi *coquos* vacasse apud veteres auscultando, sed janitores, non μαγείρους sed θυρωρούς. quare *Coquum* istum V. C. abegi de versione.

P. 114. Vs. 1. Θέλων γὰρ ὁ Διονύσιος ἀπελπίσαι Χαιρέαν τὸν Καλλιῤῥόης γάμον] sane taedet saepe cogi ad facillima tutanda & vindicanda. quae notio voci ἀπελπίζειν magis propria quam *desperare*. vide *Diod.* xx. 50. xx. 78. & ibi interpretem doctissimum. Grammaticalis ordo est. Διονύσιος θέλων Χαιρέαν ἀπελπίσαι γάμον τόν. quod aeque bene dictum est ac θέλων ἀπελπίσαι τὸν γάμον Χαιρέᾳ. non haereremus in talibus locis, si revereremur, ut par est, τὸ κείμενον. Quod dum commode explicari possit, temerarii est & περιέργου sollicitare.

P. 114. Vs. 2. μένειν τὴν δίκην] tetigimus L. vi. iv. 104. 12. μένει δὲ ἡ κρίσις. ita ἡ μὴ οὖσα ap. *Demosth.* p. 1007. B. ita μένειν dicuntur τὰ ὀφειλήματα in publicis tabulis, donec expungantur. *Demosth. Aristog. Pr.* 838. F.

P. 114. Vs. 6. Ἐξυπηρετῆται] forma activa hujus compositi ap. *Sophocl. Trach.* 1173. media forma passim obtinet. *Heliod.* vii. 344. vid. L. viii. viii. 143. 3. porro in *apographo* haec librariorum φάσματα. ἐξυπηρεύτηται. κατηρραξαμένος. & antea Ἄιγυπτον.

P. 114. Vs. 9. Κακὴ ξενοδόχε] an respexit auctor ad Alexandrum, qui ibi mortem invenit.

P. 114. Vs. 9. ἐπ' ἐμοῦ καὶ ἐρήμη] nam in *desertis* nulla hospitia & diversoria. quo quid peregrinanti incommodius? praestat malum quam nullum hoc in negotio. etiam quia Callirrhoe inde aberat, quae ipsi instar omnium. De vi praepositionis actum L. v. x. 95. 3.

P. 114. Vs. 10. Ἐν πολέμῳ γάμοι] *Horatius Epod.* ix.

Interque signa, turpe, militaria Sol adspicit canopium.

P. 114. Vs. 12. Ἐρήμην κατεκρίθην] proprie qui se in judicio non stiterat. qui vadimonium deseruerat, ἐρήμην κατεκρίνετο. hic multo iniquius Chaereas κατεκρίθη, qui se sistere paratus erat: cum Dionysius quasi vadimonium deseruisset. aliquantum magis proprie potuisset scribere. ἄκριτος, ἀναπολόγητος, ἀνέλεγκτος κατεκρίθην.

ἐρήμην, ἐρήμους δίκας ὄφλειν illustravit *J. Casaub. Theophr. Char.* viii. variae aliae locutiones occurrunt passim. *Demosth.* in *Boeot.* περὶ ὀνομ. 1040.

1004. A. ἐὰν ἐρήμην δίκην τελεσθῆναι. 1007. A. ἐρήμην ἐὰν καταδιαιτήσασθαι. *Lucian. Abdic.* II. 166. ἐξ ἐρήμης ἁλίσκεσθαι. Idem ἐρήμην κρατεῖν. de *Gymn.* 921. λαχεῖν τινι ἐρήμην optime illustrat *Cl. J. Taylor ad Lysian* p. 365. 399. 402. nam λαβεῖν δίκην παρά τινος bene dicitur. *Demosth. Eph.* in *Eubul.* 883. A. & passim. at λαβεῖν δίκην ἐρήμην non procedere videtur. agit de his quoque *Cl. Interpres* ad *Diodor.* XIII. 5. p. 545.

P. 114. Vs. 13. Οὐ γὰρ ζήσεται Καλλιῤῥόη παρόντος διαζευχθεῖσα Χαιρέου] in margine apographi notatur γρ. περιόντος. Utraque lectio quodammodo stare potest. prodita, quia revera sibi praesentes fuerant Chaereas & Callirrhoe. magis tamen secundam probarim. „ certe non vivet, cum sciat jam certo me vivere, & tamen ipsi mea persona carendum esse. Antea vixit: quia me mortuum credebat: ita sine me vivere ipsum fatalis necessitas cogebat. „ eadem pene diversitas ap. *Heliodor.* VI. 291. λυπουντος μὲν καὶ ὅτι μὴ σύνεστι, πλέον δὲ εἰ περίεστιν ἢ μὴ, φοβοῦντος. Ubi *Vat.* & *Taur.* εἴπερ ἐστίν. & εἶναι *vivere*. sed praetulerim publicam lectionem. mox ibi ita εἶναι occurrit. ubi sic *Taurin.* Ἀλλὰ τούτου γε ἕνεκα θάρσει, ἔλεγεν ὁ Καλάσιρις, ὡς ὄντος ἐκείνου, καὶ σὺν σοὶ ἐσομένου, θεῶν νευόντων, εἴπερ τι χρὴ τοῖς τε προθεσπίσμασι περὶ ὑμῶν.

P. 114. Vs. 14. ἐξηπάτησεν αὐτὴν τῷ δοκεῖν] legendum vel αὑτὴν pro ἑαυτὴν, nempe *Callirrhoe.* vel τὸ δοκεῖν ἐξηπάτησεν αὐτὴν id est, *Callirrhoen.* hoc malim

P. 114. Vs. 15. Βραδύνω καὶ οὐκ ἀποσφάξω] facile haec congruentia temporibus reddas, vel βραδυνῶ vel ἀποσφάζω legendo. nam βραδύνω; ut μένω, περιμένω potius in praesenti efferuntur. sane mallem, si quid necessario mutandum foret, ἀποσφάζω. praesens hic vim suam habuerit. & ξ & ζ passim mutata vidimus L. I. v. 84. sic bene *Gronovius* in *Maneth.* II. 430. Ἢ ἔτι καὶ πιναρῇσιν ἐφεζομέναις στεγέεσσι. vulgo ἐρεζομέναις. malim praeterea πιναροῖσιν . . . τεγέεσσι. ut VI. 146. ut legendum. vid. VI. 585. II. 180.

Ἐξ ἕδρης πιναροῖο τέγους, ξυνῆς τ' ἀπὸ δήμου Εὐνῆς.

licet L. III. 153. dicat πιναραῖς ἀλόχοις. sic bis Ζῆνα pro Ξῆνα ap. *Maneth.* II. 446. & III. 314. mirum hoc dialecto Ægyptiacae non adscriptum. & juvisset *Porphyr.* de *Anim. Abst.* IV. 416. ubi ξανὸς habes.

P. 114. Vs. 16. Προχέας τὸ αἷμα ταῖς θύραις τοῦ δικαστοῦ] ταῖς θύραις. est *ante domum.* ut θύρασιν. *Aristoph. Pace* 941. 1023. ἐν ταῖς θύραις. πρὸ τῶν θυρῶν. certe *H. Stephanus* in *Lexico* προχέειν cum *dativo* agnoscit in *Anthol.* L. II. XLVII. Τὸν μὲν γὰρ γαίῃ προχέει κρύφα. nempe τὸν οἶνον. Et si ibi γαίῃ accipias in nominativo, valde contorto sensu explicare necesse

esse est cum *Obsopoeo*, *Hunc quia clam tellus venis effundit.* quod quale sit nescio. rectius *Brodaeus* accepit *vomit*. quare non opus videtur προχέας, nec adeo necesse, ut ipsi postes sanguine conspergantur.

P. 114. Vs. 17. Απαρηγόρητον αὐτῷ τὴν συμφορὰν] intellexerim Πολυχάρμῳ. sive αὐτῷ sive αὑτῷ legas. alioquin potius αὑτοῦ scripsisset. vid. I. VI. 9. 18.

P. 114. Vs. 20. Τοσοῦτον ἀποδέω τοῦ] *tantum absum ab.* hoc verbum habet adverbia sive potius adjectiva neutra in accusativo. at δέω eodem sensu semper genitivos. τοσούτου δέω. πολλοῦ δέω, ut ap. *Lysiam* ipso initio orationis πρὸς τὴν εἰσαγγελίαν p. 404. ubi, licet constructio bona, sensus vacillat & contrarius verbis requiritur, ut recte animadvertit doctissimus editor. non multum aforem a praemittenda vocula negativa. Οὐ πολλοῦ δέω vel πολλοῦ οὐ δέω. in priorem positionem magis inclino, quia saepe initia scriptorum aliquod damnum passa fuisse comperimus. quam facile οὐ periit in principio orationis. ut δέω pro *debeo* in prima persona accipiam, & legam πολλὴν δέω χάριν ἔχειν a me non impetro. nam grammatici & usus uno ore docent δεῖ pro πρέπει vel χρεία ἐστὶ, neque primam neque secundam habere personam, uti inter alios *Schol. Theocr.* III. 52. a quorum canonibus religioni est recedere. χαμαιδιδάσκαλοι enim illis temporibus certius in talibus mihi videntur potuisse judicare de genio & usu linguarum, quam hodie

> Ἄνδρες παιδείης ἡγήτορες ἔν τε καθέδραις
> Γραμματικαῖς δήμοιο, βίον διαποιμαίνοντες.

quae licentiae aperiretur porta, si in ἀπορίαις nostris liceret veteres linguarum migrare limites.

P. 114. Vs. 21. Ἕτοιμος] vide L. I. IV. 7. 3.

P. 114. V. 23. Ἐκδικίαν] *ultio.* sine auctoritate in *Lexicis*. ab ἐκδικεῖν. male ἐκδικάζειν eo sensu notatur. quo legitimo sensu utitur inter alios *Aristoph. Eccles.* 977. mox male *Apogr.* ὁρμισμένον.

P. 114. Vs. 25. Τὸν θάνατον εἰς ἄμυναν καταχρήσασθαι τοῦ τυράννου] *abuti* non solum dicimur, quibus *sine utilitate* utimur: sed etiam quibus ita utimur, ut *res illa plane pereat*. sic Grammatici recte. constructio varia. *accusativum* adhibet huic verbo *Herodotus*, sed alio sensu. verum ille casus etiam hoc sensu apud alios occurrit. *Chion. Ep.* XVII. Τελειώσας δὲ τυραννοκτονίαν τοῦτο παθεῖν εὔχομαι.

P. 114. Vs. 25. Ἔργῳ] an non retuleris ad λυπήσαντας?

P. 114. Vs. 26. Ἔνδοξον καὶ τοῖς ὕστερον γενομένοις διήγημα καταλείποντες, ὅτι δύο Ἕλληνες] ita λόγον περὶ αὐτοῦ καταλείπειν. *Lucian. Dial. Mort.* XXIV. 431.

431. Verum unde hic nominativus pendet? nonne, quia praecedit καλὸν γὰρ λυπήσαντας, hic quoque καταλείποντας, ſive ad καλὸν referas, ſive ad ἔνδοξον nude acceptum, nec cum διήγημα copulatum? an nominativus hic ſeſe tueatur, quia ſequitur Ἕλληνες. non putarim.

Demoſth. παραπρ. 328. C. Τίς ἔςαι λόγ@ περὶ ὑμῶν, Ἀθήνηθεν ἐπρέσβευσάν τινες ὡς Φίλιππον τουτονὶ, Φιλοκράτης, Αἰσχίνης, Φρύνων, Δημοσθένης. *Xenoph.* L. II. K. A. 274. C. ὅ σοι τιμὴν οἴσει, εἰς τὸν ὕςερον χρόνον ἀναλεγόμενον, ὅτι Φάλιν@. ubi fruſtra tricantur. ὅ ἀναλεγόμενον. *quod ſaepe commemoratum honorem feret tibi.*

P. 115. Vs. 1. Ὅτι δύο] illud ὅτι abundat. praeponitur periodo ſequenti, ut illa indicetur ipſiſſima alicujus verba continere vel ſimilem ob cauſſam. Apud *Demoſth.* παραπρ. 330. C. ὅτι ἀπολογήσεται δὲ Δημοσθένης. ubi ipſa verba apologiae referuntur: unde etiam illud δὲ locum habet, quod male in *Codice* amittitur, ſaltem uno. videtur pene reſpexiſſe *Theocritum* in *Idyll.* XII. 11.

—— Ἐπεσσομένοις δὲ γενοίμεθα πᾶσιν ἀοιδή.
Δοιώ δή τινε τώδε μετ' ἀμφοτέροισι γενέσθην Φῶτες.

P. 115. Vs. 1. Καταδικηθέντες] male *damnati.* immo *injuria, contumelia affecti.* ut ἀδικέω, διαδικέω, συναδικέω, ἀνταδικέω, προαδικέω, ita & καταδικέω. aliud eſt καταδικασθεὶς. quod huc nihil facit. nec enim *condemnati* fuerunt, ſed *injuria adfecti.*

P. 115. Vs. 1. Αντελύπησαν] apud *Lucianum* & alios.

P. 115. Vs. 4. δυνάμεθα] vide III. VI. 53. 4.

P. 115. Vs. 5. Φυλακαὶ καὶ προφυλακαὶ] *cuſtodiae & excubiae. remotiores vigiles.* paſſim. *Xenoph.* IV. H. H. 510. B. vid. *Diodor.* XI. 405. & ad L. VIII. III. 132. 14. mox pro erroneo typi & apographi repone ἀφεςάναι.

P. 115. Vs. 9. Ἀπαντήσει] ita Latini *occurrere. ſponte hoſtes irruunt. exit ut quaerat hoſtem.*

P. 115. Vs. 12. Ἑαυτῶν] pro ἡμῶν αὐτῶν. quidam inprobarunt ob diſparilitatem numeri & caſus. ſed uſus talia contemnit. vide *Euſtath.* *Odyſſ.* Δ. p. 1480.

LIBRI SEPTIMI CAPUT SECUNDUM.

P. 115. Vs. 15. Ἐδίωκον] *ſtudio*, *feſtinatione*, non ſemper *hoſtili animo*, *ſequi*. paſſim exempla. vide notata in *Critica Vanno* C. XII. 562.

P. 115. Vs 18. προσμίξαντες τοῖς ὀρνιθοφύλαξι] qui erant in extremo agmine cum ceteris σκευοφόροις. Non mirum vero *cuſtodes volatilium* plurimos fuiſſe ſecutos exercitum Perſicum. cum ille ſoleat in omnibus deliciis agere, & reges Perſarum praecipue eſu volucrum capiantur. *Heraclides Cumanus* ap. *Athenaeum* L. IV. C. X. p. 145. C. πολλοὶ δὲ ὄρνιθες ἀναλίσκονται, οἵτε στρουθοὶ οἱ Ἀράβιοι, καὶ χῆνες καὶ ἀλεκτρυόνες. an ibi forte ἄτε στρουθοὶ reponi praeſtat? *Herodot.* VII. 119. Ἔτρεφον δὲ ὄρνιθας χερσαίους καὶ λιμναίους, ἔν τε οἰκήμασι καὶ λάκκοισι ἐς ὑποδοχὰς τοῦ στρατοῦ. ap. *Polyaenum* L. IV. C. II. §. 32. p. 356. ex recenſione caenae Cyri in aerea columna ſcripta inter cetera quotidie adpoſita fuiſſe colliguntur τρυγόνες τριακόσιαι. ὀρνίθια παντοδαπὰ μικρὰ ἑξακόσια. νεοσσοὶ χηνῶν ἑκατόν. *Seneca* L. III. de *Ira*. C. XX. de *Cambyſe*, ait. *Servatas illi fuiſſe generoſas aves & inſtrumenta culinarum camelis vecta*, *dum ſortiebantur ejus milites*, *quis male periret. quis pejus viveret.*

Plures tales ὀρνιθοφύλακας in Perſicis caſtris fuiſſe veroſimile, quam in Romanis *Pullarios*. quorum uſum etiam Perſis notum fuiſſe, non puto. licet alioquin etiam ex *avibus* omina captare conſueviſſent. vide *Herodot.* III. 76. *Xenoph.* K. Π. I. 25. C. II. 38. A. *Curtium* III. III. 17.

Etiam aquilae & aliae volucres pro ſignis militaribus apud Perſas obtinebant. vide *Xenoph.* K. A. I. 271. B. K. Π. VII. 172. D. Car quidam ſic gallum gallinaceum portabat ante cohortem in exercitu Artaxerxis ap. *Plut. Artax.* 286. ſed non legi cuſtodes, ut apud Romanos, his ſignis praepoſitos, nec apte ὀρνιθοφύλακας vocari poſſe credo. Quid quod *ſigna* non in extremo agmine, ſed aliis locis ſervabantur. at lixae, calones, σκευοφόροι plerumque in extremo agmine. vide *Thucyd* II. 79. *Herodot.* IX. 420. quamvis aliquando pro uſu & locorum natura vel hoſtium vicinitate aliter eveniebat. vide *Herodot.* VII. 40. *Diod.* XIX. 348. *Ammian. Marcell.* XXIV. I. 300.

Conſilio igitur ſeſe his *avium cuſtodibus* in extremo agmine inmiſcuerunt.

Quod ſi nec ita ὀρνιθοφύλακες placeant, poſſes ὀπισθοφύλαξι, qui noti in re militari. & contendere parum abire invicem, ſi literis majuſculis ſcri-

ſcribantur ὀπωθοφύλαξι & ὀρνιθοφύλαξι. forte id aliis placuerit, quibus volupe eſt potius auctores, ut vocant, emendare quam explicare, ſane inſtituto ad bonos auctores injurioſiſſimo, & ad ingenia juvenum ſtudioſorum corrumpenda praeſentiſſimo.

Debemus autem Charitoni & moris hujus notitiam & vocem ipſam. cui ſimilis forma eſt σκευοφύλαξ ap. *Plutarch. Alex.* p. 49. Haec Perſarum ingluvies in memoriam revocat querelam *Manilii* de Romanorum luxurie L. IV. 404. loco valde corrupto: ſed cui ſi non ſanitatem magnus Bentlejus attulerit, ut non puto, ſaltem remedium egregium ad eam obtinendam indicavit. ſic leguntur in *Edit. Delphinica*

Luxuriae quoque militia eſt vigil, atque ruinis:
Venter & ut percat, ſuſpirant ſaepe nepotes.

ejus interpretis ineptiſſima interpretatione cur chartam maculem? omnes ſcripti, *vigilatque* „ ait *Bentlejus*. non notavit in *Aldina* deeſſe vocem *militia*. quae & deeſt in *Cod. Oxonienſi. Aldina* ſic legit. *Luxuriae quoque eſt hoc.* ſed *Scaligeranae, vigil, atque ruinis Venter, & ut pereant.* in omnibus *pereant.* vitioſe *Delph. percat.* voluit *parcat.* quod & explicuit, & nupera *Patavina Editio* ſecuta eſt. non ſcio an alii. auctoritatem hujus lectionis neſcio. Anglus criticus hic breviter, *corrige & diſtingue*

Luxuriae quoque militia eſt, vigilatque culinis
Venter: &, ut pereant, ſuſpirant ſaepe nepotes.

Jam hic taxat poeta luxuriem, primo quod ipſa militia, ſive res militaris, ſive expeditiones vel luxuria diffluant, vel potius luxuriae inſerviant. peſſimo exemplo. cum ſevera diſciplina unice contineat milites: vel expeditiones non in voluptatem, ſed in patriae defenſionem natae ſint. taxat igitur id merito. at adjicit *vigilatque culinis venter.* quod neſcio quid reprehendendum in ſe habeat: ſi enim *venter in culina dormierit*, inertem & ſui negligentem habuerim, & qui hujus ſomnolentiae brevi poenas ſua pernicie daturus ſit. ventri ſive guloſo homini non igitur vitio dandum, quod in culina vigilet: nam ibi ejus, ſi usquam, res agitur, & ferrum ipſius in igni eſt. haec igitur ſententia etiam parum rotunda. at ſequens tertium effatum ne quidem intelligo. *Delphinicus* explicat „ *Majores laborant, ut luxuriae ſuae indulgeant: Nepotes, ut parſimoniae ſtudeant.*„ ſive in paraphraſi: „ & *poſteri noſtri plerumque laborant, ut venter ſtudeat parſimoniae.* per quam ſcientifice! credebam guloſos eſſe dictos *nepotes: quia avi & atavi, parci ſenes, rem familia-*

rem anxie & diligenter servabant : at nepotes ipsorum sudore & vigiliis parta bona sine cura dilapidabant. Scaliger *Nepotes* accepit pro *belluonibus & decoctoribus.* recte. verum sic procedit quidem *venter vigilat ruinis*: nullam occasionem negligit ingluvie sua rem familiarem perdendi: sed scire velim, qua ratione *lurcones illi suspirant saepe, ut pereant.* an dum ita stomachum onerant, ut inter helluandum saepe suspiria prae nimia satietate ducere necesse habeant? non puto. at per se sententiam absolvit apud *Bentlejum*: *&, ut pereant, suspirant saepe nepotes.* vellem vir sagacissimus sensum hujus particulae explicuisset. si sunt *posteri* hic *nepotes*, qua ratione dicantur *suspirare, ut pereant.* si legeretur, *quod pereant.* possem aliquem, licet ineptum, sensum exsculpere. Nam notaret, *liberos, nepotes, suspirare se fame perire, dum parentes deliciis & luxuria rem familiarem perdant.* si *nepotes* V. D. accipit pro *dilapidatoribus rei familiaris*: rursus rogo, qui locus hic suspiriis? puto totum locum ita constitui posse, aliquo saltem sensu.

Luxuriae quoque militia est, vigilatque culinis.
Venter & ut pascat, sua [vel *se*] *perdunt saepe nepotes.*

id est, jam cohortes & turmae adhibentur, non ut hosti *resistant, &* fines inperii propagent, sed ut luxuriae famulentur: & non jam vigilant oppidis & finibus tuendis, sed excubias agunt, ne preciosi pisces vel aves alio avehantur, & gulae culinaeque subtrahantur Romanorum Apiciorum. & ut ventri bene & abunde & dapsilice sit, helluones patrimonia sua disperdere & profundere in cibos delicatos non verentur. Revera milites mittebantur & excubiae, quae piscibus & avibus delicatioribus conferendis & tuendis invigilarent, ne quid Romanis mensis lauticiarum deesset. *Pacat. Paneg.* XIV. *Ut taceam infami saepe delectu scriptos in provinciis aucupes, ductasque sub signis venatorum cohortes militasse conviviis.* quid differunt *militare conviviis* & *vigilare culinis*? ne putemus hanc demum circa *Theodosii* aetatem ingruisse intemperantiam *Sueton. Vitellium* XIII. narrat; *Muraenarum lactes Parthia usque, fretoque Hispaniae*, per navarchos & triremes *petitarum commiscuisse.* ubi locum *Senecae Consolat.* ad *Helviam* C. IX. laudatum consulas. noster L. V. 195.

Luxuriae quia terra parum, fastidiet orbem
Venter, & ipse gulam Nereus ex aequore pascet.
& vs. 369. *Atque haec in luxum. jam ventri longius itur*
Quam modo militiae . . . arcessitur inde macellum.

jam secundi versiculi sententia est perspicua. *pascere* quidem, proprie jumenta dicuntur, oves, boves, sed & homines, qui instar animalium, uni

uni abdomini inplendo ſtudent. venter, animal voraciſſimum, recte paſcere ita dicitur. jam ut venter laute excipiatur, helluones decoquunt & perdunt rem.

Sua perdunt & *ſuſpirant* non diſtant paraſangis. ita *Cod. Oxon.* IV. 771. *ſub* habet pro *ſua*. hoc argumentum vero non adduco, quaſi magni momenti, ſed quia omnino ſentiam quae *Gul. Beſtius* de toto hoc genere, C. I. de *Rat. Emend.* p. 36. *nullas emendationes, licet ſenſum clariſſime reſtituant, videri laude dignas quae in tantum recedunt* a ſcriptura Codicum, *ut prorſus nullum adpareat priſtinae lectionis in correctione veſtigium. hoc enim non eſt emendare loca corrupta & auctoris verba reducere, verum ſua ipſius placita audacter ſubſtituere, & non quid ſcripſerit, ſed quid ſcribere debuerit auctor, indicare. Hoc tamen vitium deprehendere licet in plerisque etiam doctiſſimis interpretibus.*

Quod decretum eſt juſtiſſimum. profecto hoc nomine in uno *Manilio* ter centies cenſuram meretur *Britannus Criticus.* unico exemplo jam defungar. L. v. 592.

—— Plauſis ſic ſubvolat alis
Perſeus, & coelo pendens jaculatur in hoſtem,
Gorgoneo tinctum defigens ſanguine ferrum.

„ *jaculatur* ait, *eſt mendoſum. una harpe utebatur. quam e manu non dimittebat.* & reponit *ſic fertur in hoſtem. Virgil. bis* ſcilicet dixit *fertur in hoſtem* „ At quae argumentatio! dixerint id alii & alia item aequivalentia, *ſe mittit* in hoſtem. an ideo *Manilius* hic ita locutus eſt! deinde vero quae ſimilitudo ſoni in *jaculatur* & *ſic fertur*? nulla. & quod harpen manu non emiſſam cauſſetur, nihil ad rem. tu intellige Perſea alatum ſeſe ſaepius fuiſſe jaculatum in cetum & repititis ictibus harpae belluam tandem confeciſſe. vide *Ovid.* L. IV. *Met.* 725. Addit: *quid quod quinto* abhinc *verſu iterum habemus jaculatur.* At longe majore jure regeremus. *quid quod altero abhinc verſu ſuperius habemus* ferentem. & *quarto verſu inferiore rurſus* fertur. an a Critico odioſas repetitiones accipiemus, ab ipſo auctore profectas faſtidioſe repudiabimus?

P. 115. Vs. 19. λαβόντες] vide ad *Libr.* III. VII. 55. I. non enim adeo *captivos facientes*, ſignificat, quam ex quadam abundantia adjectum hoc vocabulum.

P. 115. Vs. 23. Κομίζοντας] veniet, auguror, qui Charitonem pejeret ſcripſiſſe κομίζοντες. ἐνθα paullo ante eſt χειρονικὸν ἐπίῤῥημα.

P. 115. Vs. 24. Συρακούσιοι] Adhuc Apographum ſemper exhibuit duplicem literam caninam in hac voce. praeſens ſcriptura in ſequentibus,

ſi

si memini, bis occurrit. in aliis quoque haec orthographia frequens, & forte inconstans editorum vitio. sic in *Aristide* περὶ τῦ πέμπειν βοήθειαν τοῖς ἐν Σικελίᾳ fere semper. & alias. apud *Xenophontem Ephes.* eadem varietas. & valde vexata hujus vocis forma. Συρακοὐσιοι in *Codd.* ap. *Thucyd.* vide L. IV. 58. *Herodoto* ex dialecto Συρηκόσιοι. L. VIII. 153. miror duas priores scripturas saltem non animadversas a *Ph. Cluverio.* quem in hac caussa vicit diligentia *Cl. Dausquei* in *Orthogr.* p. 305. poetis Συρακόσιος passim in usu. & tamen saepe contra metrum haec vel illa scriptura obtinet. sic ap. *Pindarum Olymp.* I. 35. & VI. 31. *Cod. Vat.* corrupte Συρακόσιος. ut & meus *Codex* primo loco: sed secundo συῤῥακόσιος. sic Συρακόσα pro συρακοῦσαι. ap. *Diodor.* Tom. II. p. 490. vide *doctiss. interpretem.* XIV. XIV. [ita Ἀθήνα pro Ἀθῆναι non semel.] duplicatio illa non est omnino vitiosa, nisi ubi quantitas pugnat. certe non apud poetas. ita passim etiam in *prosa* Ἀῤῥαβία. ut in *Dione Cassio Cod. Regius* in *Coislinianа Bibl.* apud *Heliod.* VIII. 414. quin ap. eum L. V. 215. Ἄῤῥαβος quod ne poetis quidem placuit.

P. 115. Vs. 24. Εὐπατριδῶν] plurimos hac de voce & re agentes *Celeberr. J. Alberti* indicavit ad *Hesychium. H. Stephan.* observat vocem εὐπατέρειος non occurrere. habet tamen *Apostolii Lexicon* penes me ipsius manu exaratum εὐπατέρειος. *habens bonum patrem.* verum locupletiore sponsore opus.

Romanarum rerum scriptores Graeci *Patricios* per εὐπατρίδας reddunt. sic *Plutarch.* passim & in *Aem. Paullo* p. 140. *H. Valesius ad Eusebii Hist. Eccl.* III. XVII. adseverat. εὐπατρίδας saepe male verti *patricios.* cum *nobiles* tantum sint plerumque. Credo sane εὐπατρίδας modo notare saepe *nobiles*, non ista peculiari Latina notione *patricios.* sed in illo loco non video, cur non *patricii* reddi posset. An Domitianum, de eo sermo, credemus inter tot occisos plane a *familiis patriciis* abstinuisse. non sit vero simile. πολλοὺς εὐπατρίδας καὶ ἐπισήμους ἄνδρας sustulisse dicitur. profecto *Constantini* tempore rariores illae sincerae reliquiae gentium patriciarum, quando jam aliud *patriciorum* genus enatum. de quo *Du Cangius.* sed de Domitiano ibi agitur, quando adhuc exstabant. qui illi ἐπίσημοι? *nobiles. Glossae* ἐπισημότης *nobilitas.*

P. 115. Vs. 26. Εἴ τινα Ἑρμοκράτην ἀκούεις] formula elegans. vid. *J. Gronovius* ad *Lucian. Lucio* T. II. p. 571. Ἐγὼ Ἀῤῥοιά εἰμι, εἴ τινα τῆς σῆς μητρὸς φίλην ἀκούεις. T. II. 916. κατὰ τὸν τῆς Ὕδρας μῦθον, εἴ τινα ἤκουσας. ubi interpolator, ipso auctore scilicet doctior, περὶ inseruisse videtur. περὶ τῆς ὕδρας. *Cod.* ille *Wittianus*, licet habeat bonas plurimas lectiones, tamen correctorem passus videtur.

P. 116. Vs. 2. Ἄπυστον] *Apogr.* ἄπιστον. consulatur praestantiss. *Roverus*

rus ad *Musaeum* vs. 178. sic πεπεισμένος & πεπυσμένος. vide ad L. VII. VI. 124. 6. idem error in *Codice Vatic.* in *Sophocl. Oedip. Colon.* 502. nec dubites ap. *Manethon.* L. IV. 68. reponere ἄπυστα μυστήρια, ut praecessit vs. 64. adscribam aliquanto emendatiores istos versus.

Τούτοις θηλείων πιστεύεται ὄργια κρυπτά.
Οὗτοι προστήσονται ἐν ὀργιάδεσσιν ἑορταῖς,
Ἔνθα φυγαρσενίης μυστήρια τεύχετ' ἄπυστα.
Ἢν μὲν γὰρ μεσόεντα κατ' οὐρανὸν ἀνδράσιν ὀφθῇ,
Φράζει τοι βιοτὴν βαθυχρήμονα, χειλιάδας τε
Ἀρχὰς, καὶ δόξης ἀπλάτου κοσμήτορα κόμπον.
Ἐκ τοίης τιμῆς μυστήρια τεύχετ' ἄπυστα.

φυγαρσενίη. qualis in sacris *Bonae Deae* Romae. cur non versum ἄπυστα *Arcana.* male mox ὀφθῇ. per χιλιάδας ἀρχὰς intelligit Χιλιαρχίας. *tribunatus.* ut vs. 98. per μονήδας ἀρχὰς significat μοναρχίας. & vs. 104. per Ἀρχὰς Βασιληΐδας. βασιλείας. mox sua auctoritate edidit *Gronovius* ἀπλέτου sed *Cod.* ἀπλάτους vel ἀπλάτου. quod probum. uti L. IV. 296. φάος ἄπλατον. & *Porphyrio* de *Abstin. Anim.* I. 112 & 113. ταραχὴ ἄπλατος.

P. 116. Vs. 4. φέροντες ἑαυτοὺς δίδομεν] *libentibus animis tradimus.* ita *Herodot.* V. 13. VI. 108. διδόναι ἑαυτὸν τινι. *Demosth.* de *Cor.* 503. D. Ἔδωκα ἐμαυτὸν ὑμῖν ἁπλῶς εἰς τοὺς περιεστηκότας τῇ πόλει κινδύνους. *Aristoph. Thesmoph.* 224.

Ἦ μὴ διδόναι γ' ἐμαυτὸν ὠφελόν ποτε.

ita recte *Kusterus.* aliae *Edit.* ἐμαυτὸν omittunt. aliae αὑτὸν habent. *R. Dawesius* in *Observ.* p. 324. mollissimum & novis elegantiis commendabilem pro more versum Comico largitur

Ἦ μὴ 'πιδοῦν' ἁμαυτὸν ὠφελόν ποτε,

P. 116. Vs. 6. Θανάτου ἔρωτα] de omni *studio* Ἔρως obvium. *Alciphr.* III. XXVIII. sic sententiam protulit πάντα γὰρ περιαιρεῖ φόβον ἡ πρὸς τὸ τελευτᾶν ὁρμή.

P. 116. Vs. 7. Λοιπὸν δὲ ζῶ] *Theocritus* in Παιδικοῖς

—— τὸ γὰρ ἄμισυ τᾶς ζωίας ἔχω,
Ζῶ τὰν σὰν ἰδέαν· τὸ δὲ λοιπὸν ἀπώλετο.

P. 116. Vs. 9. Μὴ μὰν] legitur *Iliad.* x. vs. 304.

P. 116. Vs. 11. τὴν δεξιὰν] fidem dans & accipiens de Artaxerxe ceu communi hoste oppugnando. Nam, sicut ille dicit, *Certa fides animis, idem quibus incidit hostis.*

P. 116. Vs 11. Εἰς καιρὸν ἥκεις] obvia forma. ap. *Alciphr.* I. XXXIX. Κληθεῖσα ὑπὸ Γλυκέρας εἰς τοσοῦτον χρόνον· ἀπὸ τῶν Διονυσίων γὰρ ὑμῖν ἀπήγγειλεν. ubi positum pro πρὸ τοσούτου χρόνου. Quod offendit *Berglerum.* quo jure nescio. locus tamen laborat. supple κλ. υ. Γ. ἐπὶ θυσίαν εἰς τοσοῦτον χρόνον. ita Sybaritae feminas in festum diem agendum vocabant toto ante anno. ut testatur *Athenaeus* L. XII. IV. 521. at recte Vir idem doctus L. II. II. 216. εἰς τὴν Ἑλλάδα ἥκων. eodem *Codice* addicente.

P. 116. Vs. 14. Ὁμοτράπεζον] hoc Grammaticis aliquanto acceptius quam συντράπεζος. vid. *Herodian.* & *Th Magistrum. Pollux* sine discrimine recenset. saepe mentio hujus honoris. aliquando strictius notat in *eodem triclinio discumbere* : *de iisdem portionibus vesci.* vide Cl. *Gesnerum ad Lucian.* in *Gallo.* II. 718. *Achill. Tat.* III. 187. καταλαχεῖν τῆς αὐτῆς τραπέζης. ita loquitur & *Heliod.* L. III. 146. ἀλλ' οὐδὲ εὐνῆς, οὐδὲ τραπέζης τῶν αὐτῶν μεταλαχόντες. vulgo μεταχόντες. vide locum: nam & alia mutavi fide libri vetusti: mox habet μόνον. quod eodem redit.

P. 116. Vs. 15. Μετὰ τοῦτο] *Hesych.* Μετά. ἔπειτα. μετὰ τοῦτο. potuisset μετὰ τούτων.

P. 116. Vs. 17. Παιδείας οὐκ ἀπρονόητος] *Thom. Mag.* ἀπρονόητος, καὶ ὁ μὴ προνοῶν, καὶ ὁ μὴ προνοούμενος. ita plurima adjectiva. vid. *Hemsterhus.* ad *Lucian.* I. 179. *Xenoph.* de *Re Eq.* 941. C. dixit ἀπρονόητον ἡ ὀργή. qui locus non effugit *H. Stephanum.* sed quomodo hic accipiemus? hic passive sane nequit. & an recte quis ἀπρονόητος παιδείας dicatur, addubito. *Tacit.* III. H. 56. licet *inprovidus consilii* : *ignarus militiae.* sed an ita posses dicere *inprovidus doctrinae* vel *bonae institutionis.* an παιδείᾳ vel παιδείαις οὐκ ἀπρονόητος. *ex educatione prudens & providens redditus* in superiore membro intelligitur ὤν.

P. 116. Vs. 18. ἡ φιλονεικία καὶ τὸ θέλειν] haec enallage saepe transversos egit criticos. vide *Godl. Cortium* ad Sallustii *B. Jug.* C. XXXI. 13. nec opus plures excitare.

P. 116. Vs. 19. Ἐπεδείξατο μέγα] proprie Sophistis & Rhetoribus ἐπιδείξεις, ἐπιδείγματα tribuuntur. vide *Plat. Hipp. Maj.* 286. B. sed & quicumque virtutis vel artis specimen edunt. *Xenoph.* de *Venat.* 974. B. κάστωρ καὶ πολυδεύκης ὅσα ἐπεδείξαντο ἐν τῇ Ἑλλάδι. *Aelian.* V. H. IX. 36. vide *Cl. Wesseling.* ad *Diodor.* XV. 86. uti ἀποδείξασθαι. *Herodot.* L. I. 59. μεγάλα ἔργα. & IX. 39 ἀρετάς. etiam hic posses ita accipere. saepe haec verba confundi vidimus L. V. VI. 89. 22. sic ap. *Eunap.* Proaeresio 126. in *Barberiniano*

beriniano ἐπεδείκνυτο. ſed qui locus penitius corruptus. *Codex* idem ἐκ γειτόνων pro εἰς γειτόνων. ſolita variatione.

P. 116. Vs. 20. μέγα] non raro μέγα ſic occurrit, varia conſtructione & varia ellipſi. *Plutarch. Nicia.* 244. μέγα δὲ ἡγεῖτο πρὸς δόξαν. *Thucyd.* III. III. plenius dixit μέγα μὲν ἔργον ἡγοῦντο εἶναι. *Xenoph.* K. Π. v. 128. B. μέγα ποιεῖσθαι. & δοκεῖ δὲ μέγα τῆς εὐδαιμονίας αὐτῶν εἶναι, ὅτι. ap. *Athenaeum* XII. III. ubi *Caſaub.* σημεῖον, τεκμήριον intelligit. *Aelian.* V. H. IX. 29. ὅτι μέγα ἐστι. *Xenoph. de Mag. Equeſt.* μέγα μὲν καὶ τῷ λόγῳ διδάσκειν. paſſim obvia εἰς μέγα προχωρεῖν & ἐπὶ μέγα. vid. *Herodian.* I. II. 8. aliquando μεγάλα ita occurrit. *Lucian. Dial. Meretr.* XIII. 316. ἐπεδείξω μεγάλα. ita *Herodot.* IX. 110. dicit μεγάλα ποιεῖσθαι. ubi tamen μέγα in *Cod. Archiep. Cantaur.* vide *Galeum.* ita ap. *Strabon.* IX. 654. B. μέγα δύνασθαι. ubi *Cod.* μεγάλα. & ſane in multis eodem redit: quae paſſim obſervare licet. ideo autem uberiora adduxi, ne quis ſuſpicetur μέγα τί. quam voculam ſaepe omiſſam docuimus L. I. II. 4. 20. quamvis re vera τί vel ἔργον reticeatur. verum etiam alia adjectiva ita nude occurrunt pro ſubſtantivis. *Ariſtoph. Avib.* 381. . . . μάθοι γάρ ἄν τις κἀπὸ τῶν ἐχθρῶν σοφόν. *Plato Symp.* 179. C. ὅτω καλὸν ἐργάσασθαι. ſed ubi ἔργον in vicinia eſt. *Apollon. Tyanenſis Ep.* I. ἢ τοιοῦτο. ſed *Cod.* ἤ τι τοιοῦτο. & re vera vocula haec ſaepe naufragium fecit. *Herodot.* V. III. μέγα τοι γίνεται. at ſi *Codd.* addicerent, ex ſuperius allatis hic repoſuerim μέγα τι. & τὶ occurrit pro μέγα τί. ap. eundem IX. 66 ἀποδεξάμενός τι. vide *Heliod.* IX. 454. *Cod.* agnoſcit μέγα τι κατορθῶσαι. ſed de his alias ſatis actum. illud μέγα male apud *Maneth.* IV. 219. obtinet.

Ἠέλιον δ' ἀκτῖσιν Ἄρης πυριλαμπέσι βάλλων
Μήνης ὁρμώσης μέγα Κύπριδι, κοινὰ σὺν αὐτοῖς,
Θηλυτέρους γονίμων παίδων ἰσομήτορας ἄνδρας,
Γαλλομανεῖς τ' ἔσεσθαι, ἀγυρτῆρας τε προφαίνει.

ubi legas μίγα Κύπριδι. uti vs. 215. πυρσοβολοῦσα ἄμμιγα φωτὶ Κρόνου. & paſſim poetis μίγα ita. vid. *Nicandr. Alex.* 200. 372. illud σὺν αὐτοῖς reſpicit *Solem & Martem.* & κοινὰ σὺν poſitum pro κοινῶς αὐτοῖς vel ſimplici σὺν αὐτοῖς. mox verſus tertius redditur *effeminatiores foecundorum puerorum matribus ſimiles viros.* ubi primum male θηλυτέρους ceu comparativus accipitur. eſt enim modo vi ſua poſitivus: licet ſub forma comparativi. paſſim θηλύτεραι γυναῖκες. non *molliores*, ſed *molles*. genitivus παίδων pendet a voce ἰσομήτωρ, quae non *matribus ſimilem*, ſed *idem cogitantem* & *ſapientem* ſignificat. *viros effeminatos*, *pueris non ſapientiores*: *ſapientes*, *ut pueri. pueriles.* γόνιμος hic ſignificat. *modo natus. a genitura recens.*

Ffff 2 παιδία

παιδία γόνιμα. *matura in partum.* ut *pariantur.* vid. *Foesii Oecon. Hippocr.* γόνιμοι παῖδες. *infantes.* sapiunt instar *pueri modo nati.* recte L. IV. 7. θεομήτωρ κόσμος versum *divinus mundus.* & vs. 307. κακομήτορες. *male consulti.* illud autem μέγα quoque reponas L. IV. 527.

Ὁππότε δ' ἀρσενικοῖς δισσοὶ μέγα φεγγοβολῶσιν
Ζωδίοις κατὰ χῶρον ἀνάστερον.

ubi μέγα. quod se tamen aliquo modo tueri posset.

P. 116. Vs. 20. τῷ μὲν . . τὰ μὲν] vide ad L. I. II. 4. 20.

P. 116. Vs. 20. προκεχωρήκει] haec forma placuit quoque *Arriano Exp. Alex.* II. 18. p. 92.

P. 116. Vs. 21. Τῆς Κοίλης Συρίας] bene separat a *Phoenice*: quam penitus occuparat Aegyptius, ut viciniorem Aegypto. at *Coele Syria* erat remotior, & ideo dicit ἐξ ἐπιδρομῆς modo κυριευθῆναι.

P. 116. Vs. 22. πλὴν Τύρου] effinxisse videtur ad res gestas Alexandro. *Curtius* L. IV. I. idem plane dicit. *Jam tota Syria, jam Phoenice quoque, excepta Tyro, Macedonum erant.*

P. 116. Vs. 22. Τύριοι δὲ φύσει γένος ἐστὶ μαχιμώτατον] Ne quem offendat ἐστι. *Herodot.* II. 16. τὸ δ' ὦν πάλαι αἱ Θῆβαι Αἴγυπτος ἐκαλέετο. consule ibi *J. Gronovium. Demosth.* περὶ παραπρ. 297. E. Οἱ δὲ ἀντιλέγοντες ὄχλος ἄλλως καὶ βασκανία κατεφαίνετο. ubi alii sine caussa κατεφαίνοντο. *Thucyd.* III. 112. ἐστὸν δὲ δύω λόφω ἡ Ἰδομένη ὑψηλώ. *Isocr. Paneg.* 54. B. ἐστι γὰρ ἀρχικώτατα μὲν τῶν ἐθνῶν Σκύθαι καὶ Θρᾷκες καὶ Πέρσαι. ap. *Florum* II. 3. 4. legitur in *Codd. Tuti locis & fuga, durum atque velox genus, ex occasione magis latrocinia quam bella faciebat.* vid. *J. Gronov.* ad *Gellium* IV. I. *P Burmann.* ad *Gratii Cyneg.* vs. 78.

P. 121. Vs. 12. Μέ πολεμεῖς] plerumque revera dativus huic verbo adjicitur. sed & accusativus satis frequens & analogicus. dicitur enim quis πολεμεῖσθαι. *Demosth.* III. *Olynth.* 37. B. Οὗτοι πολεμοῦνται. *Max. Tyr.* XII. 5. πολεμεῖται θάλαττα. multi dudum huic constructioni tutandae operam dederunt, & copiose *Cl. Hemsterhusius* in *Miscellan.* nostris. Vol. IV. p. 292. & e *Dinarcho*, *Josepho*, *Halicarnassensi Dionysio*, *Plutarcho* auctoritates protulit. adjice his loca plurima *Diodori*. L. II. 37. IV. 63. XIII. 52. XVI. 12. XVII. 190. *Ctesian* ap. *Photium* 49. *Aristaen.* I. 23. κατὰ τῶν ἐμῶν ἐμὲ πολεμοῦντες. ubi forte posses κάτα τῶν ἐμῶν. *Cl. Hemsterhusius* malebat μετὰ τῶν. in iisdem *Miscellaneis*. & sane nescio an *genitivus* ita se tueri possit. igitur plenior sensus κάτα μετὰ τῶν. foret. L. II. V. recte *Mercerus*. & laudavit ita *J. Christian. Wolfius* ad *Sapphonem* p. 233. *Aeneas Epist.* III. 423. *Achmet oneirocr.* C. 39. p. 31. quin ap. *Demosth.* in *Aristocr.* 752. B. sic accepere διήγαγεν ἡμᾶς πολεμῶν, qui substituerunt ἡμῖν. ita accipe in Epigrammate *Phrontonis*.

Μέχρι τίνος πολεμεῖς μ', ὦ φίλτατε Κῦρε; τί ποιεῖς:
  Τὸν σὸν Καμβύσην οὐκ ἐλέεις; λέγε μοί.
Μὴ γίνου Μῆδος, Σάκας γὰρ ἔσῃ μετὰ μικρὸν,
  Καί σε ποιήσουσιν αἱ τρίχες Ἀσυάγην.

sic *Codex Vaticanus*. sed sciolus μ', ὦ mutavit in *apographis* in Μοι. vs. secundo non male *Guietus* λέγε, μέ. & bene Μῆδος allusione explicat Μὴ δύς. cetera declaratione non digna. *Grammatici* in Ἀσυάνασσα idem quaesiverunt, quod *Phronto* hic in Ἀσυάγης. saepe autem male habuerunt grammaticos illi accusativi verbis additi, alii casui saepius sociatis. sic aegre

gre tulerunt in *Lucian. Piscat.* T. I. 593. τῦτο ὑπερμαχεῖ. vide *Animadversiones* p. 65.

P. 121. Vs. 12. Προσέκρουσα] L. IV. VI. 74. 2. *Demosth. in Midiam* 613. B. explicat, dicens ὅτι τῳ προσέκρυσε ϰ̀ ἐχθρὸς ὑπῆρχε.

P. 121. Vs. 13. Τετιμώρησαί με] *Thucyd.* VII. 77. Ἱκανὰ τοῖς τε πολεμίοις εὐτύχηται, εἴ τῳ ϰ̀ θεῶν ἐπίφθονοι ἐςρατεύσαμεν, ἀποχρώντως ἤδη τετιμωρήμεθα. ubi passive habes: hic in notione media.

P. 121. Vs. 13. Νεμεσητὸν τὸ κάλλος] Fabulae centum exempla praebent de dearum in formosas & superbas feminas invidia. *Propert.* II. XXI. 12.

Num sibi collatam doluit Venus? illa peraeque
Prae se formosis invidiosa dea est.

V. D. quidam volebat *semper formosis.* sed *prae se* non sine ἐνεργείᾳ dictum. *Herodotus* invidiam omni numini adscribit. L. I. XXXII. τὸ Θεῖον πᾶν ἐὸν φθονερόν. L. III. 40. ἐμοὶ δὲ αἱ σαὶ μεγάλαι εὐτυχίαι οὐκ ἀρέσκυσι, τὸ Θεῖον ἐπιςαμένῳ ὡς ἔςι φθονερόν. Haec *Nemesis. Idem* L. I. 34. Ἔλαβε ἐκ Θεῦ νέμεσις μεγάλη Κροῖσον, ὅτι ἐνόμισε ἑαυτὸν εἶναι ἀνθρώπων ἁπάντων ὀλβιώτατον. *Tatianus* adv. *Gentes.* XXXVI. Φθονερὸς ὁ Ζεὺς καθ' ἡμᾶς, ϰ̀ κρύπτει τὸ ὄνειαρ τοῖς ἀνθρώποις, βυλόμενος ἀπόλυσθαι. ibi vulgo τὸν ὄνειρον. quod interpres ceu ὀνηρὸν ab ὄνημι accipit. non placet. Inde locutio δαιμονίυ νεμεσήσαντος & similes. vide *Diodor.* L. XI. C. 63. & 92. cum nota.

Alii tamen ex Justitiae Deorum legibus agere potius credebant. *Plato* de L. L. IV. 417. D. Πᾶσι γὰρ ἐπίσκοπος τοῖς περὶ τὰ τοιαῦτα ἐτάχθη Δίκης Νέμεσις ἄγγελος. & magis poetice a *Dionysio* in *Hymno in Nemesin* compellatur

Κυανῶπι θεὰ, θυγάτερ Δίκης.

quem inveneris post *Arati Oxon. Edit.* & integriorem in *Memoriis Academiae Francicae.* T. VII. p. 289. adductumque a *Cl. Wesselingio* ad *Diodorum.* Νεμεσητὸς active & passive passim occurrit. *Heliod.* VII. 351. φύλαξαι ϰ̀ τὸ ἐκ τῆς ὑπεροψίας νεμεσητόν. *Platon. Sympos.* 195. A. Εἰ θέμις ϰ̀ ἀνεμέσητον εἰπεῖν. & passim. vide *Schol.* ad *Theocriti Idyll.* I. 101. *Moschum Idyll.* IV. 83. Νεμεσᾶν pro Νέμεσιν repone cum *Rigaltio* in *Artemidoro* L. II. 42. p. 135. ap. *Eunap.* legitur p 157. τὸ δὲ θέατρον ἐμεμήνεσαν, οὐδὲ τὴν πεπιεσμένην ῥανίδα τὴν Κασαλίαν φέροντες. *auditores furiis agitabantur.* at ἐνεμέσησαν *invidebant* non minus quadraret. sic tamen *Barberinianus.* sed qui bene δὲ omittit. diximus quaedam de *Nemesi* ad L. III. VIII. 57. 2. ubi vidimus duas fuisse. sed quas non leviter errans *H. Junius* ad

ad eundem *Eunapium* p. 107. ὁ δὲ παρῆλθε μῦ εἰς τὸ τῶν Νεμέσεων ἱερὸν . . . ταῖν θεαῖν εὐχεῖς. sibi enim putavit licere *Eumenides* vocare. cum sint diversissima numina. quia scilicet una *Nemesis* modo memoratur. at licet Latine haec Dea, teste *Ausonio*, dici nequeat, vocabulum Graecum servare, vel supponere forte potuisset *Fortunas*. quae *duae*. ut illae *Antiatinae*. tum re vera Latini pro *Nemesi* vocarunt *Fortunam*. Unde idem ille *Ausonius Idyll.* IV. 85.

Absistat Nemesis: ferat & Fortuna jocantem.

& sic *Manilius* L. IV. 565. quem locum explicuimus p. 544. *Animadversionum.*

P. 121. Vs. 13. ἔδοξέ μοι] Si σοὶ haberetur, facilior sensus foret. νεμεσητόν μοι. *mihi invidiam creans.*

P. 121. Vs. 14. Αἴτιον] hic plene distinguas. ὅ μόνον ad sequentia bene adplicuit *interpres*. simile quid in vocula τῦτο observavimus.

P. 121. Vs. 14. Πολέμε πεπείραμαι] *Hesiod.* Ἔργοις. 660.

Τόσσον τοί νηῶν γε πεπείραμαι πολυγόμφων.

mox ἦν μο *apographum.*

P. 121. Vs. 17. Παρά τινος πύθωμαι] obvium παρά τινος. ἐκ τινός. τινὸς πυθέσθαι. *aliquid ab aliquo sciscitari. Homerica* & prima notio. deinde aliquid *sine sciscitatione intelligere*. Ita accipe ap. *Lysian* p. 43. οὐκ ἀνέμεινον πυθέσθαι οὐδὲ βοηθῆσαι συμμάχες. *neque exspectabant, dum audirent, intelligerent & auxiliarentur socii.* nam πυθέσθαι βοηθῆσαι. *rogare, ut auxilientur*, mihi Graece dici non posse videtur.

P. 121. Vs. 20. Ταῦτα λέγεσα ἔτι, ἀπῄει] sic distinguo. *haec adhuc dicens abibat.*

P. 121. Vs. 20. Ἐπιστᾶσα δὲ Ῥοδογύνη] δὲ accipe pro γάρ. ut saepe. licet autem deesse quid videatur, nihil forte deest. sed potest intelligi ἦν. ut crebro in Participiis pendentibus. vide *Observata* L. III. X. 60. 3. sententia quoque forte perfecta: nam caussa his verbis indicatur, cur statim tum abierit: nec plura questa fuerit. scilicet quia adparebat *Rhodogune. tantae dignitatis matrona. forte & ipsa preces Veneri factura.*

Non tamen extra suspicionem est, ut post verba, ὅτε εἰς Βαβυλῶνα εἰσῄει, sermo, quem Rhodogune & Callirrhoe habuerint, a Charitone fuerit enarratus, sed interciderit. ut accidit L. VI. IV. 104. 10. fuerit partim ille agitatus de praesenti rerum statu: partim a Rhodogune institutus ad consolandam Callirrhoen. nam cur alioqui hic feminam hanc ita laudabili elogio mactaret, & nota jam satis lectori inculcaret sine fructu aut necessitate?

Et, ut verum fatear, illa verba ἄυτη δὲ ἦν . . . εἰσῄει, pene mihi glossema sapiunt. qualia interpretamenta irrepsisse saepe, abunde eruditis cognitum. Quid de loco *Epistolae* ad *Galatas* C. IV. 24. Σινᾶ ὄρος ἐστι, quibusdam visum fuerit, non latet. saepe talia e margine in contextum translata. apud *Justinum* L. IV. 1. *Virgilii* nomen ex loco laudato in contextum adsumtum est. ap. *Sophocl. Antig.* 206. legimus

φυγὰς κατελθὼν, ἠθέλησε μὲν πυρὶ
Πρῆσαι κατάκρας.

at in *Vaticano* legitur

——— ἀμφικίονας ναοὺς
Ἦλθε πυρώσων.

contra omne metrum. Scilicet quis annotaverat locum παράλληλον ex vs. 290. ubi legitur

——— ——— Ὅστις ἀμφικίονας
Ναοὺς πυρώσων ἦλθε.

Quin sic in ipso contextu *Iliados* Υ. 224. post versum ἵππῳ δ' εἰσάμενος παρελέξατο κυανοχαίτῃ. antiqua manu, licet diversa, in *Codice* vetusto *Laurentianae bibliothecae* additus versus,

Ἐν μαλακῷ λειμῶνι καὶ ἄνθεσιν εἰαρίνοισι.

e loco parallelo ap. *Hesiodum* in *Theog.* 279.

——— ——— τῇ δὲ μιῇ παρελέξατο Κυανοχαίτης,
Ἐν μαλακῷ λειμῶνι καὶ ἄνθεσιν εἰαρίνοισι.

sic apud *Heliod.* x. 473. in contextu hoc ἔμβλημα legitur non modo in *Cod. Xylandreo*, sed & *Vaticano.* ὅλον ψεῦδος, ἐὰν ἀκριβῶς ψηφίσῃς. porro in isto *Sophoclis* loco mox habetur

Τοῦτον πόλει τῇδ' ἐκκεκηρύχθαι. τάφῳ ———

Glascovicensis editor *forte* legendum proponit. ὁ κεκήρυγμαι. pene exciderat ori gravius dictum in hominem adeo imperitum, & tamen adeo audacem, ut quorum pueri instar sit plane ignarus, ea etiam scripta edere, immo emendare audeat. nescitne *infinitivum* vel ex superioribus pendere vel *imperativum* per *infinitivum* explicari? nescitne suam suspicionem recta fronte in metrum arietare? nescitne κεκήρυγμαι hic plane barbarum esse? sed utinam hic solus esset, qui haec sacra inquinatissimis manibus attrectaret.

P. 122.

P. 122. Vs. 1. Ἕτοιμα ἀγαθὰ] recte vertit interpres *parata & patentia.* sed praeterea ea dicuntur ἕτοιμα, quae *non modo fieri jam possunt*, sed quae *etiam fieri nunc, si umquam, debent.* quorum respectu, *ferrum in igne est. Glossae.* ἑτοίμως. *prompte.* ἀγαθὰ ἕτοιμα. *bona jam promenda. matura.* ἐν ἀκμῇ.

P. 122. Vs. 3. Ἐν ἀμφοτέροις τοῖς στοιχείοις] id est *terra marique.* saepe philosophice pro *terra, aere, aqua, igni.* at utrumque *elementum* non raro *terram & mare* notat. ut hic & apud Latinos declinati aevi crebrius. *Ammianus Marcell.* XVII. XIII. 141. *ita per utrumque elementum Sarmatas vincentium ira virtusque delevit.* L. XV. 14. 57. de lacu dicit. *tanquam elementum.* L. XXII. XV. 261. dicit *crocodilum adsuetum elementis ambobus.* L. XXIII. 283. de *Xerxe. elementorum usu mutato.* XXIII. VI. 290. *Pacatus Paneg.* II. *Deficientibus terris sociale miscetur elementum. Eumen. Paneg. Constantio.* VII. XVII. *Paneg. Constantini* V. *Appulej.* IV. *Met.* 71. 10. *corpus mari celandum commisimus. & nunc jacet noster Lamachus elemento sepultus.* ubi *Pricaeus* frustra dubitat, utrum *mari* an *aqua* intelligatur.

P. 122. 3. Ἀκμάζει] ἐν ἀκμῇ ἐστι. obvium. *Plutarch. Nicia.* 219. cogitaram redonandam esse hanc vocem *Eunapio* in *Acacio* p. 165. Καὶ ἦν συνα . . . ων τῷ Λιβανίῳ. συνακμάζων. at video jam in *Commeliniana* συνανασχών. quod & *Barberinianus* videtur agnoscere. eleganter de sole metaphora traducta. *Sophocl. Trach.* 207. ἀνασχὸν. *Sch.* ἀναφανὲν. ἀνατεῖλαν. ἐκ μεταφορᾶς τοῦ ἡλίου. vid. *Herodot.* V. 106. VII. 14. vocabulo Lexica carent. sed συνανίσχω *Scottus* habet ex *Philostrati Icon.* II. XIV. 831.

P. 122. Vs. 4. Εἴτε τῆς πεζῆς] videtur profecisse ex oratione *Gelonis* ad *Spartanos.* ap. *Herodot.* VII. 160.

P. 122. Vs. 5. οἰκειότερον] vide omnino *Xenoph.* H. H. VII. 614. A. B.

P. 122. Vs. 8. Τριήρεις μείζονας τῶν Σικελικῶν] Aegyptias triremes majores fuisse Siciliensibus, unde adseveret, nescio. Aegyptii sane in classe Xerxis ἐν ναυμαχίῃ ἠρίστευσαν, *Herodoto* teste L. VIII. 17. An Aegyptiis triremibus hoc tribuit, quod verum erat respectu *triremium & aliarum navium Cleopatrae & Antonii*, quando illi prope Actium pugnaverunt contra *Octavium. Dion* enim *Cassius* L. L. p. 433. B. haec literis mandavit. τά τε σκάφη κατεσκεύασε πολὺ τῶν ἐναντίων ὑπερέχοντα, καὶ ἐπ' αὐτὰ πύργους τε ὑψηλοὺς ἐπικατεσκεύασεν . . . . ὥστε, καθάπερ ἀπὸ τειχῶν, αὐτοὺς μάχεσθαι. & in Oratione *Augusti* p. 437. A. Μὴ γάρ που τὸ μέγεθος τῶν σκαφῶν αὐτῶν . . . ἀντίπαλον νομίζετε. Unde *proximum Galliae litus rostratae naves praesidebant, quas Actiaca victoria Augustus in oppidum Forojuliense miserat valido cum remige*, uti tradit *Tacit.* IV. *Ann.* V.

P. 122. Vs. 8. Κηδεστὴν] *Socerum. Hesych. Xenoph.* H. H. 508. C. *Plut. Demetr.* 39. *Interpres Diodori* L. II. 29. XIV. 8.

P. 122. Vs. 10. Καὶ πρὸς] καὶ hic non *etiam*. sed simpliciter conjungit: *pro te bellum suscipiam*, atque *contra mihi exosissimum regem. proinde confidas me ex animo esse rem gesturum.*

P. 122. Vs. 14. Απηντᾶτο] Recte *Lucianus* sive alius in *Lexiphane* II. 349 scribit. ἀπαντώμενος οὐκ εἶναι μετοικικὰ τῆς Ἀθηναίων φωνῆς. At ideo ineptum foret id Charitoni abjudicare. συναντᾶσθαι habet *Aristaen.* I. 12. *Herodiani* est saepius ὑπαντᾶσθαι. ap. *Heliod.* II. 122. habes ὑπαντᾶται in *Cod. Taurinensi.* in *futuro medio* passim. sed hoc nihil ad rem. vid. *Lysian* p. 526. quot verba bis ter modo in medio occurrunt? & quis adeo temerarius, ut illa proscribat? vide L. VI. VII. 108. 5. VIII. VIII. 143. 4.

P. 122. Vs. 15. Πρότερον] pro πρῶτον. miscentur haec vocabula, vel esse ἰσοδύναμα aliquando necesse est. vid. *Th. Galeus* ad *Herodot.* L. v. 36. p. 299. *Ammon.* in πρωτότοκος. p. 121. & ad L. v. IV. 85. 25.

P. 122. Vs. 17. Ἔδοξεν ὥσπερ ὀφθαλμὸς ἐξῃρῆσθαι μεγάλου σώματος] oculi, *ocelli.* ὀφθαλμοί. ὄμματα. *omnia pulcra & cara.* vide *Libanii Declam.* XXXVI. 813. C. sed ista notio huc nihil facit. Auctor respicit ad dictum *Demadae* de exercitu *Macedonico* post *Alexandri* mortem. Ἐοικε γὰρ ἡ Μακεδονικὴ δύναμις, ἀπολωλεκυῖα τὸν Ἀλέξανδρον, τῷ Κύκλωπι τετυφλωμένῳ. illud recensuit *Demetrius Phalereus* sive quicumque scripsit περὶ Ἑρμην. §. CCCII. latius deduxit *Plut.* in *Galba* p. 369. Δημάδης μὲν γὰρ, Ἀλεξάνδρου τελευτήσαντος, εἴκαζε τὴν Μακεδόνων στρατιὰν ἐκτετυφλωμένῳ τῷ Κύκλωπι. Noster, respiciens ad *Cyclopem*, adjecisse videtur μεγάλου σώματος. Verum sic manca est comparatio: quia *magno corpori oculus exemtus* non explet ideam: quae nascitur, si *Cyclopi* eruatur *unicus* oculus. non enim is, cui duo oculi sunt, unius privatione redditur coecus.

Nec locum habuerit dicti prima occasio, quam subjungit magnus *Chaeronensis*: στρατιὰν πολλὰς κινουμένην ὁρῶν κινήσεις ἀτάκτους καὶ παραφόρους. nam ἑτερόφθαλμος aeque ac μονόφθαλμος convenienter tamen corpus regere valet.

An igitur potius respexit effatum *Spartanorum* vel *Phocensium*, quo *negarunt se ex duobus Graeciae oculis alterum erunturos.* quod legere est ap. *Justin.* v. VIII. & *Plutarch.* in *Politicis praecept.* p. 803. A. μὴ ποιήσατε ἑτερόφθαλμον τὴν Ἑλλάδα. ut *Chaerean* unum, *Aegyptium* ceu alterum lumen exercitus considerarit. & adeo addiderit, μεγάλου σώματος, quia quaevis vitia & defectus tanto magis conspicua & turpia sunt, quanto majori corpori inesse reperiantur. sic *Max. Tyr.* I. III. dicit, ἀνδρὸς σῶμα μέγα καρηβαροῦν καὶ ὑπὸ μέθης σφαλλόμενον. alio emblemate idem fere dixit *Tacitus* L. II. H. 28. *Orbari se fortissimorum virorum auxiliis, . . . non abrumpendos, ut corpori, validissimos artus.* neutri dicto convenit. si ὀφθαλμοί pro *visus sensu toto* sumatur, priori convenerit.

ἑτερό-

ἑτερόφθαλμος alioquin factus fuit exercitus Aegyptii: qui duobus oculis usus adhuc *rege Aegyptio & Chaerea*. Alexandri exercitus plane excoecatus fuit: qui modo unico oculo, Alexandro, ut Cyclops, usus fuerat. & *Plutarchus* in hoc dicto proprietatem vocis ἑτερόφθαλμος servavit, quam Grammatici docuerunt esse, ut ita dicatur, *qui unum ex duobus casu amiserit oculum*: μονόφθαλμος vero sit, *qui natura modo unum oculum nactus fuerit*, ut *Polyphemus*. quamvis poetae & recentiores alterum pro altero posuisse inveniantur, ut patet ex exemplis, quae adposuerunt viri eruditi *G. F. Heupelius* ad *Marci Euang*. C. IX. 47. & *L. C. Valkenarius* ad *Ammon*. L. II. C. I. vox ἑτερόφθαλμος, licet centies sit obvia, tamen ap. *Porphyr*. de *Abst*. *Animal*. IV. 366. vertebatur *altero membro privatum*. at sero video *Cantabrigienses* haec & alia emendasse. Si vertissent *variis oculis*, posset ferri. nam & ista significatio huic voci inest. ita Alexandri equus *Bucephalus* erat ἑτερόφθαλμος. uno *caesio*, altero *subnigro oculo*. sed quem *J. Palmerius* ad *Plutarchi Alex*. p. 48. satis facete docuit *unoculum* fuisse ex *Pelagonii Geoponicis* L. XVI. C. II. jam refutatus a *M. Solano*. *Pelagonius* ibi ait. τίνας ἐν τοῖς καλλίστοις τάττειν τοὺς ἑτεροφθάλμους. at quis adeo ineptus, nisi Cyclops vel Arimaspa, qui vel hominem vel animal ob orbitatem unius oculi pulcerrimum habeat. In equis amabant quod in canibus usu hodie venit, quos *Harlequinos* adpellant. libet etiam excutere *Alcaei* epigramma in *Philippum*, ibi vocatum μονόμματον, quod exstat in *Anthologia* L. I. LIX. 6. p. 83. & cujus sensum merito viri docti sibi non plane perspectum professi sunt. sic legitur.

> Οἶνος καὶ Κένταυρον, Ἐπίκρατες, οὐχί σε μοῦνον
> Ὤλεσεν, ἠδ' ἐρατὴν Καλλίου ἡλικίην.
> Ὄντως ὠμοχάρων ὁ μονόμματος. ᾧ σὺ τάχιστα
> Τὴν αὐτὴν πέμψαις ἐξ Ἀΐδεω πρόποσιν.

In gratiam minus peritorum quaedam de personis hic praemittam. *Alcaeus* hic *Messenius*. poeta *Comicus*. *Philippus*, minime, ut quidam, *Amyntae* filius, rex *Macedoniae*: sed *Philippus Demetrii* filius, & ipse rex *Macedonum*. *Alcaeo* multae odii in *Philippum* caussae exstabant. sufficiebat autem Messene, patria poetae, durissime ab *Philippo* hoc vexata. *Epicrates* erat item *Comicus* poeta. & *Philippum* variis dicteriis laeserat. *Callias* erat poeta *tragicus*, eadem de caussa *Philippo* invisus.

Jam hoc epigrammate perstringitur ab *Alcaeo* crudelissimum *Philippi* factum, qui in convivio hos duos poetas poculo toxicato occiderat, ut ejus erat mos. vide *Plutarch*. *Arato* 365. vovet autem & instigat *Epicraten* sive ejus *manes*, quam primum ipsi *Philippo* ex inferis simile poculum propinare & mittere, ut parili fato pereat. & hactenus nemo haeserit.

ſerit. at omnis difficultas in tertii verſus prima parte. quatenus vero *Philippus* hic vocetur μονόμματος, nec hoc difficultatem habuerit praecipuam. nam cum apertis verbis & ipſo nomine eum inceſſere non auderent ſaepe, deſignarunt eum vitio vel defectu, quo laborarat ille prior *Philippus Amyntae* filius. qui revera fuerat μονόμματος, ἑτερόφθαλμος ſive μονόφθαλμος, ſive *Cyclops*. Et ideo hic *Philippus Demetrii f.* etiam *Cyclops* oblique vocatur in alio hujus *Alcaei* Epigrammate in *Anthol.* L. II. XLVIII. 5. 172. quin *Callias* ſcripſerat drama, cui fecerat nomen Κύκλωπες. *Philippum* tangens. fuit igitur hic *Philippus Cyclops* & *unoculus* vocatus a *Satyricis*, quia prior ille talis & ſic dictus fuerat. At quid ſibi vult ὄντως ὠμοχάρων ὁ μονόμματος: ſive *revera* ὠμοχάρων eſt *ille Philippus*, ille *Cyclops*? Hoc ὠμοχάρων his eſt *crudus Charon*, aliis, *crudelitate gaudens*, χαίρων. ſed utrum elegeris, quae elegantia, quod acumen adparet, ut *Philippus* vocetur ὠμοχάρων? de crudelitate *Charontis* mihi parum conſtat. de *duritate. inflexibilitate* multa dici poſſent. ſane *Virgilio* eſt

Jam ſenior, ſed cruda deo viridisque ſenectus.

& ita ὠμογέρων foret Χάρων. haec tamen nihil ad rem. Rurſus hic, Lector, omnes has tenebras ſtupor iſte *Planudis* huc affudit: ſed quas diſſipat lectio optimi illius Codicis *Heidelbergenſis*,. quae eſt

Ὄντως οἰνοχάρων ὁ μονόμματος.

revera *Philippus* eſt *Charon* in *vino*. qui non per *Stygiam aquam* & *futili cymba*, ut *Charon*, homines ad inferos transvectat; ſed *toxicato vino & poculis medicatis* in Tartara mittit miſeros *convivas*. haec eſt ſcriptura, haec eſt ſententia & luſus epigrammatis. quae ut magis hic clareſcant, adſcribam alterum illud *Alcaei* epigramma ex fide *membranae*.

Πίομαι, Ἕλληνες, πολὺ * πλέον, ἢ πίε Κύκλωψ, * πουλύ.
Νηδὺν ἀνδρομέων πλησάμενος κρεάων.
Πίομαι. ὡς ὄφελόν γε καὶ ἔγκαρον ἐχθροῦ ἀράξας
Βρέγμα Φιλιππείης ἐξέπιον κεφαλῆς,
Ὅσπερ ἑταιρείοιο παρὰ κρητῆρι φόνοιο
Γεύσατ᾽, ἐν ἀκρήτῳ φάρμακα χευάμενος.

Vs. I. nunc editur ὦ Ληναῖε. Aſt utrumque a poëta fuit, & in *Codice* exſtat. ſed diverſis locis. haec editio, in qua Ἕλληνες, videtur fuiſſe prior: & quando nondum caedes illa facta erat. quae exſtat, ſecunda: poſt caedem *Epicratis & Calliae* & aliorum. fundamentum conjecturae eſt, quod priore loco a membrana abeſt ultimum diſtichum: quo epigramma, poſt immane illud facinus, a poeta fuerit auctum. & vides ultimum

mum distichum, quamvis amarore suo & felle se sustineat, esse modo appendicem, & adsutam, sed toti vesti convenientem, laciniam. ὦ Ληναῖε, elegantius, & ideo probabiliter ex secunda ἐκδόσει.

P. 122. Vs. 19. ἐπεῖθεν] nam aliqua tristitiae caussa suberat, quod a rege, a commilitonibus, a patria segregarentur.

P. 122. Vs. 19. Ὀλίγον ἢ οὐδὲν] formula obvia. *Plato Phaedro* 244. B. βραχέα ἢ οὐδέν. *Demosth. prooemiis.* 217. B. ἢ μηδὲν ἢ μικρά. de *Coron.* 490. A. μικρὰ ἢ οὐδέν. quod & occurrit in *Aristogit. Pr.* 839. licet ibi sollicitetur. *Alciphr.* III. IV. 404. ὀλίγα ἢ οὐδὲν διαφέρουσι. *Strabo:* XVI. 1109. D. γεωργοῦντες ἢ οὐδὲν ἢ μικρά. *Catullus* ad *Manlium*

Aut nihil aut paullo cui tum concedere digna
Lux mea se nostrum contulit in gremium.

ubi *Is. Vossius* p. 295. fucum facere lectori inperito studet, quando *tu* pro *tum* in *Codd.* haberi scribit. at hoc quidem verissimum: sed *tu*, licet non *pronomen*, at pro *tum*, millies scribitur in *codicibus.* ita in meis *duobus.* vide modo diligentissimi *J. L. Waltheri Lexicon diplomat.* p. 411. 12. cui vero persuaserit non ipsam ultimam esse barbariem *tu contulit.* nollem hunc virum tam saepe abuti lectoris in se fiducia.

P. 122. Vs. 22. Τῆς αὐτῆς ἡμέρας] fabulam suam saepe vera historia niti facit. vid. *Herodot.* IX. 99. *Justin.* II. XIV. *Eodem forte die, quo Mardonii copiae deletae sunt, etiam navali proelio in Asia, sub monte Mycale, adversus Persas dimicatum est.*

P. 122. Vs. 22. Μάχη συνήφθη] ab ἅπτω. *consero. necto.* passim συνάπτειν πόλεμον. *Herodot.* I. 18. vid. Cl. *J. Markland.* ad *Max. Tyr.* XXXV. 6. ita quidam νεῖκος ἐφάπτειν deducunt ab ἅπτειν *incendere.* ut *Iliad.* Φ. 513. at rectius explicant *Eusthat.* & *Schol. Iliad.* B. 15. & alias. sic νεῖκος συνήφθη. dixit *Herodot.* VII. 158. alia res in ἐξάπτειν πόλεμον.

P. 122. Vs. 23. Χρόνον μὲν οὖν πολλὴν πολὺν] corrupta lectio. facile & varie restituenda. *Thucyd.* IV. 44. χρόνον μὲν οὖν πολὺν ἀντεῖχον, οὐκ ἐνδιδόντες ἀλλήλοις. ἔπειτα ἐτράποντο. sic L. VII. 34. atque eo modo legere potes hic. sed unde hae tamen turbae? an fuit χ. μ. ο. ἐπὶ πολὺν vel χ. μ. ο. πάνυ πολὺν. hoc inter alios commendabit *Xenoph.* K. Π. II. 61. B. illud *Diodor.* XIII. 554. nam χ. μ. ο. πολὺν πολὺ ἀντεῖχον. mihi se parum adprobat. saepe in πολύν. πολλόν. πολλὴν tricati sunt. In *Apollonii Tyan. Epist.* XLVIII. male πολὺν χάριν. turbatur & *Epist.* XLIX. ubi πολλὴν pro πολὴν repone. ita ap. *Alciphr.* I. 35. 154. πολὺν *Cod.* ex mente docti *interpretis.* idem adjuvat ἐνεφορησάμην. quamvis scribatur ἐνευφορησάμην. vitiosius.

P. 122.

P. 122. Vs. 24. Καὶ βασιλεὺς δὲ ἐφιστάμενος διώκων] si usquam, hic celeritas actionis bene participio pendente indicatur. cujusvis proletarii Critici est ἐδίωκε corrigere. re vera, ut saepe monuimus, ἦν intelligitur. vide notata ad L. III. x. 63. 3. VII. v. 121. 20. *L. Bosium* in *Ellipsi.* in εἰσὶν. *Hudchins.* ad *Xenoph.* K A. I. 89. (266. B.) *P. Wesseling.* ad *Diodor.* XV. 9. *Sylburg.* ad *Pausan.* p. 931. *Maneth.* VI. 55. quem locum ante tetigimus. & VI. 164. & 181. *Sophocl. Oed. Tyr.* 1573. ἐπιῤῥάξασα. *Schol.* ἀντὶ τοῦ ἐπέῤῥαξεν. tamen non in omnibus locis aeque eleganter haec participia sic solitaria veniunt. vide *Coluthum* 204 & 357. in hoc loco satis ferri potest. *Thucyd.* I. LXII. plenius dixit, ἐπεξῆλθον διώκοντες.

P. 123. Vs. 3. ἐτρέψατο τοὺς καθ' αὐτὸν] *Thucyd.* I. 62. ἐτρέψαντο τὸ καθ' αὐτούς. id est στῖφος. & recte hoc loco similem explicat *Cl. Hudchins.* *Xenoph.* I. K. A. 85. (265. C.)

P. 123. Vs. 6. ἐπῄνεσε] ne quid mutes, in gratiam novaturiantium.

P. 123. Vs. 7. Συνῆψε σταθμοὺς δύο ἡμέρᾳ μιᾷ] *Xenoph.* H. H. v. 575. D. ὁδὸν δυοῖν ἡμέραιν ἐν μιᾷ κατανύσας ἔφθασε. *Strabo* dixit σταθμοὺς ποιεῖσθαι μακρούς. L. XV. 1052. A. *Justinus* XIII. VIII. *persuasit, ut continuatis mansionibus securo fuga sua Eumeni superveniant.* vide ibi interpretes. sunt σταθμοί. ubi *manebant noctu. Herodot.* v. 52. *Hesych.* in voce.

P. 123. Vs. 10. Τὴν κεφαλὴν ἐκόμισε] mos frequens. ut fidem faciat occisi. *Xenoph.* K. A. I. (103) 269. E. ἐνταῦθα δὴ Κύρου ἀποτέμνεται ἡ κεφαλὴ καὶ χεὶρ ἡ δεξιά. vide *Hudch.* p. I. 270. A. ἀποτμηθέντες τὰς κεφαλάς, ὅσπερ κάλλιστος θανάτων ἐδόκει εἶναι.

P. 123. Vs. 11. Ἀναγράφω] vid. L. II. VI. 32. 2. mox male ἆθλος *apographum.*

P. 123. Vs. 13. Κέκρικε] L. VIII. IV. 134. 9.

P. 113. Vs. 15. Ισόθεον] Hanc vocem forte eximendam puto *Orpheo* in *Argon.* 645. ubi sic de *Hyla puero*, etiam in prima editione.

—— —— αἳ δὲ σφὶν ἀθρήσασαι ἰόντα
Κοῦρον ἔτ' ἀντίθεον, κατερύκανον, ὄφρα σὺν αὐταῖς
Ἀθάνατος τε πέλῃ καὶ ἀγήραος ἤματα πάντα.

nam languet, substituendumque reor, ut significantius longe. „ Κοῦρον ἔτ' ἀρτίχνουν. *puerum lanuginis primae.* ἀρτίχνους, qui ἀρτίχνοος *Longo* L. IV. 120. & aliis ἀρτιχνοιάζων, πρωθήβης & δευόμενος ἔτι ἰούλοις. in *epigrammate* a nobis partim explicato p. 29. *Animadversionum.* ubi V. D. accipientem ultimum illud δευόμενος ἰούλοις. *adspersus lanugine.* juverit *Attius*, qui in *Bacchis* dixit, *Genas lanugo flora nunc demum irrigat.* vid. *Scalig.*

ad

ad *Festum* in *Genas*. verum etiamnum ἀνύμφευτος mihi *carens*. *destitutus* ibi significare creditur. vox ἀρτίγυνος *Euripidi* usurpatur *Bacchis*. 1183.

Νέος ὁ μόσχος ἀρτίγυνυν ὑπὸ κόρυθ' ἀπαλότριχα
Κατάκομον καταβάλλει.

quem locum *Attius* vertisse videtur laudatis modo verbis. quod confirmaret *Scaligeri* sententiam *Euripideas Bacchas* ab *Attio* fuisse versas. vide maximum virorum in *Conjectaneis* ad *Varron*. p. 87. *Orpheus* autem subjungit

——— ——— ——— ὄφρα σὺν αὐταῖς,
Ἀθάνατός τε πέλῃ καὶ ἀγήραος ἤματα πάντα.

ubi vox ἀγήραος post ἀθάνατος minime abundans. namque passim θεοὶ ἀθάνατοι non modo, sed & ἀγήρῳ perhibentur: ne scilicet iis accidat, quod *Tithono*: quaque de caussa *Auroram* deridet Venus in *Hymno Veneris* 225.

Νηπίη, οὐδ' ἐνόησε μετὰ φρεσὶν πότνια Ἠὼς
Ἥβην αἰτῆσαι, ξῦσαι τ' ἄπο γῆρας ὀλοιόν.

Anthol. p. 497. *Edit. Stephanianae.*

Ὄλβιος ὦ Μενέλαε, σύ τ' ἀθάνατος καὶ ἀγήρως
Ἐν μακάρων νήσοις, γαμβρὲ Διὸς μεγάλου.

Plato Philebo. 15. D. *Eunap*. de *Proaeresio*. p. 123. ὥστε ὁ ταῦτα συγγράφων ἀγήρων τινὰ καὶ ἀθάνατον αὐτὸν ἐνόμιζε. *Dii Plutarcho Erotico* 763. ἄνοσοι καὶ ἀγήραοι. Inde *Thetis* cum *Achillem* inmortalem cuperet ap. *Apollonium* IV. 870.

——— ——— ἤματα δ' αὖτε
Ἀμβροσίῃ χρίεσκε τέρεν δέμας, ὄφρα πέλοιτο
Ἀθάνατος, καὶ οἱ στυγερὸν χροῒ γῆρας ἀλάλκοι.

sic *Theocritus Idyll*. XVII. 17. cum *Ptolemaeos* inter deos esse relatos vellet indicare, signanter dixit

Ὅττι σφέων Κρονίδας μελέων ἐξείλετο γῆρας..
Ἀθάνατοι δὲ καλεῦνται, ἑοὶ νέποδες γεγαῶτες.

qui idem quoque dixit *Idyll*. XII. 17. εἰ γὰρ ἀγήρω Ἀθάνατοι. facilis & legitima autem locutio ἐξελέσθαι γῆρας μελέων. ut *Apollonius* L. II. 184. dixit Ἐκ δ' ἕλετ' ὀφθαλμῶν γλυκερὸν φάος. & noster VII. v. 122. 17. ἐξόξεν

ξιν ὀφθαλμὸς ἐξηρῆσθαι μεγάλου σώματος. quod autem *Plutarchus* deos vocet ἀνόσους καὶ ἀγηράους καὶ πόνων ἀπείρους καὶ βαρυβόαν πορθμὸν πεφευγότας Ἀχέροντος. haec tria conjungit in felici homine *Theognis* vs. 765.

> Τερπομένους, τηλοῦ δὲ κακὰς ἄπο κῆρας ἀμῦναι,
> Γῆράς τ' οὐλόμενον, καὶ θανάτοιο τέλος.

Κῆρες ibi νόσοι. πόνοι. ὀδύναι. δυςυχίαι.

LIBRI SEPTIMI CAPUT SEXTUM.

P. 123. Vs. 17. Ἀντίπαλον] L. VII. IV. 120. 25. *Ammian.* L. XXVIII. VI. 416. ait. *ut nec controversas opponeret manus.* quod tamen proprie ἀνταίρεσθαι χεῖρας.

P. 123. Vs. 18. Ἐμβολὰς ἐδέξαντο] *inpetus exceperunt.* ἔμβολα & ἔμβολοι *rostra navium.* vid. *Th. Gatakerum* ad *Anton.* p. 218. apud *Euripid.* in *Bacchis* 591. λαϊνὰ κίοσιν ἔμβολα. sunt *lapideae trabes columnis inpositae. epistylia* [*architraves*]. utrum ἐμβολαὶ pro *rostris* veniant, dubitatum. sed vix firmiter haec notio adstruatur. In *Xenophonte* L. IV. H. H. 518. C. ἐμβολὰς ἐχούσῃ τῇ τριήρει πρὸς τὴν γῆν ἐξωσθῆναι. nihil facere ad rem videtur, utrum triremis rostra habuerit, necne, dum in terra naufragatur. sed aperte ratio dabitur, cur terrae illisa fuerit, quando accipias ἐμβολὰς significatione ὁρμῆς. *impetus.* ἐμβολὴ tamen apud *Thucydidem* L. II. 76. mihi significare videtur *Trabs. aries. rostrum.* ἡ δὲ μηχανὴ ῥύμῃ ἐμπίπτουσα ἀπεκαύλιζε τὸ προέχον τῆς ἐμβολῆς. & sic hunc locum explicat *Suidas* in ἐμβολῇ. uti observavit *Portus.* obscurius ἔμβολα pro *rostris* vertuntur ap. *Strabonem* L. IV. 297. B.

Nostram notionem abunde illustrarunt viri doctissimi ad *Thucyd.* L. VII. 70. & aliis locis, & ad *Diodor.* XI. 27. XIII. 10. ubi διδόναι ἐμβολὰς, ut hic δέξασθαι. vide & *Hesychii* clarum interpretem. & ad *Aeschylum animadversa* p. 201.

Rostra, uti notum, ex *aere* praefigebantur navium proris: videntur tamen ista ferramenta validis trabibus fuisse commissa. uti arietes murales praefixos etiam habebant ex aere vel ferro mucrones. quare nescio an non apud *Manilium* L. V. 51. *rostra* ferri possent,

> *Punica nec toto fluitabunt aequore rostra.*

si

ſi cum parte prorae avulſa *roſtra* intelligas. *Punica roſtra* magnificentius dictum, quam *Punica tranſtra*. *roſtra* enim *bellicas naves* certo indicant. *roſtratae* Carthaginienſium triremes, & de iis navale tropaeum *C. Duillii*, *columna roſtrata*. ſimilis ſcrupulus quaeſitus fuit in *Virgilii* L. I. 119.

Arma virum, tabulaeque & Troia gaza per undas.

quomodo *galeae & thoraces* adparuerint & non ſubſederint. ubi advocat *Lud. de la Cerda* gemellum ex *Livii* L. I. C. XXXVII. locum, quo memorantur *fluitantia arma*. ſed quae loca & alia facile vindicantur, ſi *arma*, ut ſaepe, proprie accipias *clypeos*. quibus adjicias *balteos*, *pila* & ſimilia ex corio vel ligno facta. neſcio an utile ſit, ut ita ad vivum omnia in auctoribus reſecemus.

P. 123. Vs. 19. Ἀντίπρωροι] Naves adverſis proris impetum invicem facturae. ſatis illuſtrata vis vocis. uno defungar loco *Xenophontis* de *Lacedaem. R. P.* p. 687. A. Οὐδὲν ἄλλο πραγματεύονται, ἢ τὸν λόχον ἕκαστον, ὥσπερ τριήρη, ἀντίπρωρον τοῖς ἐναντίοις στρέφουσι. *Plutarch.* καταχρηστικῶς dicit in *Alexandro* p. 80. ἀντιπρώρους ἱστάντα τοὺς ἐλέφαντας. *Euripides Electra* 846. poetice

Ἔστησαν ἀντίπρωρα σείοντες βέλη
Πυλάδης Ὀρέστης τ'.

quo loco *L. Kuſterus* ad *Heſychium* uſus. ἀντίπρωρα ἀντιπρόσωπα. ubi congeſta plurima proſtant. *Artemidorus* L. II. XXIII. 100. ultima voce uſus pro *prora* vel *inſigni prorae*. Ἀντιπρόσωπον δὲ σημαίνει τὸν πρωρέα. καὶ ὁ χηνίσκος τὸν κυβερνήτην. vide *Schol. Thucyd.* II. 90. ἐπιστρέψαντες τὰς ναῦς, μετωπηδὸν ἔπλεον, ὡς εἶχε τάχους ἕκαστος, ἐπὶ τοὺς Ἀθηναίους. ubi tamen *adverſis proris* non explet ſenſum. nam opponitur τῷ ἐπὶ κέρως. ut apud *Lucian. Q. Scrib. Hiſt.* 40. ἐπὶ κέρως δὲ λέγειν τὸ, ἐπὶ μετώπου ἄγειν.

P. 123. Vs. 20. πρός τὴν γῆν ἐξενεχθείσας] ἐξωσθείσας. cujus vocabuli energiam non percepit interpres apud *Plutarch. Nicia* p. 233. ἐξέωσε καὶ κατέδυσε πολλὰς τῶν πολεμίων. *profligavit*. immo *in terram*, *in litus naufragari coegit*. *op ſtrandt jagen* noſtratibus nautis. vide *Thucydidis* modo laudatum locum.

P. 123. Vs. 20. Αὐτάνδρους] *Herodotus*, *Thucydides*, *Xenophon* malunt αὐτοῖς ἀνδράσιν λαβεῖν, ἑλεῖν. vide *Collectanea* ad *Heſychium*. in *Epigrammate* apud *Diodorum* L. XI. LXII. vocantur νῆες πληθοῦσαι ἀνδρῶν. lubet id integrius adſcribere, & ſuo adſerere auctori: quem *Diodorus* vel neſcivit vel neglexit poſteris indicare. eſt vero *Simonidis Cei* poetae, ut co-

codex *Palatinus* *Anthologiae* testatur. in *Aristide* T. III. p. 647. & T. II. 380. *edit. novissimae* & *Fulv. Ursino* in *Lyricis* p. 158. quoque legitur. *Muratorius* autem ejus versionem Latinam nobis solam, metricis & aliis vitiis, sciat ipse cui bono, propinavit inquinatam p. cxvi. sic autem legendum.

> Ἐξ οὗ γ' Εὐρώπαν Ἀσίας δίχα πόντος ἔνειμε,
> Καὶ πόλεμον λαῶν θοῦρος Ἄρης ἐφέπει.
> Οὐδαμά πω κάλλιον ἐπιχθονίων γένετ' ἀνδρῶν
> Ἔργον ἐπ' ἠπείρῳ καὶ κατὰ πόντον ἅμα.
> Οἵδε γὰρ ἐν Κύπρῳ, Μήδων πολλοὺς ὀλέσαντες,
> Φοινίκων ἑκατὸν ναῦς ἕλον ἐν πελάγει,
> Ἀνδρῶν πληθούσας. μέγα δ' ἔστενεν Ἐννοσίγαιος,
> Πληγεὶς ἀμφοτέραις χερσὶ, κράτει πολέμου.

Vs. I. ἐξ οὗ γ'] τ. *Aristid. Ursin.* Εὐρώπην male omnes. & quidam Ἀσίης *Cod.* bene. *Simonides Dorice* scripsit. mox recte *Codex* ἔνειμε pro *Glossa* ἔκρινε.

Vs. 2. *Diod.* πολέας θνητῶν. *Ursin.* πόλιας θνητῶν. *Codex*, ut edidi. si tamen res mei esset arbitrii, scriberem. καὶ πολέμους θνατῶν. quod multo grandius censebunt, quibus de poetica locutione censere fas est. de mutatione vocabulorum πολέμου & πόλεως multa exempla sistentur in capite antepenultimo nostri Charitonis.

Vs. 2. ἐφέπει] ejus est *Glossa* ἐπέχει. poetis familiaris sermo ἐφέπειν, διέπειν πόλεμον, μάχην. *Hom. Iliad.* Δ. 166.

> Ἀλλὰ τὸ μὲν πλεῖον πολυάϊκος πολέμοιο
> Χεῖρες ἐμαὶ διέπουσι.

Epigr. ap. *Pausan.* IV. 12.

> Οὐ σε μάχης μόνον ἔργ' ἐφέπειν χερὶ Φοῖβος ἄνωγε.

Aeschylus Persis 105. πολέμους διέπειν. sic πόλιν, πράγματα διέπειν. in *Anthol.* p. 177. 3. *Theogn.* 889. & passim. sed non hic solum ἐπέχειν pro nostra voce ποιητικωτέρα substitutum. *Iliad.* Π. 732.

> Αὐτὰρ ὁ Πατρόκλῳ ἔπεχε κρατερώνυχας ἵππους.

at ibi ἔφεπεν praeter *Codices* agnoscit *Eustathii Edit. Rom.* & per ὁρμᾷ bene declaratur in *Scholiis.* v. *Hesych.* procul dubio sincera haec lectio. ap. *Dionys. Perieg.* vs. 810.

Τόσσας

Τόσσας μὲν νήσους ἐπέχει ῥόος ὠκεάνοιο.

at longe elegantius in *Codice* a me collato ἐφέπει. & ſic V. D. in margine *Morellianae* editionis ex alio *Codice* notaverat. apud *Manethonem* L. VI. 156. perperam ἐφέπειν acceptum pro ἐφέπεσθαι. Ἢ καὶ ὑποχθονίου ἢ καὶ δύο κέντρ' ἐφέπωσιν.

Vs. 3. οὐδαμά πω] hunc Doriſmum rurſus membranae illi praeclarae debemus. alii οὐδὲν πω τοιοῦτον. flaccide. *Ariſtid.* & *Urſ.* οὐδενίπω. in *Wechel.* male ἐπιχθόνιον.

Vs. 4. ἅμα. ita *Cod.* cui plus deferimus quam textibus *Ariſtidis* vel *Urſino*, apud quos ὁμοῦ.

Vs. 7 & 8. At hic praecipue multum debemus *Heidelbergianae* veritati, qua pro vapido & incerto Ἄσις ἀπ' αὐτῶν πληγεῖσ' confidenter legere jubemur μέγα δ' ἔστενεν Ἐννοσίγαιος. quod qui non percipiat, quantum alteri iſti praeſtet lectioni, ſuaſerim ut ne Muſis amplius obturbet. efficaciſſime vero Ἐννοσίγαιος dicitur πεπληγμένος *percuſſus fuiſſe* ἀμφοτέραις χερσίν. id eſt, *ſumma* vi & *omnibus* viribus. ita *Odyſſ.* Σ. 28. Κόπτων ἀμφοτέρῃσι. *Virgil.* V. *Aen.* *Creber utraque manu pulſat verſatque Dareta.* optime illuſtrarunt *P. Burmannus* ad *Calpurnii Ecl.* III. 75. & *J. Paſſeratius* ad *Propertium* p. 420. fruſtra *Urſinus.* ἀμφοτέρᾳ χειρί.

Κράτει πολέμω] quia Doriſmus hic adcuratior obſervatur, auſus fui contra *Codicem* quoque ſcribere πολέμω pro πολέμου, at haeſitabundus. ſcrupulum meum forte alii ſint miraturi. quos facile patior. modo etiam contrarium placitum illorum mihi mirari concedatur, qui non optimorum *Codicum* fidei hic, ſed magiſtrorum canonibus obtemperandum in omnibus cenſeant: cum tamen conſtet, & aliis, ſi facultas detur & moleſtia ſumatur iſta, conſtare poſſit, optimas membranas in plurimis vocabulis dialectorum analogiam conſtanter reſpuere. quibus ego tutius auſcultatum iri, credo. alioqui ſane a rudimentis recenti adoleſcentulo non arduum omnia in Doriſmum redigere fuerit apud auctores, qui hoc idiomate uſi eſſe perhibeantur. κράτος πολέμου. ita *Demoſth.* περὶ παραπρ. 313. B. κράτος πολέμου καὶ νίκην διδόναι. fere ſynonymice. ſic in *Anthologiae* L. VI. IX. I. p. 438. quod & ap. *Plutarchum de Herodoti malign.* p. 875. ut quidem legendum.

Τόνδε ποθ' Ἕλλανες νίκας κράτει, ἔργῳ Ἄρηος,
  Εὐτόλμῳ ψυχᾶς λάματι πειθόμενοι
Πέρσας ἐξελάσαντες, ἐλευθέρᾳ Ἑλλάδι κοινὸν,
  Ἱδρύσαντο Διὸς βωμὸν ἐλευθερίου.

 forent

forent pauca alia excutienda. ut ἐν γαίῃ pro ἐν Κύπρῳ. ἐλάσαντες pro ὀλέσαντες. sed nunc iis abstineo. prodita tamen sinceriora credo.

P. 123. Vs. 20. Ἐζώγρησε] quia ἀυτάνδρους εἷλεν. ἔλαβε. quamvis ζωγρῆσαι pro *capere* etiam de non animatis occurrat.

P. 123. Vs. 23. Ἀμφοτέροις] supra dixit ἐν ἀμφοτέροις στοιχείοις. verum hic illa vox non supplenda: sed γῇ καὶ θαλάσσῃ pro frequentatissimo usu, quo neutrum post duo feminina vocabula obtinet: supplemento communi τὰ πράγματα. *Herodot.* VII. 10. 2. p. 384. Καὶ δὴ καὶ συνήνεικε ἢ καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλασσαν ἑσσωθῆναι ἢ καὶ κατ᾽ ἀμφότερα. vide ibi mox *J. Gronovium.*

P. 123. Vs. 25. ἐκέλευσε περιπλέοντας παραφυλάττειν] modo *Dativus* additur, licet sequatur *infinitivus*, modo *accusativus*. ut hic L. I. XIV. 20. 20. altero modo L. II. I. 22. I. III. V. 52. 13. VIII. VI. 139. VIII. III. 132. 7. sic optimi. sed saepe non adquiescunt critici. ap. *Xenoph. Ephes.* L. II. p. 34. ex *codice* legendum. Ανθία, οἶδας, ὅτι ἡ δέσποινα Μαντὼ ἐκέλευσέ μοι φονεῦσαί σε. ἐγὼ δὲ θεοὺς δεδιὼς καὶ τὸ κάλλ⊙ οἰκτείρας .... ibi mox ἐκελεύσαμεν quoque lege. licet autem huic & similibus verbis addatur dativus, tamen participium vel adjectivum saepe, ad eandem personam referendum, ponitur in accusativo ante infinitivum. *Xenoph.* K. A. VII. 191. A. παρηγγύησεν ὁ Κῦρ⊙ Πέρσαις, εἰς δύο ἄγοντας τὴν χιλιαστὺν παρεῖναι. quod & aliis modis fit. videatur Cl. *Marklandus* ad *Lysian* p. XI. 180. sic ap. *Demosth.* in *Theocrin.* 850. A. ἀπεῖπεν τούτοις μὴ φαίνειν. ubi credo non opus esse τούτους. sic προστάσσειν. III. X. 6. 3. προστάξας Φωκᾶν διηγεῖσθαι. Ita ἐπιτάσσειν. *Xenoph. Ages.* 660. C. Καὶ προπέμψαι ἐπέταξε τοὺς ἀμφ᾽ αὐτὸν ἱππεῖς ἔστε ἐν τῷ ἀσφαλεῖ ἐγένοντο. & ἐπιτρέπειν. *Xenoph.* K. A. VI. 385. B. ut ex *Codd. Paris. Eton. margine Leunclavii.* τὴν μὲν [τάξιν] ἐπὶ τὸ δεξιὸν ἐπέτρεψεν ἐφέπεσθαι ἀπολιπόντας ὡς πλέθρον. ubi temere Cl. *Hudchinsonius* in ipsum contextum intrusit ἐπέταξεν p. 489. alii ibi habent ἔπεμψε. *Auctor Judicii Vocalium* inter *Lucianea* p. 96. ἐπετρέπει γε αὐτοὺς κατ᾽ εὐθὺ φέρεσθαι ταῖς γλώσσαις. ubi alii αὐτοῖς. *Lysias* p. 457. οὐδένα ἂν ὑμῶν ἐπιτρέψαι τὰς ναῦς ἐκεῖνον ἔχοντα ἐκπλεῦσαι. non aliter δίδωμι componitur utroque modo: ut *dare* apud Latinos quoque. *Heliod.* V. 228. δώσεις ἐμὲ πιστεύειν δύνασθαί σε καθάπερ ἐκ μηχανῆς ἀθρόον πλουτεῖν. ita P. X. & *Vat.* & *Taur.* pro vulgato ἐμοί. & *Commelinus* probat. σε addidimus ex libro *Taurinensi.* vide *Miscellan.* nostra X. 350.

P. 123. Vs. 26. Τῷ δεσπότῃ] τῷ Αἰγυπτίῳ. an ipsi Chaereae?

P. 124. Vs. 2. Αὕτη γὰρ εὐρυχωρίαν εἶχεν] Ne dubites vel *Aradi* fuisse *Chaeream*, vel cum cura ejus τοπογραφίαν aliunde didicisse. nam re vera *Arados* erat longe artissime habitata. sed docet tamen forum ipsi fuisse spatiosius: quale puta *Venetiis Plateam Divi Marci. Strabo* L. XVI. 1093. D.

1093. D. ἐςι δὲ πέτρα περίκλυςος ὅσον ἑπτὰ τὸν κύκλον ςαδίων, πλήρης κατοικίας [*Casaub.* κατοικιῶν] τοσαύτη δὲ εὐανδρία κέχρηται μέχρι καὶ νῦν, ὥςε πολυορόφους οἰκοῦσι τὰς οἰκίας. *Is. Vossius* ad *Pomp. Melam.* L. II. VII. 49. explicare conatur, quales fuerint illae *Aradicae* domus πολυόροφοι. & nixus demonstratione geometrica, qua constat plures domus non posse aedificari in convexo, quam in ipso ejus convexi plano, contendit *Aradiis licuisse in subjecta tecta aedificiorum producere suum aedificium.* si ita factitatum sit, domini inferiorum aedificiorum quoque coacti fuerint longe firmiore structura uti, ut geminum onus valuerint sustentare parietes vel pilae, quam pro privo usu suae domus cuique necesse erat. nam alioqui nihil juverit, utrum solum fuerit saxeum an luteum, & frustra adseruerit V. D. praecipuam molem non fornicibus vel fulcris, sed ipso scopulo fuisse innixam. Non video autem quin domus πολυόροφοι & domus πολύςεγοι nihil aut parum distiterint quod ad multitudinem habitatorum capiendam. nam sive contignationem novam unam alteramve aedificio inponere dicaris, sive in tectum inferioris & alienae domus projicere partem domus tuae & altioris, non plura hoc quam illo modo habitacula capientur. numerum habitaculorum sive conclavium aeque auxeris altius domum educendo, quam projiciendo in tectum vicinae domus. nec *Strabo* docet ideo plures potuisse capi incolas, quod πολυόροφοι domus, quam si πολύςεγοι exstruerentur. sed modo populo abundasse adeo oppidum.

De *Tyro* Libro eodem p. 1098. A. ait. Τύρος δ' ἐςὶν ὅλη νῆσος, σχεδόν τι συνῳκισμένη, παραπλησίως ὥσπερ Ἄραδος. id est, aeque fere *incolis frequens.* verum Tyrias domus non dicit esse πολυορόφους, sed πολυςέγους. πολύςεγος autem apte interpreteris *multarum contignationum.* quare etiam ait *Tyria aedificia* esse altiora *Romanis domubus.* ideoque terrae motibus fuisse misere vastata. sic *Catanae* mali hujus metu hodie pleraeque domus unius modo sunt contabulati, vel instar nostrorum mapaliorum.

In multis vocabulis, praesertim apud poetas, composita ab ὀροφὴ & a ςέγος vel ςέγη sunt synonyma. Verum tale quid in *Strabone* admittendum non credo. a Mathematicis expectandum porro, quomodo πολυόροφα *tecta* plures habitatores capere possint, quam πολύςεγα *aedificia*: & quomodo domus plures illius quam hujus generis, totidem habitaculis gaudentes, in plano vel convexo collocari queant: ab his & difficultates eximantur, circa lumina & plateas & scalas. puto licuisse hic illic *sedem super aliena tecta posuisse*: sed non ubique: verum commodis locis. sed istuc mea pertica non pertingit.

P. 124. Vs. 3. ἐν ταῖς ςοαῖς] magnus & multiplex usus fuit olim porticuum. quare variis adjectae fuerunt aedificiis; *templis*, *palatiis.* & per

se

ſe inſerviebant deambulationibus. in illis quoque epulae publicae aliquando plebi proceribusque praebitae. in iis tribunalia. ex parte fororum uſum praeſtabant. Noctu vero pauperiores in iis manebant. *Herodot.* III. 52. *Caſaub.* ad *Sueton. Caeſ.* XXXIX. apud recentiores Graecos & Latinos occurrit ſaepe mentio ἐμβόλων. *embolorum.* vide *Ducangii Gloſſaria* utriusque Linguae. redduntur *porticus.* verum videntur proprie non fuiſſe *porticus*: ſed potius dimidiatae *porticus.* quae in viam porticuum ſpeciem habebant, at altera ex parte domubus ipſis committebantur & cohaerebant. unde ἔμβολοι. tales hodie *Bononiae*, *Patavii* & aliis in oppidis Italiae & aliarum regionum. vox ἔμβολος forte etiam ea notione antiquior. certe in *Codice Taurinenſi Heliodori* legimus L. II. 110. Καὶ ἐπανῄειν πρὸς τὴν πόλιν. ἐπαινέσας οὖν τῶν τε ἐμβόλων καὶ δρόμων καὶ ἀγορῶν καὶ κρηνῶν τὸ ἄστυ. vulgo id vocabuli deeſt. modo ibi in *Codice* ſinceriore ſcriptura περιῤῥαντήριον.

P. 124. Vs. 3. Ὑπαίθριοι] Nam in foro coelum patebat. ceteram urbem credamus ex *Voſſii* ſententia ſpeluncam: exceptis ſuperioribus illis projectis aedificiis; in reliqua neque ſol neque lumen penetrabat. ὑπαίθριος. *ſub dio.* ſic in *Epiſtola Inedita Alciphronis* ἔνθα ἀγροῦ ὑπαίθριοι χάριτες. *ſub ſereno. ſub aperto aethere. non clauſae.* ubi in apographis nonnullis ſecunda vox deeſt. eadem ratione *Propertius* L. I. XVI. 26.

Me mediae noctes, me ſidera prona jacentem,
Frigidaque Eoo me dolet aura gelu.

& L. II. VII. 91.

Sidera ſunt teſtes, & matutina pruina.

Virgilius II. *Aeneid.* 510.

Aedibus in mediis nudoque ſub aetheris axe.

nam ut nos tecto tegimur, ſic etiam aether reſpectu noſtri obtegitur *tectis*, ὀροφαῖς. ita *Valer. Flacc.* II. 171.

—— adglomerant ſeſe, nudisque ſub aſtris
Condenſae fletus acuunt.

ubi ſimul *noctem & ſub dio moram* locutio indicat. nam *ſub aſtris* per ſe notat, *noctu.* ut Libro VIII. 454.

—— —— Tunc tota querelis
Egeritur queſtuque dies; eademque ſub aſtris
Sola movet.

ubi

ubi ego paullo ante palmaria emendatione restitutum credo *Flaccum* ab *N. Heinsio* legente,

> —— *qualem Ogygias cum tollit in arces*
> *Bacchus*, *& Aoniis inlidit Thyada truncis.*

vulgo *tympana*. *Horat. Odar.* III. XXV.

> —— *Baccharumque valentium*
> *Proceras manibus vertere fraxinos.*

P. 124. Vs. 3. διενυκτέρευσαν] hoc ad conmiserationem. sic *Xenoph.* K. A. 328. B. ὑπὸ τῆς αἰθρίας κακῶς σκηνῶντες. ubi *codices* quidam ὑπ' ἀταλαιπωρίας. sed *Suidas* vulgatam tuetur. vid. *Pricaeum* ad *Appulej.* p. 547.

P. 124. Vs. 4. Ἀξιώματός τι μετέχοντας] κατὰ μέρος τί. ne in Τινὸς mutes.

P. 124. Vs. 4. Οἴκημα τῆς ἀγορᾶς] intelligit *Basilicam*. qualia aedificia *porticibus* vel inponebantur vel adjiciebantur. curiae loco erant saepe. varius usus hujus vocis, de quo Cl. *Valkenarius* ad *Ammon.* III. IV. pro *templo* habet *Herodotus* VIII. 144. pro *carcere*. *Demosth.* in *Timocr.* 794. licet Cl. commentator accipiat pro *ergastulo*. quo sensu οἰκίσκος ap. nostrum. IV. II. 65. 22. posses accipere. vid. *Gaulm.* ad *Theod. Prodr.* p. 482.

P. 124. Vs. 4. Οἱ ἄρχοντες] olim, ut pleraeque urbes Phoeniciae, Aradus habuit suos reges, teste *Strabone* XVI. 1094. B. ἐβασιλεύοντο.

P. 124. Vs. 5. Χαμαὶ ἐκαθέζοντο] *Xenoph.* K. Π. V. 115. A. Χαμαί τε γὰρ ἐκάθηντο καὶ αἱ θεράπαιναι πᾶσαι περὶ αὐτήν. VII. 184. D. τὴν γυναῖκά φασιν ὅτι κάθηται χαμαί.

P. 124. Vs. 6. Οὔτε πῦρ ἀνῆψαν] de hoc more L. I. IV. 8. 3. haec locutio non uno modo effertur. ἀνάπτειν πυρὰν habes in *Actis* XXVIII. 2. ita passim καίειν, ἀνακαίειν πῦρ & πυράν. Verum ubi ordo horum vocabulorum ita se habet, quemadmodum hic, in *Codd.* eodem loco modo πῦρ ἀνακαίειν, modo πυρὰν καίειν offendas. quin & tertia forma intervenit πυρὰ καίειν & ἀνακαίειν. quae tamen ultima locutio *Xenophonti* & aliis fere, non semper, adhibetur haud de domestico foco, sed de igne, qui accenditur, hostici adventus ergo significandi vel simili de caussa. tamen L. III. K. A. 294. ὀλίγοι σίτου ἐγεύσαντο, ὀλίγοι δὲ πυρὰν ἔκαυσαν. ubi *Hudch.* πυρά. ego malim πῦρ ἀνέκαυσαν ex *Codice regio*. nostri locus juvat. πῦρ καίειν ap. eum est in *Oeconom.* 860. E. ἀνακαίειν ap. *Lucian. Dial. Mort.* p. 292. in privatum usum utraque forma saepe obvia. *Xenoph.* K. A. IV. 328. A. 329. D. *Herodot.* IV. 28. sed L. IV. 145. πυρὴν ἔκαιον ex *Cod. Gronov.* ubi alii πυρὰ ἀνέκαιον. ubi id fit in signum dandum. prae-

 tule-

tulerim prius ob *codicis* auctoritatem. alioqui πῦρ ἀνέκαιον stare posset: nam sequitur mox πῦρ αἴθειν. at rursus *Herodoti*, VIII. 19. edidit *Gronovius* πῦρ ἀνακαίειν. cum alii libri exhibeant πυρὴν ἀνακαίειν. sic iterum *vita Homeri* 21. πῦρ ἀνακαύσας in privatum usum. & *Plutarch. Artax.* sic habet 304. πολλὰ πυρὰ ποιεῖν. in militum usum. in *Heliod.* VII. 395. εἰς πυρὰν ἄγοιτο. *Vat.* & *Xyl.* εἰς πῦρ ἀνάγοιτο. & sic *Taur.* praetulerim vulgatum. nam nescio an placere possit εἰς πῦρ ἂν ἄγοιτο. facillima opera centum exempla, aeque vacillantia, contuleris. unde tamen ideo certum quid non confeceris. forte quis, cui bonus genius in docendo vim legislatoriam largitus sit, semel decreverit, quid nobis sequendum sit. omnes tres locutiones ab promiscuo usu mihi non abhorrere videntur, & hic iterum auctoritas plurium & optimorum codicum pro ipsorum scriptorum manu fuerit. venit in mentem *M. Pselli* locus de *Oper. Daem.* p. 93. εἰ μὴ σύ μοι τῆς ἀληθοῦς ἐξηγήσω τρίβε, καθάπερ πυρσὸς ἐπὶ θαλάττας αὐτομήνης. quid si legas καθάπερ πυρσὸς ἐπιθαλάττιος σκοτομήνης. vel ἐπιθαλαττίας σκοτομήνης. vel ἐπὶ θαλάττης ἀσελήνου vel αἰθόμενος. sed prius praetulerim. ap. *Marinum Proclo* p. 77. pro ἀλγηδόνος τοιαύτης αἰθόμενος, repone ex *Cod.* αἰθόμενος.

P. 124. Vs. 6. Πεπεισμένοι γὰρ ἦσαν] admitti hoc potest. *sibi persuaserant. persuasum habebant.* verum πεπυσμένοι ἦσαν. *audiverant*, mihi magis placeret. quia Chaereas crediderat, ut ipse vicerat mari, sic Aegyptium etiam in terra superiorem factum, & Chaereae milites procul dubio eum rumorem sparserant. nam αἰγύπτιοι ἔχαιρον ἀπηλλαγμένοι πολέμου καὶ δουλείας. & praeterea πεπυσμένος centies sic corruptum. rarissime in contraria peccatum. locutio autem frequens. πεπυσμένος εἰμί. vide *Arrian.* de *Alex. exp.* II. 95. *Plat. Gorg.* 462. D. *Demosth.* 324. B. *Strabo.* I. 4. C. 47. A. II. 160. C. *Thucyd.* VIII. 51. *Eurip. Heracl.* 1037. in *Aeliani Epistola decima* recte πέπυσμαι. sed male versum. ap. *Heliod.* VIII. 374. ἅπαντα πεπυσμένην παρὰ τῶν διαδράντων. recte *Cod. Taur.* vulgo πεπεισμένην. sed p. 382. idem *Cod.* male turbat. πεπίστευται & πέπυσται. ubi mox οὐχὶ μηνυτής. credo alias tetigisse. vide L. VIII. II. 129. 26.

P. 124. Vs. 9. Αἰγύπτιοι μὲν γὰρ ἔχαιρον] male typi neglexerunt μὲν.

P. 124. Vs. 12. Ενθεῖσα τὴν κεφαλὴν εἰς τὰ γόνατα Καλλιῤῥόης] vidimus L. I. VIII. 12. 6. Callirrhoen de salute desperantem in sua ipsius genua caput inclinantem. familiares & amiciores solebant ἐν τῷ κόλπῳ ἀνακεῖσθαι. ideo loco ante laudato Panthea videtur caput mariti Abradatae in genubus ἐγκεκλικέναι repositum. *Val. Flacc.* VII. 251.

—— collapsaque flebat iniquae In Veneris Medea sinus.

an ita capiendus *Tacit. Annal.* XIV. 5. *super pedes cubantis reclinis. Paul. War.*

Warnefridus uti hic L. III. *Histor. Longob.* 35. *caput in genubus ejusdem fidelis sui reclinans, obdormivit.*

P. 124. Vs. 13. Ἀμελέτητος κακῶν] ἀγύμναστος. *bene praeparatus.*

P. 124. Vs. 16. Κατὰ τὴν ἔμφυτον θρησκείαν] quia ceu Deos colunt. voce ἔμφυτον potes augere ῥῆσιν *Heliodori* L. IX. 464. ἔχει τι ζηλότυπον ἔμφυτον τὸ εὐνούχων γένος. forte deleverunt, quia eunuchi non nascuntur, sed fiunt. verum non frustra agnoverint. *Xyl. Vat.* & *Taur.* libri.

P. 124. Vs. 17. πρὸς τὸ ὄνομα] hic proprie accipe. nam quidquid *regium* audiebat, verebantur. adeo hic Aegyptius non suam reginam, sed & Persicam & hostilem veneratur.

P. 124. Vs. 18. Στὰς δὲ παρὰ τῇ θύρᾳ κεκλεισμένῃ . . . εἶπε] haec periodus & narratio tota difficultatibus carere non videtur. Si miles steterit foris ante januam clausam, non haec dixisse, sed inclamasse reginae necesse fuerit. Deinde videtur Charito habitum reclinatae reginae in genua Callirrhoae ideo enarrasse, ut errori militis fieret locus, quo Callirrhoen pro regina accepit, quam solam conspiciebat & cujus pulcritudo & statura Aegyptio regia persona fuit digna visa. quare etiam sermonem ita direxit, ut ad se verba facta a milite crediderit ipsa Callirrhoe: uti ex sequentibus patet. Callirrhoe autem facile ita erravit, quia miles in compellando non vocabulo βασίλισσα, sed δέσποινα usus fuit. quae compellatio etiam in Callirrhoen quadrare poterat. Quae si ita se habeant, concipi non potest, si ante januam clausam haec a milite dicta & facta sint, qui accidere potuerint.

Ut igitur haec inpedimenta removeantur, puto non ita magna mutatione effici posse, si nimirum legatur. στὰς δὲ παρὰ τῇ θύρᾳ παρακεκλεισμένῃ. *stans ad januam non bene clausam : semiadapertam : rima patentem.* Verbum παρακλείειν, quod *Stephano Henrico* adducitur sine auctoritate, & ipsi significat, *includere vel excludere*, potius venerit ea notione, qua hic indigemus. illam ejus natura admittit, & synonymum παρανοίγειν adjuvat. quod si displiceat, vicinum vocabulum *Herodoteum* παρακεκλιμένῃ supponatur.

Non semel autem vel dedita opera vel negligentia librarii omiserunt praepositionem in verbo repetere, quae substantivo jam adposita fuerat. cujus rei exempla nunc brevitatis caussa omitto.

Et sic solent illi, qui curiosiores auscultare dicta, vel contueri facta latendo cupiunt. iste quoque status illorum qui intrare in conclave non audent, proculque verba facere coguntur. apud *Herodotum* L. III. 156. legimus. Καὶ ὀλίγον τι παρακλίνοντες τὴν ἑτέρην πύλην, ἠρώτων τίς τε εἴη, καὶ ὅτευ δεόμενος ἥκοι. non aliter apud nostrum *Polycharmus* Chaereae, in thalamo cum Callirrhoe cubanti, aliquid volens indicare, παρα-

 ρα-

ρανοίξας τοῦ θαλάμου τὴν θύραν, Χειρέᾳ ἐμήνυσε τὴν σπουδήν. nec ſecus apud *Heliodorum* L. v. 213. *Cnemon*, cum cuperet cognoſcere, quid Thisbe, ut putabat, lamentabatur intra conclave, ἐπὶ τὸ δωμάτιον ὑπὸ τοῦ θρήνου χειραγωγούμενος ὥρμησε· καὶ ταῖς θύραις, καθ' ὃ συνέπιπτον ἀλλήλαις, τὸ οὖς παραθέμενος, ἐπηκροᾶτο. *rimae biantium valvarum aurem adplicuit*. quod auditui ſufficiebat: ſed quia non contueri dabatur ſic, falſus fuit. At L. VII. 340. ubi oculorum miniſterio quoque erat opus, commode ſic narrat caſum alium, ſed prope ſimilem. Ὁ Ἀχαιμένης τὰς θύρας τοῖς κλείθροις ἀναπειλημμένας καταλαβὼν . . . ᾔσθετο τῆς Χαρικλείας ὀδυρομένης· καὶ διακύψας διὰ τῶν ὀπῶν, καθ' ἃς διήνοικτο τῶν κλείθρων ἡ ἅλυσις, εἶδε τὰ γινόμενα. ὁ δὲ αὖθις διακύψας ἐπειρᾶτο διακριβοῦν τοὺς ἐρωμένους. vide *Lucian*. T. II. 580. 615. 620. ubi de his ὀπαῖς & ceteris. & *Appulejum* III. *Mileſ*. 57. atque ibi diligentem *J. Pricaeum*.

Simile quid finxiſſe Charitonem hic crediderim. Sane poſſes ita accipere, quaſi miles non extra conclave haec geſſerit, ſed in ipſis penetralibus fuerit collocatus ad januam, haec dicens, adeoque ſcribi παρὰ non πρὸ τῆς θύρας κεκλεισμένης. & praetexere inſuper ideo militem ad januam procul ſtetiſſe, quia prae reverentia ἐγγυτέρω προσελθεῖν, *propius accedere* non audebat gregarius miles. Id quod eo tenus procederet; niſi adjectum foret κεκλεισμένη. quae vox quid hic ita *ad ſenſum vel caſum* faciat, fateor, me non plane percipere. Niſi forte ponamus, militem *ſecreto* voluiſſe haec reginae conſolandi cauſſa indicare. Verum ſi tam prope & in ipſo ſtatim conclavi adſtiterit, nec illius, nec Callirrhoae errori tam facilis anſa fuerit praebita. Senſim metu imminuto propius acceſſerit, & ſermones habuerit.

P. 124. Vs. 21. Φύσει γάρ ἐστι φιλογύναιος] Hic Aegyptius novi domini Chaereae brevi mores ſpeculatus fuerit. procul dubio audierat jam Chaerean uxoris inveſtigandae cauſſa tantum erroris & laboris ſuſcepiſſe.

P. 124. Vs. 21. Ἀλλὰ καὶ γυναῖκα ποιήσεται] Locus hic totus eſt traductus ex initio libri quinti *Inſtitutionum Cyri*: quem hic conferre & volupe nec inutile fuerit, ut pateat, quantum felicis iſtius aetatis nativa ubertas ingeniorum praecelluerit deterioris hujus ſeculi ſterilitati rapſodorum & centonariorum. Noſter tamen in eo minime ſua laude fraudandus, quod, licet magnis iſtis deſtitutus eloquentiae virtutibus, κακοζηλίᾳ & affectatione lectoribus purarum aurium moleſtus eſſe praecaverit, & mediocritatem, haud omnibus veneribus carentem, cenſectatus fuerit.

P. 124. Vs. 22. Ἡ Καλλιῤῥόη μέγα ἀνεκώκυσε] Quid interea regina?

Securam toto ſpirabat corde quietem,
Callirhoae caris nixa caput genubus.

vel

vel militem Aegyptium, jam tum Graece callentem, non intelligebat, utpote Persis.

P. 124. Vs. 22. Μέγα] id est μεγάλως. nihil magis obvium. *Plat.* de R. P. 449. B. sic μέγα βοᾶν. ἠχεῖν. λέγειν. *Eurip. Bacch.* 640. Κἂν πνέων ἔλθῃ μέγα. ubi mavult μέγας, *Dawesius* in *Miscellaneis* suis p. 249. quia μέγας πνέων alias utitur *Tragicus*, & in *Aristophanis Equitib.* vs. 428. exstat

Ἔξειμι γάρ σοι λαμπρὸς ἤδη ϗ μέγας καταεὶς.

Quomodo quidem legit pro καθιεὶς. & utrum legatur πνέων μέγας vel μέγα non admodum refert. sic apud *Demosthenem* vel *alium* in *Neaeram* p. 877. *fluvius* dicitur μέγας ῥεῖν. ubi in aliis deterius μέγα. Verum illud καταεὶς nec Prosodia, nisi *Dawesiana*, admittit. nam ἀεὶς ab *Homero*, *Hesiodo*, *Apollonio* aliisque constanter corripitur. ille vero hoc non ignorans, comminiscitur haec. *si prosoediam spectes, eadem servatur analogia inter* AHMI *& Ionum* AWHMI, *quae inter illorum* ĀIΩ *& horum* AWIΩ. capiat haec, qui possit: & credat, qui somnia Grammaticorum novellorum praeponat antiquorum poetarum innumeris auctoritatibus. Miror non potius ipsi placuisse καταὴς, ut ὑπεραὴς. sic saltem legibus pediis foret prospectum.

Idem ille tamen bene de *Aristophane* meritus fuisset in eadem fabula vs. 435. pro ὡς οὗτος ἤδηγε κακίας ϗ συκοφαντίας πνεῖ reponens, ὡς οὗτος ἤδη Καικίας κ. σ. π. *ventus Caesias.* nisi illa emendatio *L. Kustero* deberetur hunc ad ipsum locum. vide etiam *Casaub.* & illud γε *Juntina* & pleraeque editiones numquam agnovissent. quod nescio malum unde intulerit pedem.

P. 124. Vs. 24. οὐχ ὑπομένω] habemus hic aliquot calami ludibria. οὐκ ὑ. mox ἐστι οὗτος. quod tamen reliquimus. deinde κεντήτωσαν & συγκαλυμμένη & πρόκειτο.

P. 124. Vs. 25. Κεντείτωσαν] saepe τέμνειν & καίειν junguntur. sed etiam κεντεῖν cum καίειν, μαστιγοῦν, παίειν & aliis verbis. *Noster* VII. IV. 120. II. *Herodot.* III. 16. μαστιγοῦν τὸν νεκρὸν . . . ϗ κεντεῖν. III. 130. ἐκέλευσε μάστιγάς τε ϗ κέντρα παραφέρειν. *Diodorus* in *excerptis* II. p. 568. πυρὸς γὰρ αὐτοῖς προσαγομένου ϗ κέντρων, ἔτι δὲ χαλεπωτάτων πληγῶν. *Xenoph.* K. A. III. 297. παιόμενοι, κεντούμενοι, ὑβριζόμενοι. *Plutarch.* de *sera Num. vind.* 554. B. saeva κεντήσεως species apud *Aelianum* V. H. IX. VIII. si placet, potes κέντησιν ficis factam ad mortem usque intelligere. ut apud *Herod.* III. 77. ἐγχειριδίοις συγκεντέουσι. sic *Ctesias Persicis* C. 53. κατακεντηθῆναι ὑπὸ τριακοσίων ἀνδρῶν. *Eurip. Hercule fur.* 319.

Ἰδοὺ πάρεστιν ἥδε Φασγάνῳ δέρη,
Κεντεῖν, φονεύειν, ἱέναι πέτρας ἄπο.

ſimilis locus in *Andromache* vs. 1119. hic vero malim modo de tormentis accipias. in communi uſu *equi*, *boves* κεντοῦνται. *Ariſtoph. Nubibus.* 1300. 1303. ita forte recte emendavit & intellexit *elephanta* ſtimulis *compunctum. P. D. Huetius* in *Manilii* L. v. 705. locum adſcribam totum.

Ille manu vaſtos poterit fraenare leones,
Et palpare lupos, pantheris ludere captis,
Nec fugiet validas cognati ſideris urſas,
Inque artes hominum, perverſaque munera ducet.
Ille elephanta premet dorſo, ſtimulisque movebit,
Turpiter in tanto cedentem pondere punctis.

vulgo *cunctis.* & doctus *Gallus* non immerito *ſtimulos* reſpondere ait iſtis *punctis.* nam *puncta. punctae.* eſt *ictus pungendo adactus.* quod neſciebant librarii. At quid *Britannus Ariſtarchus*? hic mutat quadrata rotundis. nam verſum quartum quinto loco ponit, ſextum vero ita transformat, ut plane alius ſenſu evadat. en *Bentlejo-Manilianos* verſus.

Nec fugiet validas cognati ſideris urſas.
Ille elephanta premet dorſo, ſtimulisque monebit,
Inque artes hominum, perverſaque munia ducet,
Turpiter in tanto ſcandentem pondere funes.

ſcilicet *non urſos, ſed elephantos in artes humanas ducunt.*

At hodie ſaltem a Tattaris & aliis erronibus ſaepe urſos ductos & in humanas artes eruditos contemplari licet. quippe qui ſaltent & geſticulentur variis modis. *Conr.* vero *Geſnerus Hiſtor. Animal.* T. 1. p. 946. ab ipſis *Britannis* narrat greges urſorum ali in ſaltationes. qui etiam munia humana obire docet, dum aquas e puteis attrahant: magna ſaxa per trochleas in turres ſuſtollant. Quod autem hodie fit, olim factitatum fuiſſe, quis neget. ſcimus quo progreſſa fuerit induſtria veterum in cicurandis & domandis animalibus. & hic teſtimonium habemus. modo per criticum liceat. *Martialis* quoque L. 1. cv. *domitos urſos* celebrat. quamvis alii ibi *leones* intelligant: at non *Cl. Salmaſius* in *Plinianis* p. 221.

Utrum vero *munia* an *munera* legas, parum intereſt. malim tamen mox retinere *movebit.* ob magnam *Elephanti* molem, & ob ſequentia, quae uno ductu legenda. licet alioqui recte dici *verberibus admonere* non

non nesciam. porro *Codex Oxoniensis* habet *torpiter*. sed quod Latinitas respuere videtur. scriptum modo sit, ut *volgus* pro *vulgus*.

P. 124. Vs. 26. Ἐςὶ οὗτος] utrum adspiratio tantum valeat, ut per se satis vocalium concursum molliat, exempla multa dubitare faciunt. quare nihil mutavi. egimus de talibus in *Animadv.* p. 155. Plerumque periodus finitur, ubi tale quid occurrit. *Plutarch. Romulo.* 56. κρατήσειε. ὁ δὲ. ubi jubemur legere, sane ex duobus *Codd.* κρατήσειεν. Et ὄυ in fine periodi & plenae sententiae pro οὐκ poni ostendimus credo alias. sed vid. *Plat.* de *R. P.* 455. E. 456. C. 473. A. *Theaet.* 144. C. *Xenoph. Memor.* IV. 815. C. 818. B. *Aelian.* V. H. II. 31. *Eurip. Cycl.* 49. *Hercul. fur.* 1225. *Aristoph. Avib.* 1220. *Porphyr.* de *Abstin.* p. 80. 174. *Jo. Euang.* VII. 12. ap. *Heliod.* IX. 420. προῤῥηθεῖσι ἐπ. 440. ἱστεῦσι ἐσ'. non videtur bene deficere litera fulciens.

P. 125. Vs. 1. Ταύτην] oratio ἀσύνδετος in magno animi motu. μὲν repetitum etiam suam vim habet.

P. 125. Vs. 2. Δεήσεις προσέφερε] ita προσφέρειν λόγον passim. p. 171. *Animadversionum.* *Xenoph.* K. Π. 153. B. mox Noster βίαν προσφέρειν. & προσάγειν βίαν καὶ ὕβριν.

P. 124. Vs. 3. ἐπὶ τῆς γῆς ἔκειτο] ante modo χαμαὶ ἐκαθέζοντο.

P. 124. Vs. 4. Τί καὶ πράξειε] elegans usus voculae καὶ. sed qui saepe vexatus fuit. quid *denique* faceret.

P. 124. Vs. 4. Πάλιν] Hic πάλιν non *iterum*: sed *contra*. quo sensu saepe *rursus*. hanc notionem *rursus* habet in his versibus *Val. Flacc.* L. VII. 560. quos paucis, quippe non intellectos, fatentibus ipsis ingenue interpretibus, declarare libet.

Finerat ille gradus, totoque ex agmine solus
Stabat, ut extremis desertus ab orbibus axis,
Quem jam lassa dies, austrique ardentis arenae,
Aut quem Rhipaeas exstantem rursus ad arces
Nix & coerulei Boreae ferus abstulit horror.

Iason a suis solus destitutus, ut depugnet cum tauris, comparatur plaustro, quod solitarium & non movendum haesit sub vesperam in agro, dum reliqui currus, aurigae & veredarii iter suum in mansionem perrexerunt. poetice autem caussam istius rei dat. vel enim hoc accidit in agris, puta, Cyrenaicis versus austrinum polum, per excitatos subito arenarum cumulos, vel *contra* per nivem & glaciem sub polum arcticum in campis Rhipaeis. *orbes extremi.* sunt *ultimi currus.* in istis enim regionibus simul multi currus iter faciunt. *caravanen.* in australi regione arena currum *abstulit*; id est *obruit.* in septemtrionali regione currum nix

&

& glacies *abstulit* & *obruit*. *exstantem* autem secundo loco dicit, quia plaga septemtrionalis altior, at australis plaga depressa creditur esse. *altiora* dicuntur passim *exstare*. currus *exstat ad arces* ideo. *conspicuus est*. illud *rursus*, ut innui, opponit sibi regiones *septemtrionalem & austrinam*. *Val. Flaccus* in comparationibus diligens & saepe pene morosus nimio ἐνεργείας studio, & dum conetur, occupatas jam a magno suo magistro Marone comparationes, novis coloribus illustratas lectori commendare. sic L. VII. 605. Jaso taurum domitum agens adsimulatur Lapithae, qui modo natum in Thessalia equum, postquam Neptunus terram percusserat, primus fraenat & adscendit.

Non secus a medio quam si telluris hiatu
Terga recentis equi, primumque invasit habenis
Murmur, & in summa Lapithes adparuit Ossa.

& hic ea nimia cura aliquam nubem orationi efficacissimae adfudit. tu intellige *equum recentem a telluris hiatu, modo natum ex percussa & diffissa terra. murmur primum.* accipe *dentes primum frendentes & murmure* & *fremitu recusantes fraenum accipere*. nec quidquam muta, nisi ut pro *Non aliter medio*, vel sicut codices & editiones quaedam habent, pro *Non secus ac*, mecum reponas *Non secus a medio. ac* & *quam si* qui junguntur? non *secus quam si equus recens a medio hiatu*, sermo perspicuus. Sic L. IV. 287. non contentus Pollucis & Amyci luctantium mutuo incussas cum sonitu plagas contulisse incudum Aetnaearum pulsibus, novam imaginem quaerit in certo temporis articulo, quo laborantur fulmina.

——— ——— *pervigil ut cum*
Artificum notat ipse manus, & fulmina Cyclops
Prosubigit: pulsis trepidant incudibus urbes.

Id est, ita sonant sub plagis pectora, malae & reliqui artus Pollucis & Amyci, uti strident incudes Aetnaeae, quando ipse Vulcanus, ipse dominus & ἐργοδιώκτης officinas Cyclopum in Aetna vel Lipare invisit, & opera Cyclopum inspicit, observat, informat, & illi primas massas in fulminis figuram procudunt, mox perpolienda. quando scilicet maximis viribus & validissimis ictibus opus est.

——— ——— *quando viribus usus,*
Et manibus rapidis, omni quando arte magistra.

Nec

Nec video cur viros doctos offenderit *Cyclopas* hic vocari *Artifices.* qui tot artificiosissima opera, *currum Martis*, *aegida Palladis*, *clypeos & cetera arma Achillis & Aeneae* elaborarint. si ceteras, magni hujus poetae comparationes recenseas, eandem anxiam & pene nimiam in iis deprehensurus es accurationem. Desinam, ne plane modum in ipsis excursibus excedamus.

P. 125. Vs. 6. Τοῦτο ἄλλο, φησὶν, ἦν] Video versum. *en rursus aliud.* haesitare me fateor, quid significet. Nec bene concipio, quare Chaereas *de furto* statim *cogitarit.* quin quando etiam *de furto* memorat: potius de *pretiosis spoliis*, quam *corporibus*, cogitasse videtur. nec de iis in basilicam una cum digniorum feminarum turba congestis mentio praecessit: uti ita, conspecto praeposito illius basilicae, timuerit quasi, ne vel *furtum* jam esset factum, vel ipso absente facile admitti posset.

Quando aliquid accidit, cujus, dum fiebat, caussam non perspiciebamus, postea autem ex eventibus subsecutis illud intelligimus, dicimus: τοῦτ ἐκεῖνο. vel τοῦτ' ἐκεῖνο ἦν. vide L. II. IV. 28. 24. *Heliod.* VII. 363. VIII. 407. An huic formulae nostra est contraria? & significat. *quid hoc sibi vult? hoc non putaram. hoc non volueram? jusseram te assiduum esse in custodienda curia ista & rebus ibi repositis. quid locum concreditum relinquis? furaturi sunt pretiosa quaevis, dum abes.* Ita *Heliod.* V. 232. Ἐγὼ μὲν ἔπαιζον καὶ λόγος ἄλλος ἦν. (*Cod.* T. ἄλλως) *contra intellexeram. non ea mihi mens erat. Plato Sympos.* 198. D. dicit. τὸ δὲ ἄρα οὐ τοῦτο ἦν. & 213. B. ὦ Ἡράκλεις τουτί τί ἦν. sed haec parum juvant. certiora alii excogitent. Ἄλλος pro κακὸς hic locum posse sortiri non video.

P. 125. Vs. 6. Κλέπτουσι] si legas hanc periodum per interrogationem, forte sensum adjuveris & ἔννοιαν. quia videbat militem σκυθρωπὸν, aliquid mali accidisse colligit.

P. 125. Vs. 7. Ἀλλ' οὐ χαίροντες] est λιτότης frequentissima. *magno suo damno fecerint. Herodot.* I. 128. III. 29. 36. 63. 69. *Demosth.* in *Timocr.* 796. F. illustravit *Celeb. Hemsterhusius* ad *Xenoph. Eph.* V. 70. in *Miscell.* VI. 343. ubi lege δεσμά. idem utitur quoque II. 28. ubi paullo ante lege εἰπών. *Appul.* IV. *Metam.* 84. 4. *sed non adeo gaudens ista meos honores usurpabit*, cum nota *Pricaei. Cod. usurpavit.*

P. 125. Vs. 8. Κάκη] *apographum.* κακὴ. ut ap. *Hesych.* κακὴ. πελιά. ἡ κακία. ἀλλὰ τῆς ἐμῆς κάκης. quae verba esse *Euripidis* in *Medea* animadvertitur in *Miscellan.* V. III. 331. sed vide nuperos ibi interpretes. *Plato* habet de L. L. VIII. 840. D. XI. 916. D. *Phaedro.* 273. B. saepe *ignavia*: & quidem *militum.* ut adeo miles respondeat. Imperator, nihil peccavi in disciplina militari, nec deserui stationem. in accentu facile

Mmmm erra-

erratur, quia plerumque acceptum vocabulum fuit, ceu esset feminini adjectivum generis.

P. 125. Vs. 8. Τὴν γὰρ γυναῖκα] usitatissima ἀντίπλωσις vel ἐναλλαγὴ, qua Noster etiam utitur L. VIII. 11. 131. 22. *Strabo* 1. 67. A. τὴν δ' Ἀραβίαν, ἣν εὐδαίμονα προσαγορεύουσιν οἱ νῦν, τότε δὲ οὐκ ἦν πλουσία. 1. *Ep. Petr.* 11. 7. λίθον ὄν. scioli mutarunt in λίθος ὄν. dudum *H. Stephanus* de *Dialectis* p. 52. de hoc genere egit. postea certatim exempla alia viri eruditi congesserunt. *L. Kusterus* ad *Aristoph. Plut.* 55. *Ez. Spanhemius* ad ejusdem *Nubes* 1113. 1147. *Avib.* 1269. & quis non? *P. Wesselingius* ad *Diodor.* 1. C. XI. *J. Taylor* in *Indice Lysiano* in ἀντίπλωσις. *N. Forster.* post *Platonis Dialogos. Jerem. Marklandus* ad *Lysian* XIX. p. 349. ita cape *Sophoclis* locum *Oedipo Colon.* 1211.

> Λόγον δ', ὅς ἐμπέπτωκεν ἀρτίως ἐμοὶ
> Στείχοντι δεῦρο, συμβαλοῦ γνώμην.

ubi λόγον & γνώμην quasi per adpositionem. *Demosth.* in *Theocrin.* p. 850. F. οὐκοῦν εἰ μέν τι πεποιηκότα . . . καθυφῆκε τὸ πρᾶγμα. Cl. *Taylorus* ibi *accusativum absolutum* agnoscit. minime male. Credo accusativum praemissum, quia sequitur accusativus τὸ πρᾶγμα per quasi adpositionem. certe cum *Cl. Jurino*, & hic more suo mutationem tentante, nullo fecerim modo.

P. 125. Vs. 9. Ἐν πλαταίαις] Πλαταιαὶ Boeoticae sunt celebratissimae: sed huc nihil faciunt. lege πλατείαις. vide *Polluc.* IX. §. 34. hic usurpat notione, quam agnoscit *Hesych.* ultimo loco πλατείαις. ῥύμαις. ἀγοραῖς. e dicendis patebit.

P. 125. Vs. 9. Τεταγμένην] milites τεταγμένους novi. sed certe hae feminae τάξιν nullam servabant. legendum videtur τεταμένην. vocat τεταμένην ἐν πλατείαις, καθίζουσαν χαμαὶ ἐν ἀγορᾷ, sive σχήματι illo, parte τῆς ἀγορᾶς. *Euripid Phoeniss.* 1692. de *Polynice & Eteocle.* Τώδ' ἐκτάδην σοὶ κεῖσθον ἀλλήλοιν πέλας. *Troadibus* 595. σώματα νεκρῶν Γυψὶ φέρειν τέταται. sed non de *mortuis* tantum. *Idem* eodem dramate 114.

> Δύστηνος ἐγὼ τῆς βαρυδαίμονος
> Ἄρθρων κλίσιος, ὡς διάκειμαι;
> Νῶτ' ἐν στερροῖς λέκτροισι ταθεῖσ'.

Alcest. 349.

> Σοφῇ δὲ χειρὶ τεκτόνων, δέμας τὸ σὸν
> Εἰκασθὲν, ἐν λέκτροισιν ἐκταθήσεται.

Iphig.

Iphig. in *Taur.* 973.

Καὶ πρόσθεν ἀδύτων ἐκταθεὶς, νῆστις βορᾶς
Ἐπώμοσ' αὐτοῦ βίον ἀποῤῥήξειν θανών.

Sophocl. de *Philocteta* dormiente vs. 870.

Ὁ δ' ἀνόμμ[illegible] Οὐδ' ἔχων ἀρωγὰν ἐκτέταται νύχιος.
Ἀλεὴς ὕπνος ἐσθλὸς, οὐ χερὸς, οὐ ποδὸς οὔ τινος ἄρχων.

Xenoph. K. A. 343. D. καὶ ἐκταθεὶς, ὥσπερ Ὀδυσσεὺς, καθεύδων ἀφικέσθαι εἰς τὴν Ἑλλάδα. quibus interpretatur *Homeri* versum ex *Odyssea* N. 118. Κὰδ δ' ἄρ' ἐπὶ ψαμάθῳ ἔθεσαν δεδμημένον ὕπνῳ. *Lucian. Contempl.* I. 490. Ἀλλὰ σὺ μὲν ῥέγκεις ἐπὶ τοῦ καταστρώματος ἐκταθείς. *Asino.* II. 611. Στρατιώτην ἐκ τῇ ὁδῷ ἐκτείνει, καὶ κείμενον ἔπαιε. sic aliae res *positae humi*, *jacentes* τεταμέναι εἰσίν. *Anthol.* III. VI. 54. 215. de lapide

Αἰὼν μ' ἔτριψε κροκάλαις ἴσον. ἐν γὰρ ἁμάξῃ
Πανφόρῳ αἰζηῶν εἰνοδίη τέταμαι.

Codex in ceteris sic variat. ὑλακτητὴν in ultima a manu prima habuit Doricam terminationem. habet ἔχω pro ἔχων. sed praeterea Ἡρακλείτου δ'. quod si admittas, ἔχων servandum, & in primo versu εἰμὶ intelligendum. verum ἔχω malim.

Nostra autem correctio in Charitone eo probabilior, quia voces τέταμαι & τέταγμαι centies sibi insidiantur: & ultima plerumque in noxa est. In *Strabone* L. VIII. 581. D. olim legebatur ὄρος ἀνατέτακται. vide *Polyb.* VIII. C. 10. p. 723. εἰς τὸ ὕψος ἀνάτασις. *Herodot.* II. 8. ὄρος παρατέταται. apud *Heliod.* V. 265. πόλεμος ἐτέτατο. alii ἐκτέτατο. *Cod. Vat.* ετέτακτο. *Taur.* ἐκτέτακτο. ap. *Plutarch. Philopoem.* 378. *Pyrrho* 454. διατεταμένη & τέταται corrupta erant. Ita in *Schol. Aristoph. Lysistr.* 972. etiam in *Wolfiano Apographo* διατεταγμένος. male. in *Xenoph.* de *Venat.* 982. D. ἐπιτεταγμένος perperam. & *Memorab.* V. 824. D. γνώμῃ συντεταγμένῃ vitiose. vid. *Maxim. Tyr.* XXVI. 5. *Xenoph.* p. 869. B. 871. *Herodot.* VII. 53. VIII. 128. In *Platone* L. VI. de L. L. 763. C. Λεωφόρων εἰς τὴν πόλιν τεταμένων merito praefertur ab *H. Stephano.* vide p. 770. D. re vera regio hic vel illic respectu aliorum locorum *posita* τάττεσθαι dicitur. ut ap. *Strabonem* XV. 1058. B Περσὶς ἐν ἐσχάτοις ταττομένη. Sed tum *series, ordo* locum habent. ita *Herodot.* II. 137. πόλεις ταπεινόμεναι ὑψηλαί. quae vis huic verbo nec in *Platonis* nec in Nostri ῥήσει inest. Multa possent

 accu-

accumulari. verum si plura desideres, adeas viros praeclaros *C. A. Dukerum* & *J. Albertium*, illum ad *Thucyd.* VII. 71. p. 492. hunc ad *Hesych.* in ἀποτάδην.

P. 125. Vs. 9. Οὐ βϐλεται ἐλθεῖν] in quem locum? an militis referebat, utrum Callirrhoe sedebat, nec ne? an significat *venire ad te.* & L. VIII. I. 127. 6. dicit ἡ μὴ βϐλομένη προσελθεῖν. sed quis id jusserat? an tantum sibi miles sumere auderet, ut adduceret hanc feminam ad imperatorem ejus sine expresso mandatu. An debemus intelligere Chaerean jussisse, ut feminae in naves deducerentur. certe mox p. 127. 13. legimus. ἔτι δὲ πολλὰ τῶν αἰχμαλώτων καταλέλειπτο. & p. 130. 13. λάφυρα καὶ αἰχμαλώτες τῆς προτεραίας ἦσαν ἐντεθειμένοι. ut pateat tale jussum aliquod exstitisse. saepe quidem auctores eventus leviores *lectori* intelligendos & conjiciendos permittunt. suspicio tamen nata est, an huic incommodo mederi poteremus, locum legendo. Τὴν γὰρ γυναῖκα, ἣν εὗρον ἐν πλατείαις, τὴν τεταγμένην οὐ βούλεται ἐλθεῖν. *femina, quam in foro inveni, viam ad naves, uti jusseras, ingredi non vult.* verum nihil adfirmo. non absurda tum haec esset ellipsis, cum ὁδὸς in tot adjectivis reticeatur, & ἐλθεῖν ejus defectum indicet.

P. 125. Vs. 10. Ἔῤῥιπται] vide L. III. x. 60. 17. *Plutarch. Alex.* 72. ἔῤῥιπται κλαίων. vide *Animadversiones* p. 198. mox male *Apogr.* γελάσας ὦ Χαιρέας. an fuit οὖν?

P. 125. Vs. 11. Μεθοδεύεται] *tractetur.* Non sufficit. sed *callide tractetur. decipiatur. ut feminae os sublinatur.* adeatur *Joann. Christoph. Wolfius* & quos ille laudat ad *Paulli Epist.* ad *Ephes.* IV. 14. p. 100. Μεθοδεία τῆς πλάνης. *Apostolius.* μεθοδεύω. *decipio. astute ago. Artemid.* III. 25. ἀπάτῃ καὶ μεθόδῳ χρησάμενοι ὑπελθεῖν τινα καὶ ἀδικῆσαι. *Ducangius* habet μεθοδεία δολοφροσύνη. *Hesych.* μεθοδείας vel μεθοδίας. τέχνας. ἐφόδια. & μεθοδίτης. τεχνίτης. sed ista potius alio spectent.

P. 125. Vs. 12. Ἐρᾶς] redi ad L. I. IV. 6. 9.

P. 125. Vs. 13. Οὐκ, ἔφη] *Apographum* οὐ. ap. *Platon.* L. V. de R.P. 475. B. modo intercedit comma, ut hic. vide notata L. VII. VI. 124. 26. L. II. I. I. 23. 23. sed talia non ubivis intrudenda.

P. 125. Vs. 14. Ἐν διπλῷ μᾶλλον] μέτρῳ. ἀριθμῷ. διπλῆ.

P. 125. Vs. 15. Ὅτι ἕξεις αὐτὴν γυναῖκα] vide L. I. XIII. 19. 19.

P. 125. Vs. 16. Ἐπαφρόδιτος] *Venustus. felix in amore.* contra ἀναφρόδιτος. vide observata ad *Lucianum* Tom. I. p. 242. ἀναφρόδιτος εἰς τὰ ἐρωτικά. *Heliod.* VII. 349. dicit προσέχειν τοῖς ἐπαφροδίτοις. ubi τὰ ἐπαφρόδιτα videntur posita pro ἀφροδίσια.

P. 125.

P. 125. Vs. 16. Ἐράσμιος] paullo ante in *Heliodoro Codd. Vat.* & *Taur.* ὡς ἐράσμια καὶ εὐόμιλος. quin etiam P. & X. recipiatur igitur. auctores potius autem *Platonem*, *Xenophontem*, *Anacreontem* huic vocabulo Lexicographi debuissent dare, quam *Plutarchum* vel *Lucianum*.

Ironia hic est aperta. occultior quando haec figura adhibetur, ut saepe, nonnumquam transversos minus cautos egit. uti ap. *Lucianum Quom. Hist. Scr.* p. 37. §. 28. Καί τοι πόσα ἄλλα μακρῷ ἀναγκαιότερα ἑκὼν ἐγὼ νῦν παρίημι. ubi inconsultissime, nullo codice favente, repositum in ipsum contextum μακρῷ γελοιότερα. Quasi vero si vel ironia haud posset habere locum, non longe lenius & legitimum magis remedium ad manum foret; legendo μικρῷ. quae voces saepissime confunduntur.

P. 125. Vs. 19. Προήρηται] In *Apogr.* προείρηται. versum fuerat. *ut praedictum.* tamen ipse *Cl. Reiskius* jam conjecerat, ut omnino legi debet, προήρηται. nam nihil hic *praedictum.* vide ad *versum nonum* hujus *paginae. Xenoph.* H. H. v. 519. hoc extulit. ἐὰν ἀπιέναι ᾗ βούλοιντο. hae voces millies & variis modis turbas dederunt. per satiram quaedam adponemus. locutio obvia, ut *Paullus* II ad *Corinth.* IX. 7. προαιρεῖται τῇ καρδίᾳ. *Plutarch. Catone.* 273. εἰ δὲ νικῴη, μὴ ἐπιτρέψειν παρόντα χρῆσθαι τοῖς πράγμασιν, προήρηται. ubi προείρηται. invito *M. Solano.* apud *Nemesium de N. H.* C. IV. 122. contra προήρηται pro προείρηται. ubi paullo superius post σώματα supple φθειρόμενα. *Cod.* habet corrupte φθηρόμενα. ap. *Thucyd.* v. 26. *Cod.* pessime ὡς διείρηται. omnino διῄρηται. non intellectum saepe quid sit διαιρεῖσθαι. unde vix sensu *explicandi*, *differendi* occurrit in auctoribus, quorum copia exaratorum librorum exstat, quin corruptum sit. ap. *Demosthen.* in *Timocr.* 776. C. νῦν δ' ἀνάγκη καθ' ἕκαστον χωρὶς περὶ ἑκάστου διελόμενον λέγειν. male acceptum pro *distinguere.* immo *differere* vertendum erat. ordo est λέγειν καθ' ἕκαστον χωρὶς, διελόμενον περὶ ἑκάστου. sic mihi videtur saltem. διελόντα est, *distinguentem.* vid. in *Aristocr.* 733. D. 738. A. tamen saepe activum apud posteriores potes reddere *differere.* vel *explicare. Psellus* de *Oper. Daemon.* 78 & 97. sincerum habes ap. *Herodot.* VII. 16. 47. 103. *Platon.* de L. VII. 809. D. at vitiatum L. VII. de L. L. 813. A. licet *Stephano* altera lectio non sit neglecta. at L. IX. 932. E. διερρήθη. pro διῃρήθη transmissum. & sic in *Epinomo* p. 991. B. malim διῃρημένων. apud *Demosth.* in *Leptinea* 545. D. melior lectio διῃρῆσθαι. non aliter ἐρεῖ pro αἱρεῖ emendatore *Stephano* indiguit ap. *Platonem* de R. P. X. 604. E. vide p. 607. B. de L. L. II. 663. D. *Parmen.* 141. D. *Phaedr.* 263. B. 265. B. & passim ap. *Herod.* & alios. saepe male intellectum & exaratum. Λυκοῦργον αἱρεῖν. apud

Demosth. in *Aristog. Pr.* 830. C. *H. Wolfius.* mutat in ἐρεῖν. sed αἱρεῖν sincerum est. αἱρεῖν δίκην obvium. nollem nuper acceptum pro *eligere.* vide notata in *Animadversionibus* p. 214. *manu* αἱρῶμεν, *animo* αἱρώμεθα. & sic in plerisque locutionibus, ubi *animo* & *animi facultatibus* locus magis est, quam corporeis actionibus, obtinet *medium.* in αἱρετέος. ποιητέος. πρακτέος & centum aliis. apud *Platonem* VI. de L. L. 754. C. haeret lectio inter ἱρείσθωσαν, ut editur. ἐρείσθωσαν. ut in *Codice veteri*, & αἱρείσθωσαν. *H. Stephani* invento. cui pene faverim.

JACOBI PHILIPPI D'ORVILLE
ANIMADVERSIONES
IN
CHARITONIS APHRODISIENSIS
LIBRUM OCTAVUM.

LIBRI OCTAVI CAPUT PRIMUM.

P. 126. Vs. 3. Εκράτησε τῆς θαλάσσης] una voce θαλασσοκρατεῖν. est plus quam ἐν θαλάσσῃ κρατεῖν. ita ut ne quidem ἀντίπαλοι γένεσθαι ausi fuerint Persae. L. VII. VI. 123. 17.

P. 126. Vs. 10. Ἐκεῖ καταλίπῃ] nam permisit modo in fine libri praecedentis διάγειν, ὡς προῄρητο. adeoque etiam Aradi manere potuisset.

P. 126. Vs. 10. Ἀριάδνην καθεύδουσαν] *Catullus Epithalamio Pelei & Thet.* 121.

Aut ut eam tristi devinctam lumina somno
Liquerit inmemori discedens pectore conjux.

vide L. I. VI. 9. 26.

P. 126. Vs. 10. Διονύσῳ] *Apographum* hic, ut L. III. III. 45. 2. peccat, exhibens Διονυσίῳ. sic ap. *Muratorium* in *Inscript.* Tom. I. p. LXXXVII. 6. ubi Cyriacus recte. ΠΑΝΙ. ΔΙΟΝΥΣΩΙ. obvia haec corruptio. vide *J. Jensium* ad *Luciani Nigr.* I. 32. apud *Athenaeum* L. XI. X. 486. A. *Hermippi* versus sic constituit *Casaub.*

—— —— —— ἐὰν ἐγὼ
Πάθω τι, τήνδε τὴν λεπαστὴν ἐκπιὼν

Τῷ

Τῷ Διονύσῳ τὰ πάντ' ἐμαυτῦ χρήματα
Δίδωμι.

qua sede certe Διονύσῳ metrum respuit. si non potuit esse locus viri nomini Διονυσίῳ, omisso articulo, scribendum, τὰ πάντ' ἐμαυτῦ Διονύσῳ χρήματα Δίδωμι. Anapaestus probus quarta sede, in nomine praesertim propio.

P. 127. Vs. 1. Ἀλλὰ ἔδοξε τὸ δεινὸν Ἀφροδίτῃ.] recte Cl. *Reiskius* legit levi mutatione ἔδειξε. contra ap. *Plutarch.* in *Bruto* p. 273. ἔδειξε. *Cod.* recte mutat in ἔδοξε. suspicatus fueram ἀλλὰ ἔδοξε τῦτο δεινὸν Ἀφροδίτῃ. vel Ἀφροδίτη. unde versio nata, quam dedi. sic in *Epistol. Bruti* p. 113. in *Codice* τῦτο, ubi vulgo τό. & saepe. mox πῶς οὖν ὁ θεὸς ἐφώτισε τὴν ἀλήθειαν.

P. 127. Vs. 2. Αὐτῦ διηλλάττετο] lege αὐτῷ, ut alii & ipse L. VIII. III. 134. 14.

P. 127. Vs. 2. Δῶρον παρ' αὐτῆς λαβὼν τὸ κάλλιστον] *Aristoph. Avib.* 1104. de *Helena* iisdem pene verbis

Ὥστε κρείττω δῶρα πολλῷ τῶν Ἀλεξάνδρου λαβεῖν.

P. 127. Vs. 4. Ἀλέξανδρος ὁ Πάρις] Primo videtur adpellatus Πάρις, vocabulo Phrygio & patrio. mox propter defensos a latronibus pastores Graecum cognomen Alexandri traxit. quod cupidius inditum videtur, ut literarum Graecarum & morum studioso. videatur *Apollodori Biblioth.* L. III. §. 5. p. 211. & multi alii alia tradunt. *Schol. Homeri Iliad.* M. 93. dicit Πάριν dictum, non quia ἐν πήρᾳ ἐτράφη, sed ὅτι τὸν μόρον παρῆλθε. Frivola haec. *Alciato* tamen visa alicujus momenti, ut discimus ex erudita commentatione *Christophori Saxii*, viri praeclara minantis, in *Muratorianam Inscriptionum Syllogen* p. 80.

Ἀλέξανδρος ὁ Πάρις. aliis Πάρις ὁ Ἀλέξανδρος. ita *Malalas* L. V. p. 113. Πάριδος τῦ Ἀλεξάνδρου. sed qui nec ipse sibi in hoc constat. p. 116. enim scribit. Ἀλέξανδρον τὸν καὶ Πάριδα. & positio videtur indifferens, si duo nomina sunt, ut vult *Servius* ad L. X. *Aen.* 655. „ licet possit fieri, ut duo nomina unius sint, ut *Numa Pompilius*. *Alexander Paris*. „ ubi alii & *Codex* meus inepte *Alexander Magnus*. & passim varie efferunt scriptores: saepius tamen apud recentiores paullo occurrunt copulata haec nomina. *Plutarch. Theseo.* 33. Ἀλέξανδρον μὲν τὸν ἐν Θετταλίᾳ Πάριν. *Conon* ap. *Photium.* XXII. XXXIV. Ἀλεξάνδρου τῦ Πάριδος. *Philostrat. Heroic.* XV. 724. *Malalas* p. 118. rursus dixit τὸν Πάριδα Ἀλέξανδρον. Aliter *Euripides Troad.* 940.

——— ——— εἴτ' Ἀλέξανδρον θέλεις
Ὀνόματι προσφωνεῖν νιν, εἴτε καὶ Πάριν.

La-

Latini non abstinuere. *Plinius* H. N. xxxiv. 8. p. 655. *Firmicus Maternus* L. vi. xxxi. 10. *Dares Phryg.* xxviii. xxxiv.

P. 127. Vs. 4. Ὕβρισεν εἰς τὴν χάριν] Venerem contumelia affecit, munere injuriose usus. de constructione hac videatur *J. G. Graevius* ad *Luciani Soloecist.* T. iii. §. 10. p. 580. *Eunap.* p. 179. δωρεὰν διαφθείρειν dixit, ut reor. ἡμεῖς τε ἐ διαφθερῦμθυ τὴν δοθεῖσαν δωρεάν. nunc editur. διαφερομθυ. etiam in *Cod. Barberin.* de confusione horum vocabulorum vide *Animadversiones* p. 305.

P. 127. Vs. 5. Απελογίσατο] hoc loco istud rectum. saepe ἀπολογήσασθαι & ἀπολογίσασθαι confunduntur in libris antiquis & ab interpretibus. ex *Codice* repone ap. *Heliod.* i. 34. ἀπολογήσασθαι. At i. 42. recte αἰτίας ἀπολογίσασθαι. licet idem *Cod.* ἀπολογεῖσθαι habeat. In *Glossis* Αντιδιαλογίζεται. *compensat.* optime. quare ordine fecit *J. Pricaeus* ad *Appul. Met.* p. 94. quod dubitanter proponit ἀντιδιαλέγεται. in *Cod.* meo *Polybiano* L. x. 34. 846. haec vocabula miscentur. sic ἀπολογίσασθαι pro ἀπολογήσασθαι apud *Lysian* recte praefert Cl. *Taylor* p. 197. at p. 61. invitus a V. D. discedo. eleganter enim mihi dictum ibi videtur. ἔργοις δὲ μεγίστοις καὶ καλλίστοις ἀπελογήσαντο, ὅτι ἐ κακίᾳ τῇ αὐτῶν οὐδ' ἀρετῇ τῶν πολεμίων πρότερον ἐδυστύχησεν ἡ πόλις. nam plerumque λόγοις apologiae constant: hic ipsis *factis* apologiae confiebant. sic *Themosth.* v. *Ep.* 18. ἀπολογεῖσθαι τῷ ἐν Πλαταιαῖς ἔργῳ μὴ κακὸς εἶναι. nec ἀπολογίσασθαι significat *argumentis significare.* sed *pecunia data debitum expungere. rationes aequare. compensationem facere.* ut nostro loco. *pro injuria Veneri illata tot calamitates deae quasi in vindictam adnumeravit.* quae notio apud *Lysian*, si quid video, locum non habet. sed recte eam probavit Cl. *Taylorus* ap. *Demosth.* in *Timocr.* p. 789. F. (404.) vide ad L. vi. vii. 108. 18.

P. 127. Vs. 7. Δύο τῶν καλλίστων ἥρμοσε ζεῦγος] L. ii. ii. 25. 12. συναρμόσασα δὲ καλὸν ζεῦγος. *Theodor. Prodr.* p. 41. *Dosiclea & Rhodanthen* vocat τὴν καλὴν συζυγίαν, ut ipse *Gaulminus* animadvertit, sed nescio quid tricarum admiscens. *Xenoph. Oecon.* p 847. D. dicit τὸ ζεῦγος συντεθεικέναι, ὃ καλεῖται θῆλυ καὶ ἄρρεν. Haud vero abundat δύο, cum ζεῦγος & de *trigis* & *quadrigis* dicatur. teste *Polluce* x. §. 53. apud *Platonem* in *Phaedro* p. 246. B. ὑπόπτερον ζεῦγος vertitur incommode *alatus currus.* aliter se res habet mox eadem *pagina* E. cum Jovi πτηνὸν ἅρμα illud tribuitur. de usu cetero vocis consulantur eruditissimae *Observationes P. Wesselingii* L. i. xxvii. p. 116.

P. 127. Vs. 7. Γυμνάσασα] *Eurip. Helena* 540. οὐκ ἀγύμναστος πλάναις. *Max. Tyr.* xxxviii. 7. *Ulixis errores & labores* vocat γυμνάσια. *Achill. Tat.* v. 279. τῆς τύχης γυμνάσιον. *Philo Jud.* de *Joseph.* T. ii. p. 45. 33. γεγύμνασμαι πολλαῖς κακοπαθείαις, ἀλώμενος, ξενιτεύων, θητεύων. *Manetho* i. 170. (vid. *Animadv.* p. 218.)

Αὐτὸς δ' ἐν πολλοῖσιν ἐγύμνασε πήμασιν αἰεὶ,
Θλίψεσιν οὐλομέναις καὶ ἀργαλέαις πενίῃσιν.

Heliod. VII. 352. C. dixit ἐνήθλησε. ἆθλα sic. & *Latinis* non aliter *exercere.*

P. 127. Vs. 8. Ἀποδοῦναι] *facere. efficere. exhibere. Plat.* de L. L. II. 661. C. ῥυθμούς τε καὶ ἁρμονίας ἀποδοῦναι. p. 669. C. *Lycurg.* in *Leocr.* §. XXXVII. ἀποδέδωκα τὸν ἀγῶνα. *perfeci. Xenoph.* de R. *Eq.* 935. C. ἐπιστάμενον παῖδα ἀποδοῦναι. *Heliodor.* VIII. 406. τὰ ἐπεσταλμένα ἀποδοῦναι. *Xenoph. Eph.* V. 65. τὰ τέλη τῶν μεμαντευμένων ἀποδίδου. ap. *Lucian. Tyrannic.* II. 157. τὸν τὴν δημοκρατίαν ἀποδεδωκότα est qui *restituit.* sed p. 153. τὸν τύραννον ἀφύλακτον, ἄνοπλον, γυμνὸν ἀποδοῦναι, uti hic significat. aliquando ita ἀποδεικνῦναι. vide *Budaei Comment.* L. Gr. 634.

P. 127. Vs. 9. Καθάρσιον] Nempe quasi ἱερόν. *expiatorium. lustrale. Eurip. Herc. fur.* 922.

Ἱερὰ μὲν ἦν πάροιθεν ἐσχάρας Διὸς
Καθάρσι' οἴκων.

& ita recte *Ammonius* Καθάρσια καὶ καθάρματα διαφέρει. καθάρσια μὲν γὰρ λέγονται τὰ ἱερὰ καὶ τὰ ἄλλα., οἷς καθαίρονται. Quamvis etiam alia vocabula jungi possint. sic καθάρσιον πῦρ. ap. eundem *Euripid.* eodem *dramate* vs. 937. ita etiam καθάρσιον θῦμα rectum fuerit.

P. 127. Vs. 10. Οὐκέτι λῃστεία] idem vitio dat *Homericae Iliadi Max. Tyr.* VI. §. 4. τὰ δὲ ἄλλα τοῦ Ὁμήρου, εἰ σκοποίης, πόλεμος πάντα. κ. τ. λ.

P. 127. Vs. 11. Δίκαιοι ἔρωτες] νόμιμοι γάμοι per ἐπεξήγησιν & αὔξησιν; eleganter sine συνδέσμῳ: sicuti prior periodus πολυσύνδετος. vid. *Aeschin. parapr.* 471. F. *Max. Tyr.* XXIV. 2 & 8.

P. 127. Vs. 12. ἐφώτισε] L. III. III. 46. 13.

P. 127. Vs. 14. Κεκμηκὼς οὖν ὁ Χαιρέας ἀνίσταται] at lassi solemus considere. verum debemus intelligere Chaerean vacasse praedae & captivis recensendis sedentem plerumque. jam quoque reginam & ceteros captivos navibus fuisse inpositos. solam autem Callirrhoen, uti ei permissum fuerat, in basilica, οἰκήματι τῆς ἀγορᾶς, remansisse.

P. 127. Vs. 15. Παριόντι τὴν ἀγορὰν] saepissime cum praepositione εἰς. nec raro cum accusativo solo. L. II. I. 23. 16. πάντας λιμένας παριέναι. *Lycurgus* in *Leocr.* §. XV. παριὼν τὰς θήκας. *Anthol.* L. III. I. 6. p. 192. Καρφυλλίδου.

Μὴ μέμψῃ παριὼν τὰ μνήματά μου, παροδῖτα.

Aelian.

Aelian. V. H. II. 35. dixit παρελθεῖν τινα. *Kuhnius* ad L. III. 12. 8. intelligit εἰς. puto aliquantum differre locutiones παριέναι τὴν ἀγορὰν & εἰς τὴν ἀγορὰν. ut illud dicatur facere, qui modo transit, alio cogitans: at hoc de eo, qui forum adit, ut ibi moretur, negotium aliquod transacturus. sed forte nec ista differentia perpetua. *Sophocl*. *Antig*. 1269. δόμους παρασείχοντες. *domum intrare*. *Heliodor*. v. 263. in *Cod*. *Taur*. παρελθεῖν τὴν ναῦν. sed tamen εἰς inter versus a manu secunda.

P. 127. Vs. 17. Ἀλλὰ ἀποκαρτερῦσα] Liceat Charitoni ita esse locuto, quamvis forte quis maluerit ἀποκαρτερῆσαι. nec enim opus.

P. 127. Vs. 19. Εμβαλεῖν αὐτὸν εἰς ἔρωτα] Variatur constructio. *Xenoph*. *Symp*. p. 899. dicit σοὶ Αὐτολύκυ ἔρωτα ἐνέβαλον. & sic alii. περιβαλεῖν semper cum *dativo rei*. *Demosth*. πρὸς Ἀνδροτ. 704. C. ὀνείδει περιβαλεῖν. ubi ab ignaris in ora ὀνείδη. 704. C. 708. D. *Lucian*. *Abdic*. II. 106. *Isocrat*. *Paneg*. 67. B. *Plutarch*. *Narrat*. *Am*. 775. C. etiam in *Tatiano adv*. *Gr*. C. XXXII. non perceptum. ἐμὲ ὡς κακῷ τῷ θανάτῳ περιβαλεῖν. *Sophocl*. *Oed*. *Col*. 1242. dicit

Καὶ μή μ' ἀνάγκῃ προσβάλῃς τάδ' εἰκάθειν.

sic διδόναι variatur. *Demosth*. *de Coron*. 488. F. διδόναι ἑαυτὺς τοῖς δεινοῖς. *Pindar*. VIII. *Isthm*. 132. διδόναι φῶτα ὕπνοις. *Plato Phaedro* 254. E. τίνα ὀδύναις διδόναι. quod etiam *Odyss*. P. 567. *Iliad*. K. 88.

—— τὸν περὶ πάντων Ζεὺς ἐνέηκε πόνοισι ——

contra *Il*. K. 71. I. 696. Ita προσφέρειν τινι τύχην. *Demosth*. de *Coron*. 514. F. quae locutiones inversae inveniuntur. ita Latini *offerre aliquem malo* & *offerre malum alicui*. *Catullus*. *Epithal*. *Pel*. & *Thet*. 248.

Marte ferox Theseus qualem Minoidi luctum
Obtulerit.

sic quidem vulgo. at in *Codd*. meis & aliorum non nullis legitur. *Minoida*. unde mallem

Quali Minoida luctu Obtulerit.

cum *luctu* ipsos offenderit, ad aliam lectionem transierunt. *Justin*. v. XI. sic fere. *Fors praelii utrumque fratrem pugnae obtulit*. *Tacit*. II. *Hist*. 44. *Vedium Aquilam irae militum inconsultus pavor obtulit*. Ideo vero magis in hanc lectionem inclino, quia prisci poetae raro vel numquam istos dativos corripiunt. Non loquor de *Statiis* vel *Siliis*, sed *Catullis*, *Tibullis*, *Propertiis*, *Virgiliis*. quare nollem *N*. *Heinsium* in *Ovidii* III.

Αὐτοὺς δ' ἐν πολλοῖσιν ἐγύμνασε πήμασιν αἰεὶ,
Θλίψεσιν οὐλομέναις καὶ ἀργαλέαις πενίῃσιν.

Heliod. VII. 352. C. dixit ἐνήθλησε. ἆθλα sic. & *Latinis* non aliter *exercere*.

P. 127. Vs. 8. Ἀποδοῦναι] *facere. efficere. exhibere. Plat.* de L. L. II. 661. C. ῥυθμούς τε καὶ ἁρμονίας ἀποδοῦναι. p. 669. C. *Lycurg.* in *Leocr.* §. XXXVII. ἀποδέδωκα τὸν ἀγῶνα. *perfeci. Xenoph.* de R. *Eq.* 935. C. ἐπιστάμενον παῖδα ἀποδοῦναι. *Heliodor.* VIII. 406. τὰ ἐπεσταλμένα ἀποδοῦναι. *Xenoph. Eph.* V. 65. τὰ τέλη τῶν μεμαντευμένων ἀποδίδου. ap. *Lucian. Tyrannic.* II. 157. τὸν τὴν δημοκρατίαν ἀποδεδωκότα est qui *restituit.* sed p. 153. τὸν τύραννον ἀφύλακτον, ἄνοπλον, γυμνὸν ἀποδοῦναι, uti hic significat. aliquando ita ἀποδεικνῦναι. vide *Budaei Comment.* L. Gr. 634.

P. 127. Vs. 9. Καθάρσιον] Nempe quasi ἱερόν. *expiatorium. lustrale. Eurip. Herc. fur.* 922.

Ἱερὰ μὲν ἦν πάροιθεν ἐσχάρας Διὸς
Καθάρσι' οἴκων.

& ita recte *Ammonius* Καθάρσια καὶ καθάρματα διαφέρει. καθάρσια μὲν γὰρ λέγονται τὰ ἱερὰ καὶ τὰ ἄλλα, οἷς καθαίρονται. Quamvis etiam alia vocabula jungi possint. sic καθάρσιον πῦρ. ap. eundem *Euripid.* eodem *dramate* vs. 937. ita etiam καθάρσιον θῦμα rectum fuerit.

P. 127. Vs. 10. Οὐκέτι λῃστεία] idem vitio dat *Homericae Iliadi Max. Tyr.* VI. §. 4. τὰ δὲ ἄλλα τοῦ Ὁμήρου, εἰ σκοποίης, πόλεμος πάντα. κ. τ. λ.

P. 127. Vs. 11. Δίκαιοι ἔρωτες] νόμιμοι γάμοι per ἐπεξήγησιν & αὔξησιν; eleganter sine συνδέσμῳ: sicuti prior periodus πολυσύνδετος. vid. *Aeschin. parapr.* 471. F. *Max. Tyr.* XXIV. 2 & 8.

P. 127. Vs. 12. ἐφώτισε] L. III. III. 46. 13.

P. 127. Vs. 14. Κεκμηκὼς οὖν ὁ Χαιρέας ἀνίσταται] at lassi solemus considere. verum debemus intelligere Chaerean vacasse praedae & captivis recensendis sedentem plerumque. jam quoque reginam & ceteros captivos navibus fuisse inpositos. solam autem Callirrhoen, uti ei permissum fuerat, in basilica, οἰκήματι τῆς ἀγορᾶς, remansisse.

P. 127. Vs. 15. Παριόντι τὴν ἀγορὰν] saepissime cum praepositione εἰς. nec raro cum accusativo solo. L. II. I. 23. 16. πάντας λιμένας παριέναι. *Lycurgus* in *Leocr.* §. XV. παριὼν τὰς θήκας. *Anthol.* L. III. I. 6. p. 192. Καρφυλλίδου.

Μή μέμψῃ παριὼν τὰ μνήματά μου, παροδῖτα.

Aelian.

Aelian. V. H. II. 35. dixit παρελθεῖν τινα. *Kuhnius* ad L. III. 12. 8. intelligit εἰς. puto aliquantum differre locutiones παριέναι τὴν ἀγορὰν & εἰς τὴν ἀγορὰν. ut illud dicatur facere, qui modo transit, alio cogitans: at hoc de eo, qui forum adit, ut ibi moretur, negotium aliquod transacturus. sed forte nec ista differentia perpetua. *Sophocl. Antig.* 1269. δόμους παραστείχοντες. *domum intrare. Heliodor.* v. 263. in *Cod. Taur.* παρελθεῖν τὴν ναῦν. sed tamen εἰς inter versus a manu secunda.

P. 127. Vs. 17. Ἀλλὰ ἀποκαρτερῆσαι] Liceat Charitoni ita esse locuto, quamvis forte quis maluerit ἀποκαρτερῆσαι. nec enim opus.

P. 127. Vs. 19. Εμβαλεῖν αὐτὸν εἰς ἔρωτα] Variatur constructio. *Xenoph. Symp.* p. 899. dicit σοὶ Αὐτολύκῳ ἔρωτα ἐνέβαλον. & sic alii. περιβαλεῖν semper cum *dativo rei. Demosth.* πρὸς Ἀνδροτ. 704. C. ὀνείδει περιβαλεῖν. ubi ab ignaris in ora ὀνείδη. 704. C. 708. D. *Lucian. Abdic.* II. 106. *Isocrat. Paneg.* 67. B. *Plutarch. Narrat. Am.* 775. C. etiam in *Tatiano adv. Gr.* C. XXXII. non perceptum. ἐμὲ ὡς κακῷ τῷ θανάτῳ περιβαλεῖν. *Sophocl. Oed. Col.* 1242. dicit

Καὶ μή μ' ἀνάγκῃ προσβάλῃς τάδ' εἰκάθειν.

sic διδόναι variatur. *Demosth. de Coron.* 488. F. διδόναι ἑαυτὰς τοῖς δεινοῖς. *Pindar.* VIII. *Isthm.* 132. διδόναι φῶτα ὕπνοις. *Plato Phaedro* 254. E. τινα ὀδύναις διδόναι. quod etiam *Odyss.* P. 567. *Iliad.* K. 88.

—— τὸν περὶ πάντων Ζεὺς ἐνέηκε πόνοισι ——

contra *Il.* K. 71. I. 696. Ita προσφέρειν τινὶ τύχην. *Demosth.* de *Coron.* 514. F. quae locutiones inversae inveniuntur. ita Latini *offerre aliquem malo* & *offerre malum alicui. Catullus. Epithal. Pel.* & *Thet.* 248.

Marte ferox Theseus qualem Minoidi luctum
Obtulerit.

sic quidem vulgo. at in *Codd.* meis & aliorum non nullis legitur. *Minoida.* unde mallem

Quali Minoida luctu Obtulerit.

cum *luctu* ipsos offenderit, ad aliam lectionem transierunt. *Justin.* v. XI. sic fere. *Fors praelii utrumque fratrem pugnae obtulit. Tacit.* II. *Hist.* 44. *Vedium Aquilam irae militum inconsultus pavor obtulit.* Ideo vero magis in hanc lectionem inclino, quia prisci poetae raro vel numquam istos dativos corripiunt. Non loquor de *Statiis* vel *Siliis*, sed *Catullis*, *Tibullis*, *Propertiis*, *Virgiliis.* quare nollem *N. Heinsium* in *Ovidii* III.

 Tristium

Tristium IX. II. *Colchidi* proposuisse, & defensum ivisse *Papiniano Palladi.* advocari satius fuisset vel hunc locum, vel ex *Coma Berenices*, *Tethyi restituor.* quamvis id non plane idem.

P. 127. Vs. 19. Ὅπως δύναιτο] *Quocumque modo* posset. licet non digno vel simili implicaret eum amore. *Demosth.* πρὸς Βοιωτὸν περὶ προικὸς. 1008. C. οὕτως ὅπως ἂν δύνωμαι. *si quo modo possit. Appul.* IX. *Metam.* 536. *Pricaeus.* vide Cl. *Ernesti* ad *Xenoph. Memor.* II. p. 75.

P. 127. Vs. 20. Ἔρωτα καινὸν καὶ Καλλιρρόης παραμύθιον] potuisset etiam omissa conjunctione per adpositionem & ἐπεξήγησιν protulisse. nunc accipiendum ceu per enallagen dictum καινὸς καὶ παραμύθιον. Ut *Sallustianum* illud, *natura imbecilla atque aevi brevis. Lamprid. Alex. Severo.* 27. *itinerarium atque pluviae* ubi alii *pluviale.* 46. *locorum civilium & militum.* pro *militarium.* quamvis forte haec ex compendiosa scriptura nata caussari possis. ut *singulis justitiae virum* pro *singularis.* ap. *Firmicum* L. I. I. III. *octava pag. ejus capitis.* ap. *eundem* L. III. XII. II. *saepissima ratione decipiat*, vellem mutari in *saepe pessima.* licet *saepissimus* Grammaticis celebretur. apud *Manethonem* L. V. 85. ubi *Codex* habet, καὶ διδόασι γονὴν, ἐπιπένθιμον ὄμμασι δάκρυ. editor separavit vocem ἐπὶ πένθιμον. forte placuerit vox ἐπιπένθιμος *Manethoni.* & tum non inelegans nasceretur appositio γονὴ, δάκρυ ἐπιπένθιμον ὄμμασιν. alias ista figura ei placuit. ut L. IV 371. cujus versus emendationem p. 131. *Animadversionum* proditam stabilit *Firmicus* L. VIII. XXIII. 9. *Obstetrices faciet vel alienos liberos nutrientes.*

P. 127. Vs. 22. Ἐκ τῆς ἀναπνοῆς καὶ τοῦ σχήματος] vide L. I. IV. 8. 4. πρώτη τοῦ ἀνδρὸς ᾔσθετο τὴν ἀναπνοήν. apud *Heliodor.* L. VII. 320. ἀναγνώρισιν tractantem *Theagenis & Charicleae*, Theagenes non modo haud agnoscit *Charicleam*, mendicantis veste ornatam, verum, postquam jam amplexus ab ipsa tulisset, jam gemitus & ejulatus audisset, etiam eo devenit incogitantiae, ut amanti colaphum inpingat, ceu alienae molestaeque feminae. Quod quidem eo magis in *Heliodoro* miror, quod ipse paucis ante versibus ita philosophatus sit. ὀξὺ γάρ τι πρὸς ἐπίγνωσιν ἐρωτικῶν ὄψις, καὶ κίνημα, πολλάκις καὶ σχῆμα μόνον. κἂν πόῤῥωθεν, ἢ κἂν ἐκ νώτων τῆς ὁμοιότητος τὴν φαντασίαν παρέστησεν. Verius profecto Noster naturae & amoris arcanum expressit instinctum. Languidius vero etiam & inprobabiliter *Theodorus Prodromus* L. VIII. 361. in conspectum amantes suos ducit, nec se agnoscere tamen facit.

P. 127. Vs. 23. Εἰ μὴ] Non dubitavi cum praestantissimo *Cocchio* particulam negantem hic inserere. mox *Apographum* ἀπεκαλύψετο & superius ἀποκαρτήρεσις. quae quem morentur!

P. 127. Vs. 25. Ἕξεις δὲ ἄνδρα, ὃν θέλεις] de hac vaticinii specie vide L. I.

L. I. XIII. 19. 18. ita eſt ominoſa & fatidica oratio Jaſonis ad Medeam ap. *Val. Flacc.* VII. 504. uti bene *P. Burmannus.*

P. 128. Vs. 4. Ἀπειλήφατε] *recuperaſtis.* eodem ſenſu pagina ſuperiore vs. 23. accipiendum. non *abſtuliſſe.*

P. 128. Vs. 4. Πεπληρώκασιν οἱ θεοὶ τὰς εὐχὰς] dignus locus qui addatur vindicandis locutionibus πληρῦν τὴν γραφὴν. τὸν νόμον. τὰς ὑποσχέσεις. τὸ λόγιον. in quo *Vorſtii*, *Raphelii*, *Elſneri* elaborarunt.

P. 128. Vs. 6. Οἰκοδομῆσαι καλῶς] *in tuto firmoque ſtatu res praeſentes collocare.* eleganti metaphora ab aedificiis. alia locutione dicit L. VIII. IV. 135. 7. Τὰ ἐν Αἰγύπτῳ καταστήσασθαι βεβαίως. ita *Diodor.* XXXVII. p. 538. βεβαιοῦν τὸ κράτος. & L. XX. 2. ἀσφαλῶς θέσθαι τὰ κατὰ τὴν ἀρχὴν. nec alia metaphora in locutione *ejusdem* L. XV. I. ἡγεμονία τεθεμελιωμένη. *Ammian. Marcell.* XVII. IX. 133. dixit *fundare utilitatem provinciarum.* ſic paſſim *munire.* & *Cic.* IX. *fam.* 2. dixit ad *aedificandam Rempublicam.* ſic ἱδρύσαι ἑαυτὸν. *locum inſidere manendi animo. Lucian. Aſino* p. 603. *Xenoph.* L. VIII. K. Π. 236. B. alia ratione adhibet vocem. ἐπὶ ταῦτα εὐθὺς οἰκοδομεῖτε ἄλλα φιλικὰ ἔργα. *collocate firmiter* & *adſtruite.*

Habet & hoc verbum vicini ſoni inſidiatorem. οἰκονομῆσαι. ut ap. *Philon.* de *Joſepho* II. p. 41. ap. *Lucian.* T. II. 62. ἐς δέον οἰκοδομήσασθαι τὴν ὕλην. ubi nunc, neſcio quam bene, οἰκονομήσασθαι. ita commiſcentur in *prima Paulli Epiſtola* ad *Timoth.* I. 4. nec inprobabiliter *Cl. Valkenarius* in *Eranio Philone* p. 172. πόλις, τὸ οἰκονόμημα non οἰκοδόμημα ſcribendum autumat. tamen vulgo ſic accipi docet *Luciani* locus in de *Gymnaſ.* p. 900. ubi ait Athenienſes πόλιν non putare τὰ οἰκοδομήματα. & ſi πόλις a πόλος, ut *urbs* ab *orbe*, etymologice verum foret.

P. 128. Vs. 8. Ανήνεγκαν] paſſim obvia in metaphora. *Liban. Epiſt.* LXXXIX. comparatio autem apta. affectibus & ſubito eventu mens animi & ſenſus erant quaſi ſubmerſi. unde tandem ἀνέκυψαν. ἀνήνεγκαν ἑαυτὲς. ἀνεδύοντο ceu ἐκ φρέατος.

P. 128. Vs. 9. παρείθεσαν] *Heſych.* παρείθη. παρελύθη. ἐχαυνώθη. ἐκρεμάσθη. ἐχαλάσθη. ἐάθη. Παρεῖται. παρέλθη. παρελύθη. πηρήθη. παρελύθη. ubi recte *Guietus* παρείθη. licet *Phavorinus* quoque exhibeat, corrupto aliquo loco uſus. illud παρέλθη an modo natum ex παρελύθη. *Eunap.* 140. παρεθέντες ἔκειντο. *Photius* in *Lexico.* παρεθεντος ἐκλυθέντος *Heliod.* VII. 319. Τότε οἱ μὲν παρείθησαν, καὶ κατενεχθῆναι μικρὸν ἀπολιπόντες, προσέπιπτον ἄμφω τῷ πατρί. VI. 292. *Theodor. Prodr.* IX. 382.

P. 128 Vs. 9. πάλιν . . . καὶ δεύτερον] nam jam ſemel ἔπεσον. ita δεύτερον αὖθις. δεύτερον ἄλλο. vide *Animadverſiones* p. 93. niſi forte putes diſtinguendum leviter poſt παρείθησαν. & καὶ δεύτερον καὶ τρίτον pro *aliquoties* accipias.

P. 128. Vs. 10. Ἔχω σε;] sic distingue. de hac formula multi multa. tetigimus antea L. v. 1. 80. 1. *Heliodor.* 1. 39. 11. 72. *Eurip. Electra* 1579.

Electra. ——— ——— ὦ χρόνῳ φανείς,
Ἔχω σ' ἀέλπτως.
Orest. Κἀξ ἐμοῦ ἔχῃ χρόνῳ.
Electra. Ἐκεῖνος εἶ σύ;

an huc respexit? sed nimis obvium. *J. Pricaeus* vult ἔχειν hic *tenere* non *habere* verti. ad *Appul.* x. 226. 16.

P. 128. Vs. 10. Εἰ ἀληθῶς, εἶ Καλλιρρόη] sic legendum & distinguendum. ita quoque verti. admirantis, non dubitantis hic sermo. languidum nimis. *si re vera es Callirrhoe.* illa repetitio hic vim suam exserit. *Theodor. Prodromus* VIII. 365.

Ζῇς μοι, Ροδάνθη, καὶ βλέπεις τὴν ἡμέραν;
Ζῇς μοι, Ροδάνθη, ζῇς, ὁρᾷς, ἀναπνέεις.

rectum alterum in *Themisth. Ep.* XII. 37. ἵνα εἰ μὲν εἶ ἐκεῖνος. sic ex *Codice* lege.

P. 128. Vs. 12. Ὁ θυρωρὸς ἐν οἰκίᾳ] L. III. 11. 44. 26. οὐκ ἀπελείφθη ἐν ταῖς οἰκίαις οὐ παιδίον, οὐ γέρων, ἀλλ' οὐδ' ἐν αὐτοῖς τοῖς λιμέσι. *Basilius Homil. in Gordium* T. II. 146. 6. ἐξέλειπον τὰς φυλακὰς τῶν οἴκων οἱ φύλακες. quo loco illustrat *J. Pricaeus Appul.* L. VIII. *Met.* 161. *nudatis totis aedibus.* quia tamen hic militibus *tentorium*, nauticis *triremes*, *propria habitacula*, tribuuntur, janitori hic *sua cella*, quae Graecis οἰκία peculiariter, non male assignaretur. vide *J. Casaub.* ad *Sueton. Calig.* 57. *Vitell.* 16. praecipue quia articulus non adest.

P. 128. Vs. 14. Καλλιρρόης δὲ φανείσης] sibi constat Noster L. IV. 1. 64. 17. ἐκείνη μόνη τοὺς ἁπάντων ἐδημαγώγησεν ὀφθαλμούς. & merito secutus fuit magnum suum magistrum *Xenophontem* L. VI. K. Π. 170. D. Οἱ δὲ ἄνθρωποι καλοῦ ὄντος τοῦ θεάματος τοῦ Ἀβραδάτου καὶ τοῦ ἅρματος, οὐ πρόσθεν ἐδύναντο θεάσασθαι αὐτὸν, πρὶν ἡ Πάνθεια ἀπῆλθεν. Verum *Xenoph. Eph.* I. 4. primas tribuit prae Anthea Habrocomae. at aliarum spectator formarum erat iste *Ephesius.*

P. 128. Vs. 15. Ὡς μόνην οὖσαν] L. VIII. 83. 23. Καὶ οὐδεὶς ἐδόκει Ροδογούνην παρεῖναι. εἶναι aliquando παρεῖναι. sic ἀπὼν & ὢν opponuntur apud *Sophoclem Antig.* 1120.

——— ——— Οἱ τ' ὀπάονες
Οἱ τ' ὄντες, οἵ τ' ἀπόντες ἀξίνας χεροῖν
Ὁρμᾶσθ' ἑλόντες εἰς ἐπόψιον τόπον.

&

& hac ratione quibusdam visus fuit locus *Aristaeneti* L. II. *Ep.* 2. quodammodo posse defendi. Σὺ δὲ ὀφθεῖσα φλέγεις, καὶ οὐκ οὖσα τιτρώσκεις. *Quando praesens es & spectaris, uris viros: quando absens non adpares, viros vulneras & excrucias.* ejusdem sensus fere illud *Demosth.* in Ἐρωτικῷ. 248. C. καὶ ὁρώμενον οὐκ ἀποπληροῖ καὶ μεταστὰν μνημονεύεται. *Liban. Ep.* MCCLXXX. Ὃν οὐχ ὁρῶν μὲν ἀλγεῖς, ὁρῶν δὲ ὑπερχαίρεις. quod posses efferre. οὗ ἀπόντος ἀλγεῖς, ὄντος ὑπερχαίρεις. . . . . τιτρώσκειν interpretare λυπεῖν. *quovis modo afficere.* sic *Marinus* in *Proclo* C. III. ἀπαθὴς μὲν ὑπὸ χειμώνων καὶ καυμάτων. ἄτρωτος δὲ καὶ ὑπὸ τῆς μοχθηρᾶς καὶ ἠμελημένης διαίτης. sic enim ibi legendum. vulgo καμάτων. ex *Cod. vetere.*

P. 128. Vs. 15. Ἐβάδιζε σοβαρὰ] Qualis Iole ap. *Nason. Epist.* IX. 130.

Dat vultum populo sublime sub Hercule victo.

Plerumque ὑπερήφανος. ὑπέροπτος sunt ei synonyma. *Heliod.* VII. 370. Cl. *Jer. Marklandus* ad *Max. Tyr.* XX. I. mitiorem ei notionem conciliare studet. *Virtus* enim ibi vocatur σοβαρὰ. ἠρέμα βαδίζουσα. & videtur σοβαρὸς de iis dici, qui gravi & reverendo passu, gestu, toto habitu ingrediuntur. quod cum fiat a dignis personis, non adeo vitiosum est. ita Rex Persarum, equo Niseo, luculenter ornatus, insidens, dicitur σοβαρὸς a Nostro L. VI. IV. 103. 15. Συβαρίτης διὰ πλατείας. ap. *Suidan*, explicatur ἐπὶ τῶν σοβαρῶς διαπορευομένων, vel, ut apud *Hesych.* & *Paroemiographos*, πορευομένων. a σοβεῖν. quod tribuitur fastuose obvios submoventibus. ita σεμνὸς & λαμπρὸς ambiguae notionis. *Aelian.* V. H. XII. 21. *Aristaen.* I. VII. ἦν γὰρ ὡς ἔοικε σεμνή τε καὶ βλοσυρά. ubi adhuc σεμνᾶ. quod credo alias tetigisse. vid. L. I. v. 8. 20.

P. 128. Vs. 16. Μέσον αὐτὴν] κατὰ μέσον. Nam non placet hic ad Atticismum confugere. nec quis objiciat μέχρι μέσου ἡμέρας. ap. *Herodot.* VIII. 23. *Xenoph.* K. Π. V. 102. A. nam id accipe ut τὸ μέσον τῆς ἡμέρας. ap. *Theophr. Char.* X. *Lucian. Lucio.* 584. vid. *Hudchins.* ad *Xenoph.* K. A. 279. (II. p. 138.) L. III. X. 61. 2. pro μέσον dicitur & μέσα. *Anthol.* VII. 10. p. 462.

Διοσῶν θηλυτέρων μοῦνός ποτε μέσσα καθήμην.

scias tamen hic te non *Agathiae* manum, sed *Planudae* habere. ille enim dederat Διοσῶν θηλυτέρων μοῦνός ποτε μεσσὸς ἐκείμην. idem monachus scripsit ibi Ὀχθήσας δ' ἄρα εἶπον pro Ὁμηρικώτερῳ Ὀχθήσας δ' ἄρ' ἔειπον. *Heliod.* III. 134. ἐμέριζε δὲ πέντε καὶ εἴκοσιν ἑκατέρωθεν μεσεύοντα τὸν ἀρχιθέωρον δορυφοροῦντες. ubi *Cod. Taur* male omittit ἑκατέρωθεν, quod necessarium.

P. 128. Vs. 16. Ἄνθη καὶ στεφάνους] *Pindar. Pyth.* IX. 219.

Πολλά

Πολλά μιν κεῖνοι δίκον
Φύλλ' ἔπι ᾗ ςεφάνες.

nam soluti flores, & consuti in coronam, spargebantur. vide *Casaub.* ad *Sueton. Calig.* XIII. *Ner.* XXV. vid. III. VIII. 56. 21. contraria saepe constructio obvia βάλλειν τινα ἄνθεσι.

P. 128. Vs. 17. Οἶνος ᾗ μύρα] bene junguntur, si cogites οἶνον ἀνθοσμίαν adhibitum fuisse. vide L. I. I. 3. 6.

P. 128. Vs. 21. Οἶκος ἐξαίρετος] *Xenoph.* VIII. K. Π. 227. F. Ὅτι οἶκος αὐτῷ ἐξῃρημένος εἴη ἐν Βαβύλωνι. κ. τ. λ. vide L. I. XIII. 18. 6.

P. 128. Vs. 22. Ἀποδέδεικται] L. V. II. 80. 13.

P. 128. Vs. 22. Κλίνη χρυσήλατος] tali etiam data *Callirrhaoe* L. I. VI. 9. 25. verum an totum lectum ex solido auro intelligemus? *ipsi magno regi* modo tribuitur κλίνη χρυσόπυς ab *Heraclida Cumano* ap. *Athenaeum* L. IV. 145. nam suffecerint laminae ex solido auro superinductae. sic lectus eburneus, sed aureis clavis memoratur *Luciano Asino.* T. II. 621. κλίνη ἦν μεγάλη ἀπὸ χελώνης Ἰνδικῆς πεποιημένη, χρυσῷ ἐσφηνωμένη. vide L. VIII. VI. 140. 18.

P. 128. Vs. 23. Στρωμνὴ] ὑποςρώματα. *Alciphro Epist. Ined.* Ἀλλ' ὑπὸ ταῖς μυῤῥίναις ὃν ἰδὲ τὸ χωρίον ὡς ἔνδροσόν ἐςιν ἐν κύκλῳ, ᾗ ἄνθεσι ποικίλον. ἐπὶ αὐτῆς βελοίμην ἂν τῆς πόας κατακλιθῆναι ἢ ἐπὶ τῶν ταπητίων ἐκείνων, ᾗ τῶν μαλθακῶν ὑποςρωμάτων, νὴ Δία. *Cod.* & *Apogr.* male ἦν pro ὃν. *Apagr.* omittit τρυφεροῖς.

P. 128. Vs. 23. Βαβυλώνιον] VI. IV. 103. 12. VIII. VI. 139. 10.

P. 129. Vs. 3. Ἐμφύτε Ζηλοτυπίης ἀνεμνήσθη] *Appulejus* III. *Met.* 52. 14. *tunc ego familiaris curiositatis admonitus.*

P. 129. Vs. 7. Κεκοινωνηκέναι] vide V. D. in *Miscellan. Novis.* T. X. p. 346.

P. 129. Vs. 10. Αυτομολίας] literis transpositis dedit scriba ἀυτολμίας. L. VIII. V. 137. 9. ἀυτομολίας ἀνάγκη.

P. 129. Vs. 12. Ἐναβρυνόμενος] *Stephanus* ex *Dionis Cassii* L. XLIII. p. 234. protulit. at diligentia Cl. *D. Scotti* adjecit auctoritates *Luciani* & *Dionysii Halicarnassensis.* habet & *Hesychius.* quod autem saepe occurrat ἀμβρύνω pro ἀβρύνω. nemo mirabitur, qui reminiscatur quoties litera μ inseratur frustra. diximus quaedam L V. II. 81. 25. & quidem ἄμψυχος scribi pro ἄψυχος. unde ap. *Platon. Phaedro* 246. B. forte ἔμψυχος factum. Hinc ap. *Demosth.* in *Neueram.* 866. C. in *Cod.* ξυμπεταιῶνα. pro ξυπεταιῶνα. sive potius ξυπετεῶνα. vide *Hesych.* & *Meursium* de *Populis Atticis.*

P. 129. Vs. 14. Ἀσπασίως λέκτροιο παλαιᾶ θεσμὸν ἵκοντο.] *Odyss.* ψ. 296.

ἀσπάσιοι

ἀσπάσιοι λέκτροιο. *Aristaen.* I. XII. habet ἀσπάσιον. vide *H. L. Schurzfleischii Acta literaria.* p. 109. In *Homeri codicibus* aliam lectionem haberi, praeter vulgatam, nemo fide dignus memoravit.

LIBRI OCTAVI CAPUT SECUNDUM.

P. 129. Vs. 22. Ὡς καὶ στρατηγός] mirum, ni quis δὲ substituendum edicat. Videtur suum *Chaerean* optimo imperatori, *Xenophonti*, adsimulare voluisse, qui L. IV. K. A. 324. A. ᾔδεσαν γὰρ πάντες, ὅτι ἐξείη Χενοφῶντι καὶ ἀριστῶντι καὶ δειπνοῦντι προσελθεῖν, καὶ εἰ καθεύδοι, ἐπεγείραντα εἰπεῖν, εἴ τι τὶς ἔχοι τῶν πρὸς τὸν πόλεμον.

P. 129. Vs. 23. Πόλεμος ἀναβολὴν οὐ περιμένει] *Eurip. Heracl.* 721.

Ὡς ἐγγὺς ἀγὼν. καὶ μάλιστ' Ἄρης στυγεῖ Μέλλοντας.

ubi *Scaliger* ὡ 'γών. *Dawesius* ἀγὼν sufficere putarit, qui ita ἀνὴρ, quoties producenda est syllaba, scribit. Nescio vero cur prima in ἀνὴρ. in ἀγὼν non possit esse ambiguae quantitatis, cum tot exempla productae in his syllabae prostent. ut & in Ἄρης. non tamen haec ambigua quantitas producenda ad voces, in quibus deficiunt veterum auctoritates. certe Ἆρες ἄρες βροτολοιγὲ, jam *Martialis* tempore corruptum fuerit, si *Dawesium* audiamus. cum debuisset scribi ὦρες ἄρες. ita ὦνερ pro ὦ ἄνερ, ita ὦνα pro ὦ ἄνα. sed quid faciemus *Homerico* ἄνερας ἀλφηστάς? & centum aliis locis, ubi articulus vel omnino non vel coacte locum habuerit? Viderint hoc horum canonum Architectae. sed quibus forte nulli religioni fuerit versus, in quibus talia occurrant, referre inter *ridicula, stolida, absurda ac barbara*, quae invenit *Dawesius* apud *Homerum* in *deorum pugna.* p. 152. *Observationum suarum.*

P. 129. Vs. 23. Εἰσαχθεὶς] *Eunapius* p. 45. dicit ἐγχωρηθεὶς. quem locum hic sisto, ut insigni lacuna liberem. Οἱ δὲ ἐγχωρηθέντες „ εἰσῆλθον, πλῆθός τε ἦσαν καὶ ξιφηφόροι πάντες „ καὶ ἀντὶ . . . vulgo ἐχωρηθέντες. *Junius.* ἐγχειρηθέντες, vertens, *manu injecta.* at hoc foret ἐγχειρήσαντες. posses etiam tum melius ἐγχριμφθέντες. Sed cur non etiam alium defectum expleam, pagina proxima?

Ἔμμεναι ἀθανάτοισι. λίνον δέ τοι ὧδε νένευκεν.

ϗ ὁ μὲν χρησμὸς ταῦτα εἶχεν. ὁ δὲ ἐπ'. ubi mox lege συνηπείγετο pro συνηπάγετο. & paullo ante Ἦν δ' αὖ ποιμαίνης. *Barberiniano* libro haec debentur. tolle obiter parvum defectum in *Marini Proclo C.* I. ἔτι δὲ εἰς „ τὴν παρασκευὴν ϗ „ τὴν ἐν τῷ λέγειν. talia supplementa, quoties novae editiones procurantur, tutissime contextui inseri possunt, immo debent. Miror aliam inter alios viam secutum fuisse *M. Meibomium* in *Musicis auctoribus*, & contentum plerumque fuisse ea in notis exposuisse. mox pessime typi dederunt στράτειαν pro στρατιάν.

P. 129. Vs. 25. Καταστησομένην τὰ ἐκεῖ] explicat *Schol. Thucyd.* I. 114. ἀτάραχον ποιῆσαι. III. 35. εἰρηνικήν. L. VIII. V. 135 27.

P. 129 Vs. 26. Ὅσον οὔπω] *jamjam. statim.* occurrit quoque passim ὅσον οὐκ vel ὁσονοῦκ. *tantum non.* & ὅσον οὔπω, secundum quosdam, diceretur, de *futuro & instante negotio.* posteriora, *de praeterito.* sed id discrimen observatum non video. ex. gr. *Thucyd.* VIII. 26. ναῦς ὅσον οὐ παρεῖναι. ubi *Schol.* μετ' ὀλίγον. alioqui sane ὁσονοῦκ. παρὰ μικρόν. *Thucyd. Schol.* IV. 69. alterum illud & nostrum e *Thucydide* notaverunt *Stephanus* & alii. *Xenophon*, quod memini, ὅσον οὔπω vel ὅσον οὐδέπω non utitur. quamvis L. VII. A. K. 398. D. ora *Leunclavii* habeat ὅσος οὔπω παρέιη ἤδη. *jamjam.* sed recte ibi *Hudchinsonius* praefert ὅσον οὐ ad mentem *Thomae Magistri.* qui tamen etiam discrimen illud non animadvertit. & sic loquitur *Xenophon* L. VI. H. H. 587. A. qui pro *tantum non* adhibet L. VI. H. H. 585. E. occurrit modo *cum futuro*, modo cum *praesenti*: *Polybius* utroque utitur modo. vide L. I. 17 & 31. *Aristaen.* II. 10. ϗ ὅσον οὔπω τοῦ σώματος λόγος ἐκπηδᾷ. *& jamjam* vel si velis: *tantum non.* saepe turbas dedit haec ipsa particula non intellecta. *St. Berglerus* in *Alciphrone.* III. XXX. ϗ ὅσον οὔπω τὸ νέφος ἐπέστη τῶν στρουθίων. *& quantum numquam alias nubes adfuit avicularum.* vertit. unde & conjicit. ὅσον οὐδεπώποτε. frustra. alio mentem habuit. vertendum erat. *& statim. jam. e vestigio.* si legeretur οἷον οὔπω vel ὡς οὔπω sensus iste foret. abesset tum quoque melius articulus. vide doctiss. *C. A. Dukerum* ad *Thucyd.* V. 64. ipse tamen recte illustrarat L. I. X. Apud *Plutarchum Alex.* 38. interpres intellexit minime. licet ille saepe utatur. ut in *Romulo* 46. quare etiam in versione id narrat, quod *facturus erat jamjam Alexander, quasi jam factum.* vide locum. vicinum est ὅσον αὐτίκα. ap. *Lucian.* in *Phalar. Pr.* 192. & de *Merced. Cond.* 661. ubi legimus iu nupera editione. ἐλπίσαντας δ' ὅσον αὐτίκα χανδὸν, οὐδενὸς ἐπιστομίζοντος, πίεσθαι τοῦ χρυσίου. & vertitur *sperantes quantum tauri statim plenis faucibus, nemine obturante, devoraturi sint.* ubi miraberis merito illos *tauros devoraturos.* cum in toto contextu neque *bovis* neque *tauri* vestigium exstet. at id pueris typothetarum inputetur: qui *voracitatem taurorum* magis quam *auri acervos* noverant. at si vel emen-

emendes *auri*. ὅσον χρυσίυ male acceperunt. cum ὅσον αὐτίκα esset conjungendum. hic, ut in aliis nonnullis locis, vetus versio locum obtinuisse suum potuisset. *sperentque futurum, uti mox, nemine vetante, affatim auri bibant*. ut ad nostrum ὅσον ὔπω relabar, mirifice versum videbis ap. *Eurip. Bacch.* 1073.

Ὤφθη δὲ μᾶλλον, ἢ κατεῖδε Μαινάδας.
Ὅσον γὰρ ὔπω δῆλος ἦν θάσσων ἄνω.

Quantum enim numquam antea. immo *statim*. *Hesych*. recte ταχὺ. *Aelian*. V. H. XII. LVII. eleganter. τὰς περὶ αὐτῶν ὅσον ὐδέπω τύχας. . . videantur *G. Budaeus H. Stephanus*, *Er. Smidius* ad N. T. p. 413. *C. A. Dukerus* variis ad *Thucydiden* locis.

P. 129. Vs. 27. Πεπεισμένος] immo πεπυσμένος. vide L. VII. VI. 124. 6. *Aeschyl. Suppl.* 193. Ὀπτῆρες εἶεν ἀγγέλων πεπυσμένοι.

P. 130. Vs. 2. Χαιρέας ἀνέβορε] videtur Noster totius hujus loci colorem debere *Xenophonti* L. IV. H. H. 527. B. Ἔτι δὲ καθημένυ Ἀγεσιλάυ, . . . ἱππεύς τις προσήλαυνε . . . ὑπὸ πολλῶν δὲ ἐρωτώμενος ὅ, τι ἀγγέλλοι, οὐδένι ἀπεκρίνετο. ἀλλ' ἐπειδὴ ἐγγὺς ἦν τῦ Ἀγεσιλάυ . . . καθαλλόμενος [καθαλάμενος] ἀπὸ τῦ ἵππυ . . . λέγει τὸ τῆς μόρας πάθος. ὁ δὲ ὡς ἤκυσεν, εὐθὺς δὲ ἐκ τῆς ἕδρας ἀνεπήδησε, καὶ τὸ δόρυ ἔλαβε.

P. 130. Vs. 3. Αὐτῦ λαβομένη] cum genitivo *apprehendere*. cum quarto casu *capere. auferre*. & paullo aliter notat. vide L. III. VII. 55. I. licet forte ibi casus non spectet ad λαβῶν. ita *Callistratus Imag*. VI. 398. προσιόντος καιρῦ λαβέσθαι ῥάδιον . . καὶ οὐκ ἔστιν ὀλιγωρηθέντα λαβεῖν τὸν καιρόν.

P. 130. Vs. 5. Ἤδη σῦ καταφρονῦντων] non est distinctio in *apographo* post ἤδη. me male habet hoc adverbium hic. Nam certe adhucdum non despectus erat suis Chaereas. quare melius forte referatur ἤδη ad praecedens participium, & ἀσύνδετος agnoscatur oratio. de quali egimus. L. VI. II. 99. 19.

P. 130. Vs. 5. ἐν χερσὶ] τῦ βασιλέως. p. 131. 8. εἰς τὰς χεῖρας ἐκείνυ αὐτὺς ἐμβαλεῖν.

P. 130. Vs. 6. Μετὰ τέχνης] L. I. II. 4. 17. *Lucian. Epist. Saturn.* p. 417. κατὰ τέχνην. *Psellus* de *Op. Daem*. 50. σὺν τέχνῃ καὶ μάλα σοφιστικῶς. Τέχναι. saepe *artes belli. strategemata*. hic dolus dissimulandae cladis vulgatissimus.

——— ——— *nam tristissima rerum*
Castiganda duci, vultuque premenda sereno.

ut ait *Val. Flacc*. III. 369. forte debeat *Xenophonti* L. I. H. H. 447. D. IV.

D. IV. 518. D. sed passim. *Tacit.* IV. H. 34. *Dion Cassius.* LI. 446. B. mox *Apogr.* ἐπείδη & κατῶν.

P. 130. Vs. 12. Σαλπιστὴς] In *Codicibus* saltem haec scriptura etiam ap. optimos auctores. ap. *Theophr. Char.* XXV. unde & Latinis placuit: quibus tamen etiam, ut Graecis, *salpicta* dicitur. ap. *Firmicum* VIII. XXI. 8. lege *salpictas reddet.* ita συρικτὴς. sed sincerior scriptura σαλπιγκτὴς. συριγκτὴς. ut *optimus Codex* in *Theocr. Idyll.* VIII. 9. sic σαλπιγκτὴς. in *Regio Codice Dionis* p. 431. *Bibl. Coislin.* ubi tamen p. 492. habes ἴυξ pro ἴυγξ. sic in *Sophocl. Antig.* 625. in *Vaticano* πολύπλαγκτος pro πολύπλαγκτος. & in *Aeschyl. Pers.* 891. μεσάκτους pro μεσάγκτους. saepe Γ deficit. ut in temporibus nonnullis τῆς ἐλέγχω. saepe abundat. in multis orthographia diversa pro saeculo obtinuit. V. V. D. D. egerunt de hac voce plurimi. suffecerint. Cl. *V. V. Duker.* ad *Thucyd.* VI. 69. *Hemsterh.* ad *Aristoph. Plut.* 69.

P. 130. Vs. 13. Ἐντεθειμένοι] ut διαπεπραγμένος. πεπορισμένος. κατεσκευασμένος. ἐξειργασμένος. κατειργασμένος. quod repositum velim in *Menandri Plocio* vs. 2.

> Ἐπ' ἀμφότερά νυ χ' ἡ 'πίκληρος οὔατα
> Μέλλει καθευδήσειν. κατείργασαι μέγα.
> Καὶ περιβόητον ἔργον.

nunc metro corrupto editum κατεργάσασα μέγα.

P. 130. Vs. 14. Ἔλυον τὰ ἀπόγαια] alii λύσασθαι adhibent. potes suspicari ἐλύοντο τά. recte *Apographum* ἀπόγεια. *Glossae.* ἀπόγεια. *retinacula. Chion Ep.* IV. 27. licet ἀπόγαια item probum. sic in aliis vocabulis. effugit me etiam haec subreptitia mutatio.

P. 130. Vs. 15. Ἀγκύρας ἀνῄρουν] saepe αἴρειν & ἀναίρειν ἀγκύρας, ut L. I. XIV. 20. 20. Verum ἀναιρεῖν a *Stephano* vindicatum in ἄγκυρα. crebro hae voces miscentur a librariis & ipso usu. sic ap. *Heliod.* VI. 301. tantundem fuerit utrum legas ξίφος ἀνελομένη, sive cum *Taurinensi* ἀραμένη. ap. *Artemid.* II. 61. 148. II. 9. 168. jam emendavimus alias similem confusionem. *Cl. Dukerus* religiosior forte visus fuerit nonnullis, qui χεῖρας ἀνταιρομένους pro ἀνταιρομένας in *Thucydidis* L. III. 32. servaverit.

P. 130. Vs. 16. Παριῶν Χαιρέας δὲ] In optimis Gr. L. auctoribus dislocatio voculae δὲ non infrequens. *Xenoph. de R. Eq.* p. 951. B. Ἐπὶ τῶν τοιούτων ἤδη δὲ ἱππαζόμενοι ἵππων. qui locus turbatus videtur a sciolo. vide *Leunclavium* ad L. VII. H. H. 627. C. Καὶ οἱ περὶ τὸν Θηβαῖον δὲ. & quando periodus incipit a vocula Καί, fere δὲ tertia vel quarta sede collocatur. ap. *Diodorum* XX. 85. πρὸς τὰς θέσεις τῶν ὀργάνων δὲ ὁ Δημήτριος. ubi quoque male turbatur. Noster L. I. I. 3. 13. IV. I. 62. 6. hic autem

autem dubites, utrum παριὼν non potius referendum sit ad superiora ἐπέρατε παριών. Χαιρέας δὲ. nam de processu Chaereae satis jam actum. tamen etiam potes conjungere παριὼν εἰς τὰς τριήρεις. & hoc praestat.

P. 130. Vs. 17. Λεληθὸς] cur ita? Nam poterat hoc facere palam, praesertim praetextu insulae incustoditae praesidiis firmandae. at ita cape locum. clandestinum hoc praeceptum re vera datum praefectis, ut occuparent Cypron, a regiis copiis nondum occupatam; unde in Siciliam reditum capesserent. vulgo autem persuadendum erat, se descensionem facturos in hostiles aliquas ad mare oras, puta Sidona. sic Persa L. VII. IV. 120. 24. πυθόμενος δὲ Τύρον ἑαλωκέναι περὶ Σιδῶνος ἐφοβεῖτο.

P. 130. Vs. 17. Ἐπὶ Κύπρε κρατεῖν] nempe τῆς ὁδῦ ἐπὶ Κύπρου. non videtur multum abire Latina locutio *tenere*. *Ovidius* III. *Met.* 690.

—— —— Diamque tene: delatus in illam,
Accensis aris Baccheia sacra frequento.

Lucan. VI. 321.

Hesperiam potui, motu surgente, tenere.

ita τελεῖν εἰς τινὰ τόπον per ellipsin vocis τὴν ὁδὸν dicitur. si cui κρατεῖν omnino displiceat, levi metathesi reponat καταίρειν. cujus obvius est usus. *Themistocl. Ep.* XI. 34. ἐκεῖθεν ἡ ναῦς δὲ ἐπίδοξος ἦν εἰς Ἀσίαν καταίρειν. ubi *Cod.* mox μέντοι pro μνημοῦν exhibet. at contra illud μέντοι mutes in μνήμης in *Proclo Marini* C. XXXI. vel utrumque retine. a voce κρατεῖν longius abeunt, quam ut de iis cogitari possit, vulgatissimae locutiones καταχεῖν. κατέχειν nostro sensu. pro quibus dubito an ἔχεσθαι recte repositum sit ap. *Herodot.* V. 47. εἴχετο πλέων ἐς Κυρήνην. mihi videtur longe praestare aliarum editionum & *Codd.* ap. *Galeum* lectio, ᾤχετο πλέων. exempla habet *Portus*. *Plato Theag.* 130. ᾤχετο ἐκπλέων. *Lysias* p. 364. *Lycurg.* in *Leocr.* §. 6. ap. *Xenoph.* K. A. I. 253. ἔχονται male pro οἴχονται. vide etiam Cl. *Valkenar.* ad *Ammon.* in ἀποδρᾶναι. L. III. III. 46. 16. ἐπὶ Κρήτης τὸν πλοῦν ποιεῖσθαι dixit.

P. 130. Vs. 17. ὡς δῆτα ἀναγκαῖον] eadem ratione dictum, qua ἐξὸν. δέον. προσταχθὲν. ἐπαγγελθὲν.

P. 130. Vs. 19. Πνεύματι φορῷ] *Dion Cass.* L. 440. A. *Thom. Mag.* φορὸς ἄνεμος. ὁ τοῖς πλέουσι δεξιός. καὶ φορός. ἡ συκῆ σύκων ἦγεν φορὰν σύκων ἔχουσα. quod exemplum videtur ignorasse *H. Stephanus*, unde petierit *Budaeus*. ap. *Schol. Luciani Lexiph.* II. 337. φορῷ τῷ πνεύματι legebatur. ubi *Solanus* εὐφόρῳ. non opus. nisi ex *Codice*. vide *Ammon.* in φορός. & ad L. III. VI. 52. 25.

P. 130. Vs. 19. Ἱερὸν Ἀφροδίτης] Hujus in Papho Veneris templi memoria in *Numis*. vid. *Tacit. Ann.* III. 62. & II. H. 34. ubi *Titus spectata opulentia donisque regum, ... de navigatione primum consuluit.* Haec Charito rursus pro more adplicuit Chaereae suo.

P. 130. Vs. 21. Πρώτως] L. III. VI. 53. 9.

P. 130. Vs. 22. ἐξεβίβασε] vulgatissimi usus. *Thucyd.* VI. 69. ἐκβιβάζειν τινὰ τῶν δικαίων λόγων. *Schol.* ἐκκρούειν explicat. in *codicibus* quibusdam ἐκβιάζειν. doctiss. Interpres utrumque aptum merito censet. in receptam tamen lectionem pronior fuerim. nec hic solum hae voces commiscentur. vide *Vann. Criticam* p. 537.

P. 130. Vs. 24. Εἱστίασε τὴν στρατιὰν] *Xenoph.* K. A. VI. 370. θύσαντες δὲ τῶν αἰχμαλώτων βοῶν καὶ ἄλλα ἱερεῖα, εὐωχίαν μὲν ἀρκοῦσαν παρεῖχον. potes hic quiden ἱερεῖα interpretari *animalia*. sed tamen mox sacrificium perficitur. vid. *Casaub.* ad *Athenaeum* I. XI. 36. *Sch. Homer. Iliad.* X. 159. *Odyss.* Λ. 23.

P. 130. Vs. 25. Οἱ ἱερεῖς, οὗτοι δέ εἰσι καὶ μάντεις] *sacerdotes* simul & *haruspices*. hic intelliguntur Paphii sacerdotes. alioqui tales exercitum sequebantur. vide *Thucyd.* VI. 69. & ibi laudatum *Pollucis* locum. *Xenoph.* H. H. VII. 629. A. K. A. IV. 324. Οἱ μάντεις ἐσφαγιάζοντο εἰς τὸν ποταμόν. quod Latini dicunt *porricere in fluctus*. vide *Cerdam* ad *Virgil.* V. 776. nec dubitare debebat *Xenophontis* ad l. l. *interpres*. *Hesych.* Ἱερεύς. ὁ διὰ θυσιῶν μαντευόμενος. ita *in Inscriptione* in *Tom.* III. *Etrusc. Inscr.* p. 97. *sacerdoti & aruspici. publico. ex genere. sacerdotium.* consulatur ibi *doctissimus A. F. Gorius*. dedit quoque Cl. *Muratorius*. T. I. CLXX. 8. ex *Vignolii Selectis*. p. 305. In alia ap. *Fabrettum* p 677. ex quo eruditissimus *Abbas Oliverius* in *Marmorib. Pisaurensibus* edidit p. 58. *avispex extispicus sacerdos publicus, privatus.* ut quidem plenius legitur ap. *Donium* Cl. IV. 42. ubi *publicus* abest tamen. uti quoque ap. *Murator.* T. I. CLXXI. 7. tamen *publicus* bonum. & ante *privatus* videtur quid excidisse.

Sacrificium autem hoc ἐμβατήριον. ut felicibus ominibus mare iterum ingrederentur. ut ap. *Heliod.* IV. 196. Καὶ τήνδε τὴν θυσίαν ἄγει τῷ θεῷ τῷ φήναντι, νικητήριον τε καὶ χαριστήριον, ἅμα δὲ καὶ ἐμβατήριον. ubi male *Commelinus* explicat αὐλητήριον. ut animadvertit jam *Sopingius* ad *Hesych.* in hac voce. mox ibi rectius *Taur.* βουλόμενον.

P. 130. Vs. 26. Ὅτι καλά γέγονε τὰ ἱερεῖα] ita non solent loqui purioris Graecitatis scriptores, sed ὅτι καλὰ γέγονε τὰ ἱερά. vel ἱερὰ καλὰ φαίνεται vel ἐστι. vel simpliciter ἱερὰ γίνεσθαι vel φαίνεσθαι vel προχωρεῖν. tamen ἱερεῖα in hac locutione in ipso *Xenoph.* K. A. VI. 381. sed jure *Leunclavius & Hudsonus*. ἱερὰ praetulerunt. in *Polybio* L. VII. 3. 703. τί δοκεῖ τὰ ἱερεῖα. sed *Codex* meus ἱερά. paulio ibi ante recte se habet ἱερείων. etiam ap. *Strabon.*

L. III.

L. III. 258. B. bis occurrit μὴ γνομένων καλῶν τῶν ἱερείων. nec *Aldina* variat. forte Charitonis aevo hac in locutione abusus constanter obtinuerit. alioqui sane tralatitia est horum vocabulorum mixtura. vide *Apollodori Bibl.* 43. ubi *Cod.* meus vacillat cum aliis. ap. *Lucian.* de *Sacrif.* I. 526. ἡ τῶν ἱερείων διαμαρτία. alii ἱερῶν. quod prius in *Luciano* non aeque ferendum. Apud *Ammon.* in Ἱερεῖον . . . χρηστήριον δὲ τὸ ἱερὸν, ᾧ χρῶνται χρηστηριαζόμενοι. ubi Cl. *Valkenarius* malebat ἱερεῖον. ibidem mox ἱερὰ . . . καὶ τὰ σφάγια. *Xenoph.* K. A. I. 264. E. conjungit haec vocabula. ὅτι τὰ ἱερὰ καὶ τὰ σφάγια καλὰ εἴη. *Herodot.* IX. 60. dixit σφάγια γίνεσθαι. nempe ἱερὰ latius patent, quam σφάγια. ap. *Heliod.* X. 531. *Cod. Taur.* ἐχώμεθα τῶν εὐαγεστέρων ἱερείων, τὴν δι' ἀνθρώπων θυσίαν καὶ εἰς τὸν ἑξῆς αἰῶνα περιγράψαντες. *Vatic.* consentit in περιγράψαντες. vulgo παραγράψαντες & in ἱερείων, teste *Commelino.* sed nostra collatio ejus variationis indicium non habet. praetulerim ἱερῶν: quia sequitur θυσίαν, non θύματα. περιγράψαντες etiam commodius videtur. licet alterum defendi posset. vide Cl. *Diodori* interpretem L. I. 41. vitiose porro *Vaticanus* εὐγνωστέρων.

P. 131. Vs. I. Ἄνδρες συστρατιῶται] *Xenoph.* p. 250. A. vide L. VII. III. 117. 9.

P. 131. Vs. 4. Καιρὸς δὲ ὀξὺς ἐφέστηκεν] sic *Psellus* de *Operat. Daem.* 25. καιρὸς ἐφέστηκε νῦν. ita in *Inscriptione* ap. *Muratorium* CDLVII. τοῖς ὀξέσι. interpretati sunt. *temporibus calamitosis.* sed *Jac. Elsnerus*, vir doctissimus, in *Schediasmate Critico* p. 151. ostendit esse corruptam lectionem. quam tamen praeter nominatos ab ipso agnoscit *C. Patinus* in *Commentariis* ad *Antiqua Monumenta* p. 387. emendat vero τοῖς ἑξῆς vel τὸ ἑξῆς. *consequenti tempore. consecutis temporibus.* nempe legitime intelligitur τοῖς ἑξῆς χρόνοις. malim vero verti *continuis annis.* quod Vir clarissimus, credo, explicare voluit per τὸ *alternis vicibus.* verum τοῖς ἑξῆς vix eam vim habeat. sensum omnino verum attigisse V. D. reor. posses tamen etiam conjicere τοῖς ἑξῆς ἔτεσιν, eadem sententia. ap. *Marinum* C. XXVI. 63. ἔτη excidit τὰ δὲ πέντε ἔτη οὐκ ἔτι. nempe eodem modo pronuntiata fuerunt ἔτη & ἔτι. Verum καιρὸς ὀξὺς non plane hic καιρὸς χαλεπός. sed *brevis ad deliberandum opportunitas.* ita *Callistratus* in *Statuis.* VI. τὸ μὲν γὰρ πλέρωμα τῶν ταρσῶν ἀνίστλεσθαι τὴν ὀξύτητα τοῦ καιροῦ. & in eleganti de se *epigrammate* L. IV. *Anthol.* XIV. 346. ipse Καιρὸς dicit

ὡς ἀκμῆς πάσης ὀξύτερος τελέθω.

In quo *Planudes* rursum grassatus, tum alias, tum praecipue in ultimo disticho, supponens

Τοῦν ὁ τεχνίτης με διέπλασεν εἵνεκεν ὑμέων
Ξεῖνε, καὶ ἐν προθύροις θῆκε διδασκαλίην.

cum

cum a manu *Posidippi* sit.

> [a] Τοὔνεχ' ὁ τεχνίτας σε διέπλασεν; [a] εἵνεκεν ὑμέων,
> Ξεῖνε, καὶ ἐν προθύροις θῆκε διδασκαλίην.

idem interpolavit etiam quartum distichum: quod lege

> [a] Ἡ δὲ κόμη, τί κατ' ὄψιν; [a] ὑπαντιάσαντι λαβέσθαι
> Νὴ Δία. τἀξόπιθεν δ' εἰς τί φαλακρὰ πέλει.

P. 131. Vs. 6. Ἀπειλήμμεθα] *intercepti sumus*. male in *apographo* rursus ἀπελείμμεθα. diximus de hac confusione L. VI. VI. 106. 20. VII. III. 117. 16. libet his rursus aliquandiu inmorari. ap. *Herodot.* ἀπολαμβάνεσθαι non facile in his temporibus corrumpitur, quia ex dialecto scribuntur. ἀπολαμφθείς. ἀπολελαμμένος. unde *Hesych.* habet λέλαπται. εἴληπται. ap. *Strabon.* VII. 472. A. ἰχθύες οἱ ἀπολειφθέντες ἐν τῷ κρυστάλλῳ. uti recte *interpres* expressit. sed in contextu ἀπολειφθέντες. XVI. IX. 28. C. Sine numero haec possent augeri.

Alia confusio in hac voce ap. *Plutarch. Arat.* 324. ubi legitur διείληφεν ὁ Νεάλκης τὸν Ἀρίστρατον. *imaginem Aristrati delevit.* at recte *Dacierius* ex *Cod.* διήλειφεν. mox explicat ἐξαλειφομένου. contra sanam crisin *interpretes* cogitant de voce διαγράφειν.

Rursus λελημμένος & λελιμμένος commiscentur apud *Aeschylum*, *septem contra Thebas.* vs. 361.

> Οὔτε μεῖον, οὔτ' ἴσον λελιμμένος.

& vs. 386.

> Τυδεὺς δὲ μαργῶν καὶ μάχης λελιμμένος.

ibi alii λελημμένος pro εἰλημμένος. quod probum sane. vide *Eurip. Ione* 1113. *Troad.* 373. licet *Canterus* eo offensus videatur ad *Cyclopa* vs. 432. at vellem alio exemplo probatum, εἴλημμαι *active* sumi posse. an dicitur μάχης λελημμένος. ὑπὸ μάχης. ut Latini *captus desiderio*. non puto. alii a λίπτω deducunt ἐπιθυμῶ. sic *scholiastae.* licet agnoscatur quoque altera lectio. sed etiam *Hesych.* habet ἔλιπτεν. ubi consule Cl. *Alberti. Eusthat.* p. 1398. 34. *Etym.* M. 566. 57. certe *Suidas* agnoscit λελίφθαι in λίπτω. quare credo huic verbo utroque loco *Aeschyli* controversiam non esse movendam.

Nec in his permutationibus consistitur. *Cl. Hemsterhusius* ad *Aristoph. Plut.* 385 & 1055. περιειλημμένος & περιελημένος. quod ab εἰλεῖσθαι, confusa censet. quod ipsum εἰλημένος rursus, ut in *Schol. Aristophanis*, quem protulit *V. Cl.* ex *Codice* meo, mutatur in εἰλυμένος, sine sensus detrimento

mento tamen, in membrana antiqua ap. *Apollon. Rhod.* 863. & sic ap. *Herodot.* II. 8. ψάμμῳ κατειλυμένον. in aliis κατειλημμένον. non recte, ut optime *J. Gronovius.* καταλελαμμένον foret *Herodoteum.*

Denique ap. *Aristaen.* I. 13. legimus οὐ φέρω θέαν ἀπειλυμένυ μοιχοῦ. *non fero parati moechi conspectum.* at V. D. quem *Douzam* credo, ἀπειλημμένυ. *deprehensi* conjicit. sensui, quo *Mercerus* accipit, aptius foret praeteritum ἠπειλημένυ. at ἀπειλῦμαι est *terreor. minis consternor.* non *minando intentor.* vide *Xenoph.* in *Symp.* 885. B. qui locus Lexicographis notatus. sic ap. *Sophocl. Antig.* 414. πρὸς σῦ τὰ δεῖν' ἐκεῖν' ἐπηπειλημένοι. Haec uno obtutu proponere placuit, ut pateat, quam multiplices sint scribarum aberrationes & quam caute hae sollemnes variationes vocalium sint discernendae.

P. 131. Vs. 7. Εἴτε οὖν] semel ponitur. namque secundum εἴτε non proferri a Chaerea potuit, quia ejus sermo a reclamantibus interruptus. an εἶτα potest locum habere? certe *Apogr.* habet, ut edidimus εἶτε.

P. 131. Vs. 11. Οὐδήπυ] alias οὐ δήπυ. eodem redit. *Plato Philebo* 53. C. ap. *Platon. Symp.* 194. C. fere adsentior *Stephano* οὐ δήπυ pro ὐδήπυ reponenti. nisi interrogationem tollendam autumes. vide L. I. XII. 16. 26.

P. 131. Vs. 12. Αναπτῆναι] respicere videtur *Scytharum* minas *Dario* factas ap. *Herodot.* IV. 132. ἢν μὴ ὄρνιθες γενόμενοι ἀναπτῆσθε εἰς τὸν οὐρανὸν, οὐκ ἀπονοστήσετε ὀπίσω. non infrequenter hoc genere delectantur auctores. *Plat.* X. de *L. L.* 224. οὐδ' ὑψηλὸς γενόμενος εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναπτήσῃ. *Sopocles Antig.* 1314. ἀνέπταν φόβῳ. *prae metu in coelum subvolaverim, ut server. Eurip. Hercule Fur.* 1157.

—— ποῖ κακῶν ἐρημίαν
Εὕρω; πτερωτὸς, ἢ κατὰ χθονὸς μολών.

ultimum illud effugium, sic circumloquitur *Xenoph.* L. VII. K. A. 396. D. πρὶν ταῦτα ἐπιδεῖν ὑφ' ἡμῶν γενόμενα μυρίας ἐμὲ κατὰ τῆς γῆς ὀργυιάς γενέσθαι. Verum hoc potius in pudore quam metu. vide eundem K. Π. V. 142. D. & K. A. VIII. 419. D. ita *Val. Flacc.* IV. 217. haec duo effugia conjungit

—— *fuga sub terras, fuga nulla sub auras.*

prae anxietate Ariadne sola relicta in coelum sibi fugam praecludi queritur ap. *Ovid.* X. *Ep.* 93.

Si mare, si terras, porrectaque litora vidi.
Multa mihi terrae, multa minantur aquae.
Coelum restabat. timeo simulacra deorum.

sic quae consequi nequimus, e coelo velle petere dicimur. *Demosth.* περὶ τῶν ἐν Χερῥ. 79. B. Πόθεν γὰρ διαθε . . στρατιώτας τρέφειν; οὐκ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. *commeatum e coelo petere nequibit.* vide notata ad L. II. IV. 28. 19.

Venit in mentem locus *Manethonis*, ubi artificibus quibusdam, *membra volantia* attribuuntur non modo, sed & ipsi coelo cadere dicuntur. vix vero intellectus, quia non una sede corruptus. L. VI. 440.

Σὺν δὲ Ἄρηι Κύπρις καὶ ἅμ' ἠελίῳ παρεοῦσα
Αἰθροβάτας τεύχει, σχοίνοις τρίβον ἐξανύοντας.
Ἢν δὲ καὶ Ἑρμείης τοῖσιν συμμάρτυρος εἴη,
Ἄχθεα θαύματα χερσὶ κατ' ὤμοισιν φορέοντας,
Ἰσταμβύοις γυίοις ἐναλίγκιον ὀρνίθεσσιν,
Πιδναμβύας τε νέφεσσιν ὑπ' ἠνεμόεντι πετεινῷ.

priores tres versus non habent difficultatem. de funambulis perspicuus sermo. de quo etiam L. v. 146.

Καλοβάτην σχοίνων, ἰδὲ ἠερόφοιτον ἔθηκεν,
Ἴκαρον αἰθέριον πλερύχων δίχα καὶ δίχα κηροῦ.

de quo genere *Manilius* L. v. 440.

Et viduata volant pinnis & in aëre ludunt.

sive potius de *petauristis.* qui omnino intelligendi in tribus proximis *Manethonianis* versibus. quamvis prior horum diversum quoddam artificium notet: sed nihilominus tamen a petauristis peractum. nam illi φοροῦντες θαυμαστὰ ἄχθη κατ' ὤμους χερσί. *ferentes mirabilia prae gravitate pondera humeris, ope manuum ea sustinentes*, sunt quos L. IV. 276. respicit.

Ἰσχυρῶν ἔργων τεύχει πονοπαίκτορας ἄνδρας.

& forte vs. 443.

Ἀχθοφόρους, καμάτων τε πόνους εἰς τέρψιν ἄγοντας.

licet ἀχθοφόροι potius sint *bajuli communes, qui corpus suum ad opus aliquod locare consueverint, laboriosis humeris ac dorso vitae subsidia quaerentes*, ut

eos

eos deſcribit *Maternus Firmicus.* L. IV. VII. I. ſed κονοπαίκτορες & πόνυς εἰς τέρψιν ἄγοντες iidem. & quos deſcribit *Seneca* L. II. de *Ira* C. XII. genera haec conjungens. *didicerunt alii tenuiſſimis & adverſis funibus currere, & ingentia vixque humanis toleranda viribus onera portare.* ubi *Philoſophus Romanus* per *funes adverſos* intelligere videtur, *funes laxos* [noſtratibus *ſlappe koort*] quique verſus incedentem contenduntur, dum ſcanduntur, quoſque reſpexit quoque *Manilius*. L. v. 654. ex ingenioſa R. *Bentleji* emendatione.

—— —— ac tenues auſus ſine limite greſſus
Certa per extentos ponet veſtigia funes:
At coeli meditatus iter veſtigia perdet
Pene ſua, & pendens populum ſuſpendet ab ipſo.

quibus tamen forte novam gratiam concilies, ſi pro *pene* reſcribas *pone.* nam dum ſcandit obvium & adverſum funem, funis a tergo greſſibus fit inhabilis. quamvis *J. Voſſii* ad *Catullum* p. 202. conjectura non minus arrideat,

Et perna *pendens populus ſuſpendet ab ipſa.*

niſi quod *Maniliano* more malim *ab ipſo* pro *a ſe ipſo.* ut noſtrates funambuli ſimulare ſolent lapſum tam in laxis quam tenſis funibus. quem periculoſum caſum reſpicere videtur quoque *Manetho* L. IV. 268.

Σχοινοβάτας τεύχει, καλοβάμονας, ὕψοθεν εἰς γῆν,
Γειτονίῃ θανάτοιο, καταῤῥιπτοῦντας ἑαυτοὺς.
Ὧν ὁ πόρος μόρος ἐςὶν, ἐπὴν εἰς σφάλματα νεύσῃ.

J. Gronovius ultimum ex his, quos tractamus, verſibus iſtum quoque ad lapſum forte reſpicere putarit, eum reddens. *cadentesque* in *nubibus* ſub *ventoſo alatu.* quae ſane nemo intellexerit. quid quod ignorabilis eſt vox πίδναμαι. quare etiam aliter verti juſſit ipſe V. D. *Extenſosque in nubibus.* ſed licet πίτναμαι. *pandi. extendi.* notet. vid. *Nicandr. Ther.* 362. *Alex.* 433. *Anthol.* I. LVI. 8. 76. & recte alae & alati extendi poſſint dici, non duto veram hanc lectionem. nam an agatur hic de volatu incertiſſimum. πετεινὸς enim videtur non poſſe *volatum* notare, ſed *alis instructum. volucrem.* legendum igitur puto.

Πιλναμένους τε νέφεσσιν ὑπ' ἠνεμόεντι πετεύρῳ.
admotos, adpropinquantes nubibus per aërium peteurum.

 tra-

tralatitium in *Manethone*, ut hinc explicationem ordiar, ὑπὸ cum dativo pro genitivo. tum valde facile & sollemniter Δ & Λ commiscentur. πίλναθ᾽ νέφεσι legitima locutio. *Nicand. Alex.* 312. *Hesiod.* Ἐργ. 510. *Schol. Odyssea.* N. 95. προσεπίλνατο. προσεπέλαζε. *Hesych.* πιλνᾷ. προσήγγιζε. Πίλναθαι. προσπελάζει. Πιλνάμενον. ἐμπελαζόμενον. Πηγνύμενον. Πίλναθ᾽. ἐγγίζειν. πλησιάζειν. προσάγειν. qui autem extolluntur, dici *nubibus admoveri*, *nubes tangere*, quare adstruxerim? petauristae autem revera, dum periculosissima ista miracula populo exhibebant, valde elevabantur & nubibus quasi admovebantur. unde de ipsis *Manetho* L. IV. 278.

Αἰθροβάτας, πηκτοῖσι πετευριστῆρας ἐν ἔργοις.

πηκτὰ ἔργα. sunt *pegmata.* in quibus petauristae artificia praestabant. subjungit vero ibi quoque

Αἰθέρι καὶ γαίῃ μεμετρημένα ἔργα τελοῦντας.

Αἰθὴρ ibi, quod hic νέφη, & unum alterum explicat. graphice depingit petauristas *Manilius* L. V. 433.

Adnumeres etiam illa licet cognata per artem
Corpora, quae valido saliunt excussa petauro,
Alternosque cient motus. delatus & ille
Nunc jacet, atque hujus casu suspenditur ille.

de petauristis sive peteuristis multi multa. consulantur locis laudatis *Scaliger & alii. Salmasius* in variis locis *Plinianarum Exercitationum.* ut p. 693. qui nescio cur p. 149. vitiosum pronuntiet in *Glossis.* πεπεταύρισται. *cernuit.* tetigi antea. *eaedem. cernulat.* κυβιστᾷ. *cernuli* πεταυρισταί. *cernulus* πεταυριστής. πλάγιος. vocem πέταυρον vel πέτευρον. *trabs. pertica. tignum.* explicat *Hesych.* Πέταυρα. τίγνα. Πέτευρον . . . ὄργανον ποιὸν καὶ πᾶν τὸ μακρὸν καὶ ὑπόπλατυ, ἔστι δὲ λεπτὸν, ὅταν ἐν μετεώρῳ κείμενον. vocatur autem πέτευρον ἠνεμόεν. quia μετέωρον. quia *altum. Lucilius* p. 8. *sicuti Mechanici ex alto exsiluere petauro.* ut omnia *edita. aeria. aetheria.* διηέρια. ἠέρια. sic ἠνεμόεντα. vide ἠερόθεν *ex alto. Nonnus Dionys.* XXVIII. 218. XXIX. 294. 282. ἠερίη κέλευθος. *Tryphiod.* 632. διηερίων ἀπὸ πύργων. *Salmas.* ad *Achillem Tat.* p. 555. vide a nobis observata in *Vanno Critica.* C. XII. 591. merito de his ἠνεμόεις. unde *Vopiscus* in *Carino* C. 19. *Nam & Neurobaten, qui velut in ventis cothurnatus fertur, exhibuit.* & ipsi *petauristae* in *aëre volare* dicuntur. vide in voce *Festum & Nonium.* & *Gronov.* ad *Manethon.* IV. 278. Vox autem πέτευρον non hic solummodo corrupta.

ap.

ap. *Polyb.* VIII. p. 717. pro πέτευρον in *Codice* meo πότερον. ap. *Theocr. Idyll.* XIII. 12. in *Cod.* ποτ' εὐρῷ. Haec sufficerint ad conjecturas probabiliores reddendas.

Unum addam, videri nempe legendum esse ἱπταμένους γυίοις *volantes pedibus.* ut commodius cum sequenti versu haec jungantur. licet vero erudite *Gronovius* γυίοις *pedibus* reddiderit: quia tamen petauristae non *pedibus*, sed omni *corpore* exercebant artem, forte non ita strictim hic accipiendum fuerit. aliud est istud *Manilii* V. 443.

—— —— dabit Natura vigorem,
Atque alacres cursus, campoque volantia membra.

P. 131. Vs. 13. Βρασίδου συγγενὴς] Tempora bene servat. famigeratissimus hic enim in historia Laconica dux, circa Hermocratis aetatem floruit. vide *Thucyd.* II. 25. A. Βρασίδας, ὁ Τέλλιδος, ἀνὴρ Σπαρτιάτης III. 69 & 81. a *Plutarcho* comparatur *Achilli.* p. 221. D. *Symposii.* sub *Augusto* ejus posteri memorantur ab eodem in *Apophthegm.* 207. F.

P. 131. Vs. 13. Κατὰ μεγάλην ἀνάγκην τῆς Σπάρτης ἐκπεσών.] explicat *Thucyd.* L. I. 2. Ἐκ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος οἱ πολέμῳ ἢ στάσει ἐκπίπτοντες. ita *Schol.* in *eodem* L. I. 36. μεγάλους καιροὺς explicat, εὐτυχίας ἢ ἀτυχίας, ἢ μᾶλλον ἀνάγκας ἢ κινδύνους. *Suidas* in Ἀναγκαία τράπεζα. Ἀναγκαίας τύχης, τῆς βίας, φησὶ. τουτέστι τῆς δυστυχίας. *Tacit.* I. H. 3 & 72. *supremae clarorum virorum necessitates. ipsa necessitas fortiter tolerata.* saepe ἀνάγκη est *fatum. necessitas. major deorum vis. Xenoph. Eph.* II. 42. δῆλος γάρ εἶ μεγάλῃ τινὶ ἀνάγκῃ τῇ κατὰ τὴν πλάνην χρώμενος. *Lysias* p. 118. dicit ὑπὸ δαιμονίου τινὸς ἀγόμενος ἀνάγκης. quod *Xenoph.* H. XI. VI. 594. C. ἤδη τὸ δαιμόνιον αὐτὸν ἦγε. prior explicatio obtineat. mox negligentius *apographum*, ἐτόλμησε.

P. 131. Vs. 22. Θεῶν ὑμᾶς προσλαμβανομένων] frequens verbi notio haec in *N. F. Actis Apost.* XXVIII. 2. *Epist.* ad *Rom.* XIV. 3. & I. ubi *Beza* consulatur. προσλαμβάνειν τινὶ idem fere quod συλλαμβάνειν vel συλλαμβάνεσθαι. *Diodor. Sic.* XIV. 18.

P. 131. Vs. 22. Τοὺς δὲ Αἰγυπτίους] Absolutus accusativus. *quod attinet ad Aegyptios.* sed ideo accusativus adhibetur, quia sequitur οὓς. *Xen.* K. A. V. 356. D. Κοτυωρίτας δὲ, οὓς ὑμετέρους φατὲ εἶναι, ἔτι αὐτῶν εἰλήφαμεν, αὐτοὶ αἴτιοί εἰσιν. K. Π. II. 39. D. vide dicta ad L. VII. VI. 125. 8. deinde finis periodi huc spectat, licet alii casus interponantur. ἵνα μόνον τοὺς ἔχοντας παραλάβωμεν.

P. 131. Vs. 23. Προσῆκεν] In *codicibus* centies προσῆκεν. προσήκει. προσῆκον. προσήκειν confunduntur, & non magno malo saepe. & quod quidem

 dem

dem ad *praesens* & *imperfectum* attinet, multi Grammatici notarunt hoc pro illo poni. in *Glossis.* προσῆκεν. *attinet.* sic ἀνῆκεν. *competit. pertinet, attinet. Plato* III. de L. L. 688. προσῆκεν. ubi tamen προσήκει aeque obtinuerit. *Xenoph.* H. H. III. 482. D. frustra *Leunclavius* ibi προσήκει pro προσῆκον reponit. ap. *Demosth.* I. *Phil.* 47. C. pro προσῆκε in plurimis *Codd.* προσήκει. sic variatur in *Timocr.* 802. B. in *Leptinea* 554. προσῆκον obtinet. si ex *Cod.* bene. eodem redit. in προσῆκον saepe ἦν reticetur. sic in *Lysia* p. 323. & 147. cur quid mutetur, nihil urguet. *Lucian. Abd.* II. 174. ap. *Plutarch.* in *Bruto* 238. Ἑλλήνων γὰρ οὐδένα βιασθῆναι προσῆκεν ἔγραφε. at vulgata proba. *Demosth.* p. 83. B. *Lysias* p. 172. *Diod.* I. 41. similis inconstantia. *Porphyr.* de *Abstin.* II. 179. confer II. 141. *Artemid.* III. 20. 172. *Strabo* V. 358. C. sic in *Actis* XXII. 22. καθῆκεν pro καθήκει recte. quod tamen etiam quidam libri exhibent. sic ἀνῆκεν. ad *Colossens.* III. 18. Levia haec, at intemperie magistrorum saepe conturbata. sic χρῆ, εἶδε pro praesentibus saepe occurrere observavit dudum *H. Stephanus* in προσῆκεν. T. I. p. 1616. (1692.)

P. 131. Vs. 24. Κατασπαρέντας] legendum κατασπαρέντες : : : σπεύσαι stribligo aliter a periodo removeri nequit.

P. 131. Vs. 25. Διαπυνθάνεσθαι] *diligenter & ad unum omnes rogare.* sic *perrogare. Sueton. Aug.* XXXV. vide *Bernecer.* ad *Justin.* XXX. 15. *perservire* ap. *Vopiscum Probo* C. 18. quod *Salmasio* tamen displicet, ut non *Latinum.* at *Codd.* auctoritate recipere non dubitarim. nostrum vocabulum ap. *Strabonem* II. 159. *Plat. Theog.* 122. D. *Philebo* 38. B. διαδοξάζειν. ap. *Max. Tyr.* XVI. 8. διακνίω. *Xenoph.* K. Π. IV. 102. B. διακινδυνεῦσαι in *Cod.* regio & aliis ap. *Dionem Cass.* 778. A. quamvis ἀποκινδυνεῦσαι non spernendum. συνδιακινδυνεύειν est *Herodoti* L. VII. 220. vide ad L. I. VII. II. 15.

LIBRI OCTAVI CAPUT TERTIUM.

P. 132. Vs. 4. Σοὶ θεραπαινίδας] *Val. Flacc.* II. 114.

Has agimus longi famulas tibi praemia belli.

P. 132. Vs. 5. Μὴ ποιήσειαν] μὴ ἂν ἔτως μανοίμην. VI. V. 106. 10.

P. 132.

P. 132. Vs. 6. ξένην] notione hac ex *Diodori* L. XVII. 47. adstruxit *H. Stephanus*.

P. 132. Vs. 7. Πέμψον] sic mox p. 133. 20. ἔπεμψεν οἴκαδε *remisit*. *Xenoph*. K. Π. III. 70. C. alioqui *dono mittere* interpretare. & VIII. III. 133. 3. *Herodot*. I. 106. ap. quem tamen L. III. 49. ἀπέπεμψε restituit *Jac. Gronovius* ex *membranis*. inde non damnandum.

P. 132. Vs. 8. Καὶ γὰρ ἄυτη] ut nunc haec jacent, de sola regina remittenda sermo fit. tamen verba κ̀ γάρ ἄυτη με διεφύλαξε partim sensu incidunt in vocem ξένην, partim aliam personam respicere videntur. & vocabula adjecta ὡς ἀδελφοῦ γυναῖκα παραλαβοῦσα aliquo modo repraesentant ea, quae leguntur L. V. III. 83. 5. ubi de *Rhodogune*. Καὶ γὰρ εἶχε πρόφασιν οἰκείαν, ἐπειδὴ ἀδελφὴ Φαρνάκου τοῦ γράψαντος βασιλεῖ περὶ Διονύσου. vide etiam L. VIII. V. 121. 20. quid si defectu laborat locus & explendus? εἰ δέ μοι θέλεις χαρίζεσθαι, βασιλεῖ πέμψον αὐτὴν, κ̀ Ῥοδογύνην τῷ ἀνδρί. κ̀ γὰρ ἄυτη . . . mox p. 133. 3. ἀνίστασο κ̀ σὺ, Ῥοδογύνη, πρώτη μοι φίλη Περσίδων, κ̀ βάδιζε πρὸς τὸν ἄνδρα τὸν σεαυτῆς. quia autem amicam fuisse *Callirrhoae* & benevolam apparet *Rhodogunem*, merito διαφυλάξαι & παραλαβεῖν ὡς ἀδελφοῦ γυναῖκα potest perhiberi. quamvis contendere quis posset παραλαβεῖν magis proprie de regina posse dici.

P. 132. Vs. 10. Τῆς ἐμῆς ψυχῆς κυρία] vid. L. III. III. 46. 6. *Themisth*. *Ep*. XIV. 47. Ἀλλὰ κἀκεῖνο γε, εἰ με στέργεις, εὐλαβοῦ, πρῶτον μὲν ἀυτοῦ ἕνεκα, ὃς ἐμοὶ τῆς ἐμῆς ψυχῆς ἄξιος εἶ. ubi Cl. *Schoetgenius* rursus temere *Caryophili* conjecturam σαυτοῦ pro ἀυτοῦ recepit. *Codex* habet recte ἀυτοῦ. quod novimus usurpari etiam pro σεαυτοῦ. deinde *Holstenio* debentur με pro μὲν & ὃς pro ὡς. qui mox κ̀ praeponit τῷ ἵνα. in eadem epistola rursus p. 45. pessime editum nuperius. τοιγάρτοι ταῦτά μοι ὅυτως γε ἡμέρας κ̀ νυκτὸς ἐκφρόντιζε. *Caryophilus* jam unde conjecerit γε ὥς φημι ἡμέρας, haeseris. at si editionem ejus inspicias, invenies vestigia hujus emendatiunculae, licet falsae. habetur enim ὅυτος γε ὅς ἡμέρας. quod rectius *Holstenius* mutat in ὁσημέρας. rursus *Epist*. XVII. [*Caryophili* editionem sequor] p. 52. ὅς ἡμέραι *Schoetgen*. reposuit ὅσας ἡμέρας ex sententia *Romani Editoris*. at id vitiosum. saltem scribendum foret ὅσαι ἡμέραι. sed utroque loco legendum ὁσημέραι. non in obliquo casu. porro p. 45. ὅυτος in contextu fuerat: sed vitio *typi*. *Codex* recte ὅυτως. Ne quis, rogo, indignetur meacrius increpare morem istum subreptitias & saepe falsas lectiones in contextum recipiendi auctorum, quos recudi homines gloriolae vel lucelli avidi saepe curant. certa enim corruptio inde manarit in optimos scriptores. malim sane, si quos tam iniquo lumine natos Critice adspexerit, ut, si iterandas suscipiant editiones veterum scriptorum, illas repraesentent cum ipsis evidentissimis typorum vitiis, ut inter alios *Dan. Ha-*

sen-

ʃenmullerus Kiloni Michaelem Pʃellum περὶ ἐνεργ. δαιμ. excudi juʃʃit: licet *Gaulminus* jure de ʃuae editionis vitioʃitate apertis fuiʃʃet queʃtus verbis.

P. 132. Vs. 10. καὶ πάντων τῶν λαφύρων] Amantium blanditiae. vide *J. Pricaeum* ad *Appul. Met.* v. 89. *domina . . . tua ʃunt haec omnia.*

P. 132. Vs 11. κατεφίλησε] vide, ut Charitó vafrum & blandum ʃui cauʃʃa ingenium muliebre bene cognoverit & depinxerit. cum prae zelo & timore, ne maritus delinqueret, has feminas amotas unice cuperet, praetexit modeʃtiam & gratum animum, exemplo ʃanctiʃʃimae ʃui cuʃtodiae. apud reginam continentiam marito inculcans. *Juno* apud *Valerium Flaccum* L. IV. 362. non alia arte *Io* pellicem *Jovi* extorquet.

—— —— da, quam modo ditibus Argis
Campus alit, primae referentem cornua Phoebes,
Indomitamque bovem da carae munera nuptae.
Ipʃa ego dilectae pecudi jam paʃcua digna,
Praecipuosque legam fontes. qua fraude negaret,
Aut quos inventos timuiʃʃet Juppiter aʃtus?

quo ultimo verʃu haerent valde interpretes. ubi alii *aeʃtus* pro *aʃtus.* alii *inventus. inventam.* venia igitur eʃto conjecturae παρακεκινδυνευμένῃ. legendum forte.

—— —— —— *qua* fronte *negaret,*
Aut quos inventae *timuiʃʃet Juppiter* Argos.

duas ut rationes reddat, cur Juppiter conceʃʃerit *inventam Io Junoni.* primo quia non dignum erat maritali amore, tantillam rem, *bovem indomitam,* uxori negare. deinde quia Juppiter nullo modo cogitare poterat, *juvencae ʃuae* carae tam acrem & crudelem adpoʃitum iri cuʃtodem, *Argum* ʃcilicet. jam neminem offenderit hic numerus plurium in *Argos*: cum centies variis de cauʃʃis ita loquantur optimi ʃcriptores. deinde *Aʃtus* & *Argos* non ita ʃono abhorrent. tandem multa exempla proʃtant, ubi nomina propria abierint in adpellativa: vix contra. deʃperato loco aliunde felicior contingat, velim, medicina. quod autem raro adpellativa abeant in propria, conʃtat. unum tamen exemplum contrarium adponam. In *Horatii Arte Poetica* vs. 67. adhuc omnes editiones ʃibi concinunt, nec *codices* ulli dubium moverunt.

Seu curʃum mutavit iniquum frugibus amnis,
Doctus iter melius.

at in *Codice*, quem contuli in Galliis, habetur *Arnus*. cum nota. *fluv.* at ne veram lectionem hanc habeamus, defendunt veteris *scholiastae* auctoritas & aliae rationes. licet *Arnus* revera quasdam subierit in alveo mutationes: vel saltem in vicinis confluentibus. In loco autem *Valerii* non obstare mihi videtur, quod proximo versu legamus,

Muneris illa potens custodem protinus Argum
Adjungit : *custos* Argus *placet.*

quin sibi placuisse possit videri in crebra *Argi* repetitione. verum judicium alii defaecatius adhibeant.

P. 132. Vs. 11. Τοῖς ὑπηρέταις] δορυφόροις. sine tali comitatu vix in publicum tanta matrona prodierit. mox τριηράρχης illam recipit & δορυφορεῖ.

P. 132. Vs. 13. Ἐν κοίλῃ νηΐ] sic L. III. III. 47. 10. Chaereas dormit ἐν κοίλῃ νηΐ. ibi enim honestiores cubabant. reliqui ἐπὶ τοῦ καταστρώματος. in *transtris*, *foris*, *tabulatis*. *Synesius Ep.* XXXII. de servo nequam πλέιτω δὲ δεδεμένος ἐπὶ τοῦ καταστρώματος· μὴ γὰρ εἰς κοίλην ναῦν καταβαίη. quem locum opportune advocat Cl. *Hemsterhusius* ad *Luciani Contempl.* p. 490. σὺ μὲν ῥέγκεις ἐπὶ τοῦ καταστρώματος ἐπιβαθείς. vide *P. Burmannum* ad *Val. Flacc.* III. 462.

——— —— *pars ardua celsis*
Insternunt tabulata foris.

κοίλη ναῦς saepe *carina* redditur. bene. verum aliquando totum cavum, quod a carina ima patet ad tabulata & foros κοίλη ναῦς. & eo sensu, ubi agitur de mora & somno honoratiorum in navi. *Heliod.* V. 251. τῶν μὲν εἰς τὰ κοῖλα τῆς νεὼς καταδυομένων. τῶν δὲ πρὸς μάχην ἐπὶ τῶν ἰκρίων ἀλλήλοις παρακελευομένων. *tabulata* opponuntur *cavis naviculae*. *Herodot.* VIII. 119. Τοὺς μὲν ἐπὶ τοῦ καταστρώματος καταβιβάσαι εἰς κοίλην νῆα, ἐόντας Πέρσας καὶ Περσέων τοὺς πρώτους.

Alioqui, ut dixi, κοίλη ναῦς. *carina*. ubi *saburra*. ubi *sentina*. ἄντλος. πυθμήν. quae alioquin a κοίλῃ νηΐ distinguitur. *Demosth.* in *Zenothemim* p. 929. B. καταβὰς τῆς νυκτὸς εἰς κοίλην ναῦν, διέκοπτε τοῦ πλοίου τὸ ἔδαφος. *Eustath.* de *Ism.* & *Ism.* VII. 257. πρὸς τὸν τοῦ σκάφους κατέδυν πυθμένα. VIII. 281. vide *Gaulmin.* ad priorem locum. & ad *Theodor. Prodr.* I. 10. p. 476. *Max. Tyr.* VI. 5. καθάπερ κοίλην ναῦν ἀφαιρεθεῖσαν τοῦ ἕρματος βραχεῖαι ῥοπαὶ σαλεύουσί τε καὶ περιτρέπουσι. *navis concava* recte ibi vertitur. nam quia *concava*, ideo saburra carens, magis jactatur. at ap. *Xenoph.* H. H. I. 445. C. τοὺς ἐπιβάτας εἰς κοίλην ναῦν μεταβιβάσας. male vertitur *in concavam navim*. rectius aliquanto *in carinam*. sed reddi

di debuisset *in navis cavum* vel *ad carinam*. pejus *Fr. Portus* ad *Xenoph.* p. 106. στρογγύλον πλοῖον interpretatur κοίλην ναῦν. nam πλοῖον στρογγύλον *oneraria navis* sic dicitur opposita *bellicae & longae*. πλοῖον opponitur νηΐ. Non optime *Eranius* de *diff. sign.* p. 171. Νῆες τῶν πλοίων διαφέρουσιν. νῆες μὲν αἱ φορτηγοὶ, αἱ καὶ μέγισαι εἰσιν. πλοῖα δὲ τὰ προμήκη καὶ στρατιωτικά. contrarium est verum. melius *Ammonius* p. 98. πλοῖα στρογγύλα. νῆες κωπήρεις καὶ στρατιώτιδες. ubi in *Aristotelis* loco ἐξέπλευσε ναυσὶ μὲν πεντεκαίδεκα, πλοίοις δὲ συχνοῖς ἱππαγωγοῖς καὶ στρατηγικοῖς. *Cl. Dukerus* ad *Thucyd.* IV. 116. quem laudat eruditus *Ammonii* interpres, magis probat στρατιωτικοῖς. nec mirum haec confundi, cum στρατηγὸς & στρατιώτης. aliquando de loco rixentur. vide L. IV. VII. 75. 16. Abit nimium vox σιταγωγοῖς. alioquin ἱππαγωγὰ & σιταγωγὰ πλοῖα non male convenirent. apud *Demosth.* I. *Phil.* 49. E. πλοῖα φέροντα τὰ ἐπιτήδεια καὶ ὑπηρετικά. vide *Schol.* ubi tamen etiam memorantur τριήρεις ἱππαγωγοί. saepe occurrunt ὁλκάδες σιταγωγοί. πλοῖον minus ὁλκάδι, saltem dignitate. nam ap. *Xenoph.* de *R. Athen.* 695. B. a πλοίῳ ad ὁλκάδα, ab ὁλκάδι ad τριήρη promovetur nauta. haec saepe incerti usus, ut ex laudatis jam pateat, & si conferas *P. Wesselingio V. Cl.* notata ad *Diodori* L. XIII. C. 78. 614.

P. 132. Vs. 13. οὐδὲν ἐπισταμένη τῶν γεγενημένων] igitur jam antequam Chaereas invenerat in fori basilica Callirrhoen, regina ad classem deducta fuerat.

P. 132. Vs. 14. Παραφυλακή] sine auctore circumfertur. ap. *Diodor.* L. XX. 439. ex variarum lectionum farragine ad contextum adspirare potuisset. *Eunap. Max.* 79. εὐνοῦχοι δὲ αὐτὸν ὅμως ἀμφεπόλευον καὶ παραφυλακαί τινες ἦσαν. sic *Cod.* qui ante ὑπὸ τοῦ Κωνσταντίου, & mox ὑπομιμνήσκεσθαι recte. nec male mox περιεφοίτα. Industria *D. Scotti* ex *Hippocrate & Polybio* nostram vocem protulit. Συμφύλαξ est ipsis plane ignotum. sed est *Xenoph.* K. Π. VIII. 202. C. & alias. sed idem vir, de Graecitate optime meritus, *Platonem* adjecit. at ἐπιφύλαξ etiam huic non animadversum. quod ap. *Longum* L. I. p. 15. mallem juvenes hoc in genere industriae specimina darent, quam inmaturos ingenioli foetus periclitarentur.

P. 132. Vs. 15. Καὶ οὐδένι ἐξῆν] militaris mos & ex necessitate rari casus extra bellum, ubi tam arta παραφυλακῇ hominem in cognatum genus uti non sit inhumanum & plus quam ferum.

P. 132. Vs. 18. μέγα καὶ βύθιον] vide *Bourdelotium* ad *Heliod.* I. 5. II. *Eustath.* de *Ism. & Ism.* IX. 330. 342.

P. 132. Vs. 21. Ἤγειρε θρῆνον] Nam lamentis dominae in Persis ancillae succinebant. de *Panthea Xenoph.* K. A. V. 115. C. ὡς οὖν τοῦτο ἤκουσεν ἡ γυνή, περικατερρήξατό τε τὴν ἄνωθεν πέπλον, καὶ ἀνωδύρατο. συνανεβόησαν δὲ αὐτῇ καὶ αἱ δμωαί. *Lucian. Dial. Mort.* p. 375. Ἡ Δαμασίου μήτηρ κωκύουσα

ἐξάρχει

ἐξάρχει τῦ θνήνυ σὺν ταῖς γυναιξί. Orientales φιλόθρηνοι & miri in luctu artifices. verum & Graeci. vide *Sophocl. Antig.* 1261.

P. 132. Vs. 24. Βασιλὶς γάρ εἶ καὶ διαμφύεις] ad formulam salutandi reges Persas. *Aelian.* V. H. I. XXXII. βασιλεῦ Αρταξέρξη, δι αιῶνος βασιλεύοις, cum interpretum commentis. διαμφύεις recte in praesenti. monuimus antea in *Animadversionibus* p. 389. & alias puto. ap. *Eurip. Andr.* 961. *Rheso.* 96. ubi male sollicitatur. In *Ione* 578. variatur. videantur *J. Wassaeus* in *Praefat.* ad *Thucyd. Forsterum* ad *Platon.* p. 396. *Max. Tyr.* XXVI. 7. *Joann. Euang.* III. 36.

P. 132. Vs. 25. ἐυεργέτηκας] & hic minus attendi in conferendo *apographo* cum ejus traduce. in illo enim recte ἐυεργέτησας. quamvis ad sensum hoc vel illud quadrare possit. vide L. VIII. VIII. 144. 9. ap. *Alciphr.* II. II. 214. pro ἐτόλμησε. *Cod.* ἐτόλμηκας: quod stribliginum studiosis placere potest solis prae τετόλμηκας. mox ibi omittitur οὐκ ante οἰκείως.

P. 133. Vs. 3. Ροδογύνη] *apographum* aeque bene Ροδογύνη. vide L. V. III. 82. 25.

P. 133. Vs. 7. Τὸ δὲ ἦθος Καλλιρρόης] matrona gravis, qualem decebat imperatoris esse uxorem. animi levitatem contrarius indicat habitus. *Plato Theaet.* 145. B. ἀλλ' ὅρα μὴ παίζων ἔλεγε. Σωκρ. οὐχ οὗτος ὁ τρόπος Θεοδώρυ.

P. 133. Vs. 8. Καιρὸς] L. VIII. II. 131. 4.

P. 133. Vs. 9. Δημήτριος φιλόσοφος] Demetrius Philosophus Aegyptius sive Alexandrinus circa haec tempora fuit, cognomine *Chytras.* Quo de potest consuli *H. Valesius* ad *Ammian. Marcell.* XIX. XII. 178. multi alii *Demetrii*, *Philosophi* & ipsi. vide *Laertium* in *Demetrio Phalereo:* si cui forte magis faveris. *Apollonius Tyanensis* scribit Δημητρίῳ Συνιεῖ, uti recte *Codex* meus. *Philostrati* L. VI. de *V. Apoll.* XXXIII. vide & *Tacit.* IV. *H.* 40. XVI. *Ann.* 34.

P. 133. Vs. 10. Ηλικίᾳ προήκων] Talem decebat esse Reginae pulcrae & juvenis comitem & stipatorem: non de lascivo grege quem cinaedorum. vide *J. Pricaeum* ad *Appuleji Metam.* II. 67.

P. 133. Vs. 11. ἐγὼ ἐβυλόμην μετ' ἐμαυτῦ σε ἄγειν] non dicit σὲ ἐπάγεσθαι. quod nimis vile vel familiare. Charito autem suo heroi etiam Philosophiae amorem περιτεθεικέναι sic voluit.

P. 133. Vs. 15. Πάντες γὰρ] requirebatur δέ. verum mutantur usu hae voculae. vide L. VIII. V. 121. 20.

P. 133. Vs. 17. τριήρεις τὰς ἀρίστας] possis intelligere ἄριστα πλεύσας. quamvis etiam alia dote ceteris praeferendae forte fuerint. ap. *Max.*

Tyr. XXII. 3. legimus. οὐδὲ νεώσοικοι σωζόμενοι, οὐδὲ νῆες αὐταὶ πλέουσαι. quod *Cosmus Paccius* ita vertit. *non integra navalia: non item ut naves paratam habeant navigationem.* vertendum fuerat. *non quod navalia sint conservata & illaesa: non quod ipsae naves navigent, (nec in navalibus inhabiles computrescant & ineptae navigationi situ pereant.)* nimirum respicit ad tempora, quibus ipsa navalia una cum portu Piraeëo, Lacedaemoniorum jussu, sunt diruta & subversa. quando & certum numerum navium habere vel saltem uti Atheniensibus modo fuit permissum. deinde potest in ultimo membro respici segnities, qua circa rem nauticam aliquando versati sunt Athenienses, quando quidem naves in portubus & navalibus habebant, sed navigationi plane inhabiles, sive quod ipsae erant corruptae, vel quod deerant, qui eas inscenderent. qua de re non uno loco queritur *Demosthenes.* vox autem αὐταὶ centies ita adhibetur. *domus & ipse dominus. cella & ipse janitor. navalia & ipsae naves.*

P. 133. Vs. 17. Τὸν Ἰώνιον] vide L. III. III. 46. 12. Libro autem VI. III. 102. 12. ostendimus Ἰόνιον esse contiguum mari sive sinui Adriatico: Ἰώνιον autem forte posse dici mare circa Ioniam. quamvis nihil certi fere definiendum sit. *Seneca Tragicus* aperte dixit *Ionius* ab Ἰωνία, in *Thyesta* vs. 142. ubi de *Myrtilo* in *Myrtoum* mare praecipitato canit

Notior Nulla est Ioniis fabula navibus.

quamvis alii malint *Ioniacus* uti. verum *Ionius*, secunda correpta, pro eo, quod ex *Ionia* etiam alias offenderis. nusquam credo Ἰώνιος de mari vel accola maris *Ionii*, Andriae vicini. verum de his abunde. Potius videamus, quo jure hic meminerit *Ionii* Charito, cum in Cypro esset, & tot alia maria essent superanda, non minus *Ionio* tempestuosa & periculosa. omnino reor nostrum per Ionium mare intelligere *mare illud Ioniam regionem adluens.* & saepe ita erratum. *Servius* ad L. III. *Aeneid.* 211. *Ionio in magno*, ait *Ionium esse sinum inmensum, ab Ionia usque in Siciliam: & hujus partes esse Adriaticum, Achaicum & Epiraticum.* similia credo alias ab eo tradi. *Ovidius* IV. *Fastor.* 563. ubi describit Cereris iter ex Attica, sic loquitur.

Sunion expositum, Piraeaque tuta recessu
Linquit, & in dextrum quae jacet ora latus,
Hinc init Aegaeum, quo Cycladas adspicit omnes,
Ioniumque rapax, Icariumque legit,
Perque urbes Asiae longum petit Hellespontum.

Inter

Inter *Fragmenta Tragicorum* p. 171.

> *Impero* [Ego] *Argis, regna mihi liquit Pelops,*
> *Qua Ponto ab Helles atque ab Ionio mari*
> *Urguetur Isthmos.*

nisi ibi *Ionium mare* partem *Ionii veri* intelligas, quae sinum *Crissaeum* facit, & ita pulsat *Isthmum Corinthiacum*. & satius ita. vide *Heliod.* v. 236.

P. 133. Vs. 18. Ταύταις ἐνεβίβασεν] alii praepositionem εἰς ταύτας adhibent.

P. 133. Vs. 19. Εὐζώνους] libet adponere *Servii* verba ad L. 1. *Aen.* 215. sicut se habent in *Codice* meo „ [*Accingunt*] studiose parant. accinctos enim industres [vide *Ducangium*] dicimus. ut *Hor. Altius ac nunc praecincti sumus. & paribus accingimur armis.* sicut contra negligentes discinctos vocamus. ut *discinctos Mulciber Afros. Horat.* in *Epod.*

> *Quod aut avarus ut Chremes terra premam,*
> *Discinctus aut perdam nepos.* „

ubi in *Servii* editionibus adduntur haec verba. „ Ut Graeci εὐζώνοι. *expediti dicuntur* „ nempe *Serviana* ex variis consuta. quod ad ultimum *Horatii* locum attinet: etiam in antiquissima mea *membrana* deest *ut.* in aliis adest.

P. 133. Vs. 21. Ἵνα χαίροντες] Hoc moris erat. *Xenoph.* K. A. 1. 261. A. Ἐγὼ ὑμῶν τὸν μὲν οἴκαδε βουλόμενον ἀπιέναι τοῖς οἴκοι ζηλωτὸν ποιήσω ἀπελθεῖν. v. 360. B. καὶ οἴκαδε ἀπελθόντας ὀνῆσαί τι τοὺς οἴκοι.

P. 133. Vs. 22. Εντιμότεροι] Ζηλωτοὺς dicit *Xenophon*, propter dona honorifica.

P. 133. Vs. 25. Τὸν κόσμον] cur exsulet haec vox ab *Heliodori* L. v. 225. quam agnoscunt *duo Commelini Codd. Vat. & Taur.* Οἷον ἡ βασίλειος αὐλὴ κόσμον οὔτε πρότερον εἶδεν οὔτε αὖθις ὄψεται. praecedit quidem δῶρον. sed id nihil officit. modo in *Apographo* τούτῳ lineolam subductam habuerat, nec non antea ultimae syllabae vocis κομιζομένων, ultima litera N deficienter ducta.

LIBRI OCTAVI CAPUT QUARTUM.

P. 134. Vs. 4. Τίς ἂν φράσοι] L. v. VIII. 91. 23. VIII. 1. 128. 23.

P. 134. Vs. 5. Πῶς ἄλλοι διάφοροι] hae periodi aliquantum turbant. facile intelligimus τίς ἂν φράσοι, πόσας ἡ ἡμέρη ἐκείνη ἔχε πράξεις. verum π. α. διάφοροι non cohaeret. interpres legit πῶς ἀλλήλοις διαφόρους. & vertit *quam sibi diversas*. at tum ἀλλήλαις scribendum fuisset. Si repetamus τίς ἂν φράσοι, πῶς ἄλλοι διάφοροι. non multum profecerimus. etiam genitivi sequentes minus commodi. an πῶς ἀλλοῖαι κ διάφοροι [ἦσαν]. sic L. III. III. 45. 20. λογοποιΐαι πολλαὶ κ διάφοροι τὸ πλῆθος κατεῖχον. quod & ipsum non alienum foret. tamen inventum interpretis praetulerim, modo ἀλλήλαις legamus. saepe enim ἄλλος & ἀλλήλος miscentur. ap. *Xenoph.* K. A. v. 354. D. μετ' ἄλλων ὄντες. ibi ἀλλήλων. ora *Stephani*, *Leunclavii*. *Codd. Reg.* & *Eton.* non tamen necessarium. *Max. Tyr.* XXXII. 4. ὄργανον παντοδαπὰς μὲν ἰὸν φωνάς, πάσας ἀλλήλαις ὡμολογημένας. uti recte & ingeniose restituerunt praeclari viri *Davisius* & *Marklandus*. vox haec redonanda *Nemesio* de N. H. C. 1. p. 22. ex *Cod.* meo. τὰς [παρ' ἀλλήλων] ὠφελείας καρπώμεθα :. φύσει γὰρ συναγελαστικὸν κ πολιτικὸν ζῶον γέγονεν ὁ ἄνθρωπος. *utilitates mutuas capiamus. natura enim animal congregabile & civile homo factus est.* recte hoc. at mox editur. κ ὥσπερ ἴδιόν ἐστι τῆς οὐσίας αὐτοῦ τὸ γελαστικόν. *atque ut proprium ejus naturae* ridere *est.* quasi philosophus docere voluisset, *risum homini & simiae solis esse datum.* sane perquam ridicule. tu ibi lege τὸ ἀγελαστικόν. vel συναγελαστικόν. *quoniam sociabilitas hominis naturae propria est.* quod mireris, *codex* utroque tamen loco γελαστικόν. *Glossae* habent συναγελασμός. nec non *Mich. Apostolius.* mox ibi *Cod.* πρεσβειῶν recte. mutarunt, qui δύο ignorabant recte jungi cum feminino. ap. *Maneth.* III. 171. in *Cod.* ἀλλήλων pro ἄλλων. quem locum alias attigimus. ubi mox contra metrum editur. Κτῆσιν δ' αὖτ' ἰδίην τοκέων ἄμετρον ἔδωκε. saltem ἀμέτρητον legendum foret. sed quomodo ἰδίη si τοκέων? sensus requirit τοκέων ἀπάνευθεν ἔδωκεν. nempe *per nuptias adquirunt magnas opes a patrimonio sejunctas.*

P. 134. Vs. 5. Συνταοσόντων] L. II. I. 23. 4.

P. 134. Vs. 9. Πόλεμος ἄριστος κριτής] L. VII. V. 123. 13. Κέκρικε τὴν δίκην ὁ πόλεμος. *Homerus* saepe κρίνεσθαι ἄρηϊ. *Heliod.* VII. 311. εἰ δὲ μὴ, πολέμῳ κριτῇ κ τοῖς ὅπλοις ἐπιτρέψειν. *Demosth.* de *Cor.* 5. 22. F. τὴν τύχην κακίζειν, τὴν οὕτω τὰ πράγματα κρίνασαν.

Diversa

Diversa sententia in his ejusdem *Rhetoris* περὶ εἰρήνης. 62. D. τῷ δοκεῖν δι' αὐτὸν κρίσιν εἰληφέναι τὸν πόλεμον. *finitum esse. Plut. Rom.* 60. μάχη κρίσιν ὀ λαβῦσα. alioqui κρίσις πολέμου est *eventus belli*, *quo hi victores*, *illi victi constituuntur*, ut bene observat *Cl. Wesseling.* ad *Diodor.* XIII. 553. non aliter quam ἡ τῆς νόσου κρίσις, per quam de recuperanda vel desperanda salute medico conjiciendi facultas fit. δικαιότατος δικαστὴς hic πόλεμος eodem errore dicitur, quo *duellis*, barbaro aevo, optime lites decidi crediderunt stulti mortales.

P. 134. Vs. 10. Οὐ μόνον] mihi hic ambiguum nasci videtur ex omissione conjunctionis δὲ. nam ἀλλὰ καὶ τὴν σὴν sic posset referri ad Καλλιῤῥόην.

P. 134. Vs. 15. Ἀλεξικακεῖν] ita sane malis ex vita tollendis similis evaserit *Herculi* Ἀλεξικάκῳ. qui id nominis sibi peperit monstris domandis: injurias ulciscendo. verum videndum, an haec virtus hic requiratur, & utilis ad propositum fuerit. tum enim regi Persae vindiciae sumendae fuissent de Aegyptiis, qui regium satrapam interemerant. factiosi & seditiosi acriter puniendi forent, ne rursus turbarent publicam regni quietem. at Chaereas veniam inpetrare rebellibus hic satagit. quare hoc verbi vix locum hic habiturum videtur. aliud est ἀλεξικακεῖν. *amoliri mala.* aliud *malefactoribus ignoscere.* lubenter igitur legerim ἀμνησικακεῖν. quo rariore licet vocabulo utitur *Diodor. Siculus.* L. XVIII. 56. ἀστασιάστους καὶ ἀμνησικακουμένους. *sine seditione atque sine recordatione malorum.* & regia sane & divina virtus esse praedicatur ignoscere & injurias remittere. victis & supplicibus parcere. Contra vindictae amor, crudum & ferinum praecipue in rege vitium. *Xenoph.* K. A. II. 281. C. Μὴ μνησικακήσειν βασιλέα αὐτοῖς τῆς σὺν Κύρῳ ἐπιστρατείας, μηδὲ ἄλλου μηδενὸς τῶν παροιχομένων. *Lucian. Prom.* p. 191. ἐς δὲ τὸ κύριον ταμιεύεσθαι τὸ μῖσος καὶ μνησικακεῖν, καὶ ἑωλόν τινα μνήμην διαφυλάττειν, ἄπαγε, οὔτε θεοῖς πρέπον, οὔτε ἄλλως βασιλικόν.

Vocem satis defendit *Diodorus.* sic ἀμνημονικώτατος *H. Stephanus*, me non invito, restituerit *Xenoph.* VII. K. A. 417. D. & ἀμνησίκακος & ἀμνησικάκως etiam observat *D. Scottus.* similia ἀμνημονεῖν. ἀμνημονεύειν. ἀμνημόνευτος. nostro μνησικακεῖν usurpatur L. IV. IV. 71. 16. posses etiam μὴ μνησικακεῖν. exciderit facile μὴ ante similem syllabam, ut ap. *Xenoph. Eph.* L. II. 32. legendum est fide *Codicis.* Σὺ δὲ μὴ μνησικακήσῃς τῶν γεγενημένων. ubi nunc male οὐδὲ μνησικακήσῃς.

Verum enim vero, licet sensus sic aptus conficiatur, quoniam ἀμνησικακεῖν vel μὴ μνησικακεῖν aliquantum abeant, malim eandem sententiam quaerere in voce longe vicinioris soni & legere ἀνεξικακεῖν. *injurias*,

rias, *mala perferre*. quarum enim literarum familiarior permutatio quam Λ & Ν, five oriatur ex fono & pronuntiationis vitio, five ex detritione lineolae ultimae in litera Ν. hinc ap. noftrum occurrit L. III. I. 41. 6. ἀναλήψας pro ἀνανήψας. inde Νίτρον & Λίτρον utraque fuos habent auctores. de quo ad *Herodot*. II. 119. ad *Athenaeum* XVI. 943. ab eruditis actum & alias. & ap. *Heliodor*. VII. 349. ἔνυξε forte pro ἔλυξε reftituendum. in ipfo hoc noftro vocabulo e contrario peccatum in *ineditis* vetuftis *Gloffis Graeco-Latinis* ap. *J. Buberium*. ἀνεξίκακος *depulfor*. requiritur enim ἀλεξίκακος. ut in editis. in quibus recte ἀνεξίκακος. *paciens*. ἀνεξικακία. *clementia*. *pacientia*. ἀνεξικακώτατος. *clementiffimus*. *pacientiffimus*. at quis neget clementiam effe praecipuam pene virtutum, quae regium faftigium ornent. *Schol. Ariftoph. Avibus* 1619. Μενετοὶ θεοί. ἀνεξίκακοι, καὶ οὐκ εὐθέως τιμωρούμενοι. *Hefych*. in ἀνεξίκακος & in εὐτονία. ἀνεξικακία καρτερία. ὑπομονή. *Plutarcho* de *Ira Cobib*. 459. C. ἀνεξικακία opponuntur & πικρία & θυμός. Lexica vulgaria fiftunt ἀνεξικακεῖν. at omnibus ignotum ἀλεξικακεῖν. fed non ideo tamen damnarim: verum quia fenfui non convenit: cui quadrat omnino ἀνεξικακεῖν.

P. 134. Vs. 15. ὡς φίλοι] non adeo rufticus Chaereas, ut quod cogitaret, verbis expreffcrit coram rege: quibus veritatem, *blandis verbis*, ceu infantibus & aegris auro vel faccharo abfcondita *medicamina*, infinuari neceffe eft. reticuit enim μᾶλλον ὡς δοῦλοι.

P. 134. Vs. 18. Εὐχάριστον] *Xenoph*. K. Π. VIII. 219. E. inter alios habet εὐχαριστότατος. alii tamen εὐχαριτώτατος. vide *Hudchinf*. ad *Xenoph*. K. Π. II. p. 119. ap. *Alciphr*. II. IV. 246. legitur διαλάμπεις ἐπίχαρτόν τι καὶ εὐκταῖον. *Cod*. tamen ἐπιχάριτον. quae vox familiaris eidem *Xenophonti*. vide p. 894. A. vulgatam in fophifta non facile moverim. ubi mox legimus σοβοῦσα ταῖς χερσὶν ἐμαυτῆς τὴν ἐπιστολὴν σὺν τῇ βασιλικῇ σφραγῖδι. *Codex* habet ἑαυτῇ pro σὺν τῇ. rectum fuerit αὐτῇ τῇ βασιλικῇ σφραγῖδι. recte quoque χαίρεις. male vero ἔφρασεν pro ἔφρασαν.

P. 134. Vs. 20. Γραμματίδιον] L. V. VII. 90. 14. habuimus γραμμάτιον & γραμματίδιον alio fenfu. ibi obiter animadvertimus alteram deminutivam formam, quam hic habemus, femper producere penultimam fyllabam. id docet inter alios etiam *Photius* in *Lexico*. Οἰκίδιον τὴν δευτέραν συλλαβὴν ἐκτείνουσιν, ὡς χρυσίδιον καὶ τὰ ὅμοια. Hic autem *pugillares*, *codicilli* fignificantur. de quibus & hac voce pulcre commentatur *Cl. Hemfterhufius* in *Mifcellaneis Vol*. V. p. 17. *Herodot*. VII. 219. δίπτυχος δέλτος. *Hefych*. γραμματίδιον. ὅτε μὲν τὸ πινακίδιον, ὅτε ὅμοιον γλωσσοκόμῳ. λέγεται καὶ ἐπιστόλιον. cum autem Lexicographus γραμματίδιον explicet πινακίδιον. forte intelligat πινάκιον δημοσιακόν. ita fumi docet *Cl. Salmafius* de *Modo Ufur*.

Usur. x. p. 672. *Hesych.* πινάκιον. τὸ λεύκωμα. [album] τινὲς δὲ σύμβολον δικαστικόν. *Aristoph. Vesp.* 166. πινάκιον posuit pro *tabella*, qua judex condemnabat vel absolvebat. ideo adjecit τιμητικόν. *damnatorium.* quomodo optime explicat *H. Stephanus* in *Lexico.* ita τιμὴ & τιμᾶν saepe significant. locus Comici est elegantissimus. cum enim aliquem multare male vellet judex litigiosissimus *Philocleon*, post gladium vel ensem, ceu magis mortiferum quid, poscit *damnatoriam tabellam.* sic ait

> Πῶς ἂν σ' ἀποκτείναιμι; πῶς; δότε ξίφος,
> Ὅπως τάχιστ', ἢ πινάκιον τιμητικόν.

Quo joco quid urbanius & falsius. tamen *Dawesii* acumen p. 263. aliquid etiam acutius sibi invenisse visum fuit & reponit

> ——— —— ἢ πινάκιόν τι τμητικόν.

quae, *ni fallatur, comici vera est manus*, & ipso interprete sonat, *aliquid incidendi vim habens, sive tabulae ligneae frustum.* pulcra me hercule gradatio! *date ensem, vel tabulae ligneae frustum.* Miserum Comicum, si revera ipsum deforment duo mille vulnera & ulcera, quando ea hic Chirurgus, ut promittit, ligneo tali cultro secanda & curanda suscipiet.

P. 134. Vs. 21. Λῃστείας] passive hic adhibetur. vel λῃσταί. ita λῃστήριον. ut πρεσβεία. πρεσβευταί. δουλεία. δοῦλοι. prius praestat.

P. 134. Vs. 22. Εἰμὶ] *Apographi* vitiosam scripturam εἰ μὴ sic recte restituit *Cl. Cocchius.* tralatitia est commutatio literarum η, ει, ι. ap. *Polyb.* p. 725. ἥκειν pro εἴκειν in *Codice* meo exaratur. contra ap. *Lucian.* de *Gymn.* 11. p. 910. εἴκειν reposuerim pro ἥκειν. ἢ καὶ πολέμιον συναρπάζοντα εἴκειν μετέωρον κομίζοντα. vulgo ἥκειν. *Plutarchus* in *Camillo* 288. hanc ἔννοιαν illustraverit. πολέμιον αἴρει τε μετέωρον εὐρωστέρος . . . καὶ παρέδωκε τοῖς στρατηγοῖς. sic ἡμῖν pro ἢ μὴν ap. *Heliod.* 11. 120. ut *Codex Taurin.* recte exhibet, & suspicatus fuerat *Commelinus.* contra p. 118. male *Cod.* ἡμῖν. ubi recte editur ἢ μήν. nescio an calculum adjecturus sis ei codici L. VII. 328. exhibenti πλὴν ἀλλ' ἐμοῦγε διευτυχοῦσαν πλέον, ἢ τοιοῦτον κεκλήρωται τὸν ἐρώμενον. vulgo δὴ εὐτυχοῦσαν. διευτυχεῖν aliquando vix praepositionis vim exserere videtur. vide *D. Scotti supplementa Stephani.*

P. 134. Vs. 22. εἰμὶ γὰρ τῇ ψυχῇ μετὰ σοῦ] *Lucian. Phalar. Pr.* 192. πρὸς ὀλίγον οὖν τῇ γνώμῃ εἰς Ἀκράγαντα παρ' ἐμὲ ἀποδημήσαντες καὶ ἰδόντες τὰς παρασκευὰς αὐτῶν, καὶ τὰς ἀπειλὰς ἀκούσαντες, εἴπατε τί δεῖ ποιεῖν. contraria sententia ap. *Appulej.* L. VI. *Met.* 119. *quamvis praesente corpore, sensibus tamen aberat.* ap. *Petron.* C. LXV. dubitant interpretes, quo accipienda

ſit ſenſu ῥῆσις. *Omnia, inquit, habuimus praeter te; oculi enim mei hic erant.* certe nihil commune habet cum noſtra locutione. adſentior *P. Burmanno*, interpretanti *rem cariſſimam*. at *J. Clerico* in *Silvis Philologicis* reponenti quis auſcultet! *cor enim meum hic erat.*

P. 134. Vs. 24. Μὴ λάβῃ δὲ πεῖραν μητρυιᾶς] *Propert.* IV. XI. 81.

> *Seu tamen adverſum mutarit janua lectum,*
> *Sederit & noſtro cauta noverca toro:*
> *Seu memor ille mea contentus manſerit umbra,*
> *Et tanti cineres duxerit eſſe meos.*

P. 134. Vs. 24. Ὃν γάμον ζεῦξον] non admodum urguere auſim mutationem in ὧν γάμον. δύο τέκνα. ὃν γάμον admittunt ἐπεξήγησιν. L. VIII. VII. I. 141. 15. τὸν γάμον ὑμῶν ὁ δῆμος ἔζευξε. inter ὁμοπατρίους, non inter ὁμομητρίους. Athenis nuptiae licitae. *S. Petitus* L. L. *Atticis* I. VI. 537. *Weſſeling.* ad *Diodor.* I. 30.

P. 134. Vs. 27. τῇ ἐμῇ χειρὶ] hoc *honoris*, *benevolentiae* & *fidei* cauſſa additur. Ἐγὼ Παῦλος ἔγραψα τῇ ἐμῇ χειρί. *Epiſtola* ad *Philemonem.* VS. 19.

P. 134. Vs. 27. Ἔρρωσο] hoc in epiſtolis Graecanicis, quae circumferuntur, modo adeſt, modo abeſt. ſi lubet, *Alciphronis Ep.* I. XXXIV. potes annectere, auctoritate *Codicis*. qui & Λυκείῳ. ſic I. XIV. ubi ἀπωλείαν pro ἀπολείᾳ partim male, partim bene. in aliis idem obtinet epiſtolographis.

P. 135. Vs. 1. Ἀγαθὲ Διονύσιε] *Bone Dionyſi.* ſic *Polycharmus* ἀγαθὸς ἀνήρ. L. VIII. VIII. 144. 8.

P. 135. Vs. 2. ἀπέκρυψεν ἐν τοῖς κόλποις] *Lucian.* de *Merc. Cond.* §. 27. p. 686. τοῖς μὲν γὰρ τὰ ἐρωτικὰ ταῦτα διακονουμένοις καὶ γραμματίδια ὑπὸ κόλπου διακομίζουσι. ubi *Cod.* W. γραμματεῖδια exhibet a prima manu ob cauſſam notam. In *Piſcat.* 605. *Plutarch. Rom.* 73. *Propert.* II. XIII. 12. *Ovid.* I. X. 16. *Appulejus* III. 54. *immiſſa manu ſcrutatus* [*eſt. Cod.*] *e mediis papillis meis jam capillos abſconditos, iratus arripuit. Turpilius Philopatro.* ap. *Nonium.* p. 536. *Me miſeram quid agam! inter vias epiſtola excidit mihi. infelix inter tuniculam & ſtrophium collocaveram.* in *Codice uno* meo poſt *infelix* omnia deſunt: ſigno defectus exſtante. alter conſentit. prior locum *Plauti* exhibet ſolus. ambo in loco *Varronis*, *piſſarum* vel *piſarum* pro *pilas*.

P. 135. Vs. 3. Ταῖς τριήρεσιν ἐμβαίνειν] ἀνάττικον pronuntiat *Thomas*. alias ita locutus eſt, ſi bene memini. modo εἰσβιβάζειν cum *dativo*. antea εἰσέρχεσθαι cum eodem caſu obvium fuit.

P. 135.

P. 135. Vs. 3. Αὐτῇ] raro adparet in *Apographo* Iota subscriptum. fere malim ἀυτὴ. *Callirrhoe*.

P. 135. Vs. 5. Χρυσοῦφῆ] *Apogr.* χρυσυφῆ. vocalium sejunctio probatior in his. ἰσοῦψης *Straboni* reddidit *Casaub.* XVII. 1151. A. 1159. A. vid. *Salmas.* ad *Vopisci Saturn.* T. II. H. A. p. 723. λινοῦφεῖον & λινυφεῖον. *Alciphr.* III. XLI. *Heliod.* V. 263. Υ ante Ο vix eliditur. βραχυόνειρος. *Plato Timaeo* 45. E. sed ante Υ in πολυύμνια & πολύμνια.

P. 135. Vs. 5. Βαβυλώνια] *Xenoph. Eph.* I. 10. καὶ ἐπὶ τῆς κλίνης Βαβυλώνια ἐπεποίκιλτο σκηνή. *J. Vossius* ad *Catull.* p. 196. *Ez. Spanhem.* ad *Aristophan. Ranas* 969. L. VIII. VI. 139. 10.

P. 135. Vs. 6. Κολακευτικῶς κατακλίνασα] officiositas circa sedem jam Heroicis temporibus notabilis. *Odyss.* Δ. 123.

Τῇ δ' ἄρ' ἅμ' Ἀδρήστη κλισίην εὔτυκτον ἔθηκεν.
Ἀλκίππη δὲ τάπητα φέρεν μαλακοῦ ἐρίοιο.
Ἕζετο δ' ἐν κλισμῷ, ὑπὸ δὲ θρῆνυς ποσὶν ἦεν,

Theocr. Idyll. XV. 2.

——— ——— ὅρη δίφρον, Εὐνόα, αὐτῇ.
Ἔμβαλε καὶ ποτίκρανον. ἔχει κάλλιστα. καθίζευ.

Lucian. Necyom. p. 475. merito conjungit δουλοπρεπές τι καὶ κολακευτικόν. *Strabo* L. VI. 441. A. ἐξομηρευσάμενος θεραπευτικῶς τὴν φιλίαν.

P. 135. Vs. 7. Ἡ Στάτειρα] Hunc Atticismum si quis inprobet, consulat *Criticam Vannum* C. VII. 141. *Aristaen.* I. 27. Οὐ γάρ ἐμὲ γελᾷς, ἡ καλὴ, ἀλλὰ τὸν Ἔρωτα παίζεις. ubi sane in tot editionibus non dignum erat vitiosum πέζεις servari. In primis editionibus haec fuisse retenta haud improbandum: etiam antiqui alicujus orthographiam codicis animadverti, utilitatem habuerit: ut seculi morem scribendi & inde fontes errorum cognoscere addiscamus. at tam futilis & quae nunquam doctis scriptoribus probata sit, & unis ignavis librariis debeatur scriptio, cur propagetur? eadem corruptela passim obtinet. vide *Artemidorum* I. 78. 65. ubi in capitum titulis ψηφοπεκτεῖν. πονοπέκτορες. ap. *Maneth.* IV. 276. & 419.

Ἄνδρες παιδείης ἡγήτορες, ἔν τε καθέδραις
Γραμματικαῖς δήμοιο, βίον διαποιμαίνοντες.

ubi διαπoιμαίνοντες *Gronovius* notavit. In *Firmico* IV. II. 5. vocantur *publici liberalium artium magistri.* unde ap. *Porphyrionem*, Horatii interpretem, reponendum duxi, *hunc Flavium cathedrarum doctorem fuisse*, pro

catherarum. vide *Celeb. P. Burmanni specimen Anthol. Latinae* p. 43. opponuntur his χαμαιδιδάσκαλοι. vide *Ulpian.* ad *Demosth.* de *Corona* p. 494. D. sic *Manethon* rursus L. IV. 448.

ψηφάων παίκτας * τε καὶ ἐξ ὄχλοιο πορισμῶν. * παίκτας.

ubi ψηφάων παίκτης est diversus ab eo, qui *Scholiastis* Horatianis l. l. vocatur *calculator.* ut in meo vetusto *Codice* recte habetur. vide ejusdem Libri vss. 534 & 535. de ψηφοπαίκταις. *Suid.* in ψηφολόγοι. & *Artemid.* III. 56. ψηφάων. ut Νησσάων. νησσάων. consulantur *Miscellan.* Vol. VII. p. 41. rursus in *Manethone* L. v. 310. eadem balbuties. versus adscribam plusculos, ut legendos censeo.

Ὄλβον καὶ πλοῦτον καὶ χρήματα χρυσοφορητά.
Σιτοδόται, κτίσαι, μὴ φειδόμενοι, φιλοτίμως
Εἰς βυθὸν, εἰς ἀνέμους διαπαιζόμενοι *. δαπανῶντες * διασπείρομενοι.
Καιροῖσιν πάμπαν, τὸ πλέον δὲ περισσὰ διδόντες
Λείποντα πάντων, ἐλεύμενοι, οὐδὲν ἔχοντες

versu 308. quod habetur χρυσοφυρητὰ in metrum peccat. vs 309. Σιτοδόται. *qui frumentum populo, congiaria largiuntur. liberalitates.* ut magistratus. in *Monumento Ancyrano* Σειτομετρίαν ἔδωκεν ἀνὰ πέντε μοδίους. vs. 310. est *Propertianum* ex L. II. XIII. 46.

Haec videam rapidas in vanum ferre procellas,
Quae tibi terra, velim, quae tibi fiat aqua:

Ita legere malim. *fiat* recte se habuerit. vide *Animadvers.* 596. sic certe duo *codices* mei. δαπανῶντες editur ultima syllaba mutilatum. 311. tota vox διδόντες exciderat. vs. 312. in metrum & etymologiam prodita ἐλεώμενοι μηδὲν peccabant. locum confer cum *Firmici* L. III. C. v. §. I. ut revertar ad nostram orthographiam. προσπέζοντες ita exhibet *Codex* meus in *Polybio* L. VIII. 740.

P. 135. Vs. 8. Ῥάδια γὰρ πάντα βασιλεῖ] Rex, maritus tuus, ἡμεροδρόμους & ἀγγάρους & celoces commodabit libenter. quorum ipsi copia. isti etiam in Persis primum instituti. ne quis contendat βασιλίδι latere sub nomine masculino. qualia nota. sed non ubique infercienda. tamen ap. *Lucian.* in *Asino* p. 575. videtur oratio φορτικωτέρα futura, si scribatur τὴν συμπότιν. an respexit ad paroemiam ἅπαντα τοῖς σοφοῖσιν εὔκολα. vel ad Ὦι τ' ἀργύριον ἢ πάντα θεῖ. κἀλαύνεται. vide *P. Burmannum* ad *Ovidii Ep. Heroid.* XVII. 166.

P. 135. Vs. 8. Χάριν εἴσομαι] officium praedicabo grato animo. vide

L. VIII.

L. VIII. III. 133. 26. forte vota pro reginae ſalute in templis Syracuſanis ſuſcipienda reſpicit.

P. 135. Vs. 9. ἡδέως εἶδες] vide L. VI. V. 105. 19. Sed quomodo accidit, ut cum Callirrhoe una cum regina & cetera inutili turba fuerit relicta in Arado, (vide L. VII. IV. 121. 2.) *Dionyſius* hunc puerum, tam imbellis aetatis, rem plenam metus, ſecum traxerit! Nam in caſtris fuiſſe adparet ex L. VIII. V. 138. 12. An infans fuit etiam Aradi, & nunc traditus fuit Reginae reducendus ad patrem? at id non adparet ex epiſtola. deinde qui Chaereas ex ſe natum puerulum Dionyſio remitti ſiviſſet! haec non cohaerent, nec vero ſimilia.

P. 135. Vs. 10. Ταῦτα λεγούσης δακρύων ἐνεπλήσθη] Verſum video. *haec dicens Callirrhoe lacrimis obundatur.* Immo, *haec dicente Callirrhoe*, Regina *lacrimis obundatur* & *lamentationem praeivit muliebri coetui.* vide L. VIII. III. 132. 21. In Inſcriptionibus ſaepe occurrit *ſe vivo fecit.* pro *vivens.* . at an ſermo Latinus Graecusque permittat, ut dicamus, *me haec dicente lacrimavi*, valde dubito. regina hic apte reſpicitur, & ideo perſpicuitatis cauſſa in ſequenti periodo repetitur. ἐξιοῦσα δὲ τῆς νεὼς ἡ Καλλιρρόη. ne perſonae confundantur.

P. 135. Vs. 12. Ἐπέδωκε] cum toties ita occurrat, toties controverſiam moveri miror. ἀποδιδόναι ſane antiquioribus frequentius placuit. Noſter, ut hic, L. IV. V. 72. 22. Male mutat *M. Solanus* in *Luciani Lucio* II. p. 569. *Porphyr.* de *Abſtin.* II. 176. 177. *Heliod.* I. 49. vide *Cl. Interpr. Diodori* ad L. XIV. 47. 679. in multis formulis occurrit. χεῖρα. *Lucian.* II. 599. φάρμακον. I. 356. quae locutio etiam ap. *Eunap.* p. 99. Alio ſenſu ap. eunden hoc verbum reſtituendum p. 28. οὐκ ἔδωκεν εἰς μέγεθος. immo cum *Codice* ἐπέδωκεν. ſaepe peccatum omiſſione praepoſitionis, praecipue in verbis geminam nactis. ut ap. eundem p. 152. recte in *Cod.* καταναλίσκεται. p. 80. περιεφοίτα. ubi mox μειρακίῳ. p. 16. καὶ τὸν καταπεφευγότα νεανίσκον ἀναζήτων. in priori voce praepoſitionem *Barberiniano*, in ſecundo debes *Medicaeo Codici.* p. 52. ὡς δὲ διημάρτανον pro ἡμάρτανον. paullo ante ridicule ibi editur παρατυχόντες τῶν γάμων. reſcribe μάγων. ex *Codice.*

P. 135. Vs. 15. Ἂν ἐλάλουν] *Apogr.* ἀνελάλουν. Non ſemel in *Charitone* & aliis coalitione vocabulorum peccatum vidimus. vide L. III. IV. 48. 24. in *Themiſtoclis Epiſt.* XIV. 44. ἔχωσι μὴ quod in *Codice*, mutandum in ἔχω, ἵνα μὴ. locus elegans, at nec ab *Holſtenio* intellectus. Ἀλλ' ὁ Πύθιος αὐτοῖς [καὶ γάρ τοῦτό με ἐκάλουν, ὅτε περ τὸν χρησμὸν αὐτοῖς ἐξηγησάμην] οὔτε Δελφῶν οὔτε Δήλου, τὸ δ' ἐπὶ τούτοις εἶναι, οὐδὲ Ξάνθου μοῖραν ἔχω, ἵνα μὴ τελευτῶν εἰς Ὑπερβορέους ἐκτοπίσαιμι. *At ego ille Pythius* [*Apollo*] [*nam hoc nomine me vocabant, quando oraculum* [*de ligneo muro*] *ipſis interpretatus*

tatus eram] *ego ille Pythius Apollo neque Delphorum, neque Deli, &, quantum in ipsis est, neque Xanthi ſortem habeo, ne tandem ad Hyperboreos abeam.* Notum, Apollinem Delphis, in Delo, in Lycia ad urbem Xanthi vel fluvium. unde *Lyciae ſortes.* oracula edidiſſe, nec minus conſtat etiam apud *Hyperboreos* cultum fuiſſe hunc Deum, unde & *Hyperborei Apollinis* cognomen traxit. jam cum re vera Athenienſes Themiſtoclem Delo & Delphis morari non ſinerent, Sophiſta, pro more ſectae ſuae, nequivit a ſe impetrare, quin adjiceret duo alia loca, in quibus Apollo colebatur, ſed quae nihil ad rem, & de quibus in iſtis anguſtiis conſtituto Themiſtocli vero animus defuiſſet ſcribendi vel cogitandi. ſed ita ludere & ingeniolum oſtendere plane decebat Sophiſtam: cui procul omni dubio pleraeque, ſi non omnes, hae epiſtolae debentur. & fruſtra plumbeum gladium *Schoetgenius* ſtrinxit contra *Bentleji* Noricae temperaturae enſem. ſic ſentiebat etiam *Holſtenius*, non obeſae naris Criticus. qui quam hunc tamen locum intellexerit, patefecit, cum legendum cenſuerit, ἔχω ἣν μή. & cum ſuppleverit *ad* ultimos *Hyperboreos. Cl. Schoetgenius* autem rurſus manes ſolitos paſſus fuit, edens *Caryophili* falſam conjecturam μοῖραν ἐῶσιν. illud ἐκτοπίσαιμι. licet voluerit ſcriptor ab aliis intelligi proprie: tamen revera in ejus mente ſignificarit modo. *ne tandem loca Apollini ſacra recenſendo evager ad Hyberboreos.*

P. 135. Vs 15. ἂν ἐλάλυν] ſimilis ſententiae color in *Heliod.* I. 37. Καὶ οὐδ' ἂν ἔληξαν θρηνοῦντες, εἰ μὴ τὶς ὕπνος ἐπιστὰς ὑφ' ἡδονῆς τῶν γόων, ἔπαυσε τῶν δακρύων. ubi male pro τῶν δακρύων. *Vatic. aliique* τῶν θρήνων. pejus *Taur.* τὸν θρῆνον. nempe non intellexerunt reticeri ἔπαυσεν ἐκείνυς ἀπὸ τῶν δακρύων.

P. 135. Vs. 18. Διαλλάτλη] vocem reſtitue διαλλαχθέντες *Scholiaſtae Sophocl. Antig.* 527. pro διαλεχθέντες. conſentiente editione Romana.

P. 135. Vs. 19. Καλὴ μὲν ἐν μέσῳ θάλασσα] ſequitur καὶ ἐκδέχεται μὲν φοβερὰ πελάγη. raro competit epitheton mari tale: certe hic πελάγεσι φοβεροῖς juncto non convenit. reponere facile eſt κακή. ſed iſtud hoc in loco crudius videtur. alioquin, quantumvis contrarii ſenſus vocabula, ſaepiſſime eundem locum obtinent in *Codicibus* his & illis. vide modo *Platon.* de L. L. IV. 858. D. *Lyſian* X. p. 175. & XXVI. 594. ubi κακῶν & ἀγαθῶν crebro quoque miſceri docemur. ſed non puto tam frequenter. *Porphyr.* de *Abſtin.* III. 140. *Ed. Cantabr. Lucian. Piſc.* I. 574. in *Erotiani Cod.* p. 40. κάκισται pro κάλλισται. *Xenoph. Epheſ.* I. 12. ubi *Codice* addicente repoſuit Cl. *Hemſterhuſius* καλῶς pro κακῶς μοι διηκονήσατε. ubi mox ex eodem fonte τῶν Ἀφροδίτης ἐρώτων & τὸ εἱμαρμένον. Poſſes πολλή. μακρὰ. χαλεπή. ſed mihi ſe omnino probat μεγάλη. omitti potuit prima ſyllaba, ut factum ſaepe fuiſſe docuimus alibi. γαλὰ certe pro καλὰ habes

ap.

ap. *Themistoclem Ep.* xx. 66. ut legit *Holstenius*. καλῶν & μεγάλων miscentur ap. *Demosthen. Olynth.* III. 40. B. ubi & meus *Cod.* Μεγάλων. puto autem Charitonem respexisse *Homeri* versum ex *Odyss.* Λ. 156.

Μέσσῳ γὰρ μεγάλοι ποταμοὶ καὶ δεινὰ ῥέεθρα.

aptius hic, ut *spatiosum* simpliciter intelligas: alioqui *tempestatibus commotum & tumens* interpretareris, liceret. sic *Xenoph.* Κ. Π. v. 369. B. ὅταν δὲ χειμὼν ᾖ, καὶ θάλαττα μεγάλη ἐπιφέρεται. ut accepit *Tan. Faber.* Lucretium L. II. 558.

Disjectare solet magnum mare transtra.

tumidum. commotum. quod observat *Hudchins.* p. 439. & ante hos *Servius* ad *Virgil.* V. *Aen.* 529. *mare magnum. procellosum.* & plura ex divite penu huc facientia promsit *P. Burmannus* ad *Val. Flacc.* I. 50.

P. 135. Vs. 20. Εκδέχεται μὲν φοβερὰ πελάγη] vide sic iteratum μὲν. L. VII. VI. 125. I. Nil magnum feceris, si secundum in μὲ mutes. Θάλασσα autem amplius patet quam πέλαγος. unde poetae πελάγη θαλάσσης dicunt [*Anthol.* IV. VIII. 23.] sed non θάλασσα πελαγέων. πελάγη partes peculiari nomine insignes. *Myrtoum*, *Icarium*, *Aegaeum*, *Ionium*. unde etiam θάλασσα ap. *Max. Tyr.* XXXII. II. opponitur *Maeotidi paludi*, *Ponto*, *Hellesponto*. nec eo loco θάλασσα interpretanda de Aegaeo mari, sed de omni alveo aquarum ab Hellesponto in Aegyptum longe lateque patente. quod mare quidam putabant natum ex irruptione Oceani per fretum Gaditanum. & id Geographi sequuntur. alii magna ex parte ortum volebant ex aqua in ipsis Septemtrionis arduis partibus collecta, & per Tanaim & paludem Maeotin, marium & aquarum matrem dictam, in humiliora defluente. *Max.* autem *Tyrius* in isto loco utramque opinionem confundit. ait enim. Ὡς ἐξ Ὠκεανοῦ ἡ Μαιῶτις, ὡς ἐκ τῆς Μαιώτιδος ὁ Πόντος, ὡς ἐκ τοῦ Πόντου ὁ Ἑλλήσποντος, ὡς ἐξ Ἑλλησπόντου ἡ θάλασσα. Nisi & gravius erret & *Maeotin* arbitratus fuerit conjungi cum *Oceano* septemtrionali, quemadmodum alii circa mare erraverunt *Caspium*, ceu circa *Istrum* se in Adriatico quoque exonerantem, ut *Val. Flacc.* VIII. 191. Nisi meatu Oceani subterraneo Maeotin ortam putarit. Sic *Val. Flaccus* sub terris agnoscit *Oceani fragorem*: L. III. 403. de *Cimmeriis* populis, non illis veris, sed fictis locutus,

Stant tacitae frondes, immotaque silva comanti
Horret verna jugo specus, umbrarumque meatus:
Subter & Oceani praeceps fragor.

sic

ſic igitur ex Oceano *Maeotis* originem duxerit. In *Valerii* loco valde tentor, ut credam leve vitium ineſſe, & legendum, *ſpecus* undarumque *meatus Subter & Oceani praeceps fragor.* ut *meatus* & lapſus *fragoſi Oceani ſive aquarum ſub terris* intelligantur. quales voragines ſubterraneas & gurgites dari, quis dubitet? nec ſi auditui fidendum, alia ex cauſſa oriri crediderim incendia montis ignivomi in inſula, prope *Liparen*, *Vulcania* dicta. non enim ſine horrore, at diſtinctiſſime tamen, audivimus in ejus collis ſummitate & ad barathri illius crepidinem collocati, ingentem vim marinarum aquarum ab una parte montem ſubeuntem & ab altera parte exeuntem, quae dum pertranſibat terribili & tonitrua ſuperante ſtrepitu inferiora medii montis, qua focus ſeu caminus patebat, ſaxa ignea per os iſtud magno cum fragore exire cogebat, aëre in ſuperiora expreſſo, & ſatis alte tollebat & ejaculabatur. ea certe imago nobis naſcebatur e viciniſſimo audientibus & videntibus, immo pene tangentibus, hoc naturae mirabile phaenomenon. quae opinio, etſi naturae callentioribus viris forte poſſit non placere, a nobis deductius proponetur, ſi quando *Siculis* noſtris in lucem emitti contingat.

P. 135. Vs. 20. Πλὴν οὐ φοβοῦμαι, σοῦ μοι συμπλεύσης] *Ovid.* XV. *Epiſt. Heroid.* 213.

> *Solve ratem, Venus, orta mari, mare praeſtat amanti.*
> *Aura dabit curſum: tu modo ſolve ratem.*
> *Ipſe gubernabit reſidens in puppe Cupido:*
> *Ipſe dabit tenera vela legetque manu.*

Plutarch. Theſeo p. 15. Λέγεται δὲ αὐτῷ [*Theſeo*] τὸν μὲν Δελφοῖς ἀνελεῖν θεὸν, Ἀφροδίτην καθηγεμόνα ποιεῖσθαι καὶ παρακαλεῖν συνέμπορον. Sed non ſola Venus ſe rei nauticae inmiſcebat: ut ſunt dii rerum omnium omnes periti: ſed etiam *Minerva* apud *Eurip. Iphig.* in *Taur.* 1486.

> Ἴτ', ὦ πνοαὶ, ναυσθλοῦτε τὸν Ἀγαμέμνονος
> Παῖδ' εἰς Ἀθήνας· συμπορεύσομαι δ' ἐγὼ,
> Σώζουσ' ἀδελφῆς τῆς ἐμῆς σεμνὸν βρέτος.

Eumenius Paneg. Conſtant. XIV. *Quis enim ſe quamlibet iniquo mari non crederet te navigante?*

P. 135. Vs. 21. Ἐνέβη ταῖς ναυσὶν] vide ſuperius ad hujus paginae vs. 3. L. v. x. 95. 20.

P. 135. Vs. 22. Καὶ κεφαλὴν καὶ χεῖρας κατεφίλησε] *Heliod* III. 159. προσεκύνει πεσών. ἐμοῦ δὲ ἐπέχοντος, ἐφίλει πολλὰ τὴν κεφαλὴν προσελθών. τοῖς τε θεοῖς ὁμολογεῖν χάριν, οὐκ ἐσφαλμένους ἐλέγων, ὧν προσεδόκησεν. ſic *Taur.* ad-

adstipulantibus fere V. P. X. sic L. v. 223. 245. *Eunap.* 86. *Longus* III. 86. κὴ τὴν κόμην ἐφίλησεν, ὥς τῶν ἴων κρείττονα. recte igitur *J. Broukbusius* praefert in *Propertio* L. VI. XIV. 20. non *genae*, sed

Et canae toties oscula ferre comae.

blandientis esse etiam *comam demulcere* dictum L. VI. IV. 104. 19. *Psellus* de *Daem. Op.* 25. ἠρέμα καταψήσας μου τὴν κόμην. ubi male βαθυστενάξας uno ductu.

P. 135. Vs. 22. Χεῖρας] hoc illiberale olim. adulatio sensim invexit morem hunc. *Anthol.* III. XVI. 2. 240. *Isiderus Aegeates.*

Οὔποτε δ' ὀθνείην ἔκυσεν χέρα γαστρὸς ἕκητι.

vide doctiss. *Schwarzium* ad *Plinii Paneg.* XXIV. *Nec tu civium amplexus ad pedes tuos deprimis: nec osculum manu reddis.* id est. *cum alioquin ore ori adplicato* vel *osculum applicantes osculo alterius*, *osculum* [basium] *reddere* consueverimus. superbiores non ore, sed manu mutuum osculandi actum peragunt. *Justinus* XII. 15. *Mamertin. Juliano* XXI. Et passim haec obvia.

P. 135. Vs. 23. Ἵμερον πᾶσιν ἀνέθηκε] si haberetur ἀνέθετο ferri quodammodo posset. ut χάριν καταθέσθαι τινι. IV. v. 72. 19. nunc omnino legendum ἐνέθηκε. sic fere ψυχὴν ἐνέθηκεν antea dixit. *Eurip. Supplic.* 203. πρῶτον μὲν ἐνθεὶς σύνεσιν. *Aristaen.* I. XI. λήθην ἐνέθηκε. *Joseph. Ant. Jud.* XIX. 12. 924. ἐνεποίησε θάρσος. *Lucian.* N. 906. Φόβον τοῖς δυσμενέσιν ἐντιθέναι, τόνον τοῖς ἄκροις. II. 910. Similis in ducem propensio militum memoratur *Xenophonti* L. v. H. H. 544. D. *Eurip. Alcest.* 191. de mutua ejus & familiae comitate & studio.

——— ἡ δὲ δεξιὰν
Προὔτειν' ἑκάστῳ. κοὔ τις ἦν οὕτω κακὸς,
Ὃν οὐ προσεῖπε κὴ προσερρήθη πάλιν.

LIBRI OCTAVI CAPUT QUINTUM.

P. 136. Vs. 1. Ὄντι δὲ αὐτῷ περὶ Χίον κὴ Τύρον] Credisne, Lector, hominem, in Caria natum: immo, si velis, Romae natum: credisne Charitonem, quem huc usque satis peritum expertus es locorum, adeo Geographiae omnis fuisse ignarum, ut regem Persarum uno tempore, ceu in vicinis locis, collocarit in Phoeniciae litore & simul in insula maris Aegaei ad Ioniam? an potius adscribis negli-

gligentiae & ſtupori ſcribarum, qui ἐπέρασε & ἠγόρασε confuderint alias? itane potuit ſcribere, qui in praecedentibus dedit πυθόμενον δὲ Τύρον ἑαλωκέναι, περὶ Σιδῶνος ἐφοβεῖτο. Eo inſulſa & ignara tamen iniquitas quorundam proceſſit in recentioris paullo, immo in antiqui aevi ſcriptores, ut craſſiſſima errata ipſis inputare non vereantur. ſed iſtos homines ſuo ſibi more ſapere ſinamus. aliter plane ſe res habet in popularibus erroribus, quorum ſpecimina modo vidimus circa *Caſpium* mare & *Iſtri* amnem. hi enim revera ipſorum auctorum errores. Χῖος videtur librariis in deliciis fuiſſe ob bonum vinum. ap. *Platonem* L. I. de L. L. 628. B. Ἐπειδὴ γὰρ αἱ μείζους τὰς ἐλάττους πόλεις νικῶσι μαχόμεναι καὶ καταδουλοῦνται.... Κείους δὲ Ἀθηναῖοι. ubi dant Χίους quidam libri. ſed *Cea*, *Simonidis* patria, reſpicitur probabilius, Atticae orae vicina inſula & *Athenienſi R. P.* ſubjecta. Χῖος erat inter δυνατωτάτας νήσους. vide *Demoſth.* de *Corona* 512. A. praeterea ſocii Chii *Athenienſium*, non adeo ſub dominatu eorum, ut pleraeque Cycladum. conſule *P. Weſſelingium*, V. Cl. ad *Antonini Itiner.* 522. Κία *Ptolemaeo* dicitur Κία. ſoni vicinitas hic fraudi fuit.

P. 136. Vs. 1. περὶ Τύρον] vidimus L. VII. VI. 120. 17. a Chaerea captam. nuſquam receptam a rege commemorat, & caute quoque, ὅτι περὶ Τύρον ſcribens, poteſt videri locutus: nempe ut Rex *eam reciperet.* nec obſtat quod dicatur *Herculi Tyrio* ſacrificaſſe. nam ejus templum erat in continenti in Palaetyro. vide *Curtium* IV. II. 4. nec quod mox pagina ſequente vs. 5. βασίλεια commemoret. potuerunt eſſe etiam in Palaetyro. ſed obſtat omnino, quod dicat mox πᾶν τὸ πλῆθος ἔστησεν ἐπὶ τοῦ λιμένος. portus ille nullus niſi Tyri *inſularis*. talia minus ad Chaereae res facientia, utrum & quomodo Tyros ſit recepta, lectori colligenda relinquuntur.

P. 136. Vs. 7. Στασείρας προφάσει] L. II. V. 31. II. *Tacit.* III. *Hiſt.* 37. *Velut pro Vitellio conquerentes ſuum dolorem proferebant.*

P. 136. Vs. 7. Σφῶν] *Iliad.* T. 202. ubi ἑκάστη.

P. 136. Vs. 10. Δευτέρα τῶν ἡμερῶν] aptum & ſufficiens navigationi ſpatium Cypro Tyrum.

P. 136. Vs. 12. ἐπέτεινεν τὴν ἀπορίαν] *intendit. auxit. Lucian. Abdic.* II. 160. τὰ τῆς ὀργῆς ἐπιτείνεται.

P. 136. Vs. 12. Σημεῖον] Erat *aquila aurea in pelta ſuper haſta. Xenoph.* K. Π. VII. 172. D. K. A. 271. D. haec ad loca *Leunclavius* & *Hudchinſonius* poſſunt conſuli & *Briſſonius* L. III. de R. P. 81. & 82. habetur autem apud *Xenoph.* ἀετὸς ἐπὶ πέλτης ἐπὶ ξύλου. *aquila* igitur *peltae*, *pelta cum aquila haſtae inpoſita fuerit. Hudchinſonii* ξυστοῦ non diſplicet. at *Leunclavii* ἐπὶ παλτοῦ longe probabilius deleto ἐπὶ ξύλου. Quia tamen *Philoſtratus* quoque *Icon.* II. 32. ὁ χρυσοῦς ἐπὶ πέλτης ἀετὸς habet. & ξύλου & ξυστοῦ & παλτοῦ vix receperim, eſſe putans gloſſam, & vulgatam ſervarim. praecipue

cipue quia *Hesychius* Πέλτη interpretatur ἀκόντιον. quod aptum & vim vocis δόρατος, quam alias adhibet *Xenophon*, adaequat. certe καταπέλτης & καταπάλτης idem ὄργανον. ap. *Plut.* in *Artax.* 286. Ἀλεκτρυὼν χρυσοῦς ἐπὶ δόρατος circumfertur. In nauticis talia signa in usu Romanis & Graecis quoque. vide *Diod.* XIII. 46. 577. cum *Wesselingii* nota.

P. 136. Vs. 13. Μόνῳ] monuimus voces μόνος. τελευταῖος. πρῶτος, modo substantivos sequi: modo adverbii naturam malle eodem sensu. I. II. v. 53. 9. VIII. II. 130. 21. VIII. v. 137. 7. certe quamvis regina adforet, tamen rege praesente tale signum tolleretur. leve est *Apogr.* exhibere ἄρεσθαι. voluit forte αἱρεῖσθαι. quae antea confusa vidimus. contra apud *Nemes.* de N. D. 125. διαίρων pro διαιρῶν. ubi mox ex *Cod.* forte recte adjeceris, ἄκρων τῶν στοιχείων „ τὰς ἐναντίας ταύταις ποιότητας „ τουτέστι.

P. 136. Vs. 15. Τάχα δέ τις εὑρεθήσεται βασιλεὺς Αἰγυπτίων] at Aegyptii regis caput ad Persam erat delatum. deest igitur ἄλλος vel ἕτερος. vel forte aliquid amplius deficiat. mox ἔστησεν in *apographo*.

P. 136. Vs. 22. καλῶς] *omnino*. τελείως. vide *Suidan.* qui alio sensu ita interpretatur.

P. 136. Vs. 24. Τίς ἄρα] supple Τίς σ' ἄρα. vel alio loco pronomen supple, quoniam necessarium videtur.

P. 136. Vs. 27. εἰς γῆν καταλιπὼν, ἐκ θαλάσσης ἀπολαμβάνω;] An respexit Polycratis fortunam, qui annulum in mari amissum in terra inverso sortis casu recepit. vide *Herodot.* III. 42. solet saepe ita respicere aliquod memorabile factum dictumve.

P. 137. Vs. 2. πληγὴν καινὴν] L. v. v. 88. 4.

P. 137. Vs. 10. Καὶ χάριν δὲ πάλιν ἠπίστατο, ὅτι Καλλιρρόην μηκέτι δύναιτο ἰδεῖν] Sane necesse fuerit, ut bona fide cum σωφροσύνῃ & castimonia rex in gratiam redierit, qui gratias sibi debere visus fuerit Chaereae, quod jam amplius oculorum illecebra pellectus nequeat illiciti amoris pabula & fomites invenire. sed quomodo haec conveniant dictis. ἐπὶ παλαιῷ τραύματι ἔλαβε καινὴν πληγήν. & Μακάριος Χαιρέας, εὐτυχέστερος ἐμοῦ. L. VI. I. 99. I. In *Xenophonte Ephesio* adsatim exemplorum dedimus omissarum periodorum: & occasione ferente etiam insigniora sistemus. quare nec hunc lacuna laborare vereor suspicari locum. Verba non, sed sensum dabo. Καὶ χάριν δὲ αὐτῷ πάλιν ἠπίστατο, ὅτι τὴν βασιλίδα ἀπολάβοι· ἐλυπεῖτο δὲ ὅτι Καλλιρρόην μηκέτι δύναιτο θεάσασθαι. Et alias incommode profecto nulla mentio vel praecipui beneficii fit, quod nempe Chaereas redditione praestiterit reginae.

P. 137. Vs. 11. Μακάριος] invidia ipsum de mentis statu dejecerit, si hoc coram regina, τῇ φιλτάτῃ γυναικὶ, dixerit: sed hoc in aurem Eunucho insusurrarit. an itaque verum adeo, quod Reginas Persarum regum patienter tulisse tradant pellices!

P. 137. Vs. 15. Μετέωρ☉ ταῖς ἐλπίσι] *Aeneas Ep.* xv. *Ammian. Marcell.* xv. vi. 67. *coelo contiguus. Nonnus Dionys.* xxxiii. 203.

—— —— Ἀιθέρ☉ ἥπτετο Μοῤῥεὺς
Ἐλπίδι μαψιδίῃ πεφορημένο☉.

P. 137. Vs. 20. Κεραυνῦ πεσόντ☉] *Horatiana* comparatio L. iii. *Od.* iii.

Nec fulminantis magna manus Jovis,
Si fractus illabatur orbis,
Impavidum ferient ruinae.

ita σκηπτῦ πεσόντ☉. *Artem.* ii. 8. 91. βορέαο πεσόντ☉. *Hom.* Odyss. ξ. 475.

P. 137. Vs. 21. Λόγων σκηπτῦ βαρυτέρων] σκηπτὸς κεραυνός. *Ulpian.* ad *Demosth.* de *Cor.* 505. de eo egit *P. Burmannus* in *Jove* καταιβάτῃ C. iv. p. 246. *Theodor. Prodr.* vii. 309. Βεβλημμένη γὰρ ὡς τυφῶνι τῷ λόγῳ. *Eunap.* 140.

P. 137. Vs. 23. Αυπεῖσθε] L. vi. ii. 100. 10. viii. v. 136. 6. *Eumenius gratul. Const. Aug.* lx. *ut quamvis nefas esset te flente laetari.* mox vitiose ἀπέδωκε. in *Apograph.*

P. 137. Vs. 27. Πρῶτ☉ εὐεργέτης] dignitate primus, hodie viventium. ita πρῶτ☉ Ἰώνων. πρῶτ☉ Μελιταίων. vide L. ii. vi. 32. 2.

P. 137. Vs. 27. ἀναγραφήσῃ] plerumque passiva notione occurrit. ideoque futurum secundum censendum est. *Plato Phaedro* 271. C. γραφήσεται καὶ λεχθήσεται. *Eunap.* 113. *Libanius Argum.* in *Demosth. Aristog.* 828. Et hoc monstrant alia tempora. ἀναγραφῆναι εὐεργέτης. *Lysias.* p. 365. 259. in Inscriptione Geloa tamen est a γραφέω. καταναγραφήσηι. & hinc sunt γεγράφηκα & ἐγεγραφήκειν *Budaeo* & *Stephano* laudata ex *Synesio.* sed passim occurrunt. invito tamen librariorum & his similium lucumonum grege. sic ap. *Nemes.* de N. D. ii. p. 4. erat γεγραφήκασι. sed scriba libri mei dedit γεγράφασι. sic in *Luciano Quom. Hist. Scrib.* p. 41. legebatur συγγεγραφηκότες. sed *ea labes*, ut vocatur, *vel sine codicibus corrigenda fuerat.* Et nunc correcta est auctoritate unius scribae, Atticam hanc speciem ignorantis. videor & alias offendisse hanc formam ap. *Lucianum.* sed forte eadem jam sollers manus illam in melius restituerit.

Controversia nulla movenda est hujus futuri significationi passivae: *Lucianus Contempl.* p. 524. praetulit εὐεργέτης ἀεὶ ἀναγεγράψῃ. quid quod occurrunt passim media futura notione passiva. tamen, si *Codices* consulas,

sulas, saepe profecta, non ab auctoribus, sed a librariis, qui syllabam unam, qua passivum futurum saepe superat medii futurum, neglexerunt. exempla stiti L. I. XII. 17. 16. ἐπιβουλευθησόμεθα ex *Taur.* restituendum *Heliodoro* L. VI. 293. in *Luciano* T. II. 219. ἐξαπατηθήσεται bene repositum.

Et sic librarii passim medias syllabas negligunt. hinc διαχρησάμενον & διαχειρισάμενον ap. *Heliod.* VII. 364. at tamen contra L. I. 23. διαχρησόμενος pro διαχειρισόμενος *Taur.* utroque loco praetulerim διαχρῆσθαι. L. X. 501. *Taur. Vat. Xyl.* ἀναδειχθῆναι pro ἀναχθῆναι. tamen vulgata non displicet ἀναχθῆναι περίβλεπτον ἐπ' ἀνδρεία. *Petri Ep.* I. II. 20. habet κολαζόμενοι pro κολαφιζόμενοι. in *Dione* p. 437. collationis in *Bibliothec. Coislin.* habes contrario vitio κατακαλυπτομένους pro κατακοπτομένους. eodem e fonte ibidem manavit 441. πολοῦντες pro πυρπολοῦντες. ap. *Diodor.* III. 242. προσβεβηκότες pro προσβεβορηκότες. non semel ita peccari doctus interpres ibi admonuit. in *Demosth.* II. *Olynth.* 25. D. βοησόμενοι pro βοηθησόμενοι. & 126. F. in *Cod.* meo. sic praetulerim καταψηλαφήσασα prae καταψήσασα ap. *Lucianum Asino* 582. ap. *Titian. Advers. gent.* LIV. καταβορθώσαντες nihili vox in contextu. inter varias est καταβορβώσαντες. forte καταβορβορώσαντες placeat. sed *Cod. Gallici* lectio καταβοθρώσαντες videtur sana. posses καταποντώσαντες. *Themistocl. Ep.* IV. 15. ἐπικαλυπτόμενοι pro ἐπικαμπτόμενοι recte *Codex.* vide *Animadv.* p. 444. 80. 10. *Plutarch. Theseo.* 18. μικροὺς ἀνδριαντίσκους. alii ἀνδριάντας. quod perperam probat *Bryanus.* vide Animadversiones p. 140. 19. 20. *Eunap.* 84. τὰ αὐτὰ προσέρραινε. satis probum. sed meliorem ad lectionem ducit *Barberinianus Codex*, qui videtur habere προσεπέραινεν. nempe dupliciter compositum verbum προσεπιρραίνω hic latet. προσεπέρραινε. quo de genere egimus. ibidem 69. κατεσπάρησαν καὶ κατενέμησαν. *Cod.* κατενεμήθησαν. non deterius, si ceteri sic codices. mox ibi corrige κατετύγησαν in κατεζύγησαν. sed id monui jam, si memini. Idem p. 88. ὁ τῶν ἱεροφαντικῶν θεσμῶν παραγεὶς νόμος. *Codex* forte recte παραραγεὶς, id est, παραρραγείς. ap. *Heliod.* IX. 450. legitur οἱ δὲ μικροῖς μὲν βέλεσιν, ἰῷ δὲ δρακόντων πεφραγμένοις εἰστοξεύοντες, ὀξύν τινα καὶ ἀπότομον θάνατον ἐπέφερον. at quis dixit βέλος φράττειν ἰῷ? hoc σιδήρῳ fit. Tu lege cum optimo *MSto.* ἰῷ πεφαρμαγμένοις. *medicatis. veneno infectis.* quo minus dubites, scias & *Vaticanum* librum ita perspicue exhibere. quod tamen *Commelinus* te non docuerit. *Aelian. Hist. Anim.* IX. XV. λέγονται δὲ οἱ Σκύθαι πρὸς τῷ σκυθικῷ, ᾧ τοὺς ὀϊστοὺς χρίουσι, καὶ ἀνθρώπειον ἰχῶρα ἀναμιγνύναι φαρμάσσοντες. V. XVI. σφῆκες φαρμάττουσι τὸ κέντρον. ubi ex *Odyss.* A. 261. φαρμάκῳ ἰοὺς χρίεσθαι. sic βάπτειν. *Pausan.* IV. XXXVII. τὸν Ηρακλέα ἀπὸ τῆς χολῆς αὐτοῦ τὰς ἀκίδας φαρμακεῦσαι τῶν ὀϊστῶν. *Achilles Tat.* II. 97. Κόντος πίσσῃ πεφαρμαγμένος. *Lucian.* I. *Ver. Hist.* p. 81. χρίειν τὰ βέλη μαλάχης ἰῷ. *Strabo Libro* XI. 763. C. sic scribit.

Χρῶνται δὲ οἱ Σάονες φαρμάκοις πρὸς τὰς ἀκίδας θαυμαστῶς, ἃ οἱ τοὺς ἀφαρμάκτοις τετραμμένους βέλεσι λυπεῖ κατὰ τὴν ὁρμήν. ubi θαυμαστοῖς non opus. miraberis vero ἀφαρμάκτοις verti *venenatis*. verum ista versio bis mille scatet mendis: ap. *Alciphr.* III. III. 282. καταπλῆναι recte probatur. *Cod.* tamen conspicuis literis κατασκληθῆναι. *Anthol.* IV. VIII. 26. 312. ὀφθαλμοῖς ἐσκληκόσι. 28. 313. δέρμα κατεσκληκός. in *eodem Sophista* III. XI. 4. ἀπεχθανομένη pro ἀπεχθομένη idem liber meus exhibet. verum haec jam nimia.

P. 138. Vs. 4. Τὴν ἐπιστολὴν κατεφίλησεν,] inter amantes circa epistolas & quidquid ab amante profectum blanditiae tales obviae. etiam amici circa epistolas his non abstinuerunt. adeas *Jo. Pricaeum* ad *Appulej.* III. *Met.* 172. ex *Juliani Ep.* XL. & LX. id docentem.

P. 138. Vs. 5. εἶτα ἀνοίξας τῷ στήθει προσετίθει, ὡς ἐκείνην παροῦσαν.] caras res pectori admovemus. *Ovid. Met.* VIII. 538.

Post cineres, cineres haustos ad pectora pressant.

vide ibi *N. Heinsium*. *Heliod.* II. 77. δέλτον, ἣν πρὸς τοῖς στέρνοις αὐτῆς εὑρήκαμεν. sed id condendi caussa tantum. L. VIII. IV. 135. 2.

P. 138. Vs. 7. Ὄνομα] L. IV. II. 66. 25.

P. 138. Vs. 8. Ἦλθεν] *legendo*. ita ἐπέρχεσθαι. *Heliod.* II. 77. L. VIII. 406. ἐπιστολὰς διελθών. sed *Taur.* ἐπελθών. cum P. X. & *Vat.* sic ἐπιέναι. *Heliod.* I. 71. IV. 188. προϊέναι. *Achill. Tat.* V. 343. & passim.

P. 138. Vs. 9. Σὺ γὰρ εὐεργέτης ἐμός] ipsissima illa verba non comparent in ipsa epistola VIII. IV. 134. 21. sed Διονυσίῳ εὐεργέτῃ. σὺ γὰρ εἶ, ὃ. quae sensu haec verba adaequant. quare nihil deesse statuamus, nec hic nec illic. quin omnem scrupulum forsan quis tollere velit legendo. σὺ [ὦ Καλλιρρόη] εἶ εὐεργέτις ἐμή. *non ego de te merui: sed tu de me meruisti.* centies substantiva hujus terminationis sexum mutarunt. *Xenophont.* II. *Memor.* 740. B. παραστάτις in παραστάτης abiit. εὑρετίς. ap. *Artemid.* II. 42. 135. περὶ Ἀφροδίτης. *Marinus Proclo.* XXXI. 78. ἀρθρῖτις νόσος. *Cod.* recte. sed ubi bis νῦσος pro νόσος. vid. *Animadv.* 237. & sic *Dionysius* duo hic sibi invenit displicentia. quod non scripserit Callirrhoe. Καλλιρρόη ἀνδρὶ χαίρειν. sed Διονυσίῳ. deinde quod adjecerit εὐεργέτῃ. quod refutat dicens. σὺ εὐεργέτις ἐμή. τί γὰρ ἄξιον ἐποίησα σοι. cum autem semel εὐεργέτης irrepserat, ἐμὴ vel ἐμὸς facile abiit in ἐμός. verum aliis reliquerim lubens similes argutias. proditas lectiones sequi & explicare longe satius.

P. 138. Vs. 12. Πήλας ταῖς χερσὶ] Consuetudini & *Homero* suo hanc ἔννοιαν debet. qui de *Hectore* & *Astyanacte*. *Iliad.* Z. 474.

Αυ-

Αὐτὰρ ὅγ' ὃν φίλον υἱὸν ἐπεὶ κύσε, πῆλέ τε χερσίν.

etiam hunc habitum non indignum Epico censuit *Val. Flaccus.* I. 259.

Ut puer [Achilles] *ad notas erectum Pelea voces*
Vidit, *&* *ingenti tendentem brachia passu*,
Adsiluit, *caraque diu cervice pependit.*

P. 138. Vs. 15. Καινὴ ζηλοτυπία] quod scribis priscis, id hodie iis, qui se gloriantur Criticos, evenit: ut ubicumque facilis ambiguitas sit, in illo amplectantur loco, ceu meliorem lectionem, quam non reperiunt in vulgato contextu: securi utrum prodita lectio sit aeque bona, vel saltem aptum sensum sortiri possit. sic hic non dubito, quoniam exstet, καινὴ ζηλοτυπία, quin quidam inclinent in κενὴ ζηλοτυπία. & κενότης huic adfectui magna ex parte plerumque propria est: si enim vel aliqua parva caussa zeli, centuplicatur fere. unde in πάθει tali semper longe plus sit inanitatis, quam veritatis. omnis igitur zelotypia fere κενή. Contra jam quin haec Dionysii zelotypia habuerit etiam aliquid novi, & quod ipsi peculiare sit, quis dubitet! qui velit singularia zeli Dionysii, ex variis hic proditis casibus colligere, facile inventurus est, quibus editam lectionem defendat. alio sensu καινὰς ζηλοτυπίας dixit *Lucianus* T. III. 282. Consideremus loca quaedam, ubi hae voces re vera sese mutuo excludunt. ita in Platonis *Timaeo* 58. A. σφίγγει πάντα καὶ καινὴν χώραν οὐδεμίαν ἐᾷ λείπεσθαι. ibi merito κενὴν praetuleris. recte ap. *Philonem Jud. Leg.* ad *Caj.* II. 572. (1019. A.) κενὰ in καινὰ mutatum ex *Codd.* ap. *Xenoph. Eph.* III. 48. in *Cod.* ἀσφάλην ἄρα, πάντα καινὰ, καὶ τῆς ἐπιθυμίας τοῦ θανάτου. vulgo κενά. accipe illud πάντα καινὰ per parenthesin, ut τὸ καινότατον. nec transpositione opus fuerit. nova res, ut quis nec mori possit quum velit: quum venenum biberit. cum alioquin *atri semper janua pateat Ditis.* mox ibi τοῦ φαρμάκου ex sententia viri praestantissimi in *Miscellan. Nostris Vol.* V. III. 60. cui facile adsensum praeterea praebuerim elegantius putanti τὸ τοῦ φαρμάκου. ap. *Theodor. Prodr.* IX. 389. ipsa versio indicat καινὴ esse mutandum in κοινή. ap. *Longum.* IV. 110. καὶ ἦν μοι κενὸν πένθος ἀνθῶν. in *R. Columbani Edit.* sed *Cod. Ursini* καινόν. ab eoque probatum. *Mollius* κοινὸν dedit. quod probarim.

P. 138. Vs. 17. Πολλὴν ὁδὸν καὶ πόλεων ἡγεμονίαν] Qui ita ἀναφρόδιτος est, ut sua experientia nesciat occupationes & peregrinationes esse inter amoris efficacissima remedia, id vel discere potuisset ex *Nasonis remediis Amoris* vs. 144.

— *qui*

—— —— qui finem quaeris amoris:
Cedit amor rebus : res age : tutus eris.
& 214. *I procul & longas carpere perge vias.*

ſed non valde prudenter noſter adjecit τὰς ἐν Μιλήτῳ Καλλιῤῥόης οἰκήσεις. illae enim, quaecumque fuerint, non tam ſolatio, quam abrupto amori renovando videntur inſervituraе eſſe. At Dionyſium ceu virum πεπαιδευμένον, ut nobis depinxit in omnibus Charito, conſideremus. Illae vero οἰκήσεις neſcio quae ſint, niſi κενοτάφιον Chaereae. debile ſolatium: quod nec per οἰκήσεις commode explicetur. an εἰκόνας vel εἰκοῦς. *imagines.* qualis in templo Veneris in Agris *Dionyſii.* certe imagines ſaepe amantibus ſolatio ſunt abſentium amorum. ipſi *Callirrhoae* fuit Chaereae imago in annulo ſculpta. Dido Aeneae imaginem etiam confici curarat.

LIBRI OCTAVI CAPUT SEXTUM.

P. 138. Vs. 19. Εἱστήκει γὰρ ἀεὶ κατὰ πρύμναν] ſane a Cypro in Siciliam navigatio aliquot dies requirebat & noctes. ſi igitur Chaereas ſemper ſteterit ad gubernacula, mirum ni *Palinuri* ad exemplum *Somnus eum in mare projecerit praecipitem & ſocios nequidquam ſaepe vocantem.* nam vigiliis opus, ſecundum *AeſchylumSept. C. Th.* 2.

Ὅστις φυλάσσει πρᾶγος ἐν πρύμνῃ πόλεως
Οἴακα νωμῶν, βλέφαρα μὴ κοιμῶν ὕπνῳ.

& quo modo tum vera fuerint, quae legimus L. VIII. I. 128. 19. Χαιρέας δὲ εἱστήκει μὲν ἐν τριήρει καθεύδειν καὶ νυκτὸς καὶ μεθ' ἡμέραν πολλὰ πράττων. τότε δὲ Πολυχάρμῳ πάντα ἐπιτρέψας. . . & de cetera hac navigatione. p. 140. 2. Πολύχαρμος γὰρ πεπιστευμένος τὸν ἄλλον στόλον ἀπὸ Κύπρου, διὰ τὸ μηκέτι Χαιρέαν ἄλλῳ τινὶ σχολάζειν δύνασθαι, πλὴν Καλλιῤῥόῃ μόνῃ. At ſi a Cypro Syracuſas ſemper clavo adhaeſerit, non multum potuit vacare Callirrhoae, quae pro more ἐν κοίλῃ νηῒ ſedem habuerit. niſi forte id ſic velimus concinnare, ut in ſcena, tentorio, manſerit, quemadmodum legimus de *Statira* L. VIII. IV. 135. & quemadmodum mox in hac ipſa navi

navi fuiſſe legimus ἐπάνω σκηνήν. ſed de qua dubitare licet, an perpetuam ibi in itinere moram fecerit Callirrhoe. levis ſuſpicio mihi igitur nata eſt, omiſſione voculae plane alium nunc his ſenſum ineſſe verbis, quam quem auctor voluerat. nempe ſupplendum conjicio. εἰσῄκει γὰρ ἀεὶ πνεῦμα [ἄνεμος] κατὰ πρύμναν. Chaereas feliciter iter confecit. *nam ventus ſemper a puppe fuerat*, &, cum haberet magnas naves, iter per medium mare fecit, quia timebat, ne ſolita adverſa fortuna rurſus novis ſe objiceret caſibus. ſollemnis eſt locutio haec. noſter item de felici navigatione. L. I. XII. 15. 5. Ναῦς ἐφέρετο λαμπρῶς. ἀλλ' ἅπας ἄνεμος οὔριος αὐτοῖς ἐδόκει, καὶ κατὰ πρύμναν εἰσῄκει. III. VI. 52. πνεῦμα φοβερὸν ὑπέλαβε τὴν τριήρη. ap. *Thucyd. Ariſtaenetum*, alios habes πνεῦμα ἀεὶ ἐστώς, ἰσάμβυον κατὰ πρύμναν. Caſu autem omiſſa voce ſemel πνεῦμα, quis non ad Chaerean hanc periodi partem ſine ſuſpicione defectus retulerit, cum ſequeretur ſtatim καὶ ναῦς ἔχων. verum ſaepe periodorum nominativi altius quaerendi. praeterea gubernator ſaltem ap. Latinos *ſedere* dicitur. ſi ſic exaratum inveniſſemus, neminem credo huic ſcripturae controverſiae vel tantillum fuiſſe moturum. Si aliter ſentias, non indecenter & exemplo aliorum heroum Chaeream *gubernaculis longae navis*, ut loquitur *Eumen. Paneg. Conſt.* C. XIV. *praeſidentem* induxit. ſic *Aeneas* L. X. *Aen.* 215.

> *Aeneas, neque enim membris dat cura quietem,*
> Ipſe *ſedens, clavumque regit, velisque miniſtrat.*

Silenus ap. *Eurip. Cycl.* 15.

> ——— ——— ἐν πρύμνῃ δ' ἄκρᾳ
> Αὐτὸς λαβὼν, εὔθυνον ἀμφῆρες δόρυ.

P. 138. Vs. 20. Ναῦς ἔχων μεγάλας ἐπελαγίζετο] Nam parvae & minores naves litus legebant. *Propert.* III. II. 22.

> *Non eſt ingenii cymba gravanda tui.*
> *Alter remus aquas, alter tibi radat arenas.*
> *Tutus eris. medio maxima turba mari eſt.*

Diod. XIV. 55. διόπερ ἐπιγινομένου πνεύματος οὐρίου . . . . τὰ μὲν φορτηγὰ τῶν πλοίων ἔπλει διὰ τοῦ πελάγους, αἱ δὲ τριήρεις. . . παρελέγοντο τὴν γῆν. ubi vides majores naves *ſecundo vento* ſe alto committere. πέλαγος de *medio mari*. πελάγιοι. qui in *alto mari verſantur*. *Thucyd.* VIII. 44. *Sophocl. Trach.* 661. vide *Caſaub.* ad *Strabon.* I. 59. B. ap. *Heſych.* legitur, πελαγίζειν. ἐγγίζειν. πλησιάζειν. At legendum videtur πελάζειν. vel vitioſum

 ali-

aliquod χείμῶνον explicari. Nam πελαγίζειν & ἐγγίζειν sunt contraria, ut ad *Strabonem* Interpres maximus. in *Achille Tatio* IV. 247. 248. habes πελαγῶν. *mari inundare. tegere*. quum ipsum πελαγίζειν ap. *Herodotum* & alios ita accipiant quidam, & *Salmasius* ad *Achillem* p. 620. pro πελαγώσῃ ex *Codd*. intulerit πελαγίσῃ. Πελαγίζειν sic *Julian. Orat.* I. 27. quoque adhibet. ubi vide *E. Spanhemium*. πελαγῶν in *Achille* non rejecerim. in *Juliano*, ut alias, de *fluvio* πελαγίζειν. ita ipsum πέλαγος de fluvio *Danubio* adhibet *Dion Cassius* LXVIII. 776.

P. 138. Vs. 20. Περιδεῶς ἔχων] Nempe in primis timebat, ne rursus in piratas incideret: vel in hostilem classem in hoc vel illo portu ὑφορμοῦσαν. qui enim talia timebant, litus cavebant & medio mari vela faciebant. *Tacit.* II. *Ann.* 78. *vitare litorum oram, praeterque insulas lato mari pergere in Syriam*. sic *Plutarchus* p. 511. de classe *Pompeji*, post ejus caedem fugiente, Καὶ πνεῦμα λαμπρὸν ἐβοήθει πελαγίοις ὑπεκθέουσιν. ubi *M. Solanus* sine caussa πλαγίως. qui dicantur πελάγιοι, modo patuit.

P. 138. Vs. 20. Δαίμονος] jam saepius de hoc genere mentio facta. L. VI. II. 100. 23. putabant fato quodam quosdam semper infortunatiores esse. etiam loca perpetuo esse cavenda, in quibus semel cum infortuniis fuerant conflictati. unde litora timebat: in Milesia enim ora triremis illa conflagrarat. L. III. VII. 54. 20. IV. IV. 70. 10. φοβοῦμαι καὶ τὴν τύχην τοῦ τόπου. *Val. Flacc.* II. 328.

——— nec turba nocens, scelerisque recentis
Signa movent, tollitque loci Cytherea timorem.

P. 138. Vs. 22. κοσμῆσαι] mox vocantur p. 140. ἐστεφανωμένα. vide *L. de la Cerda* ad *Virgil. L.* IV. *Aen.* 418. an tum demum quoque scena illa purpurea super triremi fuerit collocata, dubium. vide disputata ad L. VIII. VI. 138. 19.

P. 138. Vs. 22. συντεταγμέναις πλεῖν] hoc loco confirmatur eadem constructio ap. *Arrianum* de *Exp. Alex.* II. 94. merito ab *Jac. Gronovio* quoque praelata. ἐπέπλει ξυντεταγμέναις ταῖς ναυσὶν. ubi alii ξυντεταγμένως. vide *Thucyd.* III. 6. 69. 85. VI. 30. addit vero, καὶ γὰρ ἦν γαλήνη, quia tempestuoso existente hoc elemento disperguntur classes, & cavent singulae, ne propius accedentes vi maris invicem collidantur.

P. 139. Vs. 1. Πρόδρομοι] vix de navibus occurrit. *Thucydidi* L. VI. 45. memorantur πρόπλοι. sed istae non triremes: sed lembi & leviores naviculae ad speculandum. vide tamen *Isocr. Paneg.* 59. D. hic indicantur naves primae & ante alias advectae e classe numerosiore. plerumque de terrestribus copiis. *Herodot.* VII. 203. *Xenoph.* 337. D. 957. C.

qui

qui & πρόοδοι. *exploratores*. *Xen*. 961. C. *Diodor*. xx. p. 443. *Herodoto* L. IX. 14. πρόδρομος ἀγγελίη. *Sophocl*. *Ant*. 109. *Sch*. *Eurip*. *Iphig*. in *Aul*. 424. quo respiciat *Photii Glossa* πρόδρομοι. ἄδοξοι. non percipio. sunt *venti*, *ficus* πρόδρομοι. & οἶνος πρόδρομος, qui & πρότροπος.

P. 139. Vs. 2. Κωπῆρες] male *apogr*. κωπῆρον. quamvis L. II. I. 23. 9. vidimus in *Codice* fuisse *Alciphronis* κωπήροις. sed nihili hoc.

P. 139. Vs. 4. Τινὰ τῶν Αἰγυπτίων] eodem strategemate circa sermonem saepe alii usi. *Thucyd*. III. 112. Δωρίδα γλῶσσαν ἔντας προσαγορεύειν.

P. 139. Vs. 7. Φορτίδας] quae erant latae & rotundae. στρογγύλαι. at *bellicae*. μακραὶ. *longae*. *Schol*. ad *Homeri Odyss*. E. 250. φορτίδος εὐρείης. φορταγωγοῦ, τῆς καὶ ὁλκάδος καλουμένης. res nota.

P. 139. Vs. 8. Μετέωροι] differunt & πελάγιοι. priores tales, licet in vicino portuum & litorum, dum in alto manent & modo non adpulsae. de secundis modo verba facta sunt.

P. 139. Vs. 10. Βαβυλωνίοις περιπετάσμασι] passim *Babylonia*, *Persica*, *Medica*, tapetia celebrantur. *Herodot*. IX. 81. vide *Sch*. *Aristoph*. *Ran*. 969. ταῖς σκηναῖς. τοῖς Περσικοῖς βήλοις [*velis*] ἢ βηλοθύροις. vide *J. Vossium* ad *Catullum* 197. *Parthica* celebrantur *Val*. *Flacc*. VI. 696.

Ipse pharetratis residens ad fraena tapetis.

nempe in quibus *pharetrae*, Parthorum arma praecipua, pictae. de filo figurae in his elaboratae. vide L. VI. IV. 103. 13. βαβυλώνιον ὕφασμα. Alexandrini multipliciter hanc artem exercebant. eo respicit *Theocr*. *Idyll*. XV. 80. Πότνι' Ἀθηναία, ποῖαί σφ' ἐπόνασαν ἔριθοι. nam non modo qua λεπτὰ erant, sed & qua ποικίλα erant, artificium lanificinae habebant. *Maneth*. V. 169.

> Τὴν ἄλλων μορφὴν τοῖς χρώμασιν οἶδε διώκειν,
> Ἢ πέπλοισι μίτοις, ἢ πλάσμασιν, ἤ ποτε κηρῷ.

sic hos versus legendos autumo. vulgo τὴν δ' & ὧδε διώκει.

P. 139. Vs. 10. Περιπετάσμασι] mox habemus παραπετάσματα. Aeterna in his confusio. & sane περιπέτασμα & παραπέτασμα idem non sunt. in genere tamen ista vela. tapetes. παραπετάσματα dicuntur passim. & casibus singularibus fit locus περιπετάσμασι. hic certe utroque loco eadem obtineat scriptura. Sic ratiocinatur *Eustath*. ad *Iliad*. Θ. p. 722. 22. παραπέτασμα δυνάμενον ὡς εἰκὸς ῥηθῆναι καὶ περιπέτασμα. sic *Plut*. *Alex*. 88. ἅμαξαι ἀλουργοῖς καὶ ποικίλοις περιβολαίοις σκιαζόμεναι. quae *Plutarcho* eidem *Artax*. 261. & *Diodor*. XI. 56. παραπετάσματα. occurrit ita παρατιθέναι & περιτιθέναι. παρατείνειν & περιτείνειν in hac re. vide L. VIII. IV. 135. 4. de *aulaeis januarum* παρακάλυμμα. παραπέτασμα potius. *Heraclides Cumanus*

nus ap. *Athenaeum* IV. X. 145. C. *Plutarch. Alex.* 70. 68. vocat αὐλαίαν παραπεταμένην. *Alciphro* XXXIX. 188. *Menander Incertis* 366. quae *Thucydidi* VI. 25. vocantur παραφράγματα *Scholiastae*, observante *Hudsono*, παραπετάσματα dicuntur. at *Suidae* περιπετάσματα in πλάτη. doctissimus *Diodori* interpres L. XVII. p. 220. praefert περιπορφύρους στολάς. & sic bis etiam loquitur ipsi laudatus *Plutarchus* in *Romulo* p. 71. verum in *Diodoro* unus *Codex* vix persuadet.

P. 139. Vs. 11. Περίεργον] L. I. XII. 17. 10. IV. V. 72. 10. mox male *apogr.* καθωρμίσθη. φορτόν.

P. 139. Vs. 15. ὡς ἀληθῶς ἤδη πεπεισμένων] haec junge. recte autem hoc verbum hic se habet. in *Xenoph.* L. II. *Mem.* 753. B. πέπεισμαι non in dubium vocarem, nisi sequeretur φασί. quod τῷ πέπυσμαι favet. In *Apostolii Lexico.* πέπηστο. *audierat.* pro πέπυστο. ita ubique haec vox adfligitur.

P. 139. Vs. 19. ἐς τότε εἱστήκει μὲν, λανθάνων δέ.] nudius illa priori posita. ubi stabat? cur non additum ἐν τῷ ὄχλῳ. ἐν τοῖς ἄλλοις. si saltem αὐτόθι haberetur, auribus satis foret factum. modo tamen vidimus ἐξ ἀγορᾶς ἐπὶ τὴν θάλασσαν progressum. sed tempus intercessit.

P. 139. Vs. 20. Τετακότων] L. V. III. 83. 19.

P. 139. Vs. 22. Περικαθήμενος] παρακαθήμενος reponendum autumabunt plerique. & facile has praepositiones permutari modo constitit. dicta quoque sunt quaedam huc facientia L. VI. VIII. III. 7. apud *Achill. Tat.* IV. 265. κἀγὼ περικαθήμενος ἔλεγον πρὸς αὐτήν. sed quod corrigitur in *Miscellan.* XI. III. I. ubi in *Xenophonti Eph.* III. 38. etiam restituitur παρῆσαν pro περιῆσαν, & quidem *Codice* volente. ap. *Schol. Luciani Timon.* 174. τρυβλίῳ περικάθηται. sed etiam ibi *Solanus* mutat. & sane περικαθῆσθαι significat quod περικαθέζεσθαι ap. *Originem contra Celsum* L. VII. p. 333. ἱστόρηται τοίνυν περὶ τῆς Πυθίας ... ὅτι περικαθεζομένη τὸ τῆς Κασταλίας στόμιον δέχεται πνεῦμα διὰ τῶν γυναικείων κόλπων. vide etiam L. III. p. 125. nec magis videtur unus posse dici περικαθέζεσθαι τινι, quam unus potest dici πῦρ περιΐστασθαι. quo de genere *J. G. Graevius* ad *Luciani Soloec.* III. 566. §. 5. & *Tib. Hemsterhusius* ad *Aristoph. Plut.* p. 332. *Tacitus* II. *H.* 59. de *duobus. Valentem* & *Caecinam pro concione laudatos, curuli suae circumposuit.* si περι servari debeat, hic non *circum* notarit, sed *circa.* certe περι male in παρα in συμπεριλαμβάνειν. mutatur in *Cod.* ap. *Demosth.* de *Corona.* 477. D. at bene constat lectio p. 479. C. quod vocabulum ante Cl. *Scottum* non fuit bene a lexicographis ornatum.

P. 139. Vs. 24. Θησαυρὸν εὑρὼν .. ἐξεβόησε] cum inventi thesauri fisco fuerunt vindicati, potius tacebant inventores thesaurorum & in sinu gaudebant. sed olim plerumque, ex majore certe parte, thesaurus inventoris

toris erat. quo de Jurisconsulti. vide modo *H. Grotium* de jure B & P. L. II. C. VIII. §. VII. *doctiss. H. Cannegieterum* ad *Aviani Fab.* XII. 5. *Matthaei Euang.* XIII. 44. id patet ex *Platonis Epigr. Anth.* I. LXXXIV. 2. 116.

> Χρυσὸν ἀνὴρ εὑρὼν, ἔλιπε βρόχον. αὐτὰρ ὁ χρυσὸν
> Ὃν λίπεν, οὐχ εὑρὼν, ἧψεν, ὃν εὗρε βρόχον.

id enim *Platonis* fide *Diogenis Laertii* L. III. §. 33. & *Cod. Palatini.* qui Πλάτωνος τοῦ μεγάλου dicit. alterum illud primum, huic fere simile, esse *Statyllii Flacci* idem liber testatur. & sane secundum facilius decurrit & est magis compactum. *Manetho* L. V. 72. imputat *Marti* & *Mercurio* felicitatem inveniendi thesauri. [unde κοινὸς Ἑρμῆς. vid. *P. Burmannus* ad *Phaedrum*. V. VI. *Heliodor*. V. 233.]

> Ἦν δ' ἐσορῇ Στίλβοντ' Ἄρης ἐπὶ τέρματος αἴης,
> Θησαυροὺς ἐπέδειξε καὶ ἐκ χθονὸς ὄλβον ἔδωκε.

ubi in *Cod.* αυαίης. pro quo *Gronov.* αὐγῆς vel αἴγλης. sed τέρμα γαίης est *Horizon*. cujus in simili caussa crebra fit mentio apud Astrologos. quod δύνων explicandum. tamen αὐγῆς non est rejectitium.

P. 139. Vs. 27. ἢ καὶ τοῦτο πεπλάνημαι] ubi igitur antea πεπλάνηται? nempe in missis legatis ad Callirrhoen quaerendam. qui spem ejus adhuc fefellerant.

P. 140. Vs. 1. Νῦν] *Apogr.* οὖν. non mirum has voculas confundi. contra in *Aeschyli Choëph.* 223. αὐτὸν μὲν οὖν pro αὐτὸν μὲν νῦν non solum *Turnebiana* dudum exhibuit, sed & *Canterus* legere jusserat, jubente metro. & tamen etiam in nuperrima editione, etiam alias vitiosissima, mendosa lectio repetita. verum spes optima adfulget praestantissimum Virum, *Anton. Askew*, ab erudita per Graeciam peregrinatione reducem, melioribus auspiciis nobis producturum principem hunc Tragicum. *Xenoph.* H. H. V. 550. D. ἴτε νῦν. *Leunclav.* non admodum necessarie οὖν reponit. mallem ἴτε νυν. ut σπεῦδε νυν. φέρε νυν. & ipsum ἴτε νυν ap. *Aristoph. Ran.* 496. licet aliter de hac particula sentiat V. D. in *Miscellan.* X. 346. sed in his nova commenta vix alicujus frugis. tu consule *Cl. Hemsterhus.* ad *Aristoph. Plut.* 965.

P. 140. Vs. 2. ἔτι καταπλεῖ] ἔτι hic notat *jam. jam nunc.* vide *Miscellanea, Observ.* XII. 495. ἐπικαταπλεῖν, ut ἐπικαταγίνεσθαι. *post aliquem venire. adnavigare.* auctoritate & hic necessitate caret. *Tacit.* dicit III. *Ann.* I. *Cum classis paullatim successit.* frequens offendiculum jam vidimus esse

Criticis inquietioribus. ap. *Xenoph. Oecon.* 831. A. profecto lectionem *J. Stobaei* C. LIV. p. 372. προσεπιφέρει elegantiorem duco, quam προσέτι φέρει. ita *Rigaltius* recte in *Artemidori* L. I. 40. p. 36. legit ἐπιμελήσειε pro ἔτι μελήσειε. ap. *Heliod.* V. 230. ἐπιβάλλει τὼ χεῖρε τοῖς βωμοῖς ἐπιφλεγομένοις. ubi *Taur.* ἔτι φθεγγόμενος. sed vulgata servanda. nam ita solent *admurmurare* quid praestigiatores in suis fallaciis. vel cum aliis τοῖς βωμοῖς ἔτι φλεγομένοις. quod praefert *Commelinus*. vide p. 233. ubi τῇ φλογὶ περιλαμπομένον hoc confirmat. vide L. IV. VII. 75. 23. III. V. 51. 25.

P. 140. Vs. 2. Ἄλλος] recte vidit *interpres* hic οὗτος vel αὐτὸς substituendum esse.

P. 140. Vs. 4. χολάζειν] vide L. VIII. VI. 138. 2. *Xenoph. Eph.* II. 25. τῷ δὲ ἄρα οὐδὲν ἔργον ἦν ἢ φιλεῖν Ἀνθίαν, καὶ ὑπ' ἐκείνης φιλεῖσθαι, καὶ λαλεῖν ἐκείνῃ καὶ ἀκούειν λαλούσης.

P. 140. Vs. 6. Καὶ αὐταὶ γὰρ αἱ τριήρεις ἐκ πολέμου κατέπλεον ἐστεφανωμέναι] Nempe triremes sub ductu Polycharmi, ad imaginem triremium sub ductu olim Hermocratis post victoriam de Attica classe, *ex bello* victrices & coronatae adpellebant in portum Syracusanum. p. 139. 7. dixit ὡς ἐκ πολέμου τριήρεις. & 138. 22. Chaereas jusserat triremes κοσμῆσαι & στεφανῶσαι. merito ambae classes *ex bello* victrices, *haec de Persis*, illa de *Athenienſibus* perhibetur. ambae sub duce Syracusano, haec sub *Chaerea* sive *Polycharmo*, illa sub *Hermocrate*. hae sunt similitudines in his σχήμασιν. fidenter autem reposui in ipsum contextum ἐκ πολέμου, pro ἐκ πόλεως. quia res ipsa òbloquitur, & ratio graecitatis non permittit καταπλεῖν ἐκ πόλεως. nam nautae & naves dicuntur ἐκ πόλεως ἀναπλεῖν, ἀνάγειν. contra in portum καταπλεῖν. κατάγειν Interpres viderat aliquid turbatum. conjecerat ἐκ πελάγους. sed hoc nihil praecipuum habet. omnes classes *e mari in portum* contendunt.

Ideo autem fidentius mutationem institui, quia voces πολέμου, πόλεως. πόλεων, πολεμίων. πολιτικὰ, πολεμητικά. πολεμίων, πολιτῶν. πόλιν, πόλεμον quam creberrime sese sedibus disturbant.

Exempli gratia ap. *Aristid. Leuctr.* T. I. p. 411. *Edit. Oxon.* πολέμιον pro πόλεων etiamnum legitur, licet jam restituerit egregius ille *Gul. Canterus.* in utilissimo libello *de Emend. Gr. Auctoribus* p. 37. In *Iamblicho* de *V. Pyth.* I. 35. 201. τῶν πόλεων pro πολεμίων recte *Kusterus.* reposuit. ap *Plutarch. Camillo* p. 288. πολιτῶν prae πολεμίων videtur recte praeferri. *Alcibiad.* 15. πόλεων pro πολεμίων recte ex *Cod.* jam quoque praelatum a Cl. *Wesselingio* ad *Diod.* XIV. 50. ubi πόλιν & πόλεμον mixta habes. In *Sylla.* 72. ex duobus *Codd.* πόλεων pro πολεμίων. πόλεμον & πολέων in *Polybio* VIII. 3. 713. *Cod.* meus miscet. nempe scri-

bae ad primae syllabae sonum, qui a dictante excipiebant, saepe hanc vel illam vocem perperam jam deproperaverant. In *Codice Epistolas Apollonii Tyan.* continente *Ep.* LXXVI. πόλεως πολέμου legas, inducta tamen priori voce. πόλεων ex conjectura & *Codice* ap. *Herodot.* VI. 42. pro πολεμίων. sed πόλεων pro πολέμων obtinere ap. *Eustath. Iliad.* H. 684. 30. disces ex *Valesii* notis ad *Mausac.* in *Harpocr.* p. 109. & pro πόλεων recte *Eruditiss. Dan. a Lennip* in *Coluthi* vs. 147. reposuit τί γὰρ πολέμων βασιλῆι. ap. *Platon.* XI. de L. L. 922. A. εἴ τε ἀνδρείαις ἢ πολιτικαῖς μηχαναῖς. ubi *Stephanus* alios legisse πολεμικαῖς colligit. receptam lectionem veram habeo: nam in illa oppositio locum habet: non in altera. ap. *Dionem Cassium* p. 82. male corrumpuntur στρατόπεδα πολιτικὰ in πολεμητικά. recte *Cod. Reg.* in *Coislin. Bibl.* 455. vide *Polyb.* XI. 9. 879. πολιτικοὶ ἵππεις. *Schol. Demosth.* I. *Phil.* 53. E. 111. *Olynth.* 35. E. de *Cor.* 512. D. In *Lysia* p. 135. nihil novarim facile. Ex innumeris haec pauca satis demserint invidiam mutationi in contextu a me inductae. Simile quid tentavimus in *Simonidis Epigrammate*, quod recensuimus. p. 628. *Animadversionum.* & olim jam Critici perceperunt utilitatem hujus observantiae circa voces misceri solitas, ejusque adminiculo saepe usi. sic *Jos. Just. Scaliger* ad *Manilium* p. 27. *aeterna, alterna & aetherea* passim in suo auctore commisceri attendit. ne de *Canteris* aliisque loquar, vel egregiis viris, qui nostro aevo diligenter & feliciter saepe hoc fuerunt usi & utuntur remedio.

P. 140. Vs. 7. Τοὺς ἀπὸ γῆς] iidem qui οἱ ἐκ γῆς vel οἱ ἐν γῇ. *Thucyd.* VI. 32. Ὁ ἄλλος ὅμιλος ὁ ἐκ γῆς opponitur τῷ ναυτικῷ ὁμίλῳ. οἱ ἀπὸ θαλάττης. *maritimi. in mari versantes.* οἱ ἀπὸ γῆς. *terrestres. in terra versantes. Xenoph. Ephes.* I. 13. βοὴ δὲ τῶν ἀπὸ τῆς γῆς πολλὴ. καὶ τῶν ἐν τῇ νηὶ συμμιγής. Noster L. I. IX. 12. 20. ταχέως τοὺς ἀπὸ γῆς ἁρπάζοντες, ἀποπλεύσωσιν. ubi τοὺς ἀπὸ γῆς. *in terra versatos.* non *abripere a terra* recte acceptum. *Herodot.* VIII. 94. οἱ ἀπὸ κέλητος. *qui in celoce erant. Lucian. Dial. Mortuor.* X. 375. Ἀλλὰ μεταξὺ λόγων, εἰ κραυγή τις ἀκούεται, ὥσπερ τινων ἀπὸ γῆς βοώντων. *Diod.* XIII. 16. τῆς κραυγῆς τῶν ναυμαχούντων καὶ τῶν ἀπὸ γῆς συμφιλοτιμουμένων. ita ipsa vox ἀπόγειος significat *eum, qui in terra, in continenti est vel oritur*, & opponitur πλέοντι κατὰ τοῦ κλυδῶνος ap. *Lucian. Lexiph.* II. 338. inde *Glossae* ἀπόγειος *terrestris.* sic ἄνεμος ἀπόγειος est *ventus terrestris. e terra continenti flans.* at male interpretantur quidam *a terra remotus.*

P. 140. Vs. 9. Συνευχαὶ] etiam alias usus. deest *Lexicis* συνεπεύχεσθαι. *Thucyd.* VI. 32. vide *Scottum.* plurima a σὺν composita neglecta. συνδιαμνημονεύειν. *Demosth.* περὶ παραπρ. 296. E. συναριστεύειν. *Max. Tyr.* XXV. 4. & innumera alia.

P. 140. Vs. 11. Ἐπεκλύοντο ἀλλήλοις συνέφηβοι] prima vocum certo corrupta. non multum abierit ἐπεκέχυντο vel ἐπέχυντο. quibus *Homerus* utitur de-

de multitudine. sic ἐξεκέχυτο τὸ πλεῖστον μέρος τῆς πόλεως ap. *Athenaeum* L. v. XIII. 212. & passim. ἐπεφύοντο forte alicui placuerit. *inhaerebant. urguebant sese.* ἐπεκλονοῦντο aliis in mentem venerit. *ingruebant.* sed id damnat in ipso *Apollonio Rhodio Schol.* L. I. *Argon.* 782. & poeticum nimis. mallem ἐπεκυλίνδοντο vel ἐπεκυλινδοῦντο vel ἐπεκυλίοντο. dativus huic verbo non disconvenit. sic de simili ὠθισμῷ. L. v. III. 83. 19. καὶ μικροῦ δεῖν ἐπ' ἀλλήλους κατέπεσον. Non ineleganter quoque reponi posset ἐπεκλύζοντο. *inundabant, undarum instar volvebantur unus super alium.* ἐπικλύζεσθαι proprie quidem dicuntur *agri inundati.* sed & *ipsae aquae* θάλασσα, πόντος dicuntur κλύζεσθαι. *Iliad.* ξ. 392. *Coluthus* 205. ita *Eunap.* 88. ἐπικλυσθέντων κακῶν. *Diodor. Sic.* XVII. 4. cum *nota. Appulej.* VI. *Met.* 116. *ruunt aliae superque aliae sepedum populorum undae.* ubi opportune *Pricaeus* ex *Ammiano.* L. XXVI. III. 347. *undatim coëunte plebe.* qui rursus. XXXI. XIII. 496. *acies undarum specie motibus sunt reciprocis jactatae.* saepe vox haec corrupta occurrit. *Demophilus* in *Similitudinibus.* p. 28. τὸ μὲν εὔκρατον ὕδωρ τὰς φλεγμονὰς ἐπικλύει. ὁ δὲ ἐπιεικὴς λόγος τὰς ὀργάς. in *Gallei* edit. ἐπικλύει. legendum puto ἐπικλύζει. *abluit.* vide *Celeb. Jer. Marklandum* ad *Max. Tyr.* XXXIII. 5. ultimam circa Charitonis locum suspicionem praetulerim.

P. 140. Vs. 11. Συνέφηβοι] *Herodianus* probat vocem. *sed grammatici* suffragio facile carebimus, dum eam vindicent *Menander* & *Philemon,* qui sic suas fabulas inscripserunt. Lexica parum curarunt. licet *Lucianus* aliique utantur.

P. 140. Vs. 11. Συγγυμνασταὶ] ex *Platone* laudatur. habet etiam *Xenoph.* 877. C. συναγωνιστὴς dicitur *Demosth.* de *Cor.* 479. D. *Max. Tyr.* VII. 6. vide ad L. III. III. 47. 3. IV. III. 67. 23.

P. 140. Vs. 12. Ἔδοξε δὲ ἔτι καὶ αὐταῖς Καλλιρρόην γεγονέναι ὥστε] constructio durior. deesse putavit *Cl. Interpres* Καλλιρρόην καλλίω. minime maie. potes suspicari Καλλιρρόην μείζονά τε καὶ κρείττονα. de qua formula L. I. I. 3. 18. Quod *Val. Flaccus* dicit L. IV. vs. 552. *Vigor novus auxerat artus.* & L. v. vs. 366. *mole nova & roseae perfudit luce juventae.*

P. 140. Vs. 13. καὶ αὐταῖς] hoc addit, ob feminis erga sexum suum innatam invidiam. L. v. IV. 84. 15.

P. 140. Vs. 13. Ὥστε ἀληθῶς εἶπες ἂν] *Heliod.* III. 135. ὥστε ἔδοξεν ἂν ὑπ' ἀστραπῆς τὸ φαινόμενον πρότερον ἅπαν ἠμαυρῶσθαι. at longe elegantius *Vat.* ὥστε ἔδοξας ἄν. quod voluit etiam *Taur.* exhibens ἔδοξες. mutavere, qui apostrophae suavitatem ignorarunt.

P. 140. Vs. 13. αὐτὴν ὁρᾶν τὴν Ἀφροδίτην, ἀναδυομένην ἐκ τῆς θαλάσσης] Cujus ideam mortalibus ostendit primus Apelles, in famosissima ad Phrynes meretricis imaginem expressa tabula. *Aristaeneti* L. I. *Ep.* VII.

VII. huc facit . . . οὕτω τῆς θαλάττης τὴν Ἀφροδίτην ἐυπρεπῶς προιοῦσαν γράφουσιν οἱ ζωγράφοι. aptissima hic comparatio, quia *Callirrhoe* e mari adventabat.

P. 140. Vs. 17. Ἐλέφαντα κ̀ ἤλεκτρον] Olim certe *succinum*, ex Persia oriundum, ignoratum videtur. *Herodot.* III. 115. Per me licet tamen auctor conjunxerit *ebur & succinum.* alioquin *aurum* & *argentum* & *electrum*, quando metalli species est, creberrime sociantur. apud *Julium Capitolinum Pertin.* C. VIII. habuerimus conjuncta haec quatuor, si *Casauboni* foret vera conjectura. *Vasaque electro*, [vulgo *eluto auro*] *auro*, *ebore*, *argento*, *citroque* composita. & sane blandiretur haec suspicio, nisi optime *Salmasius* ex *Dione* vindicasset *e ludo.* qui recte quoque *elutum aurum* hinc facescere jubet. licet *aurum lavatione purgari* vere animadvertat *Casaubonus.* uti *Hippocrat.* de *Diaeta* L. I. p. 193. χρυσίον πλύνουσι. Hinc in *Petri Epist.* I. I. 7. ubi legitur. ἵνα τὸ δοκίμιον ὑμῶν τῆς πίστεως πολὺ τιμιώτερον χρυσίου, τοῦ ἀπολλυμένου, διὰ πυρὸς δὲ δοκιμαζομένου, εὑρεθῇ. aliquando suspicatus fui, legi posse πολὺ τιμιώτερον χρυσίου τοῦ ἀπολελυμένου, διὰ πυρὸς δὲ δεδοκιμασμένου. sane aurum *purgatum*, *lautum* & *probatum* bene componuntur & eae dotes pretium auri augent. cum aurum periens & per ignem exploratum nullam comparationem habeant, & haec de auro effata sese invicem destruant. at, cum quid praedicetur esse auro pretiosius, ejusdem rei pretium in tantum intenditur & amplificatur, in quantum ipsius auri bonitas augeatur. re vera mox dicitur οὐ φθαρτοῖς, ἀργυρίῳ ἢ χρυσίῳ. sed ut ibi aurum deprimatur, argumentationi convenit, quod hic secus videtur. porro eo minore scrupulo hanc suspicionem admisi, quia ab his omissum, ab illis non interpretatum, adeoque non agnitum, hoc vocabulum ἀπολλυμένου fuit. deinde δεδοκιμασμένου suos habet auctores. & ex utraque textus inconstantia patet, hic fuisse olim turbatum, atque proinde locum suspicionibus esse subjectum. τοῦ ἀπολελυμένου, διὰ πυρὸς δὲ δεδοκιμασμένου utraque auri pretium augent, & sic amplificatur τὸ δοκίμιον τῆς πίστεως. sed alio transeamus. *Sophocl. Antig.* 1049. ait

—— ——— ἐμπολᾶτε τὸν πρὸ Σάρδεων
Ἤλεκτρον, εἰ βούλεσθε, κ̀ τὸν Ἰνδικὸν
Χρυσόν.

ubi *Electrum* nasci docet *Scholiasta* in fluvio Pactolo, prope *Sardis* in *Lydia.* esto. Verum adjicit: καλεῖ γοῦν τὸν χρυσὸν ἤλεκτρον, διὰ τὸ καθαρόν. τοιοῦτος γὰρ ὁ ἤλεκτρος. at *electrum*, sive factitium sive naturale non videtur recte vocari χρυσὸς καθαρός. vide *Tit. Institut. Justin.* I. de *Rer. Div.* §. 27. *Pausan. Eliac.* VI. 42. 406. nisi καθαρὸς hic accipiatur pro *splen-*

splendens, *radians*, *clarus.* ut *Appulejo* de *Mundo* p. 739. ubi quatuor nostra vocabula habes iterum conjuncta. *regia*, *cujus tecta fulgerent eboris nive*, *argenti luce*, *flammea auri vel electri claritate.* haec ad hunc locum sufficiant, ut lector eligat, utrum *electrum*, *metalli speciem*, an *succinum* intelligere velit. neque enim nostri est de re ipsa disceptare. de qua toti libri conscripti sunt. & de quibus quod ad eruditiorem disquisitionem possunt consuli magni viri, *Scalig.* ad *Manil.* p. 415 & 416. *Bochart. Hieroz.* P. II. L. VI. C. XVI. p. 872.

P. 140. Vs. 18. Ὕλης τέχνης τε πολυτέλειαν] vestes ad artem. naturae & artis pretiosissima. πολυτέλεια hanc habet notionem. at apud *Heliod.* L. IV. 195. πολυτελὲς nescio si suam significationem τῦ *sumtuosus* tueri possit. Κἀπειδὴ τῦ λιβανωτῦ λαβὼν ἀπέθυσα, καὶ ὕδατος ἀπέσπεισα, θαυμάζουσι μὲν ἔφησαν τὸ πολυτελὲς τῶν ἐμῶν θυμάτων. at *aqua* & *ture* rem divinam facere, non est adeo sumtuosum vel magnifici viri. cujusvis est εὐτελὲς reponere. verum aliud quid latere arbitror. ceterum ita *Codex Taur.* vulgo ἐπέθυσα & ἔσπεισα. ambigue autem excerpsi utrum habeatur ἀπέθυσα an ἀπεπέθυσα. verum id posterius vix admitti posse videtur.

P. 140. Vs. 18. Κλίνην καὶ τράπεζαν] & *lectus* & *mensa* ex *auro*. *B. Brisson.* de *R. P.* I. §. 73. 74. Nam de *mensa* inde adparet, quod Xerxes in Asiam regressus Mardonio reliquit *supellectilem*. at cum Mardonii tentorium & supellex erant capta, memorantur κλῖναι χρύσεαι καὶ ἀργύρεαι καὶ τράπεζαι χρύσεαι καὶ ἀργύρεαι ab *Herodoto* L. IX. 81. *Darii* autem *mensam* commemorans *Diodor.* XVII. p. 211. *auream* fuisse non indicat. Xerxis δίφρος ἀργυρόπους celebratur *Demosth.* in *Timocr.* 793. D. *Aurea sella regis Parthi*, *Spartiano Adrian.* p. 129. ubi *Casaubonus.*

P. 140. Vs. 20. Πενίας Ἀττικῆς] *Lucian. Fugit.* III. 377. mox *Apogr.* vitiose. ὀυκ ὡς.

P. 140. Vs. 20. Τὸ καινότατον] L. III. VII. 54. 10. ubi lege *Longum* pro *Longin. Lucian. Praec. Rhet.* T. III. 15.

LIBRI OCTAVI CAPUT SEPTIMUM.

P. 140. Vs. 22. Ἀξιοῦμεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν] nempe ἰέναι vel ἀπιέναι. ἀπελθεῖν. προελθεῖν. παρελθεῖν. creberrima horum vocabulorum est ellipsis. tamen non raro fefellit librarios & interpretes. *Aristoph. Ran.* 1312.

Ἐγὼ μὲν οὖν ἐς τὸ βαλανεῖον βούλομαι.

ubi

ubi miror *L. Kusterum* supplementum sive glossam scribae ἀπελθεῖν posse recipi censentem. multi egerunt de horum & similium verborum defectu. *L. Bosius* in *Ellipsi*. in ἀπιέναι. in ἀπάγειν. Cui pleraque debentur quae sunt notata ad *Xenophontis* L. α. K. A. p. 20. *P.* vid. *Wesselingius* ad *Diod.* XIX. C. 41. p. 349. *Tib. Hemsterhusius* in *Miscell.* T. IV. p. 282. in *Xenophonte Ephesio* recte censuit verbi defectum non tolerabilem esse: nam *Codex* ad ejus mentem ἧκον εἰς τὸ δωμάτιον supplet. apud *Alciphr.* L. III. x. 300. dubito an recipiendum sit *codicis* mei additamentum. ἐφαίνοντο δὲ καὶ οἱ κόλακες ἐγγύθεν, Γρυλλίωνα εἴποις ἂν καὶ Παταικίωνα παρεστάναι. ultima vox vulgo abest, nec sententiam juvat: immo onerat. *Sophocl. Antig.* 1261. nostrum ἀξιῶν ita fere construit.

——— ——— ἐλπίσιν δὲ βόσκομαι,
Ἀχῆ τέκνε κλύουσαν, εἰς πόλιν γόους
Οὐκ ἀξιώσειν.

ibi enim etiam verbum πέμπειν vel e vicino προτιθέναι intelligendum videtur. in locutionibus εἰς κόρακας. ἐς μακαρίαν semper ἔρρειν. ἐλθεῖν. φθείρεσθαι intelliguntur. ap. *Heliod.* V. 233. Ταῦτα ὡς εἰπὼν ἐποίησεν, ἐπὶ τὴν εὐωχίαν αὐτόν τε καὶ τοὺς ἄλλους ἐπέτρεπεν. ibi scriba *Taurinensis* supplet ἐποίησεν ἀπιέναι. & a manu secunda ἰέναι. scilicet non intellexit locutionem ὡς εἰπὼν ἐποίησεν. quae notat ὡς λόγον ἀπέφηνεν ἔργον. *ut dictum factum reddidit.* nec putavit ἐπιτρέπειν ἑαυτὸν εἰς εὐωχίαν recte dici pro *epulas adire*, at opus esse verbo aliquo motum significante. sed in utroque fallitur. ἐπιτρέπειν ἑαυτὸν εἰς εὐωχίαν dictum, ut ap. *Nostram* L. V. VIII. 94. 2. εἴασεν αὐτὴν ἡσυχάζειν. porro non deterius exhibet ἐπέτρεψεν. ap. *eundem* L. IV. 174. legitur ὁρᾶν ἐμὲ Χαρίκλεια; non percipientes scribae ellipsin ex superioribus εὔχεται vel βούλεται vel ἄξιον, *Taurinensis* reposuit ὁρᾷ μου Χαρίκλεια. alius Χαρίκλειαν. intelligens ex antecedentibus λέγεις. male. Tamen aliquando re vera verbum aliquod excidit. ut L. VII. 332. recte suspicatus fuit *Commelinus* ἑωρακὼς vel simile verbum deesse. ἰδὼν enim exhibetur *Taurini*. Rursus L. VII. 316. vox ἔζη infercitur. qui locus non una hac sed plurimis glossis obsitus est, & legendus videtur ita. Οὐ μὴν ὑπέστη γε ἐκεῖνος τὴν ἔφοδον. ἀλλὰ τὴν πρώτην κίνησιν τραπεὶς ἐπὶ τὰς πύλας, εἰσφρῆσαι εἰς τὸ ἄστυ προθυμούμενος. ubi cum *Taur.* & *Vat.* alii supplent εἰς φυγὴν τραπεὶς & εἰς τὸ εἰσφρῆσαι. alii παρὰ τὴν κίνησιν. tum ἐπὶ τὰς πύλας ἔζη. omnia frustranea supplementa. In *Senecae Troadibus* vs. 844. omnino nihil mutandum videtur: nec ellipseos hujus auxilio, nedum audacioribus commentis opus, modo, ut recte etiam proposuit magnus *J. F. Gronovius*, ex versu 849. retrahatur *procellæ nos mittet.*

 du-

duriora occurrunt: si modo duri quidquam iste locus habet. mihi secus videtur. en verba.

Numquid Ajacis Salamina veram,
Aut fera notam Calydona saeva,
Quolibet tristis miseras procella
Mittat & donet cuicumque terrae.

accusativi & alii casus saepe a remotis vocabulis pendent vel intellectis. ex. gr. in *Propertii* L. III. XXI. 37. legas

Arboreasque cruces Sinis & non hospita Grajis
Saxa, & curvatas in sua fata trabes.

ubi sive *Sinis* sit nominativi, sive patrii casus, semper verbum vix inveneris in superioribus, cui *arboreas cruces*, *saxa*, *curvatas trabes* connectas commode. nam, *nec valuit*, qui conveniat? Ut tria verba adhuc faciam circa Tragici locum. mihi in *Calydone* non intempestivius memorari videtur *aper*, *fera illa saeva*, quam in *Elide coronae Olympiacae*, vel in *Carysto*, *varium marmor*. vel in *Enispe Boreas*. Quod objicitur *Non* [*ventos*] *feras*, *sed dominos tyrannos metuisse Troadas*, etiam huic ῥήσει applicari posset. & *Eleusis nota satis sine periphrasi*. solent poetae in recensendis locis taedii & sterilitatis vitandae caussa, ea singula suis commendare dotibus: id hic *Seneca* facundissime praestitit, excepto in uno oppido *Pharis*, nulla re famoso. Intempestivissime autem & inconcinne hic *fervas* interponitur. non enim hic magis quam ad cujusvis alius loci mentionem id vocabuli necesse erat intrudere. plane fulciendi & supplendi versus gratia, quasi nequisset id eleganti epitheto facere poeta, hic compareret. semel in principio chori se *captas* Troades vocarunt: semel in fine hujus poeticae dilatationis se vocarunt *miseras*. id sufficit.

P. 140. Vs. 25. Καὶ τῦτο ἐδημαγώγησε] egimus L. I. I. 2. 26. de Hermocratis popularitate.

P. 140. Vs. 27. Εὐφήμει] ut εὕυνον. εὗρον. neglecto augmento. notes autem locutionem εὐφημεῖν τὺς θεὺς. *praedicando gratias agere*.

P. 141. Vs. I. τῆς τῶν ἐπινικίων] L. I. I. 3. 7. eadem ἔννοια occurrit.

P. 141. Vs. I. ποτὲ μὲν, ὁτὲ δὲ] passim scribitur potius ποτὲ μὲν, ποτὲ δὲ, vel ὁτὲ μὲν, ὁτὲ δὲ. *Xenoph.* de *R. P. Lacedaem.* 686. C. tamen nihil mutari praestiterit. de accentu possunt consuli viri Graecitatis peritissimi *C. A. Dukerus* ad *Thucyd.* VII. 27. & *Fr. Sylburgius* ad *Apollonii. Synt.* L. I. p. 37. in *notis*. p. 355.

P. 141. Vs. 3. Καὶ τῦτο ἐκείνοις ἥδιον ἦν] solito errore in *apographo*, ἴδιον. *Xenoph.* K. Π. I. 31. B. καὶ ἐμοὶ ὕτως ἥδιον. *Plato* de *R. P.* 614. D. ἥδιον ἀκοῦοντι. locutio eadem in hoc epigrammate, quod cujus sit, est

Ἄδηλον.

Ἄδηλον.

Δισσοί με τρύχουσι καταιγίζοντες ἔρωτες,
Εὔμαχε, καὶ δισσαῖς ἐνδέδεμαι μανίαις.
Ἡ μὲν ἐπ' Ἀσάνδρου κλίνω δέμας, ἣ δὲ πάλιν μοι
Ὀφθαλμὸς νεύει Τηλέφου ὀξύτερος.
Τμήξατέ μοι τοῦτ' ἥδυ, καὶ εἰς πλάστιγγα δικαίην
Νειμάμενοι, κλήρῳ τἀμὰ φέρεσθε μέλη.

corruptum multifariam circumfertur. sed sic legendum. notatu autem dignum nomen Ἄσανδρος. de quo doctus ille *E. Spanhemius* T. I. de *Praest. Num.* p. 488. Εὔμαχοι etiam rari. sed occurrunt.

Vitium, de quo agimus, jam notavit *G. Canterus* in *Syntagm.* p. 17. at ἴδιςον pro ἥδιςον, ut gemmula, in tot *Aristaeneti* editionibus servatum fuit L. I. XVIII. contra in *Apollonii Epist.* XI. p. 389. ἥδιον pro ἴδιον in *Codice* erat. ap. *Maneth.* L. V. 273. legimus.

Εὔμουσον, λιγυρόν, φιλοπράγμονα τῇ διανοίᾳ.
Οὗ πόρος ἐστὶ φύσις, ἡ δ' αὖ φύσις ἐστὶν ὁ δαίμων.
Καὶ σοφίῃσι λόγων φυσικὸν βίοτον μεθοδεύων,
Ζώης καὶ Μούσης ἐνσύνθετον εἰς τὸ νοῆσαι,
Ἀνθολόγοισι τροφαῖς ἢ ἐν ἰδίεσι μελίσσαις.

primo loco animadvertam, quod ad caussam nostram facit, pro ἰδίεσι esse legendum ἡδείαισι vel ἡδείῃσι. porro in horum versuum primo φιλοπαίγμονα non φιλοπράγμονα convenit. certe Musis & cantibus dediti homines nec ipsi molestias sibi crearint, nec aliis creare sategerint, tranquillitati vitae dediti & omnibus se accommodare cupientes. secundo versu φύσις & δαίμων conjunguntur, quia feliciter natum esse sub astris, eos affectus dantibus, ipsis & *vita* & *fortuna*, sive *felix vita est.* vs. 3. βίοτος φυσικὸς opponitur *vitae per philosophiam moderatae & correctae & adstrictae.* vs. 4. describitur homo, qui secundum humanas necessitates & simul secundum doctrinam vitam instituit. vs. 5. nescio an inducta voce ἡδείῃσι tamen jam sic sententia recte decurrat. vellem legeretur,

Ἀνθολόγοισι τροφαῖσι καὶ ἡδείῃσι μελίσσαις.

quid sit in *Codice*, videas in notis *Gronovianis*, & an aliud quid exsculpere queas. per τροφὰς ἀνθολόγους & ἡδείας μελίσσας intelligit *eruditionem.* sic initio hujus *libri quinti*

 Ἀν-

'Αντιλύπῳ κηρῷ τ' ἀπομαξάμενος κεκόμισαι
'Ανθολόγε Μέσης βληδῶν δώρημα μελισσῶν.

ubi vocabula ἀνθολόγος & μέλισσαι conjuncta vides. longum foret, hoc distichon enarrare, breviter tamen explicare & emendare conabor. editur κεκόσμηται. sed id nec sensus nec metrum admittit. μελεκόσμησεν & μετεκόμισεν in *Codice Erotiani* confunduntur p. 65. βληδῶν vox nihili. potes λαρῶν, potes βαλιῶν. sed mallem βλίτῶν *pressans*. hoc verbum proprium de iis qui mellis vindemiam colligunt. κομίζεσθαι de *omni messe*. at βλίττειν de *proventu mellis*. nisi pugnaret in metrum βλιδην. ut βλήδην a βάλω. μίγδην. σύρδην. φύρδην, non displiceret. ex his adparet, quantum in *Manethone*, pro materia & interpolatione, non malo poëta, restet emendandum & explicandum. sed unicum exemplum adjiciamus confusionis, quam tractamus, in H & I. ap. *Plutarchum* in *Timoleonte* p. 144. legimus. Καθαράν δὲ τὴν Σικελίαν ἐν οὐδ' ὅλοις ἔτεσιν ὀκτὼ ἀηδιῶν καὶ συνοίκων κακῶν καὶ νοσημάτων παραδοὺς τοῖς κατοικοῦσιν. ibi *Bryano* displicet vox ἀηδιῶν. procul dubio, quia debilioris significationis visa fuerit, quam ut Timoleonti laudi sit, his acerbitatibus Siciliam liberasse. & conjicit ἰδίων. at vulgata proba videtur. λιτότης modo admittatur. quod si quid mutandum foret, reponere non dubitarem ἀϊδίων καὶ συνοίκων κακῶν. & *forte id* non displicuerit.

P. 141. Vs. 3. 'Ως ἂν ἐκ πλοῦ] *post navigationem*. male *Apogr*. Καλιφρόνη μου.

P. 141. Vs. 4. ἀσπασαμένην τὴν πατρίδα] eleganter *patriam* pro *civibus*. *cives* enim *patriam* constituunt. *bruta tellus* eo nomine indigna. πατρὶς & πάτρη plerumque de ipso solo & simul ejus incolis. sed uti hic pro *incolis solis*, sic aliquando de *solo*, de *urbe*, qua aedificiis constet, discretim dicitur. quamvis de ea notione quidam dubitarint. πόλεως pro πάτρης inde substituerunt in *Libanii Epist*. DLI. p. 268. εὐτειχὴς πάτρη. *Q. Calabro* XIII. 307. qui in eo nihil novavit. *Onesto Corinthio* in *Anthol*. L. I. LXX. 15. 100. vocatur Θήβη ἑπτάπυλος πάτρη. *Lycophr. Cassandr*. 338. αἰθαλωτὸς πάτρη.

P. 141. Vs. 7. ἐνεκελεύετο] ita Latini *inhortari*. ἐγκέλευμα est *Xenophontis* p. 986. C. Lexicis ignotum. ἐγκέλευσις ipsis notatum, non est, quod memini, *Strabonis*, sed *Glossarum* & *Inscriptionis Donianae* Classe III. 45. ἐξ ἐνκελεύσεως. ut optime emendavit Cl. *Wesselingius* ad *Anton. Itin*. 719.

P. 141. Vs. 8. Ερωτώμενος] non habet notionem, quae in illis *Aristophanis Plut*. 903. καὶ μὴν ἐπερωτηθεὶς ἀπόκριναί μοι. sed quae in *Sacris literis*

ris saepe obtinet. ut in *Lucae Euang.* VIII. 37. καὶ ἠρώτησαν αὐτὸν ἅπαν τὸ πλῆθος . . . ἀπελθεῖν ἀπ' αὐτῶν. *orarunt. rogarunt.*

P. 141. Vs. 11. Λυπηρότερον ἢ μικρότερον] nolebat Chaerea populum contristare *luctuosa* narrando, nec se etiam dehonestare, *parva*, *vilia*, *contumeliosa* narrando. talia enim *captivitas. servitudo. in crucem abductio* & cetera hoc genus. quae μικρὰ & *dedecentia.* ita saepe μικρὸς significat. opponuntur λαμπρά. *Lucian. Tyrann.* 11. 158. τοῦτο ὑπὸ μοῦ γινόμενον, μικρότερον ἦν, νῦν δὲ λαμπρότερόν ἐστι τῇ καινότητι. sic *Plutarch.* in *Aemilio Paullo* p. 155. adscribit Perseo regi μικρότητα καὶ μοχθηρίαν ἤθους. *Tacitus* IV. *Ann.* 32. vocat *parva* & *levia.* contra *Lucian. Dial. Meretr.* XII. 312. μέγα καὶ λαμπρόν. & sic mox hic opponitur λαμπρόν. si legas πικρότερον, quid differat a λυπηρότερον nescio. si tamen sic legeretur, non suaderem μικρότερον reponere. nam pene synonyma saepe occurrunt. alioqui nihil magis obvium quam horum vocabulorum permutatio. jam exempla vidimus. *Diodor.* II. C. 53. ap. *Theod. Prod.* L. VI. 270. legitur.

> Ἔκκοψον ἄκραν τῇ θανούσῃ τὴν κόμην,
> Σπεῖσον μικρὸν δάκρυον ἐκ βλεφαρίδων,
> Ῥῆξον τὸ χιτώνιον, οἴμωξον μέγα.

non video quin hic quadraret πικρόν. sic ipse L. III. 141.

> Ἔρραινε πικρὰ ῥεῖθρα θερμῶν δακρύων.

& alii centies. *Anthol.* L. III. XXV. 20. p. 271.

> Σῆμα τόδ' Ἀρχιλόχου παραπόντιον, ὅς ποτε πικρὴν
> Μοῦσαν ἐχίδναίῳ πρῶτος ἔβαψε χόλῳ.

Ubi *Codex Vat.* habet μικρὴν, sed sincera lectio huic corruptae superinponitur. eo loco inductus & aliis *Cl. Hemsterhusius* ad *Aristoph. Plutum* p. 296. eandem emendationem tentat in *Meleagri* epigrammate, quo recenset poëtas, suae *Coronae* insertos, & quod edidit sic *Man. Martinus* in *Epistolis* L. IV. v. nam *Cl. Salmasius* aliter edidit & doctius, quam verius, ut reor, explicuit. sed id non agimus.

> Ἐν δὲ καὶ ἐκ φορβῆς σκολιότριχος ἄνθος ἀκάνθης
> Ἀρχιλόχου μικρὰς στάγας ἀπ' ὠκεανοῦ.

dico Cl. Virum ibi quoque reponendum censuisse πικράς. invitissime in alia abeo. sed mihi hic non respici videtur ad *Archilochi* in scribendo

bendo amarorem, qui & ſatis explicatur per comparationem cum *ſpinis*: verum puto *Meleagrum* modo voluiſſe indicare, ſe e tot & tantis operibus *Archilochi* pauca & parva *coranae* ſuae inſeruiſſe, quia huic ſuo inſtituto non aliter conveniebat: & forte nimietate in ſatyricis, ſarcaſticis & ſcopticis poematiis recenſendis lectores quidam poſſent offendi. & *Oceanus* non taxatur ob amarorem aquae; verum laudatur plerumque ceu vim purgandi habens: vel ejus mentio fit ad *magnitudinem*, *abundantiam rei* indicandam. & ſic ſaepe multiplicia & varia ſcripta, *Oceano*, *mari*, *flumini*, *fontibus perennibus* comparantur. ita *Callimachus* in *Hymno* in *Apollin.* 105.

Οὐκ ἄγαμαι τὸν ἀοιδὸν, ὃς οὐδ' ὅσα πόντος ἀείδει.
Ἀλλ' ἥτις καθαρή τε καὶ ἀχράαντος ἀνέρπει
Πίδακος ἐξ ἱερῆς ὀλίγη λιβὰς, ἄκρον ἄωτον.

Clem. Alex. Strom. I. 328. Ποταμὸς ἀτέχνων ῥημάτων, οὐ δὲ σταλαγμός. adde quod poetas & ſcripta eorum hic nullis aliis rebus comparare ſategit *Meleager*, quam floribus & herbis. μικραὶ autem ſunto ὀλίγαι; uti ſaepe. μικρὸς non modo τῷ μέγας, ſed etiam τῷ πολὺς opponitur.

Venit in mentem locus *Tibulli* ex L. IV. I. 196. quem ab *criſi ſane* non nimis modeſta liberare conabor.

Pro te vel ſolus denſis ſubſiſtere turmis,
Vel parvum Aetnaeae corpus committere flammae.

hinc quosdam collegiſſe *Tibullum humili ſtatura* fuiſſe, *J. Broukhuſius* docet. quod merito rejicit. at ſine ulla *Codicum* auctoritate reponit ipſe *pavidum corpus*. immerito. nam *corpusculum* ibi ſuum vocat *parvum* reſpectu *magnae & immenſae illius flammae*, quae in montis Aetnae barathro ardebat. eadem ἔννοια, qua *Manilius* L. V. 592. de *Andromeda*.

Cum tua fata cavis a rupibus ipſa videres,
Adnantemque tibi poenam pelagusque ferentem,
Quantula *praeda maris*!

Flamma Aetnaea pro quavis magna flamma & furentiſſimo incendio. uti alias *Aetnaeus* pro *magnus*. ſed hic proprie ſufficit accepiſſe. miror *Broukhuſium*, plus quam grammaticum, ſic erraſſe. duobus autem his verſiculis poëta languidius exprimit, quod alioqui fortius dicitur *pro aliquo in ferrum & ignem ruere. maximis periculis caput objicere.* εἰς πῦρ ἅλλεσθαι. *Virg.* VIII. *Aen.* 648.

Ae-

Aeneadae in ferrum pro libertate ruebant.

vide *P. Burmannum* ad *Suetonii Claud.* C. xxi. 759. ubi pro more laudabili huc ſpectantes locutiones copioſe illuſtrat.

delendum est αὖθ', ne syllaba abundet. vel ἤματι δ' αὖθ' ἥσσων. L. III. 264. dixit Ἠδὲ καὶ ἡμερίη τὰ τελεῖται. *haec vero etiam diurna talia facit.* quasi legeretur ἠδὲ & τελεῖται active sonaret. lege ἠδὲ καὶ ἡμερίῃ τὰ τελεῖται. *etiam haec in die fiunt.* ἡμερίῃ Ionice quo ἡμέρᾳ. ἤματι.

Vs. 152. Εἰ δὲ καὶ ἐν τροπικοῖσιν ἐνὶ ζώοις κατέναντα.

non placet, ut scribamus ἔνι & vertamus *est*. mallem scribere ἄν τε. vs. 180. antea sensum requirere monuimus

Κτῆσιν δ' αὖτ' ἰδίην τοκέων ἀπένευθεν ἔδωκεν.

sed illud abit nimis. habetur ἄμετρον. sententia forte constiterit, si refingas ἀμέτρητον. ut *dos* & *patrimonium* opponantur.

Vs. 184. Καὶ γάμου ἱμερόεντος εὐφροσύνῃσιν ἰαίνει.

jam sic pro γάμον correctum. sed editur praeterea ἱμερόεντας. *cupidos* quasi idem foret ac. L. III. 310. εὐφροσύναις τε γάμοιο τερπομένους. & ἱμερόεις idem atque ἱμείρων.

Vs. 189. Ἢ πολίων κλήρους. aut *multorum haereditates.* at tum scribendum foret πόλεων. alias ita πόλεες. πόλεσι. aliud πόλισι. vide L. IV 40. VI. 112. verte igitur *urbium*, ut semper. vide L. II. 248. κλῆρος autem hic πλοῦτος. κτήματα. οὐσία. indigitantur hic Ταμίαι sive ταμιεύτορες, ut adpellantur Liv. 580. vel τραπεζῖται. vs. 194. dele δ' post ὥρῃ.

Vs. 196. 197. 198. 199. 200. hic genera valde perturbata & alia male versa. legendum enim καὶ αὐτὰς οὔτι τίνουσι. χορευσάμενοι & ἄλλας ἦλθον. deinde ἄγονται. male *ducuntur*. immo *ducunt. abducunt*, concubitus ergo. vide L. II. 225. VI. 144. mox ἐδάμησαν. non *coercitae*, sed *occisae*. vide

vide L. II. 271. sed versionem non nisi casu curamus. innumerabilia enim tangenda forent.

L. III. Vs. 216. ἐσορῶντες. vs. 226. μεταλλάξαντες & παραλλάξαντες confusa. longe diversa Astrologis haec. vs. 239. displicent, quae hariolati fuimus de voce θαλάμοις. Haud adeo male se hic habet pro *matrimoniis*.

Vs. 247. Καὶ πενίην δυσάλεκτον ἄγει δεινοῖσι βροτοῖσι.

V. D. dedit δυσάλεκτον. *infandam*. sed nostram lectionem stabiliunt vs. 619. L. IV. κατὰ μοῖραν ἄφυκτον. & vs 477. κινδύνων δυσεκφεύκτων. vs. 454. L. II. πενίην ἐδύναντ' ὑπαλύξαι. *Nicand. Alexiph.* 250.

Vs. 333. Ἐκτόλμως. usitatius foret εὐτόλμως.

Vs. 397. Τὰς μὲν ἄρενα πέλει φύσεως βροτέης κατέναντα
φῶτ' ἐνὶ δεικήλοισιν ἑὸν δρόμον ἐξανύοντα.

Adparet cuivis vocabulum ἄρενα in menda cubare. versum quasi sequeretur ἄρρενα. sed id non minus sententia quam lex carminis respuit. non de signis *masculinis*, sed etiam de *femininis* in praecedentibus actum, uti vs 376. 392. 394. puto legendum vel ἐκεῖνα, vel ἅπαντα vel potius ἕκαστα.

Jam hanc materiam relinquit, acturus de Αφέτῃ sive χρονοκράτορι. quod argumentum non intellectum sane tenebras, in his ex re existentes & per corruptelam inductas, non potuit non aggravare. de hac materia e recentioribus consule *Cl. Salmasium* libri saepe laudati p. 267.

Vs. 399. in Graecis ἄλλ' *aliud*. ab ἄλλο. in Latinis ἀλλ' *sed*. hoc praetulerim. male autem χρεῖος *fatum* vertitur. χρεῖος est hic *debitum*, quod poeta contraxit, quando promisit se acturum esse de *potestate astrorum in res humanas*. si mei res esset arbitrii, scriberem. ἀλλ', ὅπερ οὖν μοὶ θυμὸς ἐνὶ προτέροισιν ἀεῖσαι Δῆσατ', ἀναγκαῖον χρεῖος σάφα νῦν καταλέξω.

Vs. 402. εἰ δ' ἔμπαλιν. *aut vicissim*. immo lege ἐν δ' ἔμπαλιν. *praeterea vero vicissim ubi desinit*. mox ex re minima, mala distinctione & spiritus erronea adhibitione, totus sensus perturbatus non modo, sed plane subversus. lege igitur sine distinctione vs. 403 & 404.

Οὐ μὲν δὴ πάντεσσιν ὁμῶς μερόπεσσιν ἔοικεν
Οἵης ἐκ χώρης ἐτέων λάζυσθαι ἀριθμόν.

Non profecto omnibus eodem modo hominibus par est
Una eademque ex regione annorum capere numerum.

quia haec separata & praeterea lectum οἵης pro οἴης *qualis* pro *unius*, sine ullo sensu vel communi vel astrologico redditum.

Non

Non sane omnibus simul [quasi ὁμῶ] *hominibus* videtur
Qualicumque *ex regione annorum* apprehendere *numerum.*

Nam mane nascentibus a *Sole*, vespera nascentibus a *Luna* annorum numerus ordiundus.

L. IV. 405. Ἄλλη γὰρ θ' ἑτέρη γενέθλῃ ἄφεσιν συνάρηρεν.

Quis συνάρηρεν. *aptavit.* lege Ἄλλη γὰρ θ' ἑτέρη γενέθλῃ ἄφεσις συνάρηρε. *aliud enim initium alii geniturae convenit.* ἄφεσις est ἀρχὴ χρόνου. ut vs. 401. vocatur. non intelligens quid sit ἄφεσις, *Cl. Salmasium* adeat, id docentem p. 271. de *Ann. Clim.* qui egregie verissimam suam sententiam, nempe, οἰκοδεσπότην & ἀφέτην sive χρονοκράτορα, esse diversos, potuisset adstruere ex vs. 413. vide quae de voce ἄφεσις, quam iterum habes vs. 415 & 427. diximus in *Animadversionibus* p. 432. Vs. 416. pro ἔντ' εὖτ' & mox σκέπτοιο.

Vs. 418. Ζωῆς δ' αὖτ' ἀρχὴν εὖτ' ἂν διζήμενος εὕροις,
Δισσῶν σκέπτοιο χρόνους, ὁπόσοις περιμηβοῦσιν.
Ἀντέλει, κείνους τέ περ ἠμοιβαῖσι δάσασθαι.

vulgo κείνω. sed aperte refertur pronomen ad χρόνους. tum editur περιμηβοῦσι. vox nullius formae. ἠμοιβαῖσι pro ἀμοιβαῖσι. *vicibus. vicissim. alternatim.* Iones in multis A in H mutant. sic εὐήνεμος. ἠπιδανός. II. 260. ἤπειρος pro ἄπειρος. 261. ἠμίμητος pro ἀμίμητος. IV. 6. ut quidam volunt. sic ἠδίκηλα L. II. 16. pro ἀδίκηλα. & ἤμετρον pro ἄμετρον forte L. III. 180. ἐπημοιβός apud alios obvium. vide *Animadversiones* 441. pro ἀμοιβαῖσι *Q. Calaber* VI. 177. habet ἀμοιβαίῃσιν. ut ἀρχαίη. σεληναίη. ἀναγκαίη. γαληναίη. Ἀθηναίη. *infinitivus* δάσασθαι vel pro *imperativo*, vel pendet a σκέπτοιο. σκέπτοιο χρόνους. ἢ δάσασθαι nihil insolentiae habet haec ἐναλλαγή.

Vs. 419. Τῶς γὰρ κέν πλειόνων ἀριθμὸν μοιρῶντε φράσαιο.
Ὅσσους Μοῖρ' ἐπέδησε βροτῶν μογερῷ βιότοιο.

Ita enim plurium partium numerum quoque cogites.
Quotquot parca illigavit laboriosae hominum vitae.

edoceri cupio, quomodo ὅσσους possit referri ad Μοίρας. deinde quid in astrologia sit ἐπιδῆσαι πλείους μοίρας ἐπὶ βίου. & quam eleganter dicatur Μοῖρα ἐπιδῆσαι μοίρας. *Fatum* illigare *fata.* quid quod hic non agatur de sorte hominum; sed doceatur, unde *temporis vitae numerus incipiat & ubi desinat.*

Ὁππο-

Ὅπποθεν ἐν γενέθλῃσι χρεὼ ζωῆς χρόνε ἀρχὴν,
Ἀνθρώποις φράζεσθ'. ἐν δ' ἔμπαλιν ὅπποθι λήγει.

Unde in genituris opus est temporis vitae initium hominibus cognoscere, & insuper ubi contra desinit.

Primum animadvertam Μοίρας hic minime esse *Fata*: sed *portiones. partes*, quae cuique signo triginta attribuuntur. inde toties *planeta* dicitur esse ἐν ἰδίαις μοίραις. sic L. IV. 101. ἐκτὸς δ' οἰκείων μοιρῶν. & ipso hoc loco vs. 221. ἐν δὲ μέσαις μοίρῃσιν. & recte quoque versum. Jam illae *partes* erant considerandae, ut temporis vitae *initium & finis* cognosceretur. & illud hic versiculus dicet, atque omnia erunt perspicua, simul mecum legeris.

Τὼς γὰρ πλειώνων ἀριθμὸν μοιρῶντε φράσαιο.

Sic enim intellexeris annorum & partium numerum.

πλειὼν vox *Ionica. Annus. Suidas* πλειὼν, πλειῶνος. ὁ ἐνιαυτός. ἀπὸ τῦ ἐν αὐτῷ πληροῦσθαι τὺς καιρούς. ἐκ πολλῦ πλειῶνος ἤγεν ἐκ πολλῦ χρόνυ. *Hesych.* Πλειὼν ὁ ἐνιαυτὸς ἀπὸ τῦ πάντας τὺς καιροὺς τῆς γῆς συμπληροῦσθαι. *Hesiod.* ἔργοις. 617. . . . . πλειὼν δὲ κατὰ χθονὸς ἄρμενος εἴη. *Lycophr. Casandra* 201. Εἰς πέντε πῦ πλειῶνας ἱμείρων λέχυς. & 1039. ——— μέγαν πλειῶνα μὴ πεφευγότα. *Callimach. in Jov.* Οἱ δὲ τὰ μὲν πλειῶνι, τὰ δ' ὔχ ἐνί. ubi fallitur *Spanhemius*, dum putet ap. *Aratum* quoque exstare. nam modo in ejus scholiasta *Theone* explicatur vs. 255 cui junge *Eustath* ad *Hom.* p. 115. 49. & E. M. in voce. semel autem admisso πλειώνων fulcrum quaerendum fuit voculae κὲν vel γάρ. perinde utrum retineas. vide L. VI. 685. ne autem ulla dubitatio supersit, sententiam hanc ipsam vulgariore voce proposuit vs. 404.

Οἷυς ἐκ χώρης ἐτέων λάζυσθαι ἀριθμὸν

ἐτέων sive πλειώνων. facilius erratum, quia fere vitiose πλειόνων pro πλειώνων & πλεόνων in his libris scribitur. jam vero vides, quo spectet illud ὅσυς. nempe ad πλειῶνας. *annos*. de quibus hic praecipuus sermo. vide *Salmas.* p. 120.

Vs. 425. lege πνοιῆς ἀπήμερσεν. deleto ἰῶτα subscripto. quod forsitan addendum in ultima voce hujus libri.

Μήκιστον γὰρ τῦτο βροτῶν τέλος ἔνθαδε Μοίρης

Ionice pro Μοίραις. leve peccatum, sed quod non leves turbas aliquando excitavit. Non nimium scrupulis indulgendum in demendo vel supponendo vel adponendo hoc elemento, quandoquidem non modo antiquae membranae, & lapides literati hic variant, sed Grammatici ipsi acriter inter se digladiebantur jam olim circa hanc Orthographiae partem. Ὅταν ζητῶμεν, ἐι ταῖς δοτικαῖς προσθετέον τὸ Ἰῶτα. ait *Sextus Empiricus Adv. Grammat.* C. IX. ap. Nostrum L. II. 104. editur

Πηδάλιον τε νεὼς, τὴν ἀκροτόμοισι τεμοῦσα
Πηλίου ἐκ κορυφῆς, Παλλὰς θέτ' ἀν' ἀστράσιν Ἀργώ.

ἀκροτόμοισι versum *praeruptis*. hactenus bene. *Hesychius* Ἀκροτόμῳ. ὀξυτάτῳ λίθῳ ἢ ὑψηλῷ καὶ σκληρῷ τέμνοντι. ubi certe τέμνοντι non mutandum. sed modo commatice distinguendum. τέμνων. *secans. acutus.* ita *acutae rupes*, *cautes*, *glacies*. verum an ita absolute hic se probe habuerit, dubito. saltem substantivum requireretur, cui inniteretur hoc adjectivum. quod habueris, si Ἰῶτα subscripti opem adhibueris & exararis

——— τὴν ἀκροτόμοισι τεμοῦσα
Πηλίου ἐν κορυφῆς.

quae tamen suavitas sit in ista alliteratione ἀκροτόμοισι τεμοῦσα non percipiunt aures. quid multa? conjecerim legendum porro

τὴν ἀκροτάτοισι τεμοῦσα Πηλίου ἐν κορυφῆς.

Apollon. Rhod. I. 549.

——— ἐπ' ἀκροτάτοισι δὲ Νύμφαι
Πηλιάδος κορυφῇσιν ἐθάμβεον εἰσορόωσαι.

displicuit scribis *Masculinae* adjectivum *terminationis* junctum *feminino* substantivo, tum in *Manethone*, tum in *Apollonio*. Nam *Laurentianus Codex* reformavit ἀκροτάτῃσι. verum superlativorum in his usus notus. vide *Animadversiones* p. 244. passim ita de *Pelio* monte poetae. *Catullus*.

Peliaco *quondam prognatae* vertice *pinus*.

Apollon. I. 520. Πηλίου αἰπεινὰς ἴδεν ἄκριας L. II. 1191.

——— καὶ τάμε χαλκῷ Δούρατα Πηλιάδος κορυφῆς πέρι.

In versiculo autem hoc ne sollicites ἀν' ἀστράσιν. forte quis accipiat quasi

quasi *ἀντίκρυ*. nam praepositiones saepe postponuntur. Insignis corruptela per ignorationem hujus formae dativi in ῃς occurret in sequentibus apud *Maximum*. apud quem etiam ἰφημοσύνῃς offendit vs. 319. ubi versum elegantissimum 315. non intellectum obiter illustrabo.

> ——— ——— καὶ εἰ φάος ἐλλιπὲς εἴη
> Λῆγον ἀπὸ διχομήνου ἐπ' εἰκάδι καὶ δ' ἔτι πρόσσω,
> Πλὴν συνόδου. λώιον γὰρ ἀκεστορίην ἀνύσαιο,
> Ἢν ἀλέῃ συνόδοιο μεμυκότα φάεα μήνης.

vertitur μεμυκότα φάεα. *extensum splendorem*. immo *silentia lumina lunae*. Luna *silere* dicitur in *interlunio*. in *synodo*. διχόμηνος. est *medius mensis* & saepe *plenilinium*. ab eo jubet usque ad vigesimum diem mensis & ultra, id est, ad finem, *secare venam*. scilicet *dum plerumque luna decrescit*. sed addit πλὴν συνόδου. excepto *interlunii* die. licet enim ille ad decrescentem lunam spectet: in eo tamen non est *secanda vena*. nam praestat evitare *silentem lunam*. *Plinius* haec duo tempora designat L. XXXVIII. H. N. L. VI. p. 789. 12. *quinta decima luna & silente*. aliquoties διχόμηνος male acceptum fuit vs. 297. & 457. *dimidiatum lumen*. immo *plenilunium*. ut recte. 115. Accedamus ad librum quartum *Manethonis*.

> L. IV. 5. Ζωιδίωντε πόλοιο περίδρομον, ὅς κατὰ γαῖαν
> Αἰθερίηντε κέλευθον ἐν ἠμιμῆτ' ἀποῤῥείῃ
> Πλαγκτὰ διχαζόμενος διέπει θεομήτορα κόσμον.
> *Signorumque poli circuitum, qui per terram*
> *Et aethercam orbitam in incessabili defluxu*
> *Erronee divisus administrat divinum mundum.*

secundum hanc versionem primo editam lectionem exponam: deinde ejus corruptione commonstrata emendandi viam ingressurus.

Quin πόλος Ζωιδίων. sit *Zodiacus* multis haud dubitabitur. *Manilio* L. III. 325. sic vocatur *Signifer obliquus*. *Sidonio* quoque *Apollinari*. XV. 57. absolute *signifer*. *Lucano* L. III. 252. plane ut noster *Signiferi regione poli*, quem locum *Ammiano Marcellino* L. XXVI. 11. p. 345. adplicat *H. Valesius*, cui item *signifer polus* adhibetur. sed aliud quid intelligi mox videbimus. Huic *zodiaco* tribuitur περίδρομος *circuitus*, & quidem per *terram & aethera* circumactus. nempe coelestibus zonis climata terrestria respondent, regionesque singulae singulis signis & astris subjectae creduntur & hoc bene. idem quoque perhibetur διχαζόμενος. at a quo? novi *viam lacteam* dici *secare zodiacum*. L. II. 58. sed illud hic non docetur. nec ad rem facit. potius zodiacus *secat*. διχάζει. at quod pejus,

 dici-

dicitur ὀχαζόμενος πλαγιὰ. nullus vero circulus *vago modo*, *vago tractu* sectus est. omnes certo & definito ducti. aliud plane λοξὸς. *obliquus*; quales revera *zodiacus* & *lacteus* sunt circuli & praedicantur. *obliquus signorum ordo. Firmico* L. I. IV. & II. I. & cui non! sed qualiscumque iste *peridromus* sit, perhibetur ille *mundum*, *divinae prudentiae opus*, *obire* & *regere* & *administrare*. διέπειν. διοικεῖν. ἐπιςατεῖν. *Hesychio* & passim. deinde dicitur hoc facere *in incessabili defluxu*, sive, ut postea placuit V. D. *in inimitabili defluxu*. secundum astrologos, ut notissimum, corpora coelestia influxum habent in corpora terrena: immo actiones & fata hominum. de hoc effectu *Geminus* p. 7. E. & *Salmasius* de *Ann. Clim.* p. 797. egerunt. verum hic qualiscumque *influxus* non Zodiaci signis proprius: sed omnibus astris & planetis. nam quod, si sit, *inimitabilis* sit, facile largimur. vides, ut ipsa doctrina non conveniat Zodiaco. at longe palpabilius plerisque patebit haec ita tradita esse falsissima, & nullo modo admittenda, si verba illa consideremus ἐν ἡμιμήτῳ ἀποῤῥείῃ. *in inimitabili defluxu*. prius vocabulum quod ad formam, *Ionice* diceretur pro ἀμίμητος. de quo actum ad L. III. 418. in *Animadversionibus* p. 736. verum quo colore forma secundae vocis defendetur, quae plane barbara hoc sensu? nam ille *defluxus* non ἀποῤῥείη: sed ἀπόῤῥοια. vel ἐπίῤῥοια. sic *Eunapio* p. 69. ἀπόῤῥοιαί τινες ὥσπερ ἀςέρων. quod si vel ultimae syllabae reformentur, quae supra dixi circa *influxus* universitatem, ostenderent lectionem esse falsam. sed longe id certius ex eo patet, quod, cum centies forsan hac voce ἀπόῤῥοια utatur *Manetho*, numquam eam adhibeat hac notione *influxus vel defluxus in corpora terrestria vel fata humana*. ei enim ἀπόῤῥοια & ἀποῤῥεῖν dicuntur de *Planetis*, quando *discedunt* invicem, iisque opponuntur συναφὴ & συνάπτειν. ut L. II. 439. de *Luna*.

Ῥέζει ἐν διςαῖσιν ἀποῤῥοίαις συναφαῖς τε.

J. Maternus L. IV. XIX. ita agit de *Lunae conjunctione* [συναφῇ] & *Lunae defluxione*. ἀποῤῥοία. verum quis unquam *Zodiaco* tale quid tribuit? At haec omnia largiamur. quid fiet prosodiae! quam sibi caverint poetae ab elisione vocalis longae Ω constat & tetigimus ad L. II. 119. sed & hoc transmittatur. quid fiet syllabae ἀποῤ; an secundum absurdam *Wasii* doctrinam, quam refutavimus in *Animadv.* p. 184. duplex ῤῥ syllabam non producet: cum ista litera, ob asperitatem, vel semel posita, producendi saepissime vim exserat! vide *Criticam Vannum* p. 335. & ne deleas semel caninam literam, obstat constans *Manethonis* usus & frequentissimus. alioqui sane & ipse & alii geminationem hujus literae

in

in compositis ob metrum, sed rarissime nec in omnibus, evitandi jus sumunt. ex his omnibus, immo ex singulis, constare puto partim non agi de *Zodiaco*, partim pluribus ulceribus vocabula ἡμιμήτ' & ἀποῤῥεῖ, esse faedata.

De quo igitur vel coeli portione vel phaenomeno agi hic credam, rogaveris. agit de *Hemisphaerio toto nostro & ejus diurna nocturnaque circumvolatione.* in quo *hemisphaerio*, quod saepe *coelum* & *polus*, ut hic, vocatur, insunt non modo *signa Zodiaca proprie dicta*, sed *omnes stellae*, & *planetae.* haec omnia sub nomine *poli zodiaci* sive *coeli signiferi* comprehenduntur: quia ipsae stellae, quibus signa componuntur, non omnes circumscribuntur finibus proprie dicti *zodiaci.* & quia *planetae*, utcumque eorum orbitae vagentur extra fines proprie dicti *Zodiaci*, tamen in zodiaco illas describere intelliguntur. vide *Proclum*, ubi agit *περὶ τῶν κατεστηριγμένων Ζωδίων.* Zodiacus, proprie lata illa zona, in qua signa omnia. verum zodiacus etiam ultra fines zodiacae zonae extenditur, quatenus signa partibus suis ultra illam zonam protendantur. unde etiam adjectivum *Zodiacus* saepe modo *astrifer*: non peculiariter *signifer.* & *signifer* ita pro *Astrifer* apud *Latinos. Lucanus.* VIII. 172.

Signifero quaecumque fluunt labentia coelo,
Nusquam stante polo, miseros fallentia nautas,
Sidera non sequimur.

loquitur de *majore & minore ursa.* at quis illas in *Zodiaco* posuit?

Saepe varia notio *Zodiaci* intellectum intricat. non agi de *Zodiaco* proprio, sed de *hemisphaerio* sive *coelo conspicabili* ex versu adjecto colligi quoque possit.

Ἐξ ἠοῦς ἐπὶ νύκτα καὶ ἀντολίης ἐπὶ δυσμάς.

at *Zodiaci* motus contrarius concipitur ab occidente in orientem: certe ab astronomis. hic omnes phaenomenorum mobilium circuitus concipiuntur cum coelo moveri ab oriente in occidentem. circuitus autem hic vocatur διχαζόμενος. quippe ille cursus modo semicirculum peragit ab oriente, & a puncto, ubi sol oritur, ad occidentem & ad punctum, ubi sol occidit. Nox & hemisphaerium latens & oppositum in rationem non venit. si enim totum sphaerae circuitum innuisset, dixisset, *ex oriente in occidentem & ex occidente in orientem.* jam per τὸ *ex aurora in noctem*, hemisphaerii motum significans, se explicans adjicit, *ex oriente in occasus.*

περίδρομος διχαζόμενος est vel *dimidiatus circuitus. semicirculus.* ut malim explicari. vel *in duas partes sectus.* nempe circuitus, cujus pars haec peragitur in nostro hemisphaerio, illa pars in hemisphaerio opposito. ille igitur semicircularis astrorum & astriferi coeli sive poli motus regit & dirigit totum mundum. Nec hoc habet dubium. & sic difficultate quoque jam caret vox πλαγκτός. illa enim recte adhibetur de *astris, stellis, planetis* & *coelo.* quae passim πλάζεσθαι & *vagari* dicuntur. centies *vaga* dicuntur *sidera.* hinc L. IV. 182. *planetarum* τέλος αἰθερόπλαγκτος. inde ipsum hemisphaerium sive coelum nostrum πλαγκτὸν saepe. mox exempla occurrent. nec enim de *planetis* solis, sed de omnibus *stellis.* quemadmodum hujus libri vs. 108.

> Ὧδε μὲν ἀπλανέωντε πλανητάων τε κέλευθα
> Ρομβηδὸν περὶ κόσμον ἀματροχίῃ πεφόρηται.

Verum corruptissima pars jam tractanda: sed quae his praetermissis & non admissis, tractari nequit. concedatur igitur hic *circuitus* esse coeli, & esse modo *dimidiatus*, vel, si velis, etiam *intersectus.* ille *semicirculus* igitur, ab *oriente ad occidentem* dicitur *duci*, *describi* in *semicirculari spatio*: non in *sphaera integra*: sed in *dipartita sphaera*: in *secto globo.* nam circulus & locus, in quo circulus ducitur, cogitatione separari possunt & debent. jam *ille sectus globus*: illa *sphaera dimidiata*: nam talis nobis *mundus*, sive *coelum* & *terra* apparet per horizontem, in his verbis aptissime declarabitur, si mecum legas:

> Ζωιδίων τε πόλοιο περίδρομον, ὃς κατὰ γαῖαν
> Αἰθερίην τε κέλευθον ἐν ἡμιτμῆγι πορείῃ
> Πλαγκτὰ διχαζόμενος διέπει θεομήτορα κόσμον.

Et coeli astriferi circumvolutio, quae divisa per terram & aethera, in orbita semisecta, errabundo motu mundum peragit, obit, regit. credo vix dubitari posse, quin vox πορείῃ hic quocumque sensu sit legitima & unica. at minus ambiges, si observes nostro sensu illam ab ipso *Manethone* saepe adhiberi.

sic L. IV. 380. ἢ διάμετρα φανῇ πλαγκτοῦ κόσμοιο πορείῃ.
499. Τῷ δ' εὖτ' ἂν Ἄρης μίγδην ἐπέλθῃσι πορείαις.
20. Οἷς πλαγκτῇ κόσμοιο βροτοκλώστειρα χορείῃ.

nam de stellis χόρος, χορεία adhibentur ob eandem caussam ac πορείη πλαγκτὴ; διέπουσα. nempe ob circularem & vagum motum.

sic

sic IV. 241. Ἠὲ κατ' ἰχθύοεντα βορειοτάτηντε χορείην.

ubi omnes septemtrionales stellae *Chorea* dicuntur. v. 7. ὑπ' οὐράνιον χόρον ἀςέρων. *Latini* frequenter ita. Vox autem ἡμιτμῆγι vides pro corruptione quam parum abeat ab ἡμιμηντ'. bonam ejus notam ἡμιπλὴξ. ἀποτμὴξ commonstrant. paucioribus in hoc intricato loco explicando & constituendo, si intelligi vellem, uti nequivi.

Vs. 16. ὅτ@- ἐπὴν οἰκεῖα φανῇ κατὰ δώμαθ' ἑαυτοῦ
Γεινομένοις θνητοῖσιν ἐπίσκοπον ἐς βίον ὥρης.

Editor tentavit ἐς ἐπίσκοπον ὥρης βίου. sed praeferret ἐπὶ σκοπὸν ἐς βίον ὥρης. saltem in primo ὥρη βίου. *genitura* intelligi potest. in altero non capio quid sit σκοπὸς ἐς βίον ὥρης. nec si collocari debeat σκοπὸς ὥρης ἐς βίον. nec editum quis intellexerit. puto legendum ἐπίσκοπος ἐς βίου ὥρην. ut ipse Saturnus dicatur *inspector in horam vitae sive genituram.* sic L. IV. 110. memorantur Μήνης φέγγεα πανεπίσκοπα ὡράων. ita vs. 117. Mars dicitur ἐπιτρέπειν φέγγ@- ὡρόσκοπον ἐπὶ γαςέρα. & 126. Mercurius κατάγειν σκοπιὴν ὡρόσκοπον ὠδῖσιν. cur ad hanc rationem displiceret Κρόν@- φανῇ ἐπίσκοπ@- ἐς ὥρην βίου. si *Saturnus adparuerit*, *fuerit episcopus geniturae.* non aliter & L. IV. 372. dicit χὴν μὲν ἐπισκοπέῃ γενέθλην Κρόν@-. certe βί@- ἐπίσκοπ@- ὥρης & βί@- ὥρης sensu carent. Βί@- aliquando ipsa ὥρα. v. 278.

Vs. 20. Ἐςὶ δ' ἐν οἰκείοισι τεταγμένα ταῦτα Κρόνοιο,
Ζωιδίοις τε φανεὶς τεύχει πολυχρήμονας ἄνδρας.

statim in quinque continuis versibus enumerantur Ὑδροχό@-. Αἰγόκερως. Κριός. Ζυγὸς & Λέων. calidior quis transposuerit versus hos: nam sic cohaererent. praecipue hoc licere censuerit in auctore, in quo de transpositionibus constet. vide L. III. 155. 245. v. 31. sed non opus tam periculoso remedio, quod expertis Criticis saepe pessime cessit: at nunc & aeque ambigua a novitiis sine antiquitatis reverentia saepe tentantur. illud ἐςὶ δ' ἐν οἰκείοισι. respicit eo, quod dixit modo ἐν κατ' οἰκεῖα δώματα φανῇ. tum adjicit secundum versum Ζωιδίοις τε φανείς. tum superiorem primum versum amplius declarat enumeratione domiciliorum *Saturni*: quam recensionem concludit sexto abhinc versu ejusdem sententiae cum secundo

Οὗτοι ἀεὶ τεύχουσι βροτοὺς εὐδαίμονας ἄνδρας.

licet

licet autem proprie Saturni οἶκοι sint modo *Capricornus* & *Aquarius*. at *Aries* sit *Martis*. *Libra* vero *Veneris*. *Leo* autem *Solis*. tamen ea ratione Saturni signa perhibentur, qua L. II. 348. docet *Jovem* in *Leone* aeque gaudere: id est, potentem & beneficum esse, atque in suis propriis domiciliis *sagittario & piscibus*.

> Δεικήλῳ δ' ἐν τῷδε Διὸς πολυφεγγέος ἀστὴρ,
> Ὡς' οἴκῳ σφετέρῳ χαίρει, ἐπεὶ ἐστι τρίγωνον
> Αὐτοῦ, ὡς καὶ πρόσθεν ἀείσαμεν, ἠελίωτε.

Eosdem quinque *Saturno* ceu ἴδια ζῶα tribuit jam L. III. 14. ubi χηλαὶ sed quae eaedem cum ζυγῷ. vide L. II. 137. *Hephaest. Theb.* p. 12. ita L. IV. 96. *Solis* ζῶον ἴδιον non modo esse dicit *Leonem*, verum & *Sagittarium & Arietem & Geminos*. ne autem putes *sex signa* attribui *Saturno*, quia additur πρὸς σκορπίον αἰθερονωμῶν. hoc enim adjicitur, quia *scorpius* partem *Librae* occupat: inde & duo haec pro uno a Chaldaeis numerata sunt. vide *D. Petavii Dissert.* L. II. III. p. 75. haec nota. sed novum, etiam *Arcturum* in *signis* habuisse *domum*. id docemur apud *Maximum*. 80.

> Εἰ δὲ κόρης ἀτάλαντος ὁμὴν ἀνύησι κέλευθον,
> Ἢ καὶ μαιονίησιν ὑφ' Ὑάσιν ἰνδάλληται,
> Αἵτε κατ' εὐκραίρητος ἐρυγμήλοιο φέρονται
> Σιδονίου Ταύρου, καὶ ἐς δόμον ἀρτύνοιο
> Ἕδνοισιν βρίθουσαν χλιδανὴν ἑλικώπιδα νύμφην.
> Ἥτ' ἂν γήτοσι χάρμα δυσηλεγέεσσιν ἄγοιο
> Ξυνὴν ὀθνέιοισιν ἔχων δυσπέμφελον εὐνήν.

> *Si vero cum virgine pari passu Luna perficit viam,*
> *Vel obstetricibus sub Hyadibus appareat,*
> *Quae juxta capitonis & graviter boantis*
> *Sidonii tauri, ut & domum Arcturi:*
> *Donis onustam, delicatam ac venustam sponsam*
> *Vicinis etiam molestis gaudium aaferentem, adducit,*
> *Commune cum alienis perniciosum quae habeat cubile.*

ubi ultima quarti versus redduntur. *ut & domum Arcturi.* cum significet *& in domum tuam ducere pares bene dotatam & pulcram sponsam* sed operae faciemus, si porro hos versiculos excutiamus. in primo versu quae illa *Virgo*? procul dubio *Astraea.* igitur ἀτάλαντος κόρης. *aequalis. par*

par in ingressu Astraeae. sed illud ἀτάλαντ☉ mihi sic non placet. puto *Pleiadas* intelligi: quae fuerunt κόραι Ἄτλαντ☉. unde Πληιάδων Ἀτλαγενέων ἐπιτελλομένων. *Atlantides.* lege vero κόρης Ἄτλαντ☉. non κόρης. similem fere confusionem observavimus in *Manilii* L. v. 177. *Animadv.* p. 507. & fefellit hic rursus *Ionicus dativus* in ῃς pro αις. cum his autem apte junguntur mox *Hyades.* quibus Virginibus unde munus obstetricandi contigerit, nescio. Μαιονίῃσι. *obstetricibus.* nam μαῖα *obstetrix.* scio *Bacchi nutrices* perhiberi. sed si vel apud Semelen vel Jovem hoc munere functae fuissent; illud numquam exsculpseris ex barbaro vocabulo, hoc sensu, μαιονίῃσι. quod nihil aliud significat, quam *Maeoniis*, *Lydiis*, *Mygdoniis.* dum igitur discam, quare Hyades e Maeonia arceffantur: longum foret autem, si ita dicerentur, quia Bacchus aliquando *Maeonius*, *Lydius* audit. [Orpheus in Ἵππαν.] p. 144. interea conjicere liceat μαινομένῃσι. *furentibus tempestuosis.* sive quia *tempestates* excitant. *Claudian. B. Gildonico.* 497. *Nimbosaque Taurum Ducat Hyas.* vel *quia se in pelagus furore praecipitaverunt.* ut *Servius* narrat ad *Aeneid.* I. 748. possis alia, sed longe abeuntia comminisci epitheta. ut μυδαλέῃσι. mox εὐκραίρητ☉. exquisite & docte redditum *capitonis.* sed εὐκραιρ☉ aliis est, *bene cornutus. pulcra cornua habens.* de hac voce quaedam diximus p. 614. *Animadversionum.* & merito ita appellatur taurus

Candidus auratis aperit qui cornibus annum.

inter quae *cornua Hyades* collocatae, si credimus *Arato* 172. Ταὶ μὲν ῥ' ἐπὶ παντὶ μετώπῳ Ταύρου βεβλέαται. poeta hic unde petierit εὐκραίρης, ητος nescio. sed quoniam hic sumus. mox redde ἄγοιο. *duxeris.* ἔχων. vertitur ceu ἔχουσα. cum respiciat *maritum.* in versu his praemisso Αἴγλῃ ἐρευθομένην ἐσίδῃς χρυσάμπυκα Μήνην. *frenis aureis insignem lunam.* licet prima fronte nihil offenderit, nimirum *Luna* aeque *aurea*, atque *argentea* dicitur, & proinde ei tam aurei, quam argentei sive candidi equi; saltem equorum fraena tribui possint: tamen hic satis crasse erratur. χρυσάμπυξ enim *Luna* dicitur non a fraenis equorum: quibus sane χρυσάμπυκες apud *Homerum* epitheton est: sed a *vittis* ipsius *Deae aureis*: vel a *comis aureis & pulcris.* & recte *Schol. Iliad.* E. 358. exponit hanc vocem χρυσοκόμους. ita χρυσάμπυκες ὧραι. *Hymno Homerico* v. 5. hinc in *Maximo* vs. 220. habes χρυσοέθειραν Μήνην. *aureis comis insignem Lunam.* sed quae eadem vs. 95. in *aureo aethere luna* audit: quia vitio sollemni η pro ει irrepsit χρυσηέθηρα. hoc autem dicitur, ut *Nonno* XIV. 368. ὀξυέθειρας ἀκάνθας. haec vox corrupta apud *Oppian.* K. II. 414. Ἤλυθες εἰς αἰθῆρ, οἶδέν δέ σε μακρὸς ὄλυμπ☉. quis dixit αἰθῆρ☉. lege αἰθέρην. αἰθέρη. ἀὴρ καθαρός. pro *aëre. coelo.* habes

Bbbbb in

in *Anthol.* I. 98. 3. 96. Astris tribui *comas*, *crines* non opus, ut adstruam. vide *Salmas.* de *Annis Clim.* p. 400. & *Orphei* locum ad L. v. 29. laudandum. quid quod ut Deae competunt.

L. IV. Vs. 33. Καὶ λύπης πάσης ἐπιβήτορας, ὀδυρομελάθρους
Τεύχει, καὶ λύπης καὶ ἀλημοσύνης μετέχοντας.

at ἐπιβήτωρ τινὸς πράγματος est saltem tantundem atque μετέχων. multus in hac voce Noster. L. IV. 222. Πολυπλαγκτοσύνης ἐπιβήτορες. 245. Θηροδιδασκαλίης. 280. χλεύης. 281. γήρως. 339. αἱθροτόκου γονῆς. 470. στρατιῆς. 521. ξενίης. ab ἐπιβαίνειν. *adire*, *versari*. unde ἐπέβησεν. μεταχεῖν ποίησον ap. *Hesych.* & alias. in quibus omnibus μετέχειν adhibere posses. licet igitur non abstineat magis quam alii a repetendis in vicinia iisdem vocabulis, procul abest tamen ab scribendi more *Manethonis*, ut idem vocabulum sine ἐνεργείᾳ, & hoc quidem languidius secundo loco, apponat. puto igitur scriptum fuisse λύσσης. ἄλη & λύσση. *furor & error* sive *vagatio* saepe una accidunt. *Inus* exemplum id commonstrat. quin ἀλημοσύνη de *animi errore* forte quis accipiat. vide L. VI. 597.

Vs. 37. Ἢ μέσον οὐρανίης ἀτραποῦ δρόμον ἀέρα τέμνει.

id est μεσουρανῇ. τέμνειν αἰθέρα habes L. IV. 621. sed μέσον δρόμον ἀέρα obstat. mallem δρόμῳ. vel ἀστέρι τέμνει.

Vs. 41. Κρεανισμῶν. non novi κρεανίζω; sed κρεατίζω. quare rescribendum censeo κρεατισμῶν. vs. 43. πολυκλέας. 53. in δύνουσα est respectus πρὸς τὸ σημαινόμενον. *Aphrodite.*

Vs. 83. ἐπεὶ κατὰ γῆς τε φέροιτο. *quum in terra feratur*. immo *sub terra*. nimirum *Luna*. supra κατὰ γῆς περῶσα. ubi εἴη intelligitur. mallem autem hic γε pro τε.

Vs. 85. Θηλυγόνους δὲ τέκνοισι καὶ εὐπάτορας κ' ἀτρέπτους. illud ἀτρέπτους non placet. habemus L. II. 172. εὐτόλμους καὶ ἀτρέπτους in contentu. supra scriptum ἀτρέστους. eadem varietas. ap. *Lucian.* III. 430. utrumque L. II. bene se habuerit. nam qui prae constantia non facile *permovetur*, *vertitur*, ille & *intrepidus*. contra habes L. IV. 522. Ζωὴ εὐτρεπτος. *variabilis vita*. an hoc in loco εὐπάτορας κ' εὐτέκνους. vs. 118. ἀμόρφους verte *deformes*. vide *Casaub.* ad *Strabon.* L. I. 36.

Vs. 145. ἑλικοδρόμος. est etiam epitheton Lunae ap. *Maximum* 61. ubi sic lege.

Σκέπτεο δὲ κεραὴν ἑλικοδρόμον. ἣν μὲν ἴησι.

vulgo

vulgo κὴν. simile peccatum e *Calabro* L. XII. 476. *Canterus* tollit οἷς pro ϗ substituendo. In *Maximo* 70. εισῆκλαι. majoris momenti vs. 75. ibidem

Τεύχει ϗ φιλίην μινυανθέα ϗ ταχύβελον
Ἀςασίην. λήσει δ' ἐρατῆς ϗ ἀκηράτε εὐνῆς
Κυρίδιόντε λέχος προλιπεῖν, πόσιός τε λαθέσ.

in vs. 75. μινυανθὴς est elegans & singulare. ut μινύωρος. *Tryphiodori.* 637. μινυανθὲς, τριπέτηλον est ap. *Nicandr. Theriac.* 522. e cujus *Schol.* τριπέτηλον inter *Callimachi Fragm.* repositum a *Bentlejo* exstat in *Hymno* in *Dianam.* vs. 76. λήσει. *volet.* novi *Doricum* λῆς *vis.* sed λήσει nescio an occurrat. saltem sensu cassum hic τὸ *volet.* legendum λήσει. *oblivione.* ut μνῆσις. ordo verborum est; τεύχει φιλίην μινυανθέα ϗ προλιπεῖν λέχος λήσει. ita variatae constructiones passim obviae. voce μνῆσις alii & ipse utitur vs. 324. ubi legendum

Οὔτε τραπέζης μνῆσιν ἐφεσίε, οὐ Κρονίωνος
Ἑρκεῖε σέβας ἁγνὸν ἐπὶ πραπίδεσσι σέβοντες.

ubi Ἑρκείε ἐ σέβας contra metrum. & ἐφέσιον., bene tamen versio. videtur eadem vox corrupta vs. 348.

Λήσεται, ἐδὲ μιν αὖτις ἐφεσίοισιν ἄνακτος
Ἀθρήσης θεράποντα φυγόπτολιν

puto rescribendum:

Λήσεται, ἐδὲ μιν αὖτις ἐφ' ἑςίῃ οἷο ἄνακτος
Ἀθρήσαις, θεράποντα φυγόπτολιν.

Theocrit Idyll. XXII. 205. Οὐ μὰν ἐδὲ τὸν ἄλλον ἐφ' ἑςίῃ εἶδε πατρῴῃ. μιν per appositionem sibi recte adjungit θεράποντα. vs. 352. vertitur quasi ναίοντα legeretur. forte recte. sed nunc exstat ναίοντος. vs. 372. distingue post ἀλλὰ χρόνοιο Πολλε. μεσσάτιον τελέει χρόνον ἠλασκάζων. *sed post multum temporis.* intellegitur enim διά. vide *Animadv.* p. 136. mox in *Manethone.*

L. IV. Vs. 158. Ἰητῆρα τίθησι βροτῶν, Παιώνιον ἄνδρα,
Ἐσσεθ' μάλα κεῖνα ϗ εἰς πανακεῖαν ἕτοιμα.

rescribendo εἰσεθ' μάλα δεινὰ ϗ sensum dederis. *Iliad.* Δ. 217. ἤπια φάρμακα εἰδώς. Medico tam nocentia quam profutura nota esse debent medicamenta. quamvis κακὰ φάρμακα εἰδέναι fere veneficorum. an δεινὰ, *valde valentia. potentia.* malisne εἰσεθ' μάλ' ἀκεῖα. *Hesych.* Ἀκεῖον, τὸ φάρμακον. ϗ ἕτοιμον. sequitur hic ἕτοιμα. sed non ausim antiquis scriptoribus vocabula obtrudere, quae debili Lexicographorum vel Grammaticorum auctoritate modo nitantur: immo & vacillent: etiam in significatu. in corruptis aperte locis aliquid tentare licet. In *Hesych.* rejicimur ad ἀκίμων. ἑτοίμων. *Suidas* habet ἄκιμον. ἀθεράπευθον. sic & *Phavor.* utramque glossam exhibet. an μάλ' ἀκεςὰ potest placere?

Vs. 165. Αἴθωπα κέλευθα. αἴθρωπα, aeque se tueatur. si modo alterutra lectio sincera. credo legendum ἀντωπά. *Hesych.* ἀντωπός. λαμπρός. ἀντίος

τοῖς ὄμμασιν. Ἀντωπεῖ. ἀντοφθαλμεῖ. Ἀντωπόν. ἀντοφθαλμόν. ſic L. IV. 336. habes ἀντωπέα φέγγεα. non λαμπρὸς tantum: ſed ἐξ ἐναντίου λάμπων. ut vs. 78. σκολιωπὸς, σκολιῶς λάμπων. forte idem τῷ ἀντίος. ἀκτινοβολῶν. IV. 74. ἀντικέλευθος.

L. IV. Vs. 169. —— ἐξ ὧν γενεαὶ τέχνατε βροτοῖσιν
Κλωστὴν ἐκπληροῦσι βίου θνητοῖσι πορείην

θνητοὶ βροτοὶ hic non placent. puto ἐκπληροῦσι participium & legendum βίου θνητοῖο. *Diphilus* ap. *Stobenſem* C. CIII. 563. Βέβαιον οὐδέν ἐστιν ἐν θνητῷ βίῳ. ap. *Maxim.* 499. contra ἐν νειοῖο βάλοιο pro νειοῖσι.

Vs. 187. Ἡνίκα δ' ἂν Κρονικοῦ σέλας ἀστέρος αἰθέρος αἴγλην
Πυρφερέαις ἀκτίνεσσι καταντιπέρ' αἰγλοβολήσῃ,
Διωτάτ' ἐν ἀλλαγμοῖσι φανῇ σελαγίσματα τῶνδε Ὧν ὁρίων.

διωτὰ σελαγίσματα. ſunt *Sol* & *Luna*. vide notanda ad L. VI. 127. & ἐν ἀλλαγμοῖσι. intellige *Solis* & *Lunae*. pro τῶνδε ὧν ὁρίων, legendum Τῶν δὲ Εἰν ὁρίοις. τῶν hic, τούτων, id eſt *Saturni* & *Martis*, qui memorantur in vs. 187. 188. ſic vs. 180. ἐναλλάγδην γενέθλης ἐν ἰδίοις ὁρίοις dicuntur *Venus* & *Mercurius*. at hic *Sol* & *Luna* dicuntur ἐναλλάγδην γενέθλης, non ἐν ἰδίοις ὁρίοις, ſed ἐν ὁρίοις *Saturni* & *Martis*. Ad vs. 188. in *Animadverſionibus* p. 179. linea ſexta male editum *Saturno* pro *Marti*. nam, uti ibi oſtendimus, *Martis planeta* πυρόεις. πυρσοτόκος. πυριμάρμαρος. πυριλαμπής. αἰθαλόεις, φλογερός. ibi controverſiam tamen movimus formae vocabuli πυρφερέος & merito. Dubitabundi propoſuimus πορφυρέαις. quod jam nullo placet modo. nec licet cogitare de πυρφερής. quod ad formam forte comparari poſſet τῷ οἰνοφερής. & πυρδαής pro πυριδαής. ſed ſignificatio claudicaret. tamen tum legi poſſet πυρφερέεσσ' ἀκτῖσιν. uti ſaepe vidimus terminationes εσσιν & αισιν & ησιν permutatas. ſic Μινύεσσιν pro Μινύαισιν ap. *Orpheum* in *Arg.* 441. 451. 515. in *Codice*. & ſic apud *Lycophr.* 598. ῥάμφεσι vel ῥάμφεσσι pro ῥαμφαῖσι [vide *Heſych.*] & ap. *Calabr.* I. 168. Ἀρπύιεσσι. ubi tamen recte *Codices Laurentianus* & *Barberianus*. Ἀρπύιῃσι. & vs. 613. σπείρεσσι pro σπείρῃσι. vide *Animadv.* p. 732. neſcio an haec ratio placeat. at, quoniam habetur ἀκτίνεσσι, vel illud in ἀκτῖσι muntandum, vel prior vox ſyllabis duabus decurtanda. quo caſu legi poſſet Πυρσαῖς ἀκτίνεσσι. nam πυρσὸς quidem ξανθός: ſed etiam πύρινος, quatenus πυρσὸς eſt πῦρ. vide *obſervanda* ad L. VI. 99. & ita *Martis planeta Columellae* L. X. 292. vocatur *Pyrois rutilus*. quae vox alioqui fere de *capillis*. quin apud *Orpheum Argon.* 1218. noſtram locutionem invenias.

—— —— ἀπὸ κρατὸς γὰρ ἔθειραι,
Πυρσαῖς ἀκτίνεσσιν ἀλίγκιοι, ᾐώρηντο.

ut πυρφόροις ſive πυρφερέοις, in metrum coacta voce, ſit *Gloſſa* τῆς Πυρσαῖς. πυρσὸς eſt idem quod αἰθός. πυρσὴ κόμη. αἴθη κόμη. πυρσὴ ἀκτίν. αἴθη ἀκτίν. vide *Euſtath.* ad *Iliad.* A. p. 83. 6. obiter *Orphei* vicinum locum non tangere nequeo. pede multatus verſus exhibetur.

Ἡν

Ἦν τότ' ἐπουλείρυσα * προσήυδα, καὶ φάτο Κίρκη. * vulgo προσηύδασε

Ὦ δειλὴ, τίνα σοὶ Κύπρις ὤπασε μοῖραν.

supple ὦ δειλὴ, δειλὴ, τίνα σοὶ Κύπρις ὤπασε μοῖραν; vel

Ὦ δειλὴ, τίνα σοι Κύπρις, τίνα ὤπασε μοῖραν;

quin paullo post e *Codice* medicinam non inviderim.

—— τοίῳ γε λύγρῳ πεπαλαγμένοι ἐστέ.

vides λύγρῳ vel ipso accentu vitium praeferre. sed ille accentus, res nihili, ostendit manu exaratae & verae lectionis vestigium.

Τοίῳ γε λύθρῳ πεπαλαγμένοι ἐστέ.

L. IV. Vs. 212. ὑδρομάντις ἔρεξε. egimus de hac forma p. 442. *Corinthus* non praetermisit. ΙΣ corripitur *Theocrito* VIII. 45. ὄϊς. & *Anthol.* I. v. 3. 10. τὺς κόρις ἐκκορίσας. potuerat ὑδρομάντιας ἔρξε. ut L. III. 293. φιλομάντιας ἄνδρας. & L. VI. 358. ἰθύντορας ἔρξαν.

Vs. 230. tetigimus p. 179. *Animadv.* nunc magis satisfacit. Ἄρης δ' Ἑρμείαν διαλαμπέα ἀστέρι βάλλων. vel Ἑρμεία διαλαμπέα ἀστέρα. ita L. IV. 161. Ζεὺς Ἑρμεία φέγγεα βάλλει. *Mercurius* Στίλβων. & IV. 426. de eo λαμπτῆρες. βάλλειν ἀστέρα. IV. 356.

V. 241. Ἔνθα τε παρθένος ἐστὶ περὶ πλάστιγγα λέοντος.

Cum Virgo sit inter Leonem & Libram, nescio cur πλάστιγξ λέοντος dicatur. cur non Λέοντε. non absimili errore apud *Maxim.* 599. φωρὸς pro φὼρ τις occurrit, ut hariolor —— μόλις οἴσεαι, ὅττι κε φὼρ τις Εἰς παλάμας μέλλοι. vulgo καὶ φωρὸς & κὲν ἔλοι. porro Noster hic ἰχθυόεις dixit pro ἰχθύς. sic Κερόεσσα. *luna.* passim. vide *Vann. Crit.* C. IX. p. 353.

Vs. 246. πρὸς δέτι φύσονται. male φύσονται. centies δέτι pro δ' ἔτι. vel δέ τι. in *Procli Hymno* in *Solem* vs. 48. pro εἰ δέτι. scribe εἰ δέ τι. ap. *Maxim.* 487. μή τι βάλοιο. In *Manethone*

Vs. 262. Πάντ' ἐπὶ γαίης. supple γὰρ vel τῆς γ. vs. 260. Iota dele sub δυσπονίης. modo nescio cur ἀνθολόγοι graventur epitheto ἐπίμοχθοι. cum & puellae animi gratia hunc ἄπονον πόνον suscipiant. vereor, ne sit vox illa emendanda ex vs. 423. L. VI.

L. IV. Vs. 269. Καὶ μυσαροὺς, σηπτοῖς τε τεχνάσμασι σηπεύοντας.

vulgo σηπτὰς τε. nescio an substativum detur σηπτής. vitiose μυσερὺς. ut L. VI. 495. vs. 276. jam ἰχυρῶν non sollicito.

Vs. 281. Ὀθνιοτύμβους. ὄθνιος pro ὀθνεῖος, in *Athenaeo* reponebant quidam teste *Casaubono* L. VII. XVII. 544. scriptura ea passim obtinet, sed non ideo vocabulorum modulus semper imminuitur. ita alibi πρηνία. ut apud *Maxim.* 44. quod non tangerem, nisi eadem vox πρηνεῖα etiam pejus esset habita ibi vs 201. εἴη τοι ὠρήεια *jucunda.* forte cogitavit ὡραία legendum. sed lege πρηνεῖα. ibidem 294. ἐπὶ πολὺ pro ἐπεί. 495. μὴν pro μιν. 457. χρυσίης 497. φυτίη. 484. male ἐφείη *immittat* acceptum pro ἐπείη. ibidem 482. in προμηθέως an formam extricas?

L. IV. Vs. 292. Πηλαίης πλίνθοιο. *operis ex luto & lateris.* accipiendum ceu καὶ πλίνθος πηλαίη: *luteus later.* vox ignota Lexicographis.

Vs. 299. Ἦν δ' ἰσόμοιρα κέλευθα Κυθήρη Ἄρει βάλλῃ. vertitur *illustraverit.* respexit V. D. ad ἀκτινοβολεῖν. sed rescribe βαίνῃ. βαίνειν κέλευθα ἰσόμοιρα. eadem vox reponenda. Vs. 583. Καὶ Κρόνος οὐρανίην ἀτραπὸν μεσοδέκτεα φαίνῃ. immo βαίνῃ. ap. *Maxim.* vs. 401. εἰς δόμον βαίῃ ἀναγκαίῃ. interpres conjicere nequiit βαίῃ *ierit.* sic L. VI. 643. pro βαίνων repone βαιόν. —— ὅτ' αὐτὸς ἑοῖ κλήρου βαιὸν προπάροιθε. namque ἑοῖ βαίνων & *Homericum* βῆ δ' ἰέναι differunt.

Vs. 302. —— ὕπνῳ κατακοσμηθέντας. *somno tandem repositos.* V. D. legit. κατακοιμηθέντας. prodita lectio proba, de iis, qui diem in noctem commutant: de die dormiunt: sub vesperam se forensi veste induunt vel alia, ut commessationibus & nocturnis choreis vigilent. *Nero*, narrante *Suetonio* C. XXVI. *post crepusculum statim correpto pileo vel galero popinas adibat, circumque vicos vagabatur ludibundus, nec sine pernicie tamen.*

L. IV. Vs. 321. Σκυλείῃ τέχνῃ μεμελημένα δαιδάλλοντας. *sutoria arte exquisite variegantes.* quasi μεμελημένα notaret *exquisita.* sed vid. *Animadv* p. 580. *opera ad sutoriam artem spectantia. sutoria opera.* sic L. I. 289. IV. 338. 505. *Maxim.* 48. recte vero Noster produxit primam in σκυτείῃ. de quo *L. Kusterus* ad *Aristoph. Plut.* 514. ubi σκυλοδέψαι & σκυτοδέψαι confusa, quemadmodum ap. *Demosth* in *Aristog.* p. 134. B. σκυτόδεψον & σκυλόδεψοι, sive σκυλόδεψον. ubi secunda vox, minus obvia, videretur non profecta a librariis. ea legitur in *Benenati* editione.

Vs. 333. Μαρμαγυγὴ δ' ἀκτὶν' ὅτ' ἂν σελατηφόρος Ἑρμῆς
Ἀμφὶ σεληναίῃ σκολιὸν λαβύρινθον ὀρίνῃ.
Quum vero coruscatio radii splendidus Mercurius.

legit igitur ἀκτῖνος. sed quae tamen balbuties! puto in M^to fuisse ἀκτῖν^ε. ἀκτῖνες. vide *Animadv* p. 13. membranae scriptura utcumque expressa. proinde lege Μαρμαρυγῇ δ' ἀκτῖνες ὅταν σελατηφόρου Ἑρμοῦ
Ἀμφὶ σεληναίῃ σκολιὸν λαβύρινθον ὀρίνῃ.

ἀκτῖνες Ἑρμοῦ. ita vs. 354. Ἑρμείου δ' ἀκτῖνες & passim. non offenderis vero sequi ὀρίνῃ, si observes eandem licentiam L. IV. 354. ubi post illud ipsum Ἑρμείου ἀκτῖνες, tamen sequitur βάλλῃ pro βάλλωσιν. ut hic ὀρίνῃ pro ὀρίνωσι. jungere potes, ἀμφὶ σεληναίῃ μαρμαρυγῇ. sic φωτὶ σεληναίῳ. IV. 78. & L. I. 234.

Πίπτουσιν συνόδοισι σεληναίης ὑπὸ ῥιπῆς.
Cadunt in triviis *ab impetu Lunae.*

potest ibi ῥιπὴ σεληναίη accipi. sed cur συνόδοισι. *triviis?* immo in *synodis.* Medici enim quidam adfirmant a *Luna* inmitti epilepsin, sed & illud malum intendi & augeri in pleniluniis & interluniis. vide *P. Petitum* ad *Aretaei* L. Υ. *Diurn.* IV. p. 28.

V. 334. Ἢν πέσῃ κατὰ ταυτὸν ἐπ' αὐταῖς λαμπάσι μήνης.
Δωδεκατημορίων ἀντωπέα φέγγεα κόσμου.

si

si *Mercurius ceciderit*. hoc nihil notarit, nisi, *si Mercurius occiderit*. at hic de *occasu* non agitur. immo requiritur, ut *Luna & Mercurius in mutuo conspectu sint*. quare legendum videtur πέλῃ. ut L. VI. 122.

Ἦν δὲ πέλῃ φαέθοντι ἀργυγνώτῳ ἰσόμοιρος.

id patet, quia *Mercurii & Lunae Planetae* hic vocantur ἀντωπέα φέγγεα. ἀκτινοβολοῦντα. vs. 166. est usus voce ἀντωπός. hic placuit ἀντωπῆς vel ἀντώπης.

L. IV. P. 345. Πευκῆεν τε λέπασμα συνασκοῦντας σὺν ἐλαίῳ.

Pineumque velamen componentes ex oleo.

Scilicet uti lintea & chartas inbibere facimus oleum, ut magis humoribus resistant. sed tum *praeparantes* conveniret. tamen vel sic non intellexerim, quale genus *velaminis* ex arbore *pinus* vel *piceae*. fiat. vide *Salmas. Hyliatr.* C. LXV. & unde λέπασμα *velamen*? scilicet λεπίζειν [hic λεπάζειν opus foret] significat *corticem*, *pellem* *detrahere*. λέπασμα igitur *detracta cortex* vel *pellis*, apta velamini materia. In *codice* scriptum λήπασμα. quanto satius fuisset inde concinnare λίπασμα. ut vs. 291. ex πλήνθος legitime factum πλίνθος? λίπασμα πευκῆεν *unguentum ex picea. pinu. cedro.* ipsum *Homericum* λίπ' ἐλαίῳ debuisset admonuisse. *omnis resina dissolvitur oleo*, ait *Plinius Histor. Nat.* L. XIV. C. XX. p. 726. in genere de omni *pice*. si velis, intellige πισσέλαιον. quod quidem non *e picea* vel *pinu*, sed e *cedro* fiebat. κεδρινὴ πίσση *Nicandro Alexiph.* 485. ubi in *Schol.* V. D. emendat κεδρίαν. recte. vide *magnum Virum* in *Hyliatrices* Cap. CIII. ubi de κεδροελαίῳ & πισσελαίῳ. Noster L. VI. 462. in libitinaria re usum ejus ostendit.

Χρίουσιν κέδρου κυαναυγέος ἔνδοθι πίσσῃ.

unde etiam L. IV. 191. vespillones & hoc genus vocat Κεδροχαρεῖς. Atqui de tali negotio hic egisse poetam & praecedentia ostendunt, ubi memorantur

Ὑλογράφοι ἄνδρες, κηραγγεῖς, ὁλκαδοχεῖσαι.

& ex mox sequenti versiculo lucidius

Μόχθον πισσήεντα πονήσονται παλάμῃσιν.

sed relinquamus haec eruditis ἰατρῶν παισί.

L. IV.

L. IV. vs. 357. τεύχει τάςοιαφυείσας Πόρνας. credo recte repositum. τεύχει τ' άςεῖα φυείσας. *Heliodor.* VII. 328. ἐταιρίδιον ἐθελάςειον.

Vs. 383. ἐλευθέρα. *Ionice* scribendum ἐλευθέρη. ut ipse alias. sed quid metro fiet. scribe ἐλεύθερα pro ἐλευθερίως. quo genere gaudet *Manetho.* ἰσόμοιρα. ἐπίψογα. σκολιωπά. sic ἀπειρέσια. ap. *Maximum* vs. 3.

Ἤματι νυκτί τε δίη ἀπειρέσια τροχόωσα.

vertitur *Interdiu noctuque* per *inmensa procurrens.* δίη nempe est διά. cui ignota νὺξ δία. ἄμβροτος?

Vs. 385. ἥσσονες ἢ πατέρων μητρὸς τελέουσι λοχεῖαι.

Minora quam patrum matris efficiunt puerperia.

Intelligisne? quid qui τελέουσι? lege ἥσσονας ἂν πατέρων. sed hoc non vult poeta: ut *mater prolem patre deteriorem faciat.* sed, *ut pater ipsis contingat deterior matre.* supra constituitur *puer natus, cui mater serva, pater ingenuus sit.* hic contra, *qui nascitur*, quando *Venus testimonium* praebet *Saturno* & *Lunae*, illius *mater* erit *potior patre.* id est nascetur *matre ingenua, patre servo.* at iste sensus jam verbis non est. at habebitur, si leviter refingas

Ἥσσονες ἐκ πατέρων μητρὸς τελέθουσι λοχεῖαι.

partus a libera matre editus erit deterior de parte paterna, erit *servilis conditionis.* dixit modo πρὸς μητρός. L. VI. 351. e contrario τελέθουσιν habes pro τελέουσι.

Vs. 387. Ἦμος δ' Ἑρμείας Ζηνὸς φάος ἢ ἰσόμοιρον
Ὀρμήσῃ, τῆμος μὲν ὁ φυόμενος τότε θνητῶν.

nullus sensus in primo versu. credo legendum φαέεσσ' ἰσόμοιρον. sic vs. 403.

Ἠελίου σελάεσσιν ἀν' οὐρανὸν ἢ ἰσόμοιρος.

ubi ἢ recte in ἢ mutatum. at hic nihil sic effeceris. obstat ὁρμήσῃ. illa τῆμος & τότε non belle adeo concurrunt. illud τότε θνητῶν alias, sed aptius, tamen occurrit, L. IV. 142 & 463. VI. 662.

Vs. 442. Ἀδρoτάτους. ἀδρυμβύους & ἀνδρυμβύους *Casaub.* ad *Athenaeum* XIV. XXI. 935. confusa animadvertit. confer versum sequentem cum vs. 276.

Vs. 460. Οὐρανίδου Κρόνοιο. potes conjicere pro οὐρανίδου. uti vs. 238. compellatur.

L. IV.

L. IV. Vs. 486. οἰκήσωσι. sic 404. ὀρέωσι 408. ἀυχήσωσι. 581. 592. ζήσωσι. & similia ex intricata scriptura nata puto. nam aliis locis recte ἀυχήσουσι. ζήσουσι. vs. 495. ἐν αἷς Ὕβρις, οὐ Κύπρις ἄρχει. eadem polita alliteratio placuit *Plutarcho* in *Erotico*. p. 768. E. Ὕβρις τάδ', οὐχ ἡ Κύπρις ἐξεργάζεται.

Vs. 522. Καὶ πόλεως σπουδαῖα πρὸς ὀθνείους φορέοντας,
Ἤθεα καὶ τιμὴν μεμετρημένα πράγματ' ἔχοντας.

videntur intelligi *Legati*. & mox ἤθεα non *mores*: sed *sedes*. *Legati* enim *domicilia* & *honores* partim *domi*, partim *foris* habent. *Maximus* vs 55. τετεχεμένοι ξείνης ἐπὶ ἤθεα καλὰ πόληος. de eo significatu agitur ad *Coluthi* vs. 108. μεμετρημένα sic utitur L. IV. 278.

Αἰθέρι καὶ γαίῃ μεμετρημένα ἔργα τελοῦντας.

Vs. 534. lege Ἐξ ἐνύδρων μόχθων τε. rursus obfuit conjunctionis locus.

Vs. 537. Μήνης δ' ἠελίῳ σύνοδον κατὰ κόσμον ἔχοντες.

videtur ἐχούσης requiri, & alterum irrepsisse ex praemisso versu.
Vs. 585. ἀσπορίῃ τέκνων τε λέχη λιπόπαιδα φερούσας. vulgo τέκνοισι.
Vs. 596. ἐκθεσίμην. nihili vox. ἐκθεσίην. ut L. IV. 380.
Vs. 620. νεύουσαι. vid. IV. 310. mox vs. 612. ἠδ' ἀπολήγει. vid. V. 17.
Vs. 621. δικήλων. hic & L. VI. 237. corripuit. alioqui semper producit. saepe δείκηλον. *Hesychius* suis locis agnoscit utrumque. an licet in hac voce quod in ἴκελος & εἴκελος. & si *Suidae* credimus proprie est Διὶ εἴκελον. cui & adstipulatur E. M. qui a δείκω deducit & aliunde. Libro sexto facile abest copula. Ὡς δ' αὔτως κατόπισθε μεσουρανίῳ δικήλῳ. sed hic abesse posse non videtur. μίγνυσθαι hic est autem *appropinquare*.

Vs. 625. Οἷς ὁ πάλαι καὶ ὁ νῦν καὶ ἔπων χρόνος ἐκμεμέτρηται
Ἐνμέτροις ἀγῶσι, καὶ εἰς αἰῶνας ὀπηδεῖ.

Quibus astris & vetustum & praesens & sequens tempus mensuratum est, Definitis seculis & in secula comitatur. sic L. IV. 2. Ἄστιν ἐφημερίων μερόπων γένος ἐκμεμέτρηται.

Verum hoc difficultatem non habet. sed in secundo versu vides ἀγῶσι versum *seculis*. scilicet V. D. conjecit αἰῶσι. sed αἰῶνες ἔμμετροι. *definita secula* pugnant cum locutione εἰς αἰῶνας. cum *aeternitate*. aliud quid latet. rursus mala vocabulorum divisio obfuit: quae tamen hic se ipsa satis prodebat. non enim legitur ἐμμέτροις, verum integra praepositione

L. IV. vs. 357. τεύχει ταςοιαφυεῖσας Πόρνας. credo recte repositum. τεύχει τ' άςεῖα φυεῖσας. *Heliodor.* VII. 328. ἑταιρίδιον ἐθελάςειον.

Vs. 383. ἐλευθέρα. *Ionice* scribendum ἐλευθέρη. ut ipse alias. sed quid metro fiet. scribe ἐλεύθερα pro ἐλευθερίως. quo genere gaudet *Manetho.* ἰσόμοιρα. ἐπίψογα. σκολιωπὰ. sic ἀπειρέσια. ap. *Maximum* vs. 3.

Ἤματι νυκτίτε δίῃ ἀπειρέσια τροχόωσα.

vertitur *Interdiu noctuque* per *inmensa procurrens.* δίῃ nempe est διά. cui ignota νὺξ δία. ἀμβροτ☉·?

Vs. 385. ἥσσονες ἢ πατέρων μητρὸς τελέυσι λοχεῖαι.

Minora quam patrum matris efficiunt puerperia.

Intelligisne? quid qui τελέυσι? lege ἥσσονας ἂν πατέρων. sed hoc non vult poeta: ut *mater prolem patre deteriorem faciat.* sed, *ut pater ipsis contingat deterior matre.* supra constituitur *puer natus*, *cui mater serva*, *pater ingenuus sit.* hic contra, *qui nascitur*, quando *Venus testimonium* praebet *Saturno* & *Lunae*, illius *mater* erit *potior patre.* id est nascetur *matre ingenua*, *patre servo.* at ilte sensus jam verbis non est. at habebitur, si leviter refingas

Ἥσσονες ἐκ πατέρων μητρὸς τελέθυσι λοχεῖαι.

partus a libera matre editus erit deterior de parte paterna, erit *servilis conditionis.* dixit modo πρὸς μητρὸς. L. VI. 351. e contrario τελέθυσιν habes pro τελέυσι.

Vs. 387. Ἧμ☉· δ' Ἑρμείας Ζηνὸς φά☉· ἢ ἰσόμοιρον
Ὁρμήσῃ, τῆμ☉· μϕὼ ὁ φυόμϕυ☉· τότε θνητῶν.

nullus sensus in primo versu. credo legendum φαέεσσ' ἰσόμοιρον. sic vs. 403.

Ἠελίυ σελάεσσιν ἀν' ὐρανὸν ἦ ἰσόμοιρ☉·.

ubi ἢ recte in ἦ mutatum. at hic nihil sic effeceris. obstat ὁρμήσῃ. illa τῆμ☉· & τότε non belle adeo concurrunt. illud τότε θνητῶν alias, sed aptius, tamen occurrit, L. IV. 142 & 463. VI. 662.

Vs. 442. Αδροτάτυς. ἀδρυμφύυς & ἀνδρυμφύυς *Casaub.* ad *Athenaeum* XIV. XXI. 935. confusa animadvertit. confer versum sequentem cum vs. 276.

Vs. 460. Οὐρανίδυ Κρόνοιο. potes conjicere pro ὀυρανίυ. uti vs. 238. compellatur.

L. IV.

L. IV. Vs. 486. ἱκήσωσι. sic 404. ὀρέωσι 408. ἀυχήσωσι. 581. 592. ζήσωσι. & similia ex intricata scriptura nata puto. nam aliis locis recte ἀυχήσωσι. ζήσωσι. vs. 495. ἐν αἷς Ὕβρις, ἐ Κύπρις ἄρχει. eadem polita alliteratio placuit *Plutarcho* in *Erotico*. p. 768. E. Ὕβρις τάδ', οὐχ ἡ Κύπρις ἐξεργάζεται.

Vs. 522. Καὶ πόλεως σπουδαῖα πρὸς ὀθνείους φορέοντας,
Ἤθεα καὶ τιμὴν μεμετρημένα πράγματ' ἔχοντας.

videntur intelligi *Legati*. & mox ἤθεα non *mores*: sed *sedes*. *Legati* enim *domicilia* & *honores* partim *domi*, partim *foris* habent. *Maximus* vs 55. τετχέμεναι ξείνης ἐπὶ ἤθεα καλὰ πέλη. de eo significatu agitur ad *Coluthi* vs. 108. μεμετρημένα sic utitur L. IV. 278.

Αἰθέρι καὶ γαίῃ μεμετρημένα ἔργα τελοῦντας.

Vs. 534. lege Ἐξ ἐνύδρων μόχθωντε. rursus obfuit conjunctionis locus.

Vs. 537. Μήνης δ' ἠελίῳ σύνοδον κατὰ κόσμον ἔχοντες.

videtur ἐχούσης requiri, & alterum irrepsisse ex praemisso versu.

Vs. 585. ἀσπορίῃ τέκνων τε λέχη λιπόπαιδα φερούσας. vulgo τέκνοισι.

Vs. 596. ἐκθεσίμην. nihili vox. ἐκθεσίην. ut L. IV. 380.

Vs. 620. νεύουσαι. vid. IV. 310. mox vs. 612. ἠδ' ἀπολήγει. vid. V. 17.

Vs. 621. δικήλων. hic & L. VI. 237. corripuit. alioqui semper producit. saepe δείκηλον. *Hesychius* suis locis agnoscit utrumque. an licet in hac voce quod in ἴκελος & εἴκελος. & si *Suidae* credimus proprie est Διὶ εἴκελον. cui & adstipulatur E. M. qui a δείκω deducit & aliunde. Libro sexto facile abest copula. Ὡς δ' ἄυτως κατόπισθε μεσουρανίῳ δικήλῳ. sed hic abesse posse non videtur. μίγνυσθαι hic est autem *appropinquare*.

Vs. 625. Οἷς ὁ πάλαι καὶ ὁ νῦν καὶ ἔπων χρόνος ἐκμεμέτρηται
Ἐνμέτροις ἀγῶσι, καὶ εἰς αἰῶνας ὀπηδεῖ.

Quibus astris & vetustum & praesens & sequens tempus mensuratum est, Definitis seculis & in secula comitatur. sic L. IV. 2. Ἄσιν ἐφημερίων μερόπων γένος ἐκμεμέτρηται.

Verum hoc difficultatem non habet. sed in secundo versu vides ἀγῶσι versum *seculis*. scilicet V. D. conjecit αἰῶσι. sed αἰῶνες ἔμμετροι. *definita secula* pugnant cum locutione εἰς αἰῶνας. cum *aeternitate*. aliud quid latet. rursus mala vocabulorum divisio obfuit: quae tamen hic se ipsa satis prodebat. non enim legitur ἐμμέτροις, verum integra praepositione

ne ἐνμέτροις. ſcribe igitur ἐν μέτροις ἀγνῶσι. *in menſuris ignotis.* ſic Libro VI. 159. habes ἀγνῶτα θύγατρα. *ignotam filiam. Sophocl. Antig.* 1013. ἀγνὼς φθόγγος. *incognitus.* jam futura nobis incognita eſſe & latere, quis adſtruxerit?

In *Manethone* vix alio modo frequentius peccatur. multa jam exemta in ſequentibus tamen talia iterum pullulabunt. nec in *Manethone* ſolo: verum tum quoque in aliis, tum eo vitio ſaepiſſime laborat etiamnum *Maximus* περὶ ἀπαρχῶν. licet praeclare de ipſo meruerit *Cl. P. Weſſelingius* in *Probabilibus*, qui tam hoc in genere, quam alias mendas dexterrime ſuſtulit: multa tamen prudens praetermiſit; Augiae ſtabulum pertaeſus. quaedam nobis obvia facta ob cauſſas antea memoratas hic ſiſtemus. Verſus 164 & ſequentes miſere hoc morbo decumbebant ante feliciter a modo laudato viro adhibitam medicinam: verum etiam nunc aegrotant. ſic legebantur.

——— ——— τότ' αὖ μέγα θαρσαλέοσοι
Αὐγῆς ὠπίοίητον ἐπ' ἀνέρι πορσύνουσαν
Ἦτορ καὶ πραπίδων ἑτέρη ῥέα δύσφορον ὁρμὴν
Πλαζομένοιο, νόοιο πότμον γε μὶν οὔτι φέρουσαν
Νοῦσον ἔχειν δωκεῖαν ἀκεσφορίην ἐρατεινήν.

reponit ex tripode V. D. θαρσαλέως τοι Αὐδήσω & δ' ὠκεῖαν. Verum etiamnum hoc loco tenebrae denſae. quid ἑτέρη ῥέα? qui ſenſus ineſt reliquis? en ut legendum locum totum cenſeo.

——— ——— τότ' αὖ μέγα θαρσαλέος τοι
Αὐδήσω, πλοιητὸν ἐπ' ἀνέρι πορσύνουσαν
Ἦτορ, καὶ πραπίδων ἑταρείᾳ δύσφορον ὁρμὴν
Πλαζομένοιο νόοιο, πότμον γε μὲν οὔτι φέρουσαν
Νοῦσον. ἔχει δ' ὠκεῖαν ἀκεσφορίην ἐρατεινήν.

ἦτορ πλοιητὸν ἐπ' ἀνέρι eleganter. *Nicander* dixit πλοιητὸν ὄμμα *Alexiph.* 242. *Heſych.* πλοιώμενον. πλοιάδας λέγεται τὸ παροιμιῶδες πρὸς τὰ ἀφροδίσια. *Athenaeus* XIII. p. 601. F. οἱ ἐν Εὐβοίᾳ Χαλκιδεῖς περὶ τὰ παιδικὰ δαιμονίως ἐπτόηνται. vox ἑταιρεία nota in *Rhetorum Atticorum* libris. hic paullo alio ſenſu. ut ἕταρος. pro ἑταῖρος, ſic noſtrum vocabulum ap. *Heſych.* ἑταρήσας [ἑτερήσας] πορνεύσας. ἑταρίσατο. quod *Oppiani. Hal.* v. 93. *Fabricius* provocabat ad vocem ἑτερήρεα. ἀμφίβολα. apud eum *Lexicographum* lectam. ſed quo fructu vides. ἑτερήρης. ut εὐήρης & alia. μὲν pro μὶν, ſi vis, debeo vertenti hunc locum. omnia jam facile intelliges, ſi τῷ νοῦσον copules πορσύνουσαν & ἔχουσαν. & πραπίδων ἑταρείᾳ conjungas. nam ſi πραπίδων referas ad ὁρμὴν, voces πλαζομένοιο νόοιο abſolute dictae fuerint. hoc ut placuerit ſcripſi

scripsi autem θαρσαλέ@ σοι. quia sic monebat vs. 585. & adjectivum se bene hic tuetur. ibidem vs. 169.

Ἦχι τε σύῤῥιγγες σφάγιαι βροτὸν ἀμφὶς ἔχουσι.

σύριγγες σφάγιαι. non sunt *ulcera exedentia.* sed *venae jugulares.* a σφαγὴ *jugulum.* & σφαγαί. vide *Foesium.* mox συνάγχη & κυνάγχη permixta. *angina & cynanche.* porro *Hermes Trismegistus* in *Iatromathematicis* p. 41, etiam docet, quando Luna in Tauro est, tum πύρωσιν τοῦ τραχήλου accidere. mox 179. νοῦσ@ ἐπιβρέμπει. *morbus adfremat.* quasi ἐπιβρέμει haberetur. puto ἐπιβρίθει vel ἐπιχρίμπτει. 195. ἐπεισέρχοιτ'. 196. τῆμ@ δὴ γάρ. sic junge. & mediam distinctionem pone post λέγοιτο. mox lege. Ἀμβλώσσοι δ'. οὐ περ τι φέροι κακὸν, οὐδέ τι λοιγόν. ubi ὄντι pro οὐ accipiendum. nam λοιγὸν est substantivum. τί λοίγιον non λοιγὸν potest dici. procederet τί κακοῦ. τί λοιγοῦ. sic ὅτι & superiore versu capiendum. alioquin οὔτε. vs. 329.

Δεσπόσυνον ποτὶ δῶμ', ὑπὸ δείελ@ ἠύτε τις φώρ.

loquitur de *servo fugitivo, qui ad dominicam domum reversurus est, ut fur.* ὑπὸ δείελ@. *a metu.* scilicet id ipsi idem ac δέος. tu conjunge ὑποδείελος. *vespertinus. sub vesperam. sub noctem. nocturni fures.* passim autem hic δρήστης simpliciter male *servus* vertitur. cum sit δραπέτης hic. vid. *Hesych.* vs. 369. δμῶ' ἂν ἄγῃ. forte ἀνάγῃ. certe vs. 362. malim σκήψει. & mox πρηύνειν. ποτιόσσεο autem *exspecta.* non *adscisce.* fefellit *Glossa Hesychii.* ubi inter alia προσδέχεται. sed id est προσδοκᾷ. vide *Schol. Odyss.* Ξ. 376. ibidem 376.

—— ὅτε δρῆστις ἐπεντύνησι κέλευθον Λαιδρὸς ἀνήρ.

legendum videtur δρῆστιν ἐπ' ἐντύνησι κέλευθον λ. α. 379. τέρμοις. 385. ξίφει. *Ionice.* 455. ᾗ φὼρ ἐπὶ φωρεῖ κύρσει. ut *Charito* I 11. III. 47 2. τοὺς συλήσας ἐλῄστευεν. φωρεὺς pro φὼρ nescio an alias exstet. forte vs. 598. posset id substitui. quamvis & φῶρ@ paullo alio sensu apud *Suidam* & *Hesych.* ubi conjecimus φῶρ τις. 447. πολὺ λώιον. 461. λαχμανέμεν. *fodere.* 464. ἀερσινόοιο. ut ἐγερσίνο@ & ἀεξίνο@. active accipe. *Etym.* M. ἀερσίφρων. ἐγειρόφρων. ἐπαίρων τὰς φρένας. vs. 472.

Μὴ μὰν δὴ τημόσδε θέλειν ἐρίβωλον ἄρουραν
Ἄρνυσθαι μισθῷ ἐπιλατρίῳ. οὐ γὰρ ἄμεινον.
Οὐδὲ φέροιεν ὄνειαρ ἐπ' ἀλλοτρίῳ μογέοντι.

ἄρνυσθαι. est *conducere, suscipere laborandum.* non *elocare.* de tali agricola *Manetho* VI. 489. [I. v. 453.]

Γειοπόνυς ξείνοισι γεγηθότας, οὐκ ἰδίοισιν
Μύνοισιν, μισθῦ δὲ κ̀ ἄλλων κλῆρον ἔχοντας.

deinde separa ἐπὶ λατρείῳ μισθῷ. *Manetho* I. 275. λάτρια ἔργα. tum φέροι ιν. habes φέροιο pro φέροι. vs. 47. quod in sensum & metrum pugnat. 375. φεύγη δμωὰς, οἷο ἄνακτος Ἐν ξείνη ληφθεὶς ἄγεται ποτὶ δώματα θᾶσσον. vulgo φυγῆ & male distinguitur. 426. οὐκε φύγοι. vulgo οὐκ ἐκφύγοι. 524. εὖ μὲν. 565. βίη δεσμοῖο πονηθεὶς. *Homer. Odyss.* Θ. 336. δεσμοῖς κρατεροῖσι πιεσθεὶς dicit. Non damnarim tamen πονηθεὶς. mox συναπτῷ corruptum vocabulum ἐν σιδαρῷ ἀδάμαντι vel simile quid requiritur. 537. ἄλιον. *inanem.* 569. pro σώεται ἄψ ἐς δῶμα. lege σεύεται. vide *Hesych.* satis inscite vs. 555. ἄψεα & αἶψα confusa. 571. σεναρὸν χῆμα. interpres legit κλέμμα. sed epitheton nec huic nec illi convenit. 574. φράζεο δ' εἰς δεκάτην τόδε μοι ταύροιο κέλευθον. non placet φράζεο εἰς. puto φράζεο δ' ἐνδεκάτην. & τότε. vs. 580. malim καρκίνον. & 582. κλῆσις ἄλλη ἦν τίς. confer. 512. vs. 603. Εἰ δὲ σεληναίη ξυνὴν τρίβον ἐν κονέησιν. editur ξυνὸν. *Atticismus* hic non convenit. & ἐν κονέησι. *festinantibus.* immo ἐγκονέησι. *festinet.* docti viri abunde. 606. lege

Ἦν δ' ἴχη Κρονίωνα Σεληναίη ἅμα δίη Ἐν γλυφέθλη.

nempe φωρ. ἀμαδίη. *simul incedens.* scilicet conjecit ἅμ' ὁδεύη. egregie, ut omnia. Sed revertamur ad *Manethonem.*

L. V. vs. 9. De *Manethone* agens *J. Alb. Fabricius* in *Bibl. Graeca* T. II. p. 499. recte corrigit Οὐ βαιοῖς κάματος ἦτος. vulgo. ἦ. paullo ante ἐπεμήσατο quis forte mutarit in ἔτ' ἐμήσατο. pro βληδῶν non displiceret βλήδην. ut ad ἀνθοβολίαν & φυλλοβολίαν respiceretur.

Vs. 29. Ἀστέρες ἑπτὰ θεοὶ μὲν ἀπ' οὐρανῦ ἀέρι πουλύν.

locus salebrosus. omnes stellae *dii*: sed in primis *septem Planetae.* quare ne cogites de voce θεοί. ultima misere vitiata. si conjicias ἠέρι πολλῷ nihil profeceris. ἠερέθονται sensum efficeret. *Aratus.* 390.

Ἄλλοι [ἀστέρες] δὲ σποράδην ὑποκείμενοι ὑδροχοῆι
Κήτεος αἰθερίοιο κ̀ ἰχθύος ἠερέθονται.

Orpheus apud *Eusebium Praep. Euang.* L. III. 61.

Οὐρανὸς αἰγλήεις, ὃν χρύσεαι ἀμφὶς ἔθειραι
Ἀστρων μαρμαρέων περικαλλέες ἠερέθονται.

suffecerit forte haec mutatio in versum hunc: at reliqui quatuor vel quinque nihil hinc quod ad sententiam juvantur. quin etiam vs. 31. ma-

manifestum vitium in γίνεται praefert. prima enim correpta. turbatos esse hos versus optime vidit *Editor*, & recte, credo, ordinavit. vide quid porro, ejus seriem secuti, tentaverimus.

Ἢν δ' ὥρη ψεύσειε, συνεξώλισθεν ἅπαντα.
Ὥρη δ' ἀκριβοῦσα βροτοῖσι τὰ δόγματα θεῖα
Γίνεται, αἰῶνός τε γόνος, ῥίζα φύσεως πολυμόρφου.

vulgo Αἰῶνός τε γόνος γίνεται. de prioribus duobus versibus egi ad L. I. 348. p. 725. eae emendationes nunc novum firmamentum accipiunt de vocabulo γίνεται collocato, ubi & metro & sensui congruit. ita ea voce utitur L. II. 201.

Τάδε γάρ σφιν Ἀντ' ἀγαθῶν καὶ λυγρὰ καὶ ἀντία γίνεται αἰεί.

δόγματα θεῖα. sunt *decreta*. quae & ἱερὰ. IV. 32. *divina* & θεῖα dicuntur omnis *doctrina* ad *astrologiam* spectans. *Latinus Astrologus* inde materiam habet sui poematis *Divinas artes & conscia fati Sidera*. passim *Firmico decreta stellarum* celebrantur. Graecis vulgo ἀποτελέσματα vocantur. ut ostendit multis *Salmasius* p. 44. nec enim κρίσεις vel κρίματα ipsis in usu hac notione. aptissime vero Noster illa vocet δόγματα, quae voci *decretum* respondent. jure autem *Horoscopi decretis istis* adsociantur *aevi progenies & radix, sive origo & fundamen naturae multiformis*. nam, ut docet L. V. 314. ὥρη δέ φύσιν διορίζει. id est, ὥρη γίνεται φύσις. quidquid *horoscopus, hora decernit*, id *sequitur natura. natura pendet ab natali hora.* huc quoque facit vs. 12. hujus libri & alia passim.

Ἀνθρώπων γενέσεις, ἃς ἤγαγε μυρίος αἰών.

plene igitur proposita circa *Horae* accuratius observandae necessitatem doctrina, transit in sequentibus quinque versibus ad tractationem de *Planetis* generaliorem. quos versus sic constitutos aptum & convenientem sensum reddituros autumo.

Ἀστέρες ἑπτὰ θεοὶ μὲν ἀπ' οὐρανοῦ ἄχρις Ὀλύμπου
Οἱ ζώνας κατέχουσιν ἄνω τὰς ἑπταπόλοιο
Ζωδιακοῦ κύκλου * σφαιρώμασι, καγχαλόωσιν
Εἰν ἰδίοις ὁρίοις, ὑψώμασιν, ἠδὲ τ' ἐν οἴκοις.

* vulgo σφαιρώματα.

Planetae septem dii quidem a Coelo usque ad Olympum
Qui zonas occupant illas septempolaris

 Astri-

Astriferi circuli glomeraminibus, laetantur [pollent]
In propriis finibus, elevationibus & in domicilius propriis.

primo loco exponam caput doctrinae his versibus comprehensae. deinde explicabo secundarium membrum, quod ipse adjecit ad illustrationem & amplificationem argumenti. docet igitur *septem Planetas gestire, laetari, gaudere.* id est, *praecipue valere vi astrica sua*, quando sunt in *propriis finibus*, & *domiciliis* & *elevationibus* .ut saepe jam inculcavit & omnes astronomici tradunt. *minus* enim *valent*, quando sunt in aliorum domiciliis & finibus & quando sunt ἐν ταπεινώμασι. quando omnino non sunt in centris suis, aut non in centris altissimis. En *Sexti Empir.* locum p. 343. 33. *adv. Astrol.* idem pene iisdem verbis docentis. τοὺς δὲ αὐτοὺς ἀστέρας μείζονα μᾶλλον ἔχειν δύναμιν, ἢ παρὰ τὸ ἐν ἰδίοις οἴκοις ὑπάρχειν, ἢ ὑψώμασιν, ἢ ὁρίοις, ἢ παρὰ τὸ δορυφορεῖσθαι παρά τινων. [per vocem δορυφορεῖσθαι quid intelligat, mox declarat p. 344. 38.] & sic noster hic & alias. ex. gr. L. 11. 406.

Πάντες μὲν χαίρουσιν ἐπ' ἀντολίῃσιν ἐόντες.
Ὡς ἂν ἐοῖσιν ἕκαστος ἀγαλλόμενος βασιλείοις.

ubi docet *vim astrorum* esse *majorem*, quando oriuntur, quam quando occidunt. aliis locis vocat γήθειν. ἐπιτέρπεσθαι. hic in voce καγχαλᾶν nihil aliud quaeras. licet *sphaeris planetarum* adscribatur *harmonia*, immo *sonus Musicus.* ut *Servius* ad L. 11. *Aen.* 255. *nam circuli septem sunt Saturni . . . Lunae. & primus, hoc est, Saturni vehementer sonat: reliqui secundum ordinem minus, sicut audimus in cithara.* certe non opus est: nec ad astrologiam facit.

Haec verba igitur sensu suo & liquido jam patent: sine ullius literae mutatione. interjecta a voce θεοὶ ad vocem σφαιρώματα ipsam, aperte flagitant vel occultius emendationem. vides qualem sensum iis dedi. quo admisso, circa *planetas* docuerit porro, illos *obtinere superne zonas septempolaris astriferi circuli sive globi suis glomeraminibus, sive sphaericis formis, a coelo inferiore & nostro ad usque coelum superius, sedem deorum, Olympum.* peritioribus aliquantum explicatio horum paucis verbis posset absolvi. sed cum argumentum sit multis forsan minus perspectum, pluribus necessario utar. cuique satis constat astronomis *plura coela* concipi: & singulis *Planetis* suum contribui. *circulus* autem, *periodus*, quam describit ex. gr. *Saturnus*, ejus *coelum* vocatur. & sic porro. Cum vero *planetae* singuli describant singulos orbes, quorum altissimus *Saturni*, humillimus & nobis vicinissimus *Lunae* circuitus, illi circuli spatium hic dicuntur obtinere a *coelo*, οὐρανῷ, nostrae atmosphaerae

rae

rae viciniſſimo usque ad *Olympum*: *ſummum coelum. firmamentum*: ſtellarum fixarum, ut adparent, ſtationem. qui circulus ſive orbis ſupra ſeptem *Planetas*, aſtronomis *cryſtallinum coelum*, poetis *Olympus* denominatur. Inde hic habemus κύκλον ἑπτάπολον. *orbem*, *globum ſeptem coelis*, *polis* [ita ſaepe *polus* notat improprius] conſtantem: id eſt: in quo *ſeptem planetae* ſeptem ſuas periodos perficiunt: *Saturnus* altiſſimam: *Luna* depreſſiſſimam. Inde coelum illud *Planeticum*, in quo currunt ſeptem errantia aſtra, aliis vocatur ἑπτάζωνον. ut habemus hic Ζώνας memoratas ἑπταπόλȣ κύκλȣ. *Orpheus Hymno* in *Aſtra* p. 102. inde

Ἑπταφαεῖς Ζώνας ἐφορώμενοι, ἠερόπλαγκτοι.

& *Nonnus* XXXVIII. 115. & 229.

Ζώνης ἑβδομάτης ὑπὲρ ἄντυγος. ——
Αἰθέρος ἑπτάζωνον ἴτυν ςεφανηδὸν ὁδεύων.

nam alioquin modo quinque zonae in orbe coeleſti & terreſtri celebrantur. Cum vero vocetur Ζωδιακὸς κύκλος, velim in memoriam revoces ζώδια & Ζωδιακὸς non ſemper proprie ſumi: verum ſaepe poni pro *aſtris* & *aſtrifero*: non modo *ſignis* & *ſignifero*. deinde non ſolus *ſol*, verum reliqui etiam *Planetae* orbitam per *Zodiacum* habere cenſentur. vide L. II. 15. —— *Planetae* —— διὰ κύκλȣ

Ζωδιακȣ͂ πλάζονται ἀμειβόμενοι κατὰ κόσμον.

ἄνω autem merito adjicitur, cum ſpatium periodorum ſit ſupra aërem, & atmoſphaeram non modo noſtram: ſed pertingat ad *aetherium coelum*, *Olympum*. Jam poëtas ita diſtinguere inter *Coelum* & *Olympum* etiam pluſculis comprobare non taedebit exemplis: licet id eruditis minime ſit incognitum. Pater poëtarum *Iliad*. A. 597. ait

Ἠερίη δ' ἀνέβη μέγαν οὐρανὸν, Οὔλυμπόνδε.

Iliad. Π. 364. Ὡς δ' ὅτ' ἀπ' οὐλύμπȣ νέφος ἔρχεται οὐρανὸν εἴσω.

Iliad. Ξ. 173. Τοῦ καὶ κινυμένοιο Διὸς ποτὶ χαλκοβατὲς δῶ
Ἔμπης εἰς γαῖάν τε καὶ οὐρανὸν ἵκετ' ἀϋτμή.

Virgilius inde VI. *Aen*. 579.

Quan-

Quantus ad aetherium coeli suspectus Olympum.

quod vocabulum *coeli* in *terrae* mutare voluerunt temerarii Critici: nunc non primum visi. sed bene *N. Heinsius* vindicat loco *Tibulli* L. IV. 131.

Jupiter ipse levi vectus per inania curru
Adfuit, & coelo vicinum liquit Olympum.

quamvis eo loco dubium sit, uter locus sit editior. facilior ibi interpretatio de *monte*. sed nostra explicatio satis confirmata. locum notissimum *Senecae* in *Apocolocynthosi* p. 855. si addas, nihil dubii restiterit. ubi *Claudius jubetur intra triginta dies coelo excedere, Olympo vero intra diem tertium.*

Jam spectes mutationes a me inductas. pro σφαιρώματα quidem reposui σφαιρώμασι. nec id difficulter concedetur, ut pote levius. σφαίρωμα autem est ῥόμβος. IV. 239. *globus. sphaerica forma.* quae omnibus corporibus coelestibus adscribitur. *Manilius* saepe. L. IV. 523.

Pleiadum parvo referens glomeramine *sidus.*

σφαίρωμα enim non licet accipere pro δίνημα. tum enim posses forte conjungere τῷ καγχαλόωσι.

At ex ἀρέρι πουλὺν qua vi exeat ἄχρις Ὀλύμπου! non admodum valido tormento nec illegitimo opus. & ἄχρις pro ἀρέρι reponi, facile concoquat etiam fastidiosior stomachus. qui ut secundam mutationem ferat εὐχολωτέρως, considerandum in omnibus *codicibus* & in *Manethone* saepe syllabas transponi. & sic e πουλὺν habuerit λύμπου. cui quantum deest, ut evadat in ὀλύμπου! sic habes L. III. 363. φανέειν pro φαείνειν. L. VI. 109. ἀγελειῆς. pro ἀλεγεινῆς. VI. 273. ἀραιφα pro ἀφαιρεῖ. ap. *Maximum*. 149. ἀνίσιμος pro ὠναίσιμος. vide p. 430. *Animadv.* & L. VI. 273. scilicet saepe in fine versuum ornatus caussa vel angustis spatiis coacti librarii syllabam syllabae superimponunt: quam inperitiores in describendo facile dislocant. In tam faedato loco etiam plus licet. Lectio autem *Codicis* τὰ σεπτὰ πόλοιο. nec a sensu nec a metro admittitur, licet σεπτὰ σφαιρώματα cum *Hesychio* possent explicari ἔντιμα. ἅγια. σεβάσιμα. σεβαστά. nam quomodo una steterint πόλοιο & κύκλου?

L. V. Vs. 35. παρέχει ad omnes *Planetas* refertur. vidimus alias hujus constructionis exempla. mox tamen ἀνέδειξαν. nisi id potius dictum velis per ellipsin. ἄνθρωποι. *homines. historici.*

Vs. 52. Λάβρ' ἐπιγεινομένου πυρός. forte λαβρὸν ἐπειγομένου.

sic

sic μέλαθρ' pro μέλαθρον habuimus. vs. 54. τελευτήν. *finem.* non *mortem.* unde e contrario supra ἀρχαὶ ἀηδεῖς.

L. v. Vs. 69. Κρονίδης. *Saturnus.* voluisse *Saturnius* crederem, nisi L. I. 208. 210. bis Κρονίων perperam esset redditus *Saturnus.*

Vs. 98. Φύσαντες. οἱ φύσαντες communi usu *parentes.* hic redditur *spirantes.* quod igitur pro φυσήσαντες. ut apud *Herodot.* v. 91. δόξαν δὲ φύσας αὐξάνεται. & apud *Hesychium* Φύσας. φυσήσας ἢ τοὺς ἀσκοὺς πληρώσας. sed si etiam sic interpretari liceat, mira caligo. quin in *Herodoto* non convenit interpretibus. & in *Hesychio* Φύσας. φυσήσας ἢ τοὺς ἀσκούς. Φυσήσας ἀσκοὺς. πληρώσας. scribendum reor. ipsi *Hesychio* Φύσα. ἀσκός. nam φύειν & φυσᾶν, licet forte ultimam originem eandem habeant, usus secrevit. tamen & si *parentes* accipias, non minores tenebrae. nec juverit multum, si pro φύντες accipias. tamen L. vi. 530. Φῦσαν posuit pro ἔφυν, ut videtur. vide ibi.

Vs. 103. Ἑρμῆς κ̀ Παφίη ἰδίαις μοιραῖσι ταπεινοὶ
Ξυρομένους κεφαλὰς, μίμους ὀχλοῖσι γελοίους.

nescio an sic malis pro γελοίων. facile per priores intelligis *parasitos, scurras,* γελωτοποιούς. vide L. iv. 284. *Artemid.* I. 23. *Lucian.* T. III. 189. & *Animadversiones* p. 154. semel autem modo *Manetho* usus locutione ταπεινοί. ταπεινώματα & ὑψώματα. vide *Sext. Empir. Adv. Mathem.* §. 35. p. 343.

Vs. 105. Ὀυ καλός ἐστιν Ἄρης ἐπεμβαίνων Ἀφροδίτῃ.

Editor ob versum Ἄρης. sed durum, ut ἀστὴρ sic intelligatur. malim transponere. Οὐ καλὸς Ἄρης ἐστὶν ἐπεμβαίνων. eodem remedio indiget *Maximus* 551.

Ὡς δὲ κ̀ ἐν σκορπίῳ αἰθερίῳ ἠδέ τ' ἐλαφρῷ.

Quis non refingat ὡς δὲ κ̀ αἰθερίῳ ἐν σκορπίῳ ἠδέ τ' ἐλαφρῷ. rursus idem in hac voce corruptus 503. Ἦν δὲ σκορπίου δέμας αἰθέριον ἀπεράτησιν. sed ipse poeta sibi medicinam alio loco monstrat. legendum enim σκορπιόεν, ut vs. 364. ἦν δὲ σκορπιόεν δέμας. vellem tam levi manu ex *Manethone* eandem maculam elui posse. L. I. 35. enim σκορπίος producitur malo exemplo.

Ἢ κ̀ σκορπίον κυανόχροον, οἶκον Ἄρηος.

jam id colorare opus similibus licentiis in ιλίυ, ἀγρίυ, Αιόλυ apud Poetam. de quibus vide an satisfecerit *S. Klarkius* ad *Iliad.* Θ. 66. & aliis locis. sane noster v. 194. κάπρος medium produxit, sed versu conturbatissimo.

L. v. Vs. 112. Μείων δ' ἢ μείζων μεστὴ πρὸς Ἄρηα καχίστη.

Minor autem vel major plena. puto μεῖον δ' ἢ μεῖζον μεστῆ. loquitur de *Lunae* φάσεσι. Male vs. 110. χαλῇ pro χαλὴ substitutum. vs. 121. ἀρχαῖσιν *in initiis.*

Vs. 122. Οὐκ ἰδικὴν παρέχει φάσιν ἡ θεὸς, ἀλλά τιν' αὐγὴν
Χείρων ἠελίοιο δανείζεται, οὐ μόνιμον φῶς,
Μίμνης ἀσχομφὴ δάνιόν περ ἀπώλεσεν ἰσοτέλησεν.

desperatissimus versus ultimus. sententia priorum obvia. post φῶς plene distinguendum. quis credat *Manethonem* corripuisse δάνειον in δάνιον. esto. tamen abundat versus pede. ex *Glossa* puto. medicinam non promitto. sensus fuerit,

Μὶν μεστὸν χομφὴν παραπώλεσεν ἐς τέλος αἰεί.

μὶν id est φῶς. *Glossator* supplevit δάνειον. potes & μεστὴν id est αὐγήν. περεόντες pro παρεόντες habuimus. ut hic περ ἀπώλεσεν pro παραπώλεσεν. sed ludicra haec. tamen serio pono δάνειον esse ex *Glossa*. occurrunt tales ubique & in Nostro. exemplum unum sistam ex *Libro* II. casu omissum. ibi enim vs. 110. dicitur de *circulo meridiano*.

Ὅς μὲν γὰρ ὑψοῦ θοὸν οὐρανὸν ἐστήρικται,
Ἠώην οἶμον ἔχων καὶ δείελον ἠελίοιο,
Κρίνων καὶ θνητοῖσιν ἄγων βαιὴν λύσιν ἔργων.

multiplex hic corruptela. sed *Glossam* statim aggrediar. nempe ἔχων. vox enim & in versu abundat & sensui contraria. nam de *meridiano* est falsum, illum *habere solis matutinum & vespertinum iter*. sed illud *dividit*. unde mox bene κρίνων. sed primus versus quoque laborat. lege ὑψοῦ θοοῦ οὐρανοῦ. ut L. I. 35. ὑψοῦ πόλου. 47. ὑψοῦ αἰθέρος. dele igitur ἔχων, & ad οἶμον refer κρίνων, post eamque vocem commatice distingue. illa βαιὴ λύσις contingit, quando meridiari solent rustici & opifices, & opponitur majori noctis quieti. apud *Maximum*. 265. repone λύσιν ἄλγευς pro χύσιν.

Vs. 139. 140. 141. 151. 164. acutioribus forte crucem nullam fixerint. qualibus multos alios versus in *Manethone* prudens reliqui sanandos.

Vs. 155. Καρκίνῳ ἢ ὑδροχόῳ ἢ ἰχθύσι τοῖσιν ἀφώνοις.

eliditur Ἡ, uti L. VI. 598. & apud alios. in μὴ id frequentissimum. in L. VI. 47. Τὴν αὐτὴν ἐπέχῃ μοίρην πολεμοκλόνῳ Ἄρηι. nihil tale coneris: sed rescribe Ἄρῃ. ἄφωνοι proprie *pisces*. quamvis & *omnia animalia muta* oppositione μερόπων ἀνθρώπων. vide ad *Manilium Scaligerum* p. 391. tamen nolim apud *Manilium* L. IV. 895. *Pro-*

—— *Projecta jacent* animalia cuncta
In terra, vel mersa vadis, vel in aëre pendent.

muta reponi pro *cuncta*. quod ibi aperte requiritur. quia *terrestria*, *aquatica* & *aeria* opponuntur *homini*, ut saepissime. & tautologon foret. nam sequitur *&* *lingua remissa*.

L. v. Vs. 177. Εἰ δ' Ἄρεα γνοίης ἀκρώνυχον ὀβριμόεργον.

sane inconditum vocabulum ἀκρώνυχον. apud *Firmicum* II. VIII. habentur stellae ἀκρονύχλαι. quae & ἀφανῆται & συνοδικαὶ. quo de loco agit *D. Petavius* in *Dissert.* L. I. C. 5. *Uranologiae* subjectis. Et *Cl. Salmasius* in *Plinianis* p. 504. ab eodem *Petavio* refutatus L. VI. *Dissert.* x. 249. ubi ἀφανεῖς & ἀκρόνυχοι. verum ἀκρόνυχον versus respuit. rescribe igitur ἀκρονύχιον. ut μεσονύκτιος. ἀκρόνυκτος per se probum. hic habes Martem in *media nocte*. at L. I. 167.

Ἄρης ἡμερίνοισι μεσουρανέων τάδε ῥέζει.

& L. v. 324. Εἰ δ' Ἄρης ἠῶς γε μεσουρανέοιτο, λογίζευ.

sic lego. scilicet multum differebant in his *diurnum*, *nocturnum*, *vespertinum & matutinum tempus*. hinc puto succurrendum *Maximo* 597.

—— —— —— εἰ δὲ κὲν ἄστρον
Ὑδροχόου δίτησιν ἀγαυὴ Θειατίνη
Ἐν δοίῃ, σώσεις τε ἀπολυμβοῦ κλεάνοιο.
Dubia erit perdita rei recuperatio.

puto legendum Ενδίῃ, σώσοις κεν ἀπολυμβοῦ κτεάνοιο. *Meridiana, servaveris partem perditae possessionis.* ἐνδίῃ. μεσημέριν(ὸς). *Hesychius.*

Vs. 179. Ἀράμβοαι παλάμαις ὑπὸ τύμπανα φάσγανον ὀξὺ
Μιμοῦνται δυσαγῆ Κυβελήϊον ἔνθεον Ἄττιν.

agnoscisne poëtae artificium *Gallorum* furiosos motus suorum versuum rhythmo adaequantis, & tantum non oculis auribusque ingerentis? deturparant pulcerrimos hos versiculos duae maculae. editum enim δυσαγὴν. & lectio elegantissima *Codicis* ἀράμβοαι erat mutata in ἀράμβοοι a V. D. tum parum secum reputante, quam saepe auctores de *Gallis*, ut *feminis*, loquantur. Egregius *N. Heinsius* ad *Ovidii* IV. *Heroid. Ep.* 48. multa & alias exempla sistit. vid. Nostrum L. IV. 590.

Vs. 181. corruptissimi & δυστόνητοι versus. habuerint constructionis speciem legendo,

 Ἢν

Ἢν Ἄρην ζώοις ἔπι φωλεύοντα τὰ κέντρα;
Τὴν πρᾶξιν Ζηνὸς, καὶ τὸν Κρόνον οὐδ' ὑπόγειον.

nempe γνοίης ex versu 177 huc refer. τὰ *Editor* deesse adseverat. Si non melius quam ego intellexerit hos versus, incertum est an non & τὲ deesse possit. *Codicem* τὰ habere, non aperte dicit.

Vs. 191. Φρουρουμένων σαρκῶν ὑποσήκεται πένθιμος ἀνήρ.

redditur ὑποσήκεται. *liquitur*. nescio an alii, mihi non occurrit vox σήκεται. irrepsisse vitio typi pro τήκεται vel σήπεται crederem; nisi viderem hunc versiculum in correctionem incurrisse circa vocem πένθιμος: pro quo πένθημος, solito errore, in *codice*. mirum igitur non una fuisse animadversum hoc erratum. Cur non scriptum ὑποτήκει πένθιμον ἄνδρα. nempe Luna & Mars. vel ὑποτήκεται ἄθλιος ἀνήρ. vel ἀΐλινος. quod ipsi placuit L. 1. 340. cujus *Glossa* potest esse πένθιμος. vide *Suidam* in Αἴλινος.

Vs. 203. Μὴ λαθέτω σε Κρόνος ἰσομοιρήσας Ἀφροδίτῃ,
Τέκνων μὲν τεύχων πεδονήιον ἠὲ Θυέστην
Ἠὲ καὶ ὡς ἄλλην ἀσεβήιον ἢ Ἰοκάστην.

Liberorum quidem faciens incolam compedis vel Thyestem;
Aut etiam ut aliam impiam vel Iocasten.

Quomodo haec sine sensu sententia his e verbis extorta fuerit, videre est. In desperato rursus loco aliquid audere liceat. en nostram revera modo hariolationem.

Τεκνοῦν μὲν τεύχων Πελοπηίαν ἠδὲ Θυέστην,
Ἠὲ καὶ ὡς ἄλλην ἀσεβηίαν ἠδ' Ἰόκαστον.

Liberos procreare faciens Pelopeam & Thyesten,
Vel etiam sicut alia impia [Iocaste] & Iocastus [liberos procreaverunt]

Aptum quidem fateberis sensum: sed de verbis sollicitaberis. hae duae innuptae nuptiae passim & simul celebrantur saepissime. *Hyginus. Fab.* CCLIII. *Iocaste cum Oedipo filio: Pelopea cum Thyesta patre. Ovidius* in *Ibin* 358.

Filia si fuerit, sit quod Pelopea Thyestae.

Andocides περὶ Μυστηρ. 17. 5. & alii centum item conjungunt. Cur reposuerim *Iocastum* pro *Iocasten* rationem e vestigio dabo. *Oedipus* autem

tem *Iocastus* prius dictus. *Apostolius Prov. Cent.* III. 44. Μέχρι Λαΐυ καὶ Ιοκάςυ τῦ μετακληθέντος Οἰδίποδος. Poetae omnes antiquatis hoc genus nominibus utuntur. praetuli igitur Ἰόκαςος, quia ἄλλη ἀσέϐεια. *alia inpietas.* aliquanto minus dure dicitur de *femina*, quam de *viro*. dicitur autem ἀσέϐεια *inpietas* pro *inpia*: uti *scelus* pro *scelesta*. *flagitium* pro *flagitioso*. Ionas autem terminationem εια substantivorum efferre ηιη cui ignotum? βαλισηίη & centum alia sic flectuntur. Ταρπηία. quae Ταρπεία. *Turpea.* si scribas ἀσεϐηίην pro subscripto Iota habeas, uti passim Ζώιον pro Ζῷον. si scribas ἀσεϐηίαν. forte eo refugere non necesse habueris. L. v. 236. ψάλτριαν corripuit. sed hoc non plane consimile. ut pontem struxerim aliis transituris ad veriora, velim.

Vs. 205. Πολλάκι δὲ προγόνυς μητρυιῇσιν ἔμιξεν.

supple καὶ μ. dixi saepius καὶ, τε & similia librariis creberrime negligenter esse habita, modo omittendo, modo inferciendo, modo dislocando. apud *Maximum* 106 & 107. bis ter socordia tali peccarunt. si librum adeas, mutationes patebunt.

Οὐδέ κεν εὐπειθῆ μιν ἔχοι πόσις, ὔτ' ἐπέεσσιν
Οὔτ' ἔργοις, αἰεί κε πανήμερον ὀρσοπολεύοι
Μύθῳ ὀνειδείῳ ἢ καὶ πληγῇσιν ἰάπτοι.

similis est locus *Manethonis* a contrario L. III. 380. uti legendus.

Ἀλλὰ τόδ' ἔμπαλιν ἐσθλὸν ἔφυ κεδνῇσι γυναιξὶν,
Πρηεῖαι γάρ τ' εἰσὶ νόῳ, ποσίεσσι θ' ἑοῖσιν
Εἴκουσιν μάλα πειθόμεναι, συγένεσί τε νεῖκος.

vulgo ἄλλο. πρηται. τ' ἑοῖσιν. ἥκυσι. sed quod *Eruditiss. Bernardus* sic commode videtur restituisse ad *Synesium* p. 117. nam defendi non posse videtur loco L. IV. 393. Ἡ μετὰ χηρείην μήτηρ πατρὶ τῦδε συνήξει. vel L. I. 181. ἥξυσιν ἀμύμονες ἰητῆρες. mox vs. 207. in versione recte μάρτυρ. *testis.* 209. ἐπί. 214. εἰν vel ἐνί.

Vs. 222. Τὴν μήνην σκέπτυ εἰ Τιτανός ἐςιν ἐν οἴκῳ.

Nullum poetae editorem fuisse par est tam rei metricae inperitum, ut hunc versum gravi vitio laborare non perceperit. qualia forte quidam, ut in oculos incurrentia, cuivis lectori emendanda relinquere posse censeant. attamen lectorum ignorantia, immo etiam quorumdam poetas in lucem sistere suo cum dedecore suscipientium, eo procedit, ut talia nec

animadvertant quidem: a librariis profecta metrorum ignaris, & vulgarem verborum ordinem ſequi ſolitorum etiam cum moduli diſpendio. vocula εἰ voci Τιτῆνος poſtponenda. ante vocalem poteſt corripi. L. v. 320.

Τετράποσιν ζώοισιν εἰ ἣ σείχουσα σελήνη.

& hic ſic malim. alioqui poſſes, τὴν μήνην σκέπτει εἰ ἣ Τιτῆνος ἐν δίκῳ. ut τῶν εἰ & ἡ unus ſonus alterum abſorbuerit. ἐςιν vero inſcito gloſſatori debeamus.

Vs. 225. Ἢν προφύγῃ λείηντε ψυχρήν τ' ἀκτῖνα Κρόνοιο.

quibus auribus ηντε ψυχρ dactyli tempora inſinuet! quantae erat perſpicuitatis illud τε removere! profecto *Auſonius*, in bilingui *Epiſt.* XI. 10. corripuit ψυχρός. at idem πενιη κρινοσεφανος verſibus ſuis prava quantitate inſeruit. ſed quae ſit in *Latinis*, nedum in *Graecis*, proſodicis ejus, pro grammatico ſane nimis indecens, licentioſa negligentia, notum. verſus praecedens videtur legendus,

Αὐξιφαὴς μήνη θερμῷ διάμετρος Ἄρηι, Ἢν προφύγῃ

Vs. 237. Ἐχθροὺς ἐκπλώσει τοῖς κρείττοσιν ἀντιφερίζων.
Inimicos obſtupeſaciet melioribus ſe obducens.

dubito an recte ſic verſum. καταπλώσσειν certe apud *Homerum Iliad.* Δ. 224. eſt *timere.* idem quod πλήσσειν. ſic ὑποπλώσσειν apud *Aretaeum Cappad.* I. *Diurnor.* 125. A. & *Q. Calabrum* VII. 132. *Inimicos fugiet, metuet, quia cum potentioribus certare audet.* vs. 239. λύπης δίχα ad ſequentia retulerim. Nam Stoicus fuerit, immo lapis, ſi ἐν σεινῷ ζωῆς tamen agat δίχα λύπης. in primis ſi recte intelligam ἐπερείδεσθαι ὑψόσε γαίης εἰς σεινὸν ζωῆς πλαισαῖς γραφαῖς. Ut *falſarii poena patibuli* vel *crucis* ſic circumſcribatur. locutio Hebraica. ὑψῶν. ἀνασαυρῶν. vide *Hugon. Grotium* ad *Joann. Euang.* III. 14. σεινὸς de *faucibus*, *Nicand. Alex.* 504.

Ἄλλοτε μέν τε πύλαισιν ἐφήμενα, ἔνθά τε πνεῦμα,
Αἰὲν ἀθροιζόμενον, σεινῷ διανίσσεται ἰσθμῷ.

& Vs. 612. Ἴσθμια καὶ φάρυγος σεινὴν ἐμφράσσεται οἶμον.
Manethoni σεινὸν ζωῆς eſt σεινοὶ ἰσθμοί. φάρυγος σεινὴ οἶμος.

ſupra monui δίχ' ἑοῖς vel οἷς legendum.

Vs 249. Λοίγιος Ἄρης. alias reſtitutum. eadem locutio in ultima voce corrupta videtur apud *Maximum* vs. 7. & legendum

Λοίγιον εἰς Ἄρην ἰχνευμένα θηρὸς ἐν ἀγρῃ.

vulgo Ἀρχὴν. confer ejusdem vs. 297.

Φρά-

Φράζεσθαι δ' εἴ κεν συγεροῦ Πυρόεντι συνείη,
Μὴ θαμάκις χρειώ σε τομῆς ἐπὶ φωτὶ λάβῃσιν.

vulgo μήθ' ἁμάκις. φράζεσθαι. centies male versum *cavere.* cum sit *considerare, observare. intelligere. discere. animadvertere*; uti bene vertitur vs. 79. τῷ σε φράσασθαι. sed inscite cum *dativo* componi creditur. cum τῷ sit *quare*, non *cui.* apud eundem in initio rursus vs. 11. lege εἰ δ' ἂν ὀπωρίνοις ἐνὶ γλήνεσιν αὐγάζοιτο. non εἰ δ' ἐν. sic vs. 370. εἰ δ' ἂν pro εἰν δ' ἄν. ubi potes etiam ἢν δ' ἄν. vs. 17. ἥκε. vs. 19. *Scorpion* vocat signum *vernum* & vs. 46. *pisces* itam *vernos.* cum illud sit *autumnale.* hoc *hiemale.* sed in plebejae Astrologiae magistro talia ferenda. *Maximus Philosophus* utrum tam facilis poeta fuerit, nescio: sed haec non ignorasse putarim. In *Manethone* vs. 267. necdum quid melius incidit quam ἀπροσιτητόν. uti ἐσιτητός. quod apud *Procopium Arcana Hist.* p. 6.

L. v. Vs. 255. πληνοῖσιν ἄβροτα. vitium typi. sed saepe tamen confunduntur composita a βρότος & βιβρώσκω. vidimus p. 79. In *Nicandri Theriacis* editur & vertitur vs. 914.

—— —— ἀμελγόμενος δ' ἄπο χυλὸν
Τύμμασιν ἡμίβροτ' ἐμβάλλοις ἀπολύματα δαιτός.

semesa. semimasticata. quasi haberetur ἡμίβρωτα. legendum videtur ἡμίβροχ'. *semimadida. semisuccida.* id τὸ ἀμέλγεσθαι χυλὸν firmat. quod si velis ἡμίβρωτ'. pro ἀπολύματα est λύματα scribendum. quod eo fere sensu non semel adhibet. posses etiam ἡμίβορ'. vide *Animadv.* p. 538.

Vs. 257. Μήνης κύριον ὄμμα. *Maximus* 584. Μήνης πολυωπέτις αἴγλη novo vocabulo. an ibidem forma vocis 576. αἰδήτμονα prae αἰδήμονα praestet, quoque dubites.

Vs. 279. Αγρεύτηρι λίνῳ ἀνεφέλκεται ἐξ ἁλὸς ἰχθύν.

sic recte *Gronovius* pro λίνων. in qua voce mihi corruptus videtur *Nicander Alexiph.* 450.

Δήποτε δ' ἢ ῥοδέοιο νέον θύος εὐτριχι λίνῳ.

Nam λίνον ubique & in omni significatu apud *Graecos* corripitur, & apud ipsum *Nicandrum* bis. deinde λίνον non est ἔριον. ut hic *Scholiastes* explicat. legendum λήνει quod *Hesychio* est ἐρίῳ. ut λήνεα ἔρια. uti jam *Stephanus.* & utitur *Aeschylus Eumen.* 43. pro *lanea vitta.* λήνει μεγίστῳ σωφρόνως ἐστεμμένον. ubi plurima *Stanlejus.* putat *Cl. Salmasius.* λίνῳ positum pro λείνῳ. λεῖνα enim eidem *Hesychio* sunt ἔρια apud *Cyprios. Guietus* hic λεῖνα a λῆνος deducit η in ει mutando. apud *Nicandrum* mihi certe λήνει magis pla-

placet. re vera ad quantitatem vocis λίνον, quam vitiosam pronuntiavimus, defendendam adducere possis locum *Nonni Dionys.* XLVIII. 459.

Αὐχένα λιναίῳ ὀφιώδεα τύψεν ἱμάσθλῃ.

at locus corruptissimus est. Nam quo colore *Aurae*, inter nymphas pulcerrimae, Bacchi amicae, tribuit ἀυχένα ὀφιώδεα. *cervicem serpentinam.* vel, si velis, *anguibus cinctam*, ut caput *Medusae* vel ὀφιοπλοκάμων ἐριννύων. nec *Nonnus* nec alius quis hoc fabulatus de *Aura*. lege ὀφιώδει ἱμάσθλῃ. *Nemesios* flagellum, ut *Furiarum*, erat *serpentibus* armatum. mox dicit [& XLIV. 261.]

——— ——— Ἀμφὶ δὲ μίτρην
Παρθενικῆς ἑλέλιζεν ἐχιδνήεσσαν ἱμάσθλην.

jam, si hoc dubio caret, vides quam otiosum sit illud λιναίῳ ὀφιώδει. ἀυχὴν desiderat epitheton. tu aliquod fabricare; non vereor, ne cervicem ei e *lino* tribuas. forte δειλαίου vel δηναιόν. *diu. Apollon. Rhod.* I. 334. III. 590. IV. 1547. *Manetho* III. 143. est autem *Horatiana* ἔννοια. *sublimi flagello Tange Chloen semel arrogantem.* tangam & alium locum ejusdem Medici. in *Theriacis* vs. 868. editur

——— ——— νηδὺν δὲ ϗ ἐμβρίθουσαν ἀνίης
Ἤμυνε καρπὸς ναὶ μὴν ἀῤῥήχȣ παλιύρȣ.

vide mihi istud ναὶ μὴν. quid agit post δὲ ϗ? deinde elumbem rhythmum si non sentis, adhibe digitos: & vide, an hexametrum exeat. immo, si in ἤμυνε mediam corripias. at qui scripsit in *Alexipharm.* 387. omnium prosodiam secutus

Θωρήκων ἤμυνεν εὐτρεφέων βρωθεῖσα
Ἤμυνεν ϗ χυλὸς ἅλις κύμβῃσι ῥοφηθείς.

Crediderisne eum aliud moduli adhibuisse hic? ulcus ostendi. medicinam artis peritus circumspiciat. nam si conjecerim καρπὸς νέῳ, forte *Galenum* iratum habuerim. securius suspicarer καρπὸς τῆς ἀῤῥήχȣ. certo tamen versus emendationem postulat.

Vs. 303. Καὶ μαγικῇ συνέσει πίθεται τὰ πνεύματα φεύγειν.

Qui sibi vult vox πίθεται? lego πείθει. *Firmicus* L. III. V. *loco nono. Erunt omnibus daemonibus horribiles.* vide quoque L. III. IX. 9. quo expli-

explicare potes vs. 202. ubi videtur legendum Ἑκάτησιν. illi *daemones* fuerunt, *morbi epileptici* & *similes*, de quibus *Aretaeus*. L. I. *Diuti.* IV. p. 28. E. ἡ δαίμονος δόξης ἐς τὸν ἄνθρωπον εἴσοδος. P. 108. *Animadv* δαίμονες βροτοὶ in Manethone fuerunt agniti. sed jam malim interpretari βροτοῖς *hominibus*, & distinguere post ἰνδάλματα commatice.

L. v. Vs. 324. jam tetigi p. 763. *Animadv.* L. v. 49. mox vs. 330. emendatio p. 228. *Animadversionum* prodita στεῖρα λοχὸς vel metri lege sancitur.

Vs. 338. Λύσσα δὲ ζηλότυπον, καὶ ἀγνώμονα, καὶ περίεργον.

quae constructio? ubi verbum, cui innitatur λύσσα? lege λύσσῃ ζηλότυπον. praecedentia & sequentia ejusdem coloris. deinde nusquam corripuit *Manetho* brevem vocalem ante Z in separatis vocibus, nisi duobus locis L. I. 16. Ἕρμεα Ζῆνα & L. v. 133. ἀχήμονα ζωήν. ubi tamen forte ceteris magis concineret ἀχήμονα θωήν. sic *Maxim.* 576. αἰδήμονα θωήν. sed ob hanc caussam controversia nulli horum locorum movenda. constat enim optimos poetas ante Z sibi indulsisse. *Homerum*, *Anacreontem*, *Theocritum*, *Orphea*, *Euripidem*, *Oppianum*, ne *Anthologiam* memorem. quare, & ob alias caussas, nonnulli negarunt Ζῆτα esse duplicem literam, saltem paullo alius naturae, quam Ξ vel Ψ. nec quidquam vetat omnes duplices non ejusdem indolis esse. X enim & Θ duplices sunt literae. item Φ. adspiratio enim, olim litera habita, ταῖς K T Π addita fuit. nec ideo producunt: certe non duo priores. verum diligentius, quam ut alii amplius de hac materia agere necesse habeant, hanc tractavit *J. Pierius Valerianus* ad *Virgilii Aen.* VII. 648. Non quod haec litera non aliquando perperam obtineat, vel a recentioribus poetis vitiosissime tractetur. ut ex. gr. apud *Homer. Odyss.* x. 336. ἀλύσκαζε pro ἀλύσκασε legebatur, & agnoscitur a *Dausquio* ad *Q. Calabrum*. L. XIII. 394. ubi nobis quoque venditat Ναζαρὲθ ex *Nonno*. quod aeque prosodice Graecum, atque Orthographice Graeca est terminatio ρεθ. ubi & βαπτίζεται. Quin ex *Oppian.* L. II. K 541. laudant φθογγὴν ἐκ στομάτων μεροπηΐδα τονθορύζοντες. sed sine variatione, *Aldina*, *Voscasana*, *Rittershusiana*, & *Venetus Codex*, τονθρύζοντες. & sic L. III. 169. lege. ubi τονθρύζουσι. uti τονθρύζω apud *Thomam* pro τονθορίζω emendavit *Nunnesius* ad *Phrynichum* p. 70.

L. VI. Vs. 13. κεινιμβύουσι. immo κινυμένοισιν. & 18. ψεφέθλην.

Vs. 25. Versus hi sic scribendi & intelligendi.

Ὡς δ' αὔτως ἀτροφεῖς, καὶ ὅσοις γιγνομένοισιν
Ὡρονόμον διέπει Φαίνων, δύνον δέ τε κέντρον
Ἄρης, μήθ' ὥρης ζῷον, μήτ' ἂν φάος ἁγνὸν
Μήνης δεχομένου Ζηνὸς φυσιζόῳ αἴγλῃ.

 Si-

Similiter vero non aluntur, quibus genitis
Horoscopum obit Saturnus, & occiduum centrum
Mars, dum neque horae signum, neque item sanctam lucem
Lunae adspiciat Jupiter suo vivifico jubare.

ἄτροφος aliis. hic ἀτροφής. quod suspectum *H. Stephano*. qui malit ἀτρεφής vel ἀτραφής. proprie *qui ultra annum non vivebant*. vide *Salmas. de Annis Clim.* 363. habebant enim, *locum*, κλῆρον, ut *fortunae, parentum*, sic ἀτροφίας Planetarii. quem hic tractat fuse *Manetho*. mox male ὡρονομῶν. in Ἄρης rursus intellige διέπει κέντρου. Ζῶον ὥρης & ὥρα vel ὡροσκόπος idem potestate. φάος ἁγνὸν modo simpliciter vocavit Σεληναίην. ubi omnes eaedem ἀτροφίας caussae. nempe ibi *Mars* & *Saturnus* horonomon obeunt spectantes *lunam* occidentem: nec *Jupiter* nec *Venus* adspiciunt *Lunam* vel horoscopum. hic autem *Saturnus* genituram obit, dum *Mars* in occiduo centro est. at nec *Jupiter*, nedum *Venus* etiam, inspicit geniturae domicilium vel *Lunam*. Rancidissima vero est prosodia, si vocem φυτιζωίφ αἴγλῃ retineas. nam duae priores syllabae auctoritate *Homeri* & aliorum sunt longae: & ipsis quoque non alia scriptura nota est, nec adhiberi potuit. dixi Z modo syllabam non semper producere: sed hoc verum in separatis vocibus: non in compositis. sic ex. gr. Nostro *L.* IV. 516. ϑηλὺ πολυζώοισιν ἐπ' ἀέροις. putarunt primam in φύσι brevem. sane φύσις corripitur. certe auctoritates contrariae debiliores. cur non a φυσᾶν descendat, & compositum sit, ut φυσίγναθος in βατραχομυομαχίᾳ? verum res in aperto est. In ipso *Homero Codices* non desunt, ubi inepta orthographia φυσίζωος exstat. sed quae monstra scribae non alunt? mille ineptiae hinc in poesin Graecam irrepserunt. Ζόη in dialecto *Ionica* Antiqui Grammatici agnoscunt. Ζωὰ *Dores*.

Vs. 30. ——— ——— ——— φαίνων δὲ σελήνην
Δεξιτερὴν ἵσηται ἐπὶ πλευρὴν τετράγωνος.

Lunam sistit. at ἵσηται. *stet*: lege σελήνη δεξιτερῇ. sic ἵσηται ὡροσκόπον apud *Sext. Emp. adv. Mathem.* 346. 15. versum *constituere*, cum sit *stare*. *situm esse*. vs. 33. ἐκπροθορόντες vel ἐκπροθορῦντες. ἐκπροθορῶντες nihili. versu 100. quoque malo προθορῦσι, quam προθόρουσι. quamvis damnari hoc nequit. vs. 38. ἐφέποιθ' ὥρης. vulgo ἐφέποι τ'. & hic versum *administret*, cum requiratur *sequatur*. quod illud καὶ ὄπιθε & διώκων docere poterant. ut vs. 572. Ὡς δὲ κ' ἢν Φαέθων Ἄρην δύνοντα διώκῃ Ἐξόπιθ' ἑσπόμενος. sed summa in his regnat incuria.

Vs. 51. ἐπιμάρτυρες vel ἐπιμάρτυροι ὥρῃ. vulgo ἐπιμάρτυρι.

L. VI. Vs. 57. Ἦν δὲ ὅλως φαίνων λεύσσῃ περιφεγγέα μήνην.

illud ὅλως bene mutaveris in ὁλοός, ſolitum *Saturni* epitheton. πυριφεγγέα vel ἐριφεγγέα non minus bona forent, quam περιφεγγέα. habuimus VI. 22. ἐριφεγγέα μήνην. ſic, credo, L. IV. 44. ſuſpicati fuimus πυριλαμπέος Ἄρεος. p. 179. uti II. 37. 72. IV. 94. 112. 172. tamen etiam περὶ augere ſolet. ſed in his a πῦρ compoſitionem praetulerim.

Vs. 58. Ῥιφθὲν ὑπαὶ λεχέων, ἑτέρα δ' ὑπὸ χείλεσι θρεφθὲν
Ἀτροφίης δούλειον ὑπὸ ζυγὸν ἐνέλησεν.

Abjectum ab lectis, ſed ab alterius labiis nutritum
Servitii famulum ſub jugum involvit.

voluit forte ἀπαὶ. ſed durum *expoſitionem infantis* vocare *proturbationem a lectis* mallem ὑπαὶ τοκέων. vs. 81. τεχθὲν ῥίπτουσι τοκῆες. ſed id ibi non fuiſſe monſtrat ὑπαὶ, quod malit ſequentem literam Λ quam Τ. an λέχος *lectus puerperii* pro *puerpera* accipies? verum literula mutata legendum λεχέων. a λεχὼ. unde habes λεχοὶ ap. *Orpheum Hymno* I. 10. & vs 2. λεχῶν. mox an non offendit ἑτέρα? nam quid ſignificat *nutritum ab labiis alterius*. an *mares nutriunt infantes* & id *per labia*? putabam feminas adminiculo uberum hoc officium praeſtare. an *bucellas* interpretaberis? non puto. credo legendum, ἑτέρῃ δ' ἐπὶ χείλεσι θρεφθὲν. ut L. I. 48.

Οὐδὲ τέκνοις γλυκεροῖς ἐπὶ χείλεσι μαζὸν ἔθηκεν.

& illud ἐνέλησεν, quid? unde *involvit* notat inanis ſonus? quis certi quid conjiciat, cum tot vocabula apta ſint? interea conjicio ἀνὰ ἤλασεν. ita L. III. 337. ἀνάγκῃ ἔλασε. VI. 208. δεσμὸν ἔλασσεν. vel ἤλασε. vide VI. 412. 729.

Vs. 70. Τῇ δ' ἄρ' ἐπαντέλλῃ Ζεὺς ἐφεσπόμενος κατόπισθεν

nihil duri in hoc verſiculo, ſi modo Ζεὺς corripias, ut vidimus οὐκ & ſimilia breviari. ad haec nihil Ἄρες ἄρες. o fortunati commodiſſimae proſodiae de Graecia poetae! & cur non? *Orpheus* enim in *Jovis ſuffimine* p. 113. cecinit

Ζεῦ πολύτιμε, Ζεῦ ἄφθιτε, τὴν δὲ τοι ἡμεῖς.

at huic verſui pedem deeſſe cauſabere. ſic eſt. lege ibi igitur vel

Ζεῦ, πολύτιμε Ζεῦ, Ζεῦ ἄφθιτε. vel Ζεῦ πολυτιμότατε, Ζεῦ

 & hic

& hic Ζεὺς ἐστέφανο. susque deque habent poetarum transcriptores, utrum verbum metro conveniat necne: de sensu solliciti. mox rursus vs. 79. habes

Ἐξόπιθεν δ' Ἄρεως ἐπομβῶν, συναφῆντε σελήνης.

sed quis non reponat στομβοῖ. saepissime ΣΠ. ΕΒ. ΟΠ. confusa. hinc optime *Salmasius* in *Porphyrio de Abst. Anim.* pro ὀπελίκων reposuit σπαδίκων. quod nesciebam, quando ibi conjiciebam ὀρπήκων. Viri Docti lectio non est conjectura, sed ipsa veritas. vide p. 423. 574. *Animadversionum.* simile in ΣΥΝ & ΕΥ observavimus. inde posses in *Maximo* 566. Μέσφα πόλμυ φερεβξαι ἐκ ἀγνάμπτω ἀδάμαντι. nempe scriptum fuerat ἀγνάπτω unde απτῷ. rursus aberrant in ἔπεσι vs. 485.

Ἣν Φαίνων ἐφέσπηται πολύπλαγκτον περ ἔθηκαν.

nempe reponendum ἐφέπῃ πουλύπλαγκτον. ut vs. 349. Ζώων δ' ἀνὰ μέσσον Ἑρμείας ἐφέπῃ. nam utrumque dicitur poëtis ἔπειν & ἔπεσι. sic IV 625. & πουλυτρήτοις σφόγγοις repone quoque L. V. 158. σφόγγῳ *Ionicum* ibi.

L. VI. Vs. 73. Εἰς τόσσον ῥιφθὲν μίμνῃ χρόνον εἰς ὃ κε μήνῃ.

desideraretur εἰς ὄν, nisi legas εἰς τόσσον χρόνον. vs. 44. & 93: ita potuisset quoque, sed non necessario, scribere.

Vs. 80. Δεχνύμενος, βρέφος εἰς τόσσον πατρώϊον οἶκον Μίμνει. An ellipsi possit excusari, pro κατὰ οἶκον, nescio. malim transponere Δεχνύμενος, τόσσον βρέφος εἰς π. ο. μ. obvium εἰς pro ἐν id videtur turbandi ansam dedisse. nam notio, qua τῷ μίμνειν casus quartus competit, hic non quadrat.

Vs. 83. Ἠελίου μὲν ἐφ' ὠρονόμοι, ἀντικρὺ δὲ σελήνης,
Ἢ κείνης μὲν ἐφ' ὥρῃ, ἀτὰρ Τιτῆνος ἔναντα.

diversus casus eidem praepositioni jungitur. ut L. VI. 12. ἀμφὶ γάμοισι & σπέρεσι. multa exempla. hic sine caussa ὠρονόμοι pro ὠρονόμου. nam poëtae versus gratia talia plerumque audent. hic & turbat. quia ab imperito ὠρονόμοι ad ἠελίου posset referri.

Vs. 86. Ἢ τῶν μὲν τροχάοι τις ὁμοῦ ἑτέρῳ, τόδε κέντρῳ
Ἄλλῳ ἐπεμβεβαῶς λεύσσῃ κείνους ἀνιόντας:

quo illud τόδε spectat? omnino lege ὃ δὲ. sic v. 199. habes τῷ pro ᾧ. mox vs. 92. βροτοῖς repone.

L. VI. Vs. 99. Ἢ πάλι δ' ἀῤῥήτοις παῖδες τοκέεσσι φύονται.
Aut rursus innominatis liberi parentibus nascuntur vitales.

Qui si forent *nominati*? lege. Ἔμπαλι δ' ἄρ ῥητοῖς. *e contrario dictis. contra quam dixi modo.* contrariam medicinam applica *Orphei Hymno* in Ἑστίαν. p. 178. Οἶκε θεῶν μακάρων, θνητῶν στήριγμα κραταιόν. vulgo inepte οἱ καὶ θεοί. sic in *Plutonem* p. 116. Ἕδραν ἀθανάτων, θνητῶν στήριγμα κραταιόν. In sequenti *Hymno* lege πυραυγέα pro πυραυγέα & in *Argon.* 868. πῦρ πνείοντας pro πυρὶ πνέοντας. vel πυρπνείοντας. quod occurrit apud *Tzetzen* in *Lycophr.* 17. p. 4. πυρσὸς per se & incompositis, ut πυρσοτόκος, *Maneth.* IV. 467. pro *igni. Hesych.* πυρσῷ πυρί. vide *Anthol.* VI. III. 7. 8. p. 414.

Vs. 103. ——— ——— ἐπιδερκόμενοι μήνην τε καὶ ὥρην
Ἢ κέντρων κατόπισθεν ἐπ' ἀμφορίῃσιν ἑαυτῶν.

penultimus sermo *in circumspectione* vertitur. at quid in Astrologica re significet vel haec Latina vel illa Graeca vox, alii forte norint. deduxerim ab ὅρος. ὅριον. quorum usus creberrimus. sic ἐφορία notum. sed forte & ipse vanus sum. & simpliciter emendandum ἐπ' ἀμφοτέρῃσιν: ἐπὶ μήνῃ καὶ ὥρῃ. modo memoratis, & saepe conjunctis, uti vs. 27. 95. vs. 105. antea emendavimus ἀπόστροφοι. ἀγνοστρόφοι nullius sensus. *Jupiter* & *Venus*. ἀστέρες ἐσθλοδόται, βίου δοτῆρες, dicuntur. illi ἀγαθοποιοί si ab ἄλλοις ἀπόστροφοι *aversi* sint, nempe *Marte* & *Saturno*, *hi malefici* omnem maleficam vim exserunt. isti enim κακοποιοί. si contra in vicinia sunt ἀγαθοποιοί, minuitur illorum malignitas. *Mercurius communis.* ἐπίκοινος. quia se accommodat aliis, sive bonis sive malis. si ἀγαθοποιοί ab hora *aversi* sint, favere non possunt. eleganter *Propertius* e certa *Heinsii* emendatione IV. I. 76. in carmine apotelesmatico. *Aversis Charisin cantas, aversus Apollo.* verba ordina ἑκάων [quae sint vide ad vs. 127.] Φαινόντων ἀπόστροφον ἀκτίνεσσιν Φαίνοντος καὶ Ἄρηος. illud καὶ ὥρης etiam pendet ab Φαινόντων ἀπόστροφον. quod cape, ut alia adjectiva, pro adverbio. . . .

Vs. 106. ——— ἢ ὅτε τοῖσιν. Σύμφωνοι δρόμον ἐν ζῴοις φίλιόν τ' ἀνυόντων.

in *Mso* est ἢ ὅτε οἷσιν. *Editor* hinc non male potius eliciendum autumavit ἢ ἐθ' ἑοῖσι. nam de felici genitura hic agitur, & in suis ζῴοις omnes *Planetae* tales. sed incommodum illud hic ὅτε sequente ἀνυόντων. accipe potius pro ποτὲ, quod melius sic jungitur, & saepe solitarium occurrit. ut L. VI. 243. ποτὲ. vs 353. ἀνύειν δρόμον σύμφωνον. vel ut L. I. 295. σύμφωνον ἀταρπὸν ἔχειν. dicuntur, quando sunt τρίγωνοι; vel τετράγωνοι φαίνονται. quando & ἐπιβλέπειν ἀλλήλους dicuntur, uti docet *Sext. Emp. adv. Mathem.* p. 344. 39. ubi male δορυφορεῖσθαι & συνάπτεσθαι in *notis* conferuntur. nam

 δορυ-

δορυφορεῖσθαι dicitur *planeta in medio minimum duorum* conspectus. at *unus uni* συνάπτειν solet saepe dici. & id verbi δορυφορεῖσθαι etiam vulgaris usus indicat. *Chariton* VIII. r. 128. 16.

L. VI. Vs. 119. —— τοῦτο δὲ δρῶσι, καὶ ὁππότ' ἂν Ἀφρογενείῃ
Ἑρμείῃ τε θεῷ ξυνὴν ὁδὸν ἐξανύωσιν
Ἀκτῖσιν σφετέρῃσι, Φαίνων δ' ἐπιμάρτυρός εἴη.

editum Ἀφρογενείην. *Gronovius* vertit ceu foret Ἀφρογενείη. sed an Κυθέρη, illa enim praecessit, recte dicitur Ἀφρογενείη, id est, *sibi ipsa* eandem viam perficere? lege Ἀφρογενείη Ἑρμείης τε θεός, *Hoc faciunt Luna & Venus.* [de iis supra mentio facta.] *quando etiam Venus & Mercurius una incedant suis radiis & Saturnus testimonium praebeat.*

Vs. 123. Εἰ δὲ πέλῃ Φαέθοντι ἀριγνώτῳ ἰσόμοιρος
Δίκηλον κατὰ ταυτὸν ἴῃ, γάμος ἔπλετο τῆμος.

